

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16

NO. 1  
23 80

13a - 8 16

Biblioteca Universitaria  
GRANADA  
a  
Detalle 29  
Número 256

GRANADA

ly mady de by sine libry may be exchd for  
Seno, & shewd Tino. is capital by a relig.  
Contendy, sen mid nauuenty, & Valent, & by sin  
contat by 58. - tra, est

2-10451

# DECRETALES

EPISTOLÆ SVMMORVM

Pontificum à Gregorio nono Pō-  
tifice maximo collectæ.

Addimus in margine scholia doctis-  
virorū, longe probatissima & vtilissima.

*Honora patrem tuum & matrem tuam, vt  
fis longævus super terram. Exod. 20.*



*Lib. 1.  
L. 1. 10451*

Ἐνανὼς βιάσεις γρηγοροῦν τῶν γονέων.

PARISIIS,  
Apud Sebastianum Niellium, sub  
ciconis, in via Iacobæa.

M. D. L.



11833853

GREGORII NONI ROMANI

*præfulis vita (si Platina creditur) qui Ray-  
mundi Barchinonensis capellani &  
penitentiarij sui auxilio De-  
cretales compilauit.*



Gregorius nonus, natione Her-  
nicus, patria Anagninus, è fami-  
lia comitum, Innocentij tertij  
nepos, apud Septizodium pon-  
tifex creatus, Friderichum sta-  
stim monuit sub anathematis  
pena, vt primo quoque tempo-  
re in Asiam cum exercitu pro-  
ficisceretur recuperanda Hie-  
rosolymæ causa. Promisit qui-  
dem Friderichus se id facturū:  
atque omnibus cruce signatis  
mandauit, vt Brundusij, ad cer-  
tam diem cum armis adessent. Venerat eò magna multitudo,  
præcipue vero è Germania Lantgravius Astiz: qui Brundusij vna  
cum magna parte militum moritur, dum Friderichus ægritu-  
dinem simulans, in Sicilia se continet. Hæc autem fraus ita aper-  
te deprehensa est, vt constet ipsum Friderichum cognita Lant-  
grauij morte eo celerime ad nauigasse, omnemque eius suppel-  
lectilem diripuisse. Non destitit tamè fingere sibi in animo es-  
se in Asiam traicere. eò enim post rapinam nauigationem dire-  
xit, omnibus, qui tum aderant subsequi iussis: licet non ita mul-  
to post (vt ipse dicebat) procellis agitarus Brundusium redie-  
rit. Hac autem fama percitus Ioannes rex Hierosolymitanus,  
cum Berengaria vxore pontifici rem gratam facturus Bononiã  
venit, Venetorum nauigio in Asiam traiecturus. Verum pon-  
tifex cognita Friderichi fraude, ne Ioanni re infecta abire lice-  
ret: eum & hexarchatus Rauennatis gubernatorem instituit, &  
Honorij tertij sententiam in Friderichum latam confirmauit:  
grauioraque in eum molitus fuisset, ni Maurorum impetum re-  
formidasset, classe tum potentium, quos tandem Ferdinandus  
Aragonum rex tanta clade superauit, vt breui Maiorica insula  
vna ex Balearibus, & Valentia vrbe potitus, pulsus Sarracenis,  
incolas locorum suscipere Christianos ritus impulerit. Nauiga-  
uit tandem Friderichus amicorum precibus & minis pontificis



## Vita Gregorij noni.

festus in Cyprum vsque, vt Christianis in Asia bellatibus, quos saepe deceperat, aliquam spem daret. At verò dum inde Soldani vires explorat, Rainaldus eius præfectus, quem in Sicilia dimiserat, in pontificem mouens, multa Picētini agri oppida occupat. Erat tum Perusij pontifex Afisium petiturus, vt que de Francisco viro sanctissimo miracula audierat, præfens cognosceret: quamobrem cum, re quemadmodum audierat comperita, in sanctorum numerum statim retulit, magno Christianorum conuentu, ob eam rem habito. Dum hæc à pontifice agerentur, alter Friderichi satellites Fulgineum per factionem occupat: vnde paulo post armis bene cum ecclesia dei sententium, depellitur. Instabat literis & nunciis Friderichus A Chonem iam profectus, vt à pontifice absolueretur, quòd diceret se deinceps in eius potestate futurum. Verùm pontifex cognita hominis fraude, & Christianos milites in Asia dimicantes admonet, vt sibi à Friderichi insidiis caueant, aliquid noui semper machinantis in hominum perniciem, & Ioannem Hierosolymitanum regem comparato exercitu in Rainaldum mittit Picenum agrum rapinis & incendiis vexantem. Aliis verò copiis, quibus Cardinalem Columnnam præfecerat, è sancto Germano præfectum Friderichi deiiciens, cum Sarracenis mercede conductis, omnia ab eo saltu Capuam vsque pertinentia in ditionem breui recepit. Hac autem calamitate moti, qui in Vmbria & Picentibus Friderichi nomine militabant, relictis, quæ occupauerant, in regnum trepide redeunt. Interim verò Friderichus Brundisium rediens, pacis admodum impudus, vltro pontificem rogat, vt in gratiam recipiatur, Imperatorque appelletur, ac pro regno Sicilia verus ecclesie feudatarius. Quod quidem non prius impetrauit, quam vncias auri centum & viginti milia ecclesie Romanæ, ob illata damna persoluisset, ipleq; pro eare supplicatum ad pontificem Anagninam venisset. Cum autem Gregorius ad omnia intentus, vt bonum pastorem decebat, Perusinorum res ab exulibus perturbatas eo profectus componere studiosus esset: statim Roma tanta seditio orta est & hæresis, quanta nunquam antea. Hannibale ex gente Hannibala cum quibusdam sacerdotibus male sentiente: quo quidem auctore populus Romanus vsus in ecclesiam dei coniuauerat. Sed hunc diuina vltio cito compefcuit. nam & Tyberis supra modum inundans multa dāna mortalibus intulit: & tanta peste laboratum est, vt decimas quisq; vix superferret. Pontifex tamen mira clementia vsus, Romanam veniens populo Romano ignouit, pulso è senatorio ordine Hannibale: conuictis de hæresi sacerdotibus errorem falsis, ac san-

niorem

## Vita Gregorij noni.

niorem opinionem subire iussis. Ad ornādam verò urbem deinde conuersus, & veteres cloacas eliminatas restituit, & noxas extruxit: vrbis dignitati & valetudini vno tempore confu- lens. Ab vrbe deinde abiens valetudinis gratia, & Reate (vt quidam volunt) beatum Dominicum, principem ordinis Prædicatorum, & Spoletici Antonium Vlysiptosa oriundum Patrum mortuum, secundum à Francisco ordinis minorum auctorem in sanctos retulit. Anagninam deinde rediens, omnia circūquaque posita munivit, Romanorum cōtumaciam veritus, quorum sententiam veterem legem rogauerat, populūsq; locuerat, vt omnia oppida circa urbem posita Romanis vestigal pederent. Nō est tamen veritus pontifex dissuadentibus Cardinalibus Romam proficisci, quo Romanos ad sanitatem reduceret tum monendo, tum castigando. Verùm cum nihil proficeret, Reate se contulit: quo & Friderichus Imperator collocuti simul de rebus agendis, in hanc statim sententiam venerat, vt primo quoque tempore Romanos coniuictis copiis adoriretur. Decepit tum quidem pontificem (vt antea semper) Friderichus. nāque in Germaniam abiens, militibus suis mandauit vt Romanis rebus in omnibus obtemperarent. Hac itaque perfidia pontifex motus, Germanis militibus ad castra sua fugientibus magnum proposuit præmium: quare tanta multitudo confluit, vt postea Romani aperto Marte cum ecclesia copiis congregi nusquam sint ausi. Recuperato igitur & patrimonio sancti Petri, & agro Sabino, spretisque Soldani legatis, qui suppliciter pacem petebant, multos ex Francisci & Domini fratribus per Europam misit, qui prædicatione Christianos ad arma contra Sarracenos concitarent, quorum opera tanta multitudo militum breui comparata est, quanta nunquam antea. Interim verò dum tanto exercitui dux idoneus quæreretur, Elizabeth regis Vngarie filiam mulierem optimam ac miraculis claram pontifex in sanctas retulit. Theobaldus autem Nauarræ rex, & Aimericus Montisfortis, Hæricusq; Bari, ac Campaniæ comes, iter per Germaniam & Vngariam cum magnis copiis facientes, Cōstantinopolim primo, mox traiccto Bosphoro Ptolemaidam peruenerunt, longè ac latè omnia populantes. Verùm non ita multo post superueniente magna hostium multitudo, cum se cedendo biduo defendissent, cū optimo quoque milite cadunt. Atque hoc modo expeditio magno conatu inchoata, breui recidit imperitia ducum. Pontifex autem tantam calamitatem ægrè ferens, Romam persuadentibus Romanis & obsecrantibus redire instituerat, faciendarum supplicationum causa ad placandam dei iram, si quam ex peccatis ho-

aa iij      minum

## Vita Gregorij noni.

minum conceperat. Quo minus autem id faceret vetitus à Petro Fregepane, qui partes Imperatoris sequebatur, è Perusia Viterbium se contulit: iturus contra Imperatorem cum armato milite, quem intellexerat transpadanam Italiam iam tū attingisse: ac contra ius fasq; socias ciuitates oppugnare: iam festas calamitate alia super aliam ab Ecelino Patauino tyrāno accepta. Ecelinus enim cognomento Romano, cuius auus Theuonicus sub Othone tertio in Italia ordines duxerat copias, à Fridericho secundo accipiens magnam tyrannidem in transpadana Italia sibi comparauit, redactis in potestatem suam Taruisio, Patauio, Vincentia, Verona, Brixia. Friderichus itaq; aui fœdera nequaquam obseruans, Mediolanenses & socias ciuitates apud Nouācurtem (ita enim locus ubi pugnatum est) appellatur iugenti clade superatos trucidat. Hanc ob rem pontifex omissa deinceps spe rei bene gerendæ, ob illatum sociis incommodum redire ad urbem instituit: Ioanne Cincio vrbis senatore contradicente, cuius audaciam Iacobus Cappocius Romanus cuius infringens, pontificem magnificè ac splendide suscepit. Hic est ille Iacobus, cuius nomen adhuc legitur in tabernaculo opere musiuo, sua impensa extructo in sancta Maria ad præsepe, qua in Basilica Petrus quoq; Cappocius sepultus est sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis, qui Friderichum Imperatorem schismaticum persecutus est: quiq; & hospitale sancti Antonij non longè ab eadem Basilica, & Perusij Gymnasium quod Sapientiam vocant, sua impensa extruxit. Gregorius autè pacata vrbe & Friderichum iterum anathemate notat, ac imperio priuat: & legatos Genuensium, ac Venetorum iam ad arma spectantium componendæ rei causa ad se vocat. Hisq; rationibus inter vtrūq; populum fœdera componit, ne alter sine altero cum Imperatore Constantinopolitano fœdus ineat: utq; bella gerenda vtriq; communia essent, & signa vtriusque vicissim ferrent. Illis autem, qui hæc fœdera in nouū inita annum rupissent, interdictū sibi à sacris anathematis vinculo sciunt. Balduinus autem, qui mortuo Ioanne biennio Constantinopolitanum tenuerat imperium: cū egrè se ab hostibus inopia æriarū tutaretur, & filium pignori mercatoribus Venetis ob æs mutuo acceptum dedit: & ex ædibus sacris ablatum plumbum, ac item lanceam illā spongiamq; qua Christus saluator noster hinc potus est, hinc vulnus accepit, Venetis pecuniis vendidit. Friderichus autem Venetis admodum infensus, quòd Gregorij partes tuerentur: eos tum paludibus conclusos vehementer oppressit, ac maximis calamitatibus adfixit. Interim verò conspirantibus omnibus transpadanis ciuitatibus duce

Gregorio

## Vita Gregorij noni.

Gregorio Montelongo Bononiensis ciuitatis legato, Ferrara, quæ ab ecclesia Romana ad Imperatorem defecerat, capitur, salisguerra viro fortissimo eam acerrimè aliquandiu defendente. Captæ autem, Azoni Estensi, qui bello interfucras ecclesiæ nomine gubernanda committitur, salutis nostræ anno millesimo ducentesimo ac quadragesimo. Ac vero Imperator, qui tum Pius erat, cum non satis sibi constaret, quæ partes suas, quæ pontificis sequeretur, ciuitates Italia in duas factiones, tum primum diuisit. nam qui pontifici fauebant, Guelphi: quæ Imperatori, Gibellini adpellati sunt. Hæc quidem teterrimarum factionum nomina ad perniciem humani generis inuenta, primum apud Pistorienses audita sunt, cum cancellarij Panzaticos Gibellinos ab vrbe eiecissent: cumq; alteri factioni Guelphi, alteri Gibellini Theutonici fratres fauerent: vnde tantæ pernicii nomina indita sunt. Florentini præterea nobiles suos Pisani Gibellinarum partium fauentes in exilium eiiciunt: pellunt & Guelphos vicissim ab vrbe sua Aretini & Senenses, quorum exempla multæ ciuitates Italia secutæ, bella plusquam ciuilia inter se commiserunt. Hinc multæ ciuitates à pontifice desciuere, tum in Vmbria, tum in Hetruria, præcipuè autem Viterbienses. Defecissent etiam Romani ciues nisi pontifex (delatis per urbem supplicando apostolorum capitibus) populum ad commiserationem mouisset: habita etiam in Basilica sancti Petri oratione dignissima: qua tumuluantibus ita in sententiam suam traxit, vt eos impulerit pro ecclesia dei crucem & arma suscipere. Hi postea venientem cum hostili agmine ad vrbs mœnia Friderichum armis submouere. Qui indignabundus captiuum quemq; variis cruciatibus necans in Samnium concessit: Beneuentum vi captum diripuit, ac mœnia circumquaque euerit. Iterum autem ad urbem rediens via Latina hostili animo Cassinense monasterium spoliat, eiectis inde monachis. Soramq; quondam Samnitium ciuitatem ad Liris fluuii caput sitam, ferro flammaque vastat. Templariorum bona vbiq; diripit. Sarracenos vero adeo dilexit, vt eorum opera præ cæteris in bello vteretur, magistratusq; eis ac propria vrbe concesserit, quæ nostris quoque temporibus Nuceria Sarracenorū vocatur. Fratrem præterea regis Tunisi Panhormi baptismum petentem ne id faceret verbis deterruit. Rauennam autem repente incursum petitam in potestatem suam redegit. Hanc ob rem Gregorius concilium, apud Lateranum indixit: in quo de abrogando Fridericho ratio haberetur. Verum Friderichus terra mariq; vias præcludit, & quosdam cardinales ac præ-

aa iiii

latos

## Vita Gregorij noni.

latos de via & navigatione captos adiuuantibus Pisanis in carcerem coniecit. Qua ex re tantum dolorem Gregorius cepit, vt non diu superuixerit. Moritur enim pontificatus sui Anno decimoquarto mense tertio, cum paulo ante Solis eclipſis tanta adparuiſſet quanta nunquam antea. Raymundum autem Barchinonenſem, quo adiutore in compilando libro Decretalium Gregorius uſus eſt, ita quidam tum laudant, vt maiore commendatione laudari nemo poſſit.

### TITVLO-

## TITVLORVM quinque librorum Decretalium Gregorij, index alphabeticus.



- Acuſationib⁹, in-  
quiſitionib⁹,  
& denuncia-  
tionibus. lib.  
v. tit. j. fo. 321
- Adulteriis & ſupro. lib. v. ti-  
tu. xvj. fo. 356
- Aetate, & qualitate, & ordi-  
ne præficiendorum. lib. j.  
titu. xiiij. fo. 51.
- Alienatione iudicij mutandi  
cauſa facta. lib. j. titu. xlij.  
fo. 97
- Appellationibus, recuſatio-  
nibus, &c. lib. ij. ti. xxviiij.  
fo. 173.
- Apoltatis & reiterantibus ba-  
ptiſma. li. v. ti. ix. fo. 348
- Arbitris. lib. j. ti. xliij. fo. 98
- Authoritate & uſu pallij. lib.  
j. titu. viij. fo. 41
- B**aptiſmo & eius effectu.  
li. ij. tit. xlij. fo. 278
- Bigamis non ordinadis. lib. j.  
tit. xxj. fo. 60
- C**alumniatoribus. lib. v.  
titu. ij. fo. 328.
- Capellis monachorum, &c.  
lib. ij. tit. xxxvij. fo. 262
- Cauſa poſſeſſionis & proprie-  
tatis. lib. ij. tit. xij. fo. 117
- Celebratione miſſarū & ſa-  
cramēto Eucharistię, & di-  
uinis officiis. lib. ij. tit. xlj.
- fo. 273
- Cenſibus, exactionibus, &  
procuracionibus. lib. ij. ti-  
tu. xxxix. fo. 268
- Clandestina deſponſatione,  
lib. iij. tit. iij. fo. 296.
- Clericis peregrinis. lib. j. tit.  
xxij. fo. 61
- Clericis peregrinantibus. lib.  
ij. tit. xxix. fo. 189
- Clericis coniugatis. li. iij. tit.  
ij. fo. 195
- Clericis non reſidentibus in  
eccleſia vel præbenda. lib.  
ij. tit. iij. fo. 197
- Clericis pugnantibus in duel-  
lo. lib. v. ti. xiiij. fo. 356
- Clerico ægrotate vel debili-  
tato. lib. ij. tit. vj. fo. 206
- Clerico venatore. lib. v. titu.  
xxiiij. fo. 365
- Clerico percuffore. lib. v. tit.  
xxv. ibidem.
- Clerico excōicato, depoſito,  
vel interdico miniſtrate.  
lib. v. t. xxvij. fo. 366
- Clerico non ordinato mini-  
ſtrate. li. v. ti. xxviiij. fo. 368
- Clerico per ſaltū promotō.  
lib. v. ti. xxix. fo. 369
- Cognitione ſpirituali. li. iij.  
titu. xj. fo. 303
- Cognitione legali. lib. iij. ti-  
tu. xij. fo. 305
- Cohabitatione clericorū &  
mulierū. li. ij. ti. ij. fo. 193
- Colluſione detegēda. lib. v.  
titu. xxij. fo. 364
- Commodato. lib. ij. titu. xv.  
fo. 219

## Decretalium Gregorij

folio. 219  
**C**oncessione præbendæ & ecclesiæ non vacantis. li. iij. tit. viii. fo. 208  
**C**onditionibus appositis in desponsatione, vel in aliis contractibus. li. iiii. titu. v. fo. 298  
**C**onfessis. li. ii. tit. xviii. fo. 129  
**C**onfirmatione vtili, vel inutili. lib. ii. tit. xxx. fo. 189  
**C**oniugio leproforum. li. iiii. titu. viii. fo. 302  
**C**oniugio seruorum. lib. iiii. tit. ix. fo. 302  
**C**onsanguinitate & affinitate. lib. iiii. tit. xiiii. fo. 307  
**C**onsecratione ecclesiæ vel altaris. lib. iiii. tit. xl. fo. 272  
**C**onstitutionibus. lib. j. tit. ii. fo. 3  
**C**onstitutione. li. j. tit. iiii. f. 15  
**C**onuerfione coniugatorum. lib. iiii. tit. xxxii. fo. 248  
**C**onuerfione infidelium. lib. iiii. titu. xxxiii. fo. 252  
**C**orporis viciatis ordinâdis, vel non. li. j. tit. xx. fo. 59  
**C**rimine falsi. lib. v. tit. xx. fo. 362  
**C**ustodia Eucharistiæ, christi, & aliorum sacramentorum. li. iiii. tit. xliiii. fo. 281  
**D**ecimis, primitiis, & oblationibus. lib. iiii. tit. xxx. fo. 238.  
**D**elictis puerorum. lib. v. tit. xxxiii. fo. 365  
**D**eposito. li. iiii. tit. xvi. fo. 219

**D**e desponsatione impuberum. lib. iiii. tit. ii. fo. 293  
**D**igamis. li. i. tit. xxi. fo. 60  
**D**ilationibus. lib. ii. titu. viii. fo. 115  
**D**iuortis. li. iiii. tit. xix. fo. 316  
**D**olo & contumacia. lib. ii. tit. xiiii. fo. 124  
**D**onationibus. li. iiii. tit. xiiiiii. fo. 226  
**D**onationibus inter virum & uxorem, & de dote post diuortium restituenda. lib. iiii. titu. xx. fo. 319  
**E**cclésiæ ædificandis vel reparandis. lib. iiii. titu. xlviii. fo. 283  
**E**lectione, & electi potestate. lib. j. tit. vi. fo. 20  
**E**mptione & venditione. lib. iiii. titu. xvii. fo. 219  
**E**o, qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ. lib. ii. tit. xv. fo. 127  
**E**o, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. lib. iiii. tit. vii. fo. 300  
**E**o, qui cognouit consanguineam uxoris suæ, vel ipsæ. lib. iiii. tit. xiii. fo. 305  
**E**o, qui ordinem furtiue suscepit. lib. v. tit. xxx. fo. 369  
**E**xceptionibus. lib. ii. tit. xxv. fo. 160  
**E**xcessibus prælatorum & subditorum. libro. v. titu. xxxi. fo. 369  
**F**eris. lib. ii. tit. ix. fo. 114  
**F**eudis. lib. iiii. tit. xx. fo. 223  
**F**idq

## Titulorum index.

**F**ide instrumentorum. lib. ii. tit. xxii. fo. 146  
**F**idei iuramentis. lib. iiii. tit. xxiii. fo. 225  
**F**iliis presbyterorum ordinâdis, vel non. lib. j. tit. xvii. fo. 56  
**F**oro competenti. li. ii. tit. ii. f. 105  
**F**rigidis & maleficiatis, &c. lib. iiii. titu. xv. fo. 309  
**F**urtis. li. v. tit. xviii. fo. 358  
**H**æreticis. lib. v. tit. vii. fo. 343  
**H**is, quæ vi metusve causa sunt. li. j. tit. xl. fo. 93  
**H**is, quæ sunt à prælati sine consensu capituli. lib. iiii. tit. x. fo. 213  
**H**is, quæ sūt à maio. parte capituli. li. iiii. tit. xi. fo. 215  
**H**is, qui filios occiderunt. lib. v. tit. x. fo. 349  
**H**omicidio voluntario vel casuali. lib. v. tit. xii. fo. 350  
**I**mmunitate ecclesiarum, cœmeterij & rerum ad eas pertinentium. lib. iiii. tit. xlix. fo. 284  
**I**nfantibus & languidis expositis. lib. v. tit. xi. fo. 350  
**I**ntegrum restitutione. libro. j. tit. xli. fo. 94  
**I**niuriis & damno dato. li. v. titu. xxxvi. fo. 386  
**I**nstitutionibus. lib. iiii. titu. vii. fo. 207  
**I**udæis & Sarracenis, & eorum seruis. li. v. tit. vi. fo. 340  
**I**udiciis. lib. ii. tit. j. fo. 101  
**I**uramento calumniæ. lib. ii. titu. vii. fo. 112  
**I**ureiurando. lib. ii. tit. xxiiii. fo. 153  
**I**ure patronatus. lib. iiii. titu. xxxviii. fo. 263  
**L**ibelli oblatione. lib. ii. titu. iiii. fo. 108  
**L**itis contestatione. lib. ii. titu. v. fo. 109  
**L**ocato & conducto. lib. iiii. titu. xviii. fo. 221  
**M**agistris: & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. li. v. tit. v. fo. 338  
**M**aioritate & obediētia. li. j. titu. xxxiii. fo. 83  
**M**aledicis. li. v. tit. xxvi. fo. 366  
**M**atrimonio contracto contra interdictionem ecclesiæ. lib. iiii. tit. xvi. fo. 311  
**M**utuis petitionibus. li. ii. tit. iiii. fo. 109.  
**N**atis ex libero ventre. li. iiii. tit. x. fo. 303  
**N**e clerici vel monachi secularibus negociis se immisceant. li. iiii. tit. i. fo. 286  
**N**e prælati vices suas vel ecclesiæ sub annuo censu cedant. li. v. tit. iiii. fo. 338  
**N**e fede vacante aliquid innovetur. libro. iiii. titu. ix. fo. 208  
**N**oui operis nunciatione. lib. v. titu. xxxii. fo. 374  
**O**bligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non. lib. j. tit. xix. fo. 59  
**O**bservatione ieiuniorum. li. iij.

50

## Decretalium Gregorij

- lib.iii.ti.xlvi.fo.282  
**O**fficio archidiaconi. li.j.tit. xxiii.fo.62  
**O**fficio archipresbyteri. li.j.titu. xxiii.fo.64  
**O**fficio primicerij. lib.j.titu. xxv.fo.64  
**O**fficio sacristæ. lib.j.ti.xxvi.fo.65  
**O**fficio custodis. libr.j.titu. xxvii.ibidem.  
**O**fficio vicarii. libro.j. titu. xxviii.fo.65  
**O**fficio & potestate iudicis delegati. li.j. ti. xxix.fo.66  
**O**fficio legati. li.j. ti. xxx.f.77  
**O**fficio iudicis ordinarij. li.j. tit. xxxi.fo.78  
**O**fficio iudicis. libro.j. titu. xxxii.fo.83  
**O**rdinatis ab episcopo, qui resignavit episcopatu. li.j. ti. xiii.fo.50  
**O**rdine cognitionum. lib.ii. tiru.x.fo.115  
**P**actis. li.j. ti. xxxv.fo.87  
 Parœciis & alienis parœci-  
 anis. libro.iii. titu. xxix.  
 fo.237  
**P**eculio clericorum. li.ii.j. ti.  
 xxv.fo.228  
**P**œnis. li.v. ti. xxxvii.fo.387  
**P**œnitentiis & remissionib<sup>9</sup>.  
 li.v. ti. xxxviii.fo.389  
**P**ignoribus & aliis cautioni-  
 bus. li.iii. ti. xxi.fo.223  
**P**lus petitionibus. li.ii. tit. xi.  
 fo.116  
**P**ostulando. lib.j. titu. xxxvii.  
 fo.89  
**P**ostulatione prælatorū. li.j.  
 titu.v.fo.17  
**P**ræbendis & dignitatibus. li.  
 iii. tit. v.fo.199  
**P**recariis. li.iii. ti. xliii. fo.218  
**P**resbytero nō baptizato. li.  
 iii. ti. xliii.fo.281  
**P**ræscriptionibus. lib.ii. titu.  
 xxvi.fo.164  
**P**ræsumptionibus. lib.ii. titu.  
 xxiii.fo.150  
**P**riuilegiis & excessibus pri-  
 uilegiatorum. lib. v. titu.  
 xxxii.fo.375  
**P**robationibus. lib.ii. tit. xix.  
 fo.130.  
**P**rocuratoribus. libro.j. titu.  
 xxxviii.fo.90  
**P**urgatione canonica. lib.v.  
 titu. xxxiii.fo.383  
**P**urgatione vulgari. li.v. tit.  
 xxxv.fo.386  
**P**urificatione post partum. li.  
 iii. titu. xlvii.fo.283  
**Q**ui clerici vel vouentes  
 matrimonium con-  
 trahere possunt. lib.iii. ti.  
 vi.fo.299  
**Q**ui matrimonium accusare  
 possunt, vel contra illud  
 testificari. lib.iii. titu. xviii.  
 fo.315  
**Q**ui filii sint legitimi. lib.iii.  
 titu. xvii.fo.311  
**R**aptoribus, incendia-  
 riis, & violatoribus  
 ecclesiarum. lib.v. tit. xvii.  
 fo.357

Rebus

## Titulorum index.

- R**ebus ecclesiæ alienadis, vel  
 non. li.iii. ti. xiii.fo.217  
**R**egularibus & transeunti-  
 bus ad religionem. lib.iii.  
 titu. xxxi.fo.244.  
**R**egulis iuris. li.v. ti. xli. f.412  
**R**eligiosis domibus, vt epi-  
 scopis sint subiectæ. li.iii.  
 titu. xxxvi.fo.260  
**R**eliquiis, & veneratione san-  
 ctorū. lib.iii. tit. xlv.fo.282  
**R**enunciacione. lib.j. titu. x.  
 fo.41  
**R**erum permutatione. lib.iii.  
 titu. xix.fo.221  
**R**escriptis. li.j. ti. iii.fo.5  
**R**estitutione spoliatorū. li.ii.  
 tit. xiii.fo.119  
**S**acramentis non iteran-  
 dis. li.j. ti. xvi.fo.55  
**S**acra vñctione. lib.j. titu. xv.  
 fo.53  
**S**agittariis. libro.v. titu. xv.  
 fo.356  
**S**chismaticis. libr.v. titu. viii.  
 fo.348  
**S**crutinio in ordine facien-  
 do. lib.j. tit. xii.fo.50  
**S**ecundis nuptiis. lib.iii. tit.  
 xxi.fo.320  
**S**ententiis & re iudicata. li.ii.  
 titu. xxvii.fo.168  
**S**entētia excommunicationis.  
 lib.v. ti. xxxix.fo.392  
**S**epulturis. lib.iii. titu. xxviii.  
 fo.235  
**S**eqeustracione possessionū  
 & fructuum. libro.ii. titu.  
 xviii.fo.129  
**S**eruis non ordinandis, &c.  
 lib.j. ti. xviii.fo.58  
**S**imonia, & ne aliquid pro  
 spiritualibus exigatur vel  
 promittatur. lib.v. titu. iii.  
 fo.328  
**S**olutionibus. lib.iii. tit. xxiii.  
 fo.226  
**S**ortilegiis. libro. v. titu. xxi.  
 fo.364  
**S**ponsalibus & matrimoniis.  
 lib.iii. ti. j.fo.288  
**S**ponsa duorum. lib.iii. j. titu.  
 iii.fo.297  
**S**tatu monachorum, &c. lib.  
 iii. ti. xxxv.fo.256  
**S**uccessionibus ab intestato.  
 lib.iii. ti. xvii.fo.234.  
**S**umma trinitate, & fide ca-  
 tholi. lib.j. tit. j.fo.1.  
**S**upplenda negligentia præ-  
 latorū. lib.j. tit. x.fo.46  
**S**yndico & actore. lib.j. titu.  
 xxxix.fo.93  
**T**emporibus ordinatio-  
 tionū, &c. lib.j. tit. xi.  
 fo.47  
**T**estamentis & vltimis vo-  
 luntatibus. lib.iii. tit. xxvi.  
 fo.229  
**T**estibus & attestacionibus.  
 lib.ii. tit. xx.fo.134  
**T**estibus cogendis, vel non.  
 lib.ii. tit. xxi.fo.144  
**T**orneamentis. lib.v. tit. xiii.  
 fo.355.  
**T**ransactionibus. lib. j. titu.  
 xxvi.fo.88  
**T**ranslatione episcopi. lib.j.  
 tit. viii.

## Decretalium Gregorij

tit.vij.fo.39.  
Treauga & pace. libr.j.titu.  
xxxiiij.fo.86.

**V**erborum significatiōe.  
lib.v.tit.xl.fo.405.  
Vita & honestate clericorū.  
lib.iiij.tit.j.fo.191.  
Voto & voti redemptione.  
lib.iiij.tit. xxxiiij.fo.253.  
Vfuris. lib.v.ti.xix.fo.359.

Vt ecclesiastica beneficia sine deminutione conferantur lib.iiij.tit.xij.fo.216.

Vt lite non contestata non procedatur ad testium receptionē, vel ad sententiā definitiuā lib.ij.ti.vj.f.109.

Vt lite pendente, nihil innouetur. lib. ij. titu. xvj. fo. 128.

FINIS.


## DECRETALIVM GREGORII Capitulorum Index, secundum literarum ordinem conquisitus.



**A**bbas. de his, quæ vi me. 93. fa. 2  
Abbatē. de rescriptis. 14. fa. 2  
Abbate. de verbo. significa. 409. fa. 1  
Ab eo. de sequestra. pos. 129. fa. 2  
Ab excommunicato. de rescrip. 15. fa. 1  
Abolédæ. de sepul. 237. fa. 1  
Absolutos. de hære. 348. fa. 1  
Accedēs. de procu. 92. fa. 1  
Accedens. j. vt lit. non cōte. 110. fa. 1  
Accedēs. ij. vt lit. nō conte. 110. fa. 2  
Accedēs. de præbē. 203. fa. 1  
Accedens. de concess. præben. 212. fa. 1  
Accedens. de conuer. coniug. 251. fa. 2  
Accedens. de accu. 326. fa. 1  
Accedens. de rap. 358. fa. 2  
Accedens. de cri. fal. 364. f. 1  
Accedēs. de pur. ca. 385. f. 1  
Accedentes. de præscript. 165. fa. 1  
Accedentibus. de excess. præla. 372. fa. 1  
Accedentibus. de priuile. 378. fa. 2  
Accepisti. de sponsa duorū. 297. fa. 2  
Accepisti. de frigi. 309. fa. 1  
Accepimus. de æta. & quali. 53. fa. 1  
Accepimus. de pac. 87. fa. 2  
Accepimus. de fid. instru. 146. fa. 2  
Accepim⁹. de pur. c. 386. f. 1  
Accepta,

## Capitulorum index.

Accepta. de resti. spo. 119. f. 1  
Accepta. de appell. 179. fa. 1  
Accessit. de despon. impube. 294. f. 1  
Accusati. de accu. 321. fa. 2  
Accusatum de simo. 329. f. 1  
A crapula. de vi. & ho. cle. 193. fa. 1  
Ad abolédā. de si. psb. 58. f. 1  
Ad abolédā. de hæ. 344. fa. 2  
Ad apostolicæ. de deci. 240. fa. 2  
Ad apostolicam. de regulā. 246. fa. 1  
Ad apostolicam. de conuer. coniu. 250. fa. 2  
Ad apostolicā. de simo. 337. fa. 1  
Ad audientiam. j. de rescrip. 7. fa. 1  
Ad audientiā. ij. de rescrip. 13. f. 1  
Ad audiētiā. de cōsue. 15. f. 2  
Ad audientiā. de offi. vica. 65. fa. 2  
Ad audiētiā. de his, quæ vi metusve. 94. fa. 1  
Ad audiētiā. de pscri. 165. f. 2  
Ad audiētiā. de app. 178. fa. 2  
Ad audiētiā. de cleri. non resi. 198. fa. 2  
Ad audientiam. de rebus eccle. alic. 218. fa. 1  
Ad audiētiā. de deci. 239. f. 2  
Ad audientiam. de capel. mona. 262. fa. 2  
Ad audientiam. j. de ecclesi. ædifi. 283. fa. 2  
Ad audiētiā. ij. e. ti. 284. fa. 1  
Ad audiētiā. de spō. 288. fa. 2  
Ad audientiam. de homi. vo. 352. fa. 2  
Ad audientiam. de tōrnea. 355. fa. 2  
Ad audientiam. de cri. fal. 362. fa. 2  
Ad aures. de rescrip. 7. fa. 1  
Ad aures. de tēp. or. 48. fa. 1  
Ad aures. de æta. & quali. 51. fa. 2  
Ad aures. de his, quæ vi metusve. 93. fa. 2  
Ad aures. de pscrip. 164. fa. 2  
Ad aures. de appell. 178. fa. 2  
Ad aures. de re. ecclesi. ali. 217. fa. 2  
Ad aures. de simo. 332. fa. 1  
Ad aures. de excess. præla. 370. fa. 1  
Ad aures. de pœnis. 388. fa. 2  
Ad decorē. de insti. 207. fa. 2  
Ad dissolūtiōem. de despo. impube. 296. fa. 1  
Ad eminentiam. de sententiā excommu. 395. fa. 2  
Ad extirpādās. de si. presby. 57. fa. 2  
Ad falsariorū. de cri. fal. 363. fa. 2  
Ad hæc. de rescrip. 7. fa. 1  
Ad hæc. de postu. pla. 17. fa. 2  
Ad hæc. de si. psby. 57. fa. 2  
Ad hæc. de offi. archi. 63. fa. 1  
Ad hæc. de offi. vica. 65. fa. 2  
Ad hæc. vt lit. nō cōt. 109. f. 2  
Ad hæc. de do. & cōtū. 124. f. 1  
Ad hæc. j. de appell. 174. fa. 2  
Ad hæc. ij. de appell. 176. fa. 2  
Ad hæc



## Decretalium Gregorij

**Ad hæc.** iij. de appel. 178. fa.1  
**Ad hæc.** iij. de appel. Ibidé.  
**Ad hæc.** v. de adpel. 179. fa.1  
**Ad hæc.** de præben. 200. fa.2  
**Ad hæc.** de testa. 230. fa.1  
**Ad hæc.** de deci. 249. fa.1  
**Ad hæc.** de reli. domi. 260. fa.2  
**Ad hæc.** de cõse. eccle. 272. fa.2  
**Ad hæc.** de Iudejs. 340. fa.2  
**Ad hæc.** de exceſ. præla. 370. fa.2  
**Ad hæc.** de priuile. 376. fa.1  
**Ad hæc.** de ſenten. excom. 394. fa.2  
**Ad hoc.** de authorita. & vſu pal. 41. fa.1  
**Ad hoc.** de ſequeſtra. poſſeſ. 129. fa.1  
**Ad hoc.** de ſolu. 226. fa.1  
**Ad honorem.** de authorita. & vſu. 41. fa.1  
**Ad id.** de ſponſali. 291. fa.1  
**Ad liberandam.** de Iudæ. 343. fa.1  
**Ad monet.** de renun. 42. fa.2  
**Ad noſtrâ.** de proba. 133. fa.1  
**Ad noſtram.** j. de iureiuran. 153. fa.2  
**Ad noſtram.** ij. de iureiuran. 156. fa.1  
**Ad noſtram.** iij. eo. tit. ibidé. fa.2  
**Ad noſtram.** de appel. 174. fa.1  
**Ad noſtram.** de conſir. vii. 190. fa.2

**Ad noſtram.** de rebus eccle. alic. 218. fa.1  
**Ad noſtrâ.** de. empt. & ven. 220. fa.2  
**Ad noſtram.** de regu. 244. fa.2  
**Ad noſtram.** de cõiu. ſeruo. 303. fa.1  
**Ad noſtram.** de ſimo. 331. fa.2  
**Adoleſcens.** de ſponſa. 293. fa.2  
**Ad petitioné.** de accu. 326. fa.1  
**Ad probandum.** de ſenten. & re iudi. 173. fa.1  
**Ad præſentiam.** de fil. præſby te. 56. fa.1  
**Ad præſentiam.** de ap. 176. fa.1  
**Ad quæſtiones.** de re. permu. 222. fa.1  
**Ad reprimendâ.** de offi. iud. or. 79. fa.2  
**Ad ſupplicationé.** de renun cia. 43. fa.1  
**Aduerſus.** de immu. ec. 285. fa.2  
**Aduerſario.** de excep. 163. fa.2  
**Ad vltimum.** de cau. poſ. & proprie. 117. fa.1  
**Afferre.** de præſum. 150. fa.2  
**Albericus.** de teſti. 142. fa.1  
**Alia quidem.** de procu. 90. fa.1  
**A memoria.** vt lite penden. 128. fa.1  
**A multis.** de æta. & quali. 52. fa.1

A no

## Capitulorum index.

**A nobis.** de ſacramen. non ire. 55. fa.2  
**A nobis.** de digamis. 61. fa.2  
**A nobis.** de excep. 160. fa.2  
**A nobis.** de cohabi. cleri. & mulic. 195. fa.1  
**A nobis.** de deci. 241. fa.1  
**A nobis.** de deſpon. impube. 295. fa.1  
**A nobis.** qui ma. accu. poſ. 315. fa.2  
**A nobis.** de apo. 349. fa.1  
**A nobis.** j. de ſenté. excom. 396. fa.1  
**A nobis.** ij. eo. d. tit. 397. fa.1  
**An ſit deſerédum.** de appel. 180. fa.1  
**Antigonus.** de pac. 87. fa.1  
**Antiqua.** de priuile. 380. fa.2  
**Apoſtolicę.** de excep. 162. f. 2  
**Apoſtolicę.** de dona. 228. f. 1  
**Apoſtolicæ.** de cle. excom. 368. fa.2  
**Apoſtolicam.** de præſby. nõ bap. 281. fa.1  
**Aqua.** de cõſe. eccl. 273. fa.2  
**Archidiaconis.** de offic. archidia. 62. fa.2  
**Artem illâ.** de ſagit. 356. fa.2  
**At ſi clerici.** de iudi. 101. fa.2  
**Atteſtationes.** de deſpon. impu. 295. fa.1  
**Auaritię.** de præbè. 200. fa.1  
**Authoritate.** de inſti. 207. f. 2  
**Authoritate.** de cõſi. 272. f. 2  
**Audiuimus.** de reliqui. 282. fa.1  
**Audiuimus.** de ſimo. 337. fa.1

**Audiuimus.** de colluſio. de- tege. 364. fa.2  
**Audita.** de reſtitu. ſpo. 119. fa.1  
**Auditis.** de elect. 28. fa.2  
**Auditis.** de procura. 91. fa.2  
**Auditis.** de in inte. reſti. 99. fa.1  
**Auditis.** de præſcrip. 166. fa.1  
**Beneficio.** de reſti. in in- teg. 97. fa.2  
**Bona fides.** de depoſito. 219. fa.2  
**Bonæ memoriæ.** j. de poſt. præla. 18. fa.2  
**Bonæ memoriæ.** ij. eo. d. titu. ibidem.  
**Bonæ memoriæ.** j. de elect. 26. fa.1  
**Bonę mēorię ij.** de ele. 31. f. 2  
**Bonæ memoriæ.** de appel. 182. fa.2  
**Bonæ memoriæ.** de conſir. vii. 189. fa.2  
**Breui ſciſcitarus.** de iureiu- ran. 156. fa.1  
**Capellanus.** de fer. 115. fa.1  
**Capellanum.** de ſecun. nup. 320. fa.2  
**Capitulum ſanctæ Crucis.** de reſtitu. 12. fa.2  
**Calumniam.** de pœnis. 388. fa.1  
**Canonica.** de ſenten. excom. 403. fa.2  
**Canonũ ſtatuta.** de cõ. 3. fa.1

bb Charif.

## Decretalium Gregorij

Charissimus. de conuer. con  
 iug. 250. fa. 1  
 Causa. de integ. rest. 97. fa. 2  
 Causa. de verb. signi. 406.  
 fa. 2  
 Causam matrimonij. de offi.  
 delega. 68. fa. 1  
 Causa matrimonij. de pro-  
 batio. 133. fa. 2  
 Causam matrimonij. de tes-  
 ti. cog. 144. fa. 2  
 Causam, quæ de rescrip. 9.  
 fa. 1  
 Causam, quæ de elect. 21. f. 2  
 Causam, quæ de offi. dele.  
 68. fa. 1. & fa. 2  
 Causam, quæ. j. de iudi. 102.  
 fa. 1  
 Causam, quæ. ij. eo. tit. 104.  
 fa. 1  
 Causam, quæ de dolo & cõ  
 tu. 124. fa. 2  
 Causam, quæ. j. de testi. & at-  
 testa. 135. fa. 2  
 Causam, quæ. ij. de testi. &  
 atesta. 136. fa. 2  
 Causam, quæ. de præscrip.  
 164. fa. 2  
 Causam, quæ. de senten. &  
 re iudi. 170. fa. 1  
 Causam, quæ. j. qui si. sint le-  
 giti. 312. fa. 1  
 Causam, quæ. ij. qui si. sint le-  
 giti. ibidem. fa. 2  
 Certificari. de sepul. 236. fa. 1  
 Cæterum. de rescrip. 6. fa. 1  
 Cæterum. de iudi. 101. fa. 2  
 Cæterum. de iura. calu. 113.  
 fa. 1  
 Cæterum. de testi. cog. 145.  
 fa. 2  
 Cæterum. de dona. 226. fa. 2  
 Clericus. de iureiu. 160. fa. 1  
 Clericus. j. de vita & hone.  
 cleri. 191. fa. 2  
 Clericus. ij. eo. tit. 192. fa. 1 }  
 Clericus. de fideiuss. 225. fa. 1 }  
 Clerici. de postu. 89. fa. 2 }  
 Clerici. de iudi. 102. fa. 1 }  
 Clerici. de vita & honest. cle  
 ri. 191. fa. 2 }  
 Clerici. ij. de vita & honesta.  
 cleri. 193. fa. 1 }  
 Clerici. de cle. excom. 370.  
 fa. 1 }  
 Clerici. de exces. præla. 367.  
 fa. 1 }  
 Clericis. de vita & hone. cle  
 ri. 192. fa. 1 }  
 Clericis. ne cler. vel mona.  
 287. fa. 1 }  
 Clericos. de offi. vica. 65. f. 2  
 Clericos. de cohabita. cleri.  
 & mulie. 194. fa. 1 }  
 Clericos. de cleri. non rescri.  
 199. fa. 1 }  
 Cognoscentes. de constitut.  
 3. fa. 2  
 Coniugatus. de conuer. con-  
 iug. 249. fa. 1  
 Cõgregato. de elect. 36. fa. 2  
 Cõpromissum. de arbi. 101.  
 fa. 1  
 Cõmissum. de deci. 238. f. 2  
 Cõmissum. de spõ. 290. fa. 2 }  
 Conquerente. de fil. presby.  
 56. fa. 1 }  
 Conquerente. de offi. iudi.  
 ordi-

## Capitulorum index.

ordina. 82. fa. 1  
 Conquerente. de resti. spo.  
 120. fa. 1  
 Conquerente. de cle. pere-  
 gri. 189. fa. 1  
 Conquerente. de cle. nõ re-  
 si. 197. fa. 2  
 Conquestus. de fo. comp. 107.  
 fa. 2  
 Conquestus. de fer. 115. fa. 2  
 Cõquestus. qui fil. sint legit.  
 311. fa. 2  
 Cõquestus. de ysur. 360. f. 2  
 Conquesti. de senten. excõ.  
 396. fa. 1  
 Con sanguinei. de sen. & re  
 iudi. 169. fa. 1  
 Consensus. de rebus eccle.  
 alic. 217. fa. 1  
 Cõsiliũ. de plus peti. 116. f. 1  
 Cõsiliũ. de cele. miss. 274. f. 1  
 Cõsiliũ. de obs. iei. 282. fa. 2  
 Cõsiderauimus. de elec. 22.  
 fa. 1  
 Constitutus. de rescrip. 9. f. 1  
 Constitutus. de si. presby.  
 57. fa. 1  
 Cõstitutus. de transac. 88. f. 2  
 Constitutus. de in integ. resti.  
 97. fa. 1  
 Constitutus. de testi. & atte-  
 sta. 138. fa. 2  
 Cõstitutus. de appel. 180. f. 2  
 Constitutus. de concess. præ-  
 ben. 211. fa. 2  
 Constitutus. de fideiuss. 225.  
 fa. 2  
 Constitutus. de conuer. con-  
 iug. 251. fa. 1  
 Constitutus. de reli. do. 260.  
 fa. 2  
 Constitutus. de pur. ca. 384.  
 fa. 1  
 Cõstitutus. de pœnis. 388. f. 2  
 Constitutus. de elect. 34. fa. 2  
 Constitutus. de procu. 92. f. 2  
 Constitutus. de eo. qui mit.  
 in pos. 127. fa. 1  
 Constitutus. j. de testib. & at-  
 testat. 142. fa. 1 }  
 Cõstitutus. ij. eo. tit. & fo. fa. 2 }  
 Cõstitutus. j. de app. 177. fa. 1 }  
 Cõstitutus. ij. de appel. 181. f. 2 }  
 Constitutus. ne sede vacan-  
 213. fa. 1 }  
 Consuetudines. de consue.  
 15. fa. 2  
 Consulere. de simo. 336. fa. 2  
 Consulisti. de conse. eccl.  
 273. fa. 1  
 Consulisti. de celebratione  
 missa. 274. fa. 1  
 Consuluit. de ser. non ord.  
 59. fa. 1  
 Consuluit. de offi. & pote. iu-  
 di. delega. 70. fa. 2  
 Consuluit. j. de appel. 175. f. 2  
 Consuluit. ij. de ap. 176. fa. 1  
 Consuluit. iij. de appel. 178.  
 fa. 1  
 Consuluit. de cõuer. coniu.  
 290. fa. 1  
 Consuluit. de iur. pa. 265. fa. 1  
 Consuluit. qui cleri. vel vo-  
 uen. 299. fa. 2  
 Cõsuluit. de Iudæ. 340. fa. 2  
 Cõsuluit. de ysuris. 360. fa. 2  
 Cõsuluit. de procu. 93. f. 1  
 bb ij Con-

50



## Gregorij Decretalium

Consulti. de reg. 247. fa. 2  
 Consultationi. de tempo. ordinaria. 50. fa. 1  
 Consultationi. de spon. 292. fa. 2  
 Consultationi. de frigi. 309. fa. 2  
 Consultationi. de apo. 349. fa. 1  
 Consultationi. de priuili. 382. fa. 2  
 Consultationibus. de offi. & pot. iudi. de leg. 67. fa. 1  
 Consultationibus. de cleri. ægrot. 207. fa. 1  
 Consultationibus. de don. 227. fa. 1  
 Consultationibus. de iure patro. 265. fa. 2  
 Continentia. de cle. percus. 366. fa. 1  
 Continebatur. de his, quæ fiunt à prælat. 213. fa. 2  
 Continebatur. de desponsa. impu. 294. fa. 2  
 Continebatur. de homici. volun. 351. fa. 2  
 Cōtingit. de tráfact. 88. fa. 1  
 Contingit. de arbi. 99. fa. 2  
 Contingit. de do. & contu. 126. fa. 2  
 Cōtingit. de fide instru. 147. fa. 2  
 Contingit. j. de senten. excó. 400. fa. 1  
 Contingit. ij. de senté. excó. 402. fa. 1  
 Cōtracto. de cog. spi. 304. f. 1  
 Corá dilecto. de elect. 31. f. 2

Corá dilecto. de offi. & pote. iudi. de leg. 74. fa. 2  
 Coram felicis. de in integrú restitu. 96. fa. 2  
 Crimina. de collu. 364. fa. 2  
 Cumana. de elect. 35. fa. 1  
 Cum ab omni. de vita & honest. cleri. 192. fa. 2  
 Cum ab ecclesiarum. de of. or. 79. fa. 1  
 Cum accessissent. de consti. 4. fa. 1  
 Cum ad monasterium. de statu mona. 257. fa. 2  
 Cú ad nostrá. de elec. 32. fa. 1  
 Cum ad nostram. de institui. 208. fa. 2  
 Cum ad hoc. de cleri. non residen. 198. fa. 2  
 Cum ad sedem. de resti. spo. 122. fa. 2  
 Cum ad quorúdam. de excési. 370. fa. 2  
 Cum à deo. de rescrip. 8. f. 2  
 Cum aliquibus. de senten. & re iu. 168. fa. 2  
 Cú à nobis. de arbi. 100. fa. 2  
 Cum à nobis. de testi. & at- testa. 138. fa. 1  
 Cum apostolus. de censu. 268. fa. 1  
 Cum apostolicam. de his, quæ fiunt à præla. 214. fa. 1  
 Cum apud. de spon. 291. fa. 2  
 Cú auté. de iure pá. 266. fa. 1  
 Cum Bertholdus. de senten. & re. iudi. 171. fa. 2  
 Cum bonæ. de æta. & qua. 52. fa. 1

Cum

## Capitulorum index.

Cum bonæ. de proba. 133. f. 2  
 Cú canoni. de cési. 272. fa. 2  
 Cú capella. de priuili. 379. f. 1  
 Cum causa. de offi. & potest. iudi. de leg. 70. fa. 1  
 Cum causa. de testi. & attest. 141. fa. 2  
 Cum causa. de senten. & re iudi. 168. fa. 2  
 Cum causa. de empt. & ven. 220. fa. 2  
 Cum causa. de rap. 338. fa. 2  
 Cum causam. de elec. 27. f. 2  
 Cú causam. de iura. cal. 113. fa. 1  
 Cú causam. de proba. 133. f. 2  
 Cú causam. de test. & attest. 140. fa. 2  
 Cú causam. de appel. 186. f. 1  
 Cum causam. de præben. 206. fa. 1  
 Cum certum. de maio. & o- bedien. 83. fa. 2  
 Cum cessante. de appel. 185. fa. 2  
 Cum Christus. de here. 344. fa. 1  
 Cum clamor. de testi. 144. fa. 1  
 Cum consuetudinis. de con sue. 17. fa. 1  
 Cú clericis. de ordi. ab epi. 50. fa. 2  
 Cum clerici. de pac. 87. fa. 2  
 Cú clerici. de censu. 269. fa. 1  
 Cú cleri. de ver. sig. 407. f. 2  
 Cú cōtingat. de rescrip. 10. f. 2  
 Cú cōtingat. de æta. & qua- li. 52. fa. 2  
 Cum cōtingat. de officio & pote. iudi. de lega. 75. fa. 1  
 Cum contingat. de fo. com- pe. 106. fa. 2  
 Cum contingat. de iureiur. 159. fa. 1  
 Cú contingat. de deci. 242. fa. 2  
 Cú contra. de testi. cog. 146. fa. 1  
 Cú contra. de pig. 224. fa. 2  
 Cum constet. eo. tit. 215. fa. 1  
 Cum creatura. de cel. mis. 277. fa. 2  
 Cú decoré. de si. presb. 58. f. 1  
 Cum decoré. de vita & hon. clerico. 192. fa. 2  
 Cum decorem. de cle. cōiu. 196. fa. 2  
 Cú deputati. de iudi. 103. f. 2  
 Cú de tua. de cor. vici. 59. f. 1  
 Cum desideres. de sen. exc. 395. fa. 1  
 Cú dicat. de eccle. ædi. 283. fa. 2  
 Cú dilectus. de cōsue. 16. f. 2  
 Cú dilectus. de elec. 29. fa. 2  
 Cum dilectus. de his, quæ vi. 94. fa. 1  
 Cum dilectus. de arbi. 99. f. 1  
 Cú dilectus. de or. cog. 116. f. 1  
 Cum dilectus. de causa pos- ses. 118. fa. 1  
 Cum dilectus. de si. instru. 149. fa. 1  
 Cum dilectus. de cleri. non residen. 198. fa. 2  
 Cum dilectus. de succes. ab intest. 234. fa. 2

bb iii Cum

## Decretalium Gregorij

Cum dilectus. de religio. do-  
 mi. 261. fa. 2  
 Cum dilectus. de iure patro-  
 natus. 267. fa. 1  
 Cū dilectus. de accu. 325. fa. 1  
 Cum dilectus. de calū. 328.  
 fa. 2  
 Cū dilectus. de purga. cano.  
 384. fa. 2  
 Cum dilecta. in tit. de rescri-  
 ptis. 10. fa. 1  
 Cū dilecta. de confir. vti. vel  
 inuti. 189. fa. 2  
 Cū dilecta. de conces. præ-  
 bend. 212. fa. 2  
 Cū dilecti. de do. & contu-  
 ma. 125. fa. 1  
 Cum dilecti. de emptio. &  
 vendi. 219. fa. 2  
 Cum dilecti. de dona. 227.  
 fa. 1  
 Cū dilecti. de accu. 324. fa. 1  
 Cū dilectis. de pur. c. 385. f. 2  
 Cū ecclesia Sutrina. de cau.  
 possess. & proprie. 117. fa. 1  
 Cum ecclesia dei. de immu-  
 nita. eccle. 285. fa. 1  
 Cum ecclesia Vultarana. de  
 elect. 29. fa. 2  
 Cum ecclesiasticæ. de excep-  
 ptio. 161. fa. 1  
 Cum esset de testa. 230. fa. 2  
 Cum essent de simo. 330. fa. 1  
 Cum & plantare. de priuile.  
 375. fa. 1  
 Cū ex eo. de reliq. & vene-  
 ra. 282. fa. 1  
 Cum ex eo. de poeniten. &  
 remis. 392. fa. 1  
 Cum ex illo. de transla. epi-  
 scop. 39. fa. 1  
 Cum ex officij. de præscrip-  
 166. fa. 2  
 Cum ex iniuncto. de hære.  
 345. fa. 2  
 Cum ex iniuncto. de no. ope.  
 nun. 374. fa. 1  
 Cum fortius. de calum. 328.  
 fa. 2  
 Cū gratia. de commo. 219.  
 fa. 1  
 Cum H. de eo. qui ordi. fur.  
 susc. 369. fa. 1  
 Cum haberet. de eo. qui du.  
 in matri. quā pol. 301. fa. 1  
 Cum homines. de deci. 239.  
 fa. 1  
 Cum I. & A. de senten. & re  
 iudi. 172. fa. 2  
 Cum iam dudum. de præben-  
 dis. 201. fa. 2  
 Cum Ioannes. de fide instru-  
 men. 149. fa. 1  
 Cū in veteri. de elect. 36. fa. 1  
 Cum in tua. de testi. & atto-  
 sta. 142. fa. 1  
 Cū in tua. de deci. 242. fa. 2  
 Cum in tua. de spō. 292. fa. 2  
 Cum in tua. qui matri. accu-  
 poss. 316. fa. 1  
 Cum in causa. de iura. calū.  
 113. fa. 1  
 Cum in iuuentute. de præ-  
 sump. 152. fa. 2  
 Cum in iuuentute. de pur-  
 ga. can. 384. fa. 2  
 Cū i magistru de elec. 35. fa. 1  
 Cū i officijs. de testi. 230. fa. 1  
 Cum

## Capitulorum index.

Cum iure. de elec. 30. fa. 1  
 Cū in iure. de offi. & pote.  
 iudi. deleg. 73. fa. 2  
 Cū in ecclesiæ. de simo. 329.  
 fa. 2  
 Cum in ecclesia. de ap. 179.  
 fa. 1  
 Cum in ecclesijs. de maio. &  
 obe. 85. fa. 1  
 Cum in cunctis. de elec. 21.  
 fa. 1  
 Cum in cunctis. de his quæ  
 fi. à ma. par. 215. fa. 1  
 Cum in apostolica. de spon.  
 291. fa. 1  
 Cum in partibus. de ver. si-  
 gni. 407. fa. 1  
 Cum in diocesi. de vsu. 361.  
 fa. 2  
 Cum in distribuendis. de té-  
 po. ordi. 49. fa. 1  
 Cum in contemplatione. de  
 regu. iur. 412. fa. 1  
 Cum inferior. de maiori. &  
 obe. 86. fa. 1  
 Cum instatia. de censu. 270.  
 fa. 1  
 Cum infirmitas. de poenitē.  
 & remis. 391. fa. 2  
 Cum inhibito. de clandest.  
 despon. 296. fa. 2  
 Cum inter. de cōsue. 16. fa. 2  
 Cum inter. j. de elec. 23. fa. 1  
 Cum inter. ij. de elec. 23. fa. 2  
 Cū inter. iij. de elec. 25. fa. 1  
 Cū inter P. de renū. 42. fa. 1  
 Cū inter. de excep. 161. fa. 1  
 Cum inter. de senten. & re  
 iudi. 169. fa. 2  
 Cum inter. qui filij sint legit.  
 312. fa. 1  
 Cum inter. de verbo. signifi.  
 410. fa. 2  
 Cum illorum. de senten. ex-  
 com. 398. fa. 2  
 Cum iuramento. de homi.  
 350. fa. 2  
 Cū laici. de iur. pa. 264. fa. 2  
 Cum laicis. de rebus eccle-  
 alie. 218. fa. 2  
 Cū liberū. de sepul. 235. fa. 2  
 Cum locū. de spon. 290. fa. 1  
 Cum M. Ferrarien. de cōsti-  
 tu. 4. fa. 2  
 Cum Marthæ. de cele. miss.  
 274. fa. 1  
 Cum monasterium. de elect.  
 22. fa. 2  
 Cum monasterium. de con-  
 fess. 129. fa. 2  
 Cum non ab homine. de iu-  
 di. 102. fa. 1  
 Cum nō ab homine. de sen-  
 ten. excom. 394. fa. 2  
 Cū non sit. de deci. 243. fa. 2  
 Cum non ignores. de præbē.  
 & digni. 200. fa. 2  
 Cum non ignoretis. de offi.  
 leg. 77. fa. 1  
 Cum nō liceat. de præscrip-  
 165. fa. 2  
 Cum nos. de his. quæ fiunt à  
 præla. 213. fa. 2  
 Cum nobis. de elec. 23. fa. 2  
 Cū nobis. de præscrip. 166.  
 fa. 1  
 Cum nostris. de conces. præ-  
 bend. 209. fa. 2  
 bb iij Cum

Se

## Decretalium Gregorij

- Cum nūcius. de testi. & at-  
testa. 135. fa. 2
- Cum nuper. de cōsi. 272. fa. 1
- Cum olim. de cōsue. 16. fa. 1
- Cum olim. j. de offi. & pote.  
iudi. deleg. 74. fa. 1
- Cum olim. ij. eo. titu. & fo.
- Cum olim. de maio. & obe.  
86. fa. 1
- Cum olim. de arbi. 99. fa. 1
- Cum olim. de cau. poss. 118.  
fa. 2
- Cum olim. de do. & contu.  
125. fa. 2
- Cū olim. de testi. & atesta.  
139. fa. 2
- Cum olim. de p̄scrip. 167.  
fa. 1
- Cum olim. de sentē. & re iu  
dica. 169. fa. 2
- Cum olim. de cle. coniuga.  
196. fa. 1
- Cum olim. de p̄aben. 206.  
fa. 2
- Cū olim. de re. permu. 222.  
fa. 2
- Cum olim. de cōsi. 270. fa. 2
- Cū olim. j. de priui. 377. fa. 1
- Cum olim. ij. eo. tit. 378. fa. 1
- Cum olim. de verbo. signifi.  
408. fa. 2
- Cum omnes. de cōsti. 3. fa. 2
- Cū oporteat. de accus. 324.  
fa. 2
- Cū ordinē. de rescrip. 6. fa. 2
- Cum P. de si. instru. 150. fa. 1
- Cum P. de accu. 321. fa. 2
- Cum P. de pur. ca. 383. fa. 2
- Cū parati. de appel. 176. fa. 2
- Cū percussio. de cleri. xgro.  
206. fa. 2
- Cum post petitam. de elect.  
34. fa. 2
- Cū pridem. de pact. 87. fa. 1
- Cum pro causa. de procura.  
397. fa. 1
- Cum pro causa. de sentē. ex-  
com. 91. fa. 2
- Cum propter. de iure patro.  
266. fa. 2
- Cum quidam. de temp. ord.  
48. fa. 2
- Cum quidā. de iure iur. 154.  
fa. 2
- Cū R. de offi. deleg. 75. fa. 1
- Cum sacerdotis. de postul.  
90. fa. 1
- Cum satis. de offi. archi. 62.  
fa. 2
- Cum seculum. de iure patro.  
264. fa. 2
- Cum secundum. de temp. or.  
48. fa. 2
- Cū secundū. de p̄b. 201. fa. 1
- Cum secundū. de secū. nup.  
321. fa. 1
- Cum sicut. de eo qui mit. in  
poss. 127. fa. 1
- Cum sicut. de consec. eccle.  
273. fa. 1
- Cum sis. de auth. & vsu pal.  
41. fa. 2
- Cum sis. de conuer. coniug.  
249. fa. 1
- Cū sis. de cōse. eccl. 273. fa. 1
- Cum sit ars artium. de æta.  
53. fa. 2
- Cū sit generale. de foro cō-  
peten. 50

## Capitulorum index.

- peten. 105. fa. 2
- Cū sit nimis. de Iudæ. 342.  
fa. 2
- Cum sit proprium. de condi.  
apposi. 298. fa. 1
- Cū sit Romana. de app. 174.  
fa. 1
- Cum sit Romana. de simo.  
329. fa. 2
- Cū simus. de regul. 245. fa. 2
- Cum sint homines. de deci.  
240. fa. 2
- Cū speciali. de app. 185. fa. 2
- Cum super. de autho. & vsu  
pal. 41. fa. 1
- Cum super. de offic. & pote.  
iudi. deleg. 70. fa. 2
- Cum super. de cau. poss. 117.  
fa. 2
- Cū super. de cōfess. 129. fa. 2
- Cū sup. de test. cog. 145. fa. 1
- Cum super. de seaten. & re  
iudi. 171. fa. 1
- Cum super. de concess. p̄a-  
ben. 210. fa. 2
- Cū super. de sepul. 236. fa. 1
- Cū tanto. de consue. 17. fa. 2
- Cum terra. de elec. 22. fa. 2
- Cū teneamur. de ap. 176. fa. 1
- Cum teneamur. de p̄aben.  
199. fa. 2
- Cū te. de offi. & potesta. iud.  
deleg. 68. fa. 2
- Cum te. de sentē. & re iudi.  
173. fa. 1
- Cum tēpore. de arbi. 99. fa. 1
- Cum tibi. de testa. 231. fa. 1
- Cum tibi. de verb. sig. 407.  
fa. 2
- Cum tu. de testi. 136. fa. 1
- Cum tu. de vsuris. 360. fa. 1
- Cum venerabilis. de consue.  
16. fa. 2
- Cum venerabilis. de excep.  
161. fa. 1
- Cum venerabilis. de religio.  
domi. 261. fa. 1
- Cum venerabilis. de censu.  
271. fa. 2
- Cum venisset. de sacra vnc̄.  
53. fa. 2
- Cum venisset. de restit. sp̄s.  
120. fa. 1
- Cum venisset. de testi. & at-  
testa. 137. fa. 2
- Cum venissent. de in integ.  
restit. 94. fa. 2
- Cū venisset. de iudi. 102. fa. 2
- Cū venissent. de eo. qui mit.  
in posses. 127. fa. 2
- Cum venissent. de institut.  
208. fa. 1
- Cum. xx. annum. de offi. de-  
leg. 76. fa. 2
- Cū Vintoni. de elec. 27. fa. 1
- Cū virū. de regula. 245. fa. 2
- Cum vniuersorum. de rerū  
permuta. 222. fa. 2
- Cum voluntate. de sent. ex-  
com. 404. fa. 1
- Cū vos. de off. iu. or. 79. fa. 1
- Cura pastoralis. de iure pa-  
tro. 264. fa. 2
- Cura suscepti. de purga. vul  
ga. 386. fa. 2
- Custos ecclesiæ. de officio.  
65. fa. 1
- Custos sollicitus. Ibidem.

Dānamus

## Decretalium Gregorij

**D**amnatus. de summa trini. 2. fa. 1  
 De appellationibus. de app. 175. fa. 1  
 So Debitum. de diga. 61. fa. 1  
 Debitum. de baptismo. 280. fa. 1  
 Debitores. de iureiu. 153. fa. 2  
 De causis. de offi. deleg. 66. fa. 2  
 Decernim<sup>9</sup>. de iudi. 101. fa. 1  
 Decetero. de trasac. 88. fa. 2  
 Decetero. de testi. & attest. 136. fa. 1  
 Decetero. de sen. & re iud. 168. fa. 1  
 Decetero. de cle. non resid. 197. fa. 2  
 Decetero. de ho. volun. 352. fa. 1  
 Decetero. de sentē. excom. 394. fa. 1  
 Decimam partem. de deci. 238. fa. 1  
 De confirmationibus. de cōfir. vtil. 189. fa. 2  
 De diaco. qui cleric. vel vo. 299. fa. 2  
 De digamis. de diga. 60. fa. 2  
 De eo autem. de temp. ordi. 48. fa. 1  
 De famulis. de ser. non ordi. 58. fa. 2  
 Defleat peccator. de reg. iu. 412. fa. 2  
 De Francia. de spō. 288. fa. 1  
 De his. de testa. 234. fa. 1  
 De his. de sepultu. 235. fa. 2  
 De his. de ecc. ædifi. 284. fa. 1  
 De his. de accusa. 321. fa. 2  
 De hoc. de simo. 329. fa. 2  
 De homine. de celeb. missā 276. fa. 1  
 De illo. de eo. qui cogno. cōsang. vxō. 305. fa. 1  
 De illa. de diuor. 317. fa. 2  
 De illis. de sponsa. 288. fa. 2  
 De illis. j. de despon. impub. 294. fa. 2  
 De illis. ij. de desposā. impu. 295. fa. 1  
 De illis. de cōdi. ap. 298. fa. 2  
 De illis. de rap. 357. fa. 2  
 De infidelibus. de consang. & affini. 307. fa. 2  
 De infantibus. de his. qui fi. occi. 349. fa. 2  
 De iure. de iure pa. 265. fa. 1  
 De monachis. de præb. 200. fa. 2  
 De monialibus. de sentē. excom. 399. fa. 2  
 De multa. de præb. 204. fa. 1  
 De muliere. de sponsa. 289. fa. 1  
 De muliere. de matrimo. cōtracto. 311. fa. 2  
 Deniq;. de excep. 160. fa. 2  
 De peregrinationis. de voto & vo. redemp. 253. fa. 1  
 De presbytero Cāpaniæ. de corpo. vici. 59. fa. 2  
 De precariis. de precar. 279. fa. 1  
 De priore. de appel. 178. fa. 2  
 De prudētia. de dona. inter virum & vxō. 319. fa. 1  
 De quarta. de p̄scri. 164. fa. 2  
 De quibus.

## Capitulorum index.

De quibus. de bap. 278. fa. 2  
 De Quodvult deo. de iudi. 101. fa. 1  
 De rectoribus. de cle. ægro. 206. fa. 2  
 So De regularibus. de simon. 332. fa. 2  
 De feruorum. de seruis non ordi. 58. fa. 2  
 De simoniacē. de simo. 332. fa. 1  
 De terris. de deci. 240. fa. 1  
 De testibus. de testi. & attestatio. 138. fa. 1  
 De testibus. de purga. cano. 385. fa. 1  
 Deus qui. de vi. & hone. ele. 192. fa. 2  
 Deus. qui ecclesiā. de diuor. 318. fa. 2  
 Deus. qui ecclesiam. de pœni. & remis. 390. fa. 2  
 De vxore. de sepul. 236. fa. 1  
 De xenodochiis. de relig. do mi. 260. fa. 1  
 Dignum est. de coniug. ser. 301. fa. 2  
 Dilectus filius. j. in tit. de rescriptis. 11. fa. 2  
 Dilectus filius. ij. 12. fa. 2  
 Dilectus filius. de temp. ordi. 49. fa. 2  
 Dilectus filius. de fil. presby. 58. fa. 1  
 Dilectus. de ser. non ordin. 59. fa. 1  
 Dilectus filius. de offi. lega. 78. fa. 1  
 Dilect<sup>9</sup>. de offi. iu. or. 82. fa. 2  
 Dilectus filius. de procu. 92. fa. 1  
 Dilectus filius. vt lit. pendē. 128. fa. 2  
 Dilectus filius. de sequestra. pos. 129. fa. 1  
 Dilect<sup>9</sup>. j. de præbē. 201. fa. 2  
 Dilect<sup>9</sup>. ij. de p̄ben. 203. fa. 2  
 Dilectus. iij. de præben. 205. fa. 2  
 Dilectus. de conces. præben. 211. fa. 2  
 Dilectus. de capel. mo. 262. fa. 1  
 Dilectus filius. de spōsa. 292. fa. 1  
 Dilectus. j. de simo. 333. fa. 1  
 Dilectus. ij. Ibidem.  
 Dilectus filius. de homic. vo. 352. fa. 2  
 Dilectus filius. de exces. præla. 372. fa. 1  
 Dilectus filius. de pœnis. 389. fa. 1  
 Dilecta filia. de maio. & obe dien. 85. fa. 2  
 Dilecta. de exces. præla. 372. fa. 2  
 Dilecto filio. de supplen. negli. præla. 47. fa. 2  
 Dilecto. de off. archi. 63. fa. 2  
 Dilecto filio. de testibus & atesta. 141. fa. 1  
 Dilecto filio. de ap. 186. fa. 2  
 Dilecto filio. de præbē. 293. fa. 1  
 Dilecto filio. de verb. signifi. 410. fa. 2  
 Dilecti filij. de renū. 46. fa. 2  
 Dilecti

## Decretalium Gregorij

**Dilecti filij**, de maio. & obedien. 86. fa. 1  
**Dilecti**, de arbi. 98. fa. 2  
**Dilecti**, de iudi. 102. fa. 1  
**Dilecti filij**, de foro competen. 107. fa. 2  
**Dilecti**, de libel. obl. 108. f. 2  
**Dilecti**, de dila. 113. fa. 2  
**Dilecti filij**, de excep. 162. f. 2  
**Dilecti**, j. de appel. 173. fa. 2  
**Dilecti**, ij. de appel. 182. fa. 2  
**Dilecti**, iij. de appel. 187. fa. 2  
**Dilecti filij**, de decimis. 239. fa. 1  
**Dilecti**, de priuilegiis. 376. f. 1  
**Dilecti**, de pur. vul. 386. fa. 2  
**Dilecti** in Christo de excep. 163. fa. 1  
**Delictorum**, de testi. 146. f. 1  
**Dilectis filiis**, de appel. 183. fa. 2  
**Directæ**, de appel. 179. fa. 2  
**Discretionem**, de eo qui cognos. consang. vxoris suæ. 305. fa. 2  
**Diuersis fallaciis** de cleri. cõiug. 196. fa. 1  
**Dolentes**, de celebrat. missa. 277. fa. 1  
**Dominus**, de fecũ. nup. 320. fa. 1  
**Donatio**, de dona. inter virum & vxor. 320. fa. 1  
**Dubius** in fide. de hære. 343. fa. 2  
**Dudum**, j. de elec. 25. fa. 2  
**Dudum**, ij. de elec. 36. fa. 2  
**Dudum** de præsum. 152. fa. 2  
**Dudum**, de deci. 242. fa. 2  
**Dudum** de conuersio. coniugat. 252. fa. 1  
**Dudum**, de priuil. 382. fa. 2  
**Duo simul**, de offi. ord. 80. fa. 1  
**Duo pueri**, de despon. impu. 295. fa. 2  
**Duobus** de sentent. & re iudica. 173. fa. 2  
**Duobus** de spõ. duo. 297. f. 1  
**Duobus**, de senten. excommu. 404. fa. 2  
**Dura sepe**, de crimi. fal. 362. facie. 2  
**E** Am te, de ætate & qualitate. 51. fa. 1  
**Eam te**, in titulo de rescript. 6. facie. 2  
**Eam te**, de iure patro. 266. facie. 1  
**Ea** noscitur, de his, quæ si à præla. 214. fa. 1  
**Ea** noscitur, de sentent. excommu. 394. fa. 2  
**Ea, quæ**, de offi. archi. 62. f. 2  
**Ea, quæ**, de sentent. & re iudic. 168. fa. 1  
**Ea, quæ**, de sta. mo. 259. fa. 1  
**Ea, quæ**, de censi. 269. fa. 2  
**Ea, quæ**, de simo. 330. fa. 2  
**Ea, quæ**, de pœnis. 387. fa. 2  
**Ea te**, de iure iur. 156. fa. 2  
**Ecclesia sanctæ Mariæ**, de consti. 5. fa. 1  
**Ecclesia sanctæ Mariæ**, j. vt lite pend. 128. fa. 1  
**Ecclesia sanctæ Mariæ**, ij. I. bidem. fa. 2  
**Ecclesia vestra**, j. de elec. 35. fa. 1

## Capitulorum index.

35. facie. 1  
**Ecclesia vestra**, ij. de elect. 38. facie. 1  
**Ecclesia vestra**, de sorti. 364. facie. 2  
**Ecclesiæ**, de immu. ec. 286. facie. 1  
**Ecclesiis**, de censi. 269. fa. 1  
**Edoceri** de rescript. 10. fa. 1  
**Ego N.** de iure iur. 153. fa. 1  
**Eo libentius**, de seruis non ordi. 59. fa. 1  
**Episcopus**, de pben. 199. f. 1  
**Episcopi**, de rebus eccle. alienan. 217. fa. 1  
**Episcopũ**, de cle. vena. 365. facie. 2  
**Episcopalia**, de priuil. 375. f. 1  
**Estote**, de reg. iur. 412. fa. 1  
**Et si Christus**, de iure iur. 158. facie. 1.  
**Et si necesse**, de donat. inter virum & vxor. 319. f. 2  
**Et si membra**, de his, quæ sũt à præla. 215. fa. 1  
**Et si vnanimiter**, de postu. præla. 19. fa. 2  
**Et si Iudæos**, de Iudæ. 342. facie. 1  
**Et si quæstiones**, de simo. 331. facie. 1  
**Euidencia**, de accusatio. 321. facie. 2  
**Eum pro quo**, de fideiussori. 226. fa. 1  
**Ex administrationis**, de iure iur. 153. fa. 1  
**Examinata**, de iudi. 103. fa. 2  
**Examinata**, de confirm. vti. 190. fa. 2  
**Exceptionem**, de exceptio. 163. fa. 2  
**Excommunicamus**, j. de hæreti. 346. f. 1  
**Excommunicamus**, ij. de hæretic. 348. fa. 1  
**Excommunicatis**, de offic. le. ga. 78. fac. 2  
**Excõicationi**, de rap. 358. f. 1  
**Ex conscientia**, de crimin. fal. 364. fa. 1  
**Ex conuestione**, de re. spo. lia. 120. fa. 2  
**Ex diligenti** de simonia. 330. facie. 2.  
**Ex epistole**, de probatio. 1303. facie. 1  
**Et frequentibus**, de institut. 207. facie. 2  
**Ex gestis**, de cleri. non resid. 197. fa. 1  
**Exhibita**, de iudi. 104. fa. 1  
**Exhibita**, de re. pmu. 223. f. 1  
**Exhibita**, de homic. voluntario. 355. fa. 1  
**Ex insinuatione**, de rescriptis. 14. fa. 1.  
**Ex insinuatione**, de procuratori. 90. fa. 2  
**Ex insinuatione**, de appellatio. 182. fa. 1  
**Ex insinuatione**, de iure patrona. 265. facie. 1  
**Ex insinuatione**, de simon. 332. fa. 2  
**Ex literarum**, qui cleri. vel vouen. 299. fa. 2  
**Ex literarum**, de eo, qui dur. in matri.

## Decretalium Gregorij

in matri. quem pol. per  
 adul. 301. fa. 1  
**Ex** literarum. de apost. 348.  
 facie. 2  
**Ex** literis de consti. 5. fa. 1  
**Ex** literis de consue. 73. fa. 1  
**Ex** literis de offi. & potesta.  
 iudi. dele. 73. fa. 1  
**Ex** literis de offic. iudi. 83. f. 1  
**Ex** literis. de transac. 88. fa. 2  
**Et** literis. de in integ. restit.  
 95. facie. 2  
**Ex** literis. de mu. per. 109. f. 1  
**Ex** literis. de dolo & contu.  
 124. fa. 1  
**Ex** literis. de proba. 130. fa. 1  
**Ex** literis. de fi. instru. 146.  
 facie. 2  
**Ex** literis. de iureiur. 159. f. 2  
**Ex** literis. de vi. & hone. cle.  
 193. fa. 2  
 50 **Ex** literis. de pig. 224. fa. 1  
**Ex** literis de cōuersione infi.  
 de. 253. fa. 1  
**Ex** literis. de iure pat. 264.  
 facie. 1  
**Ex** literis. j. de sponsa. 289.  
 facie. 1  
**Ex** literis. ij. de sponsa. Ibi.  
 dem. fa. 2  
**Ex** literis. de despon. impu.  
 295. fa. 2  
**Ex** literis. de cog. spi. 304. f. 2  
**Ex** literis. de eo. qui cogno.  
 consangu. vxo. suæ. 306.  
 facie. 1  
**Ex** literis. de consang. & af.  
 fi. 307. fa. 1  
**Ex** literis. de frigi. 309. fa. 2  
**Ex** literis. de ma. contra. 311.  
 facie. 1.  
**Ex** literis. de diuor. 317. fa. 1  
**Ex** literis. j. de homicid. vo.  
 lun. 352. fa. 2  
**Ex** literis. ij. co. titu. 353. fa. 1  
**Ex** literis. de fur. 359. fa. 1  
**Ex** literis de cleri. non ordi.  
 368. fa. 2.  
**Ex** literis de excessi. præla.  
 371. fa. 1  
**Ex** multa. de vo. 255. fa. 1  
**Ex** multiplici. de decim. 238.  
 facie. 2  
**Ex** ore. de his. quæ fi. à maio.  
 par. cap. 215. fa. 2  
**Ex** ore. de priuile. 379. fa. 1  
**Ex** parte. de consti. 5. fa. 1  
**Ex** parte. j. de rescri. 5. fa. 2  
**Ex** parte. ij. de rescri. 7. fa. 2  
**Ex** parte. iij. de rescrip. 13. f. 2  
**Ex** parte. de consue. 17. fa. 1  
**Ex** parte. de tempo. ordi. 49.  
 facie. 1  
**Ex** parte. de scruti. in ordi.  
 fa. 50. fa. 1  
**Ex** parte. j. de corpore vitia.  
 tis. 60. fa. 1  
**Ex** parte. ij. de corpore. vitia.  
 Ibidem.  
**Ex** parte. de offi. vica. 66. fa.  
 cie. 1  
**Ex** parte. j. de offi. & pote. iu.  
 di. delega. 67. fa. 2  
**Ex** parte. ij. Ibidem.  
**Ex** parte. de offi. iu. ordi. 79.  
 facie. 1  
**Ex** parte. de transac. 89. fa. 2  
**Ex** parte. de postu. 90. fa. 1  
**Ex** parte

## Capitulorum index.

**Ex** parte. de alie. iud. mu. 97.  
 facie. 2  
**Ex** parte. de arbi. 100. fa. 1  
**Ex** parte. de fo. compe. 107.  
 facie. 1  
**Ex** parte. de resti. spo. 122. f. 1  
**Ex** parte. de confes. 130. fa. 1  
**Ex** parte. de testi. & testata.  
 134. f. 2  
**Ex** parte. de fide & instru.  
 149. fa. 2  
**Ex** parte. j. de appel. 181. fa. 2  
**Ex** parte. ij. de appel. 187. fa. 2  
**Ex** parte. de cle. coniug. 196.  
 facie. 2  
**Ex** parte. j. de cler. non resid.  
 197. fa. 2  
**Ex** parte. ij. de cleri. non resi.  
 198. fa. 2  
**Ex** parte. de cleri. ægro. 207.  
 facie. 1  
**Ex** parte. de concess. præben.  
 211. facie. 1  
 50 **Ex** parte. de his quæ fi. à ma.  
 par. cap. 216. fa. 1  
**Ex** parte. de feu. 223. fa. 1  
**Ex** parte. j. de sepul. 235. fa. 2  
**Ex** parte. ij. de sepul. 236. fa.  
 cie. 2  
**Ex** parte. j. de deci. 239. fa. 2  
**Ex** parte. ij. de deci. 241. fa. 1  
**Ex** parte. iij. de deci. 242. f. 1  
**Ex** parte. de reg. 248. fa. 1  
**Ex** parte. j. de conuer. coniu.  
 249. facie. 2  
**Ex** parte. ij. de conuer. cōiu.  
 250. fa. 2  
**Ex** parte. de capel. mo. 262.  
 facie. 2  
**Ex** parte. de censu. 270. fa. 2  
**Ex** parte. de cele. mis. 274.  
 facie. 1  
**Ex** parte. de obser. ieiui. 282.  
 facie. 2  
**Ex** parte. de sponsa. 289. fa. 1  
**Ex** parte. de accu. 322. fa. 1  
**Ex** parte. j. de priuileg. 377.  
 facie. 2  
**Ex** parte. ij. de priuileg. 379.  
 facie. 2  
**Ex** parte. iij. de priuileg. 382.  
 facie. 1  
**Ex** parte. j. de ver. sig. 408.  
 facie. 2  
**Ex** parte. ij. de ver. sig. 411.  
 facie. 1  
**Ex** parte. iij. Ibidem.  
**Explicari.** de obserua. ieiui.  
 283. fa. 1  
**Exposuisti.** de corp. vi. 60. f. 1  
**Exposuisti.** de præben. & di.  
 gnita. 205. fa. 2  
**Exposuit nobis.** de dila. 114.  
 facie. 1  
**Exposita.** de arbi. 100. fa. 1  
**Ex præsentium.** de pig. 223.  
 facie. 2  
**Ex publico.** de conuer. con.  
 iuga. 249. fa. 1  
**Ex quorundam.** de alie. iudi.  
 mu. 97. fa. 2  
**Ex ratione.** de æta. & qualit.  
 51. facie. 1  
**Ex ratione.** de appel. 175. fa. 1  
**Ex rescripto.** de iureiur. 154.  
 facie. 1  
**Ex rescripto.** de loca. & con.  
 duc. 221. fa. 1  
**Ex spe**

## Decretalium Gregorij

**Ex speciali.** de iudicis. 343.  
 facie. 1  
**Ex studiis** de præsum. 150.  
 facie. 2  
**Et tenore.** in titu. de rescri-  
 ptis. 8. fa. 2  
**Ex tenore.** de tempo. ordi.  
 48. fa. 1  
**Ex tenore.** de fo. compe. 106.  
 facie. 1  
**Ex tenore.** de testi. & attesta.  
 139. fa. 2  
**Ex tenore** de concess. præbē.  
 212. fa. 2  
**Ex tenore.** qui si. sint legi. 315.  
 facie. 1  
**Ex tenore.** de senten. excom.  
 394. fa. 1  
**Extrãpãdã.** de præben. 204.  
 facie. 2  
**Ex transmissã.** de renun. 42.  
 facie. 1  
**Ex transmissã.** de fil. presby-  
 tero. 56. fa. 2  
**Ex transmissã.** de fo. compe.  
 105. fa. 2  
**Ex transmissã.** de resti. spõ.  
 120. fa. 1  
**Ex trãsmisã.** de præscri. 165.  
 facie. 1  
**Ex transmissã.** de deci. 241.  
 facie. 1  
**Ex tua** de fil. presby. 57. fa. 1  
**Ex tuarum** de autho. & vsu  
 pal. 41. fa. 2  
**Ex tuarum** de forti. 364. f. 1  
**Ex tuarum.** de pur. ca. 384.  
 facie. 1  
**Ex tuẽ.** de cle. nõ res. 198. f. 1  
**Ex tua.** de simo. 331. fa. 2  
**F**alidicus. de cri. fal. 562.  
 facie. 1  
**Felicitis** memoriã. de tor. 355.  
 facie. 2  
**Filius** noster. de testa. 229.  
 facie. 2  
**Finem** litibus de do. & con-  
 tu. 125. fa. 1  
**Firmiter.** de sum. tri. & fi. 1. fa  
 cie. 2  
**Firmissime.** de hære. 343. fa. 2  
**Forus.** de ver. sig. 406. fa. 1  
**Fraternitatis** de testi. & atte.  
 136. fa. 1  
**Fraternitatis.** de frigi. 310. f. 1  
**Fraternitatis.** de hære. 343.  
 facie. 2  
**Fraternitati.** de cleri. non re-  
 si. 197. fa. 2  
**Fraternitati.** de eo. qui cogn.  
 confan. vxõ. suã. 306. fa. 1  
**Fraternitati.** de schisma. 348  
 facie. 2  
**Fraternitati.** de cl. excom.  
 367. fa. 2  
**Fraternitatem.** de dona. 226.  
 facie. 2  
**Fraternitatẽ.** de sepul. 235. f. 1  
**Fures.** de fur. 358. fa. 2  
**G**audemus. de conuer.  
 coniug. 251. fa. 2  
**Gaudemus.** de diuor. 318. f. 1  
**Gaudemus.** qui si. sint legi.  
 315. fa. 2  
**G. perpetuus.** de si. instr. 150.  
 facie. 1  
**Gemma** mulier. de spõ. 293.  
 facie. 1

Gratum

## Capitulorum index.

**Gratum** gerimus. de postu.  
 prælato. 18. fa. 1  
**Gratum.** de off. & po. iu. de-  
 le. 68. fa. 2  
**Grauis.** de resti. spõ. 120. fa. 2  
**Grauis.** de deposito. 219. fa. 1  
**Grauis.** de censu. 269. fa. 2  
**Graue** gerimus. de offi. iudi.  
 ordi. 83. fa. 1  
**Graue** nimis. de præbē. 204.  
 facie. 2  
**Graue.** de excess. præla. 372.  
 facie. 2  
**Grauem.** de pccnis. 389. fa. 2  
**Grauem.** de senten. excom.  
 403. fa. 2  
**H**enricus. de cleri. pug.  
 356. fa. 1  
**His** quẽ pro ecclesia. de ma-  
 io. & ob. 85. fa. 2  
**His** quibus. de elec. 39. fa. 1  
**His** quibus. de offi. iudi. ordi.  
 83. fa. 1  
**Humilis.** de maio. & obed.  
 86. fa. 2  
**I**acobus. de simo. 337. fa. 2  
**Ignatus** episcopus. de lib.  
 obla. 108. fa. 2  
**Illa** deuotionis. ne. se. vac.  
 213. fa. 1  
**Illa** quotidiana. de elec. 32.  
 facie. 2  
**Illa** præpositorum. de accu.  
 321. facie. 1  
**Illud.** de maio. & obed. 83.  
 facie. 2  
**Illud.** de præsum. 151. fa. 1  
**Illud.** de præscrip. 164. fa. 2  
**Illud.** de iure. pa. 264. fa. 1  
**Illud.** de cle. excom. 367. fa. 1  
**Illud.** de excess. præla. 370.  
 facie. 2  
**Illo** vos. de pigno. 223. fa. 2  
**Immunitatem.** de immu. ec-  
 cle. 286. fa. 1  
**Imperatorum.** de iura. cal.  
 112. fa. 2  
**Imputari.** de si. instr. 150.  
 facie. 1  
**In aliquibus.** de deci. 243.  
 facie. 1  
**In** arciepiscopatu. de rap.  
 358. fa. 1  
**In** audientia. de senten. ex-  
 com. 396. fa. 2  
**In** causa. de causa. pos. & p-  
 pri. 118. fa. 2  
**In** causis. de elect. 28. fa. 2  
**In** causis. de testi. & attesta.  
 136. fa. 1  
**In** causis. de senten. & re iu-  
 di. 172. fa. 1  
**In** ciuitate. de vsur. 360. fa. 1  
**Indecens** esse. de natis ex li-  
 be. ven. 303. fa. 1  
**Indecorũ** est. de æta. & qua-  
 li. 51. fa. 1  
**Indicant.** de testa. 229. fa. 2  
**Indicatum.** de immu. eccle.  
 284. fa. 2  
**Indignũ.** de reg. iur. 412. f. 2  
**In** ecclesia. de instir. 207. fa. 2  
**In** ecclesiis. de capel. mona.  
 262. fa. 1  
**In** eos. de hæreti. 344. fa. 1  
**In** Genesi. de elec. 37. fa. 2  
**Inhærentes.** de iura. calum.  
 112. fa. 1

ec Inhiben-

So

So

## Decretalium Gregorij

Inhibendum est. de coha. cle. & mu. 193. fa. 2  
 In his. de priuil. 382. fa. 1  
 In his. de verb. signifi. 407. facie. 1  
 Iniustum. de re perm. 22. 2. facie. 1  
 In Lateranensi. de præb. & dig. 205. fa. 1  
 In literis. de offi. & pote. iudi. deleg. 67. fa. 1  
 In literis. de resti. spo. 119. f. 2  
 In literis. de testi. & attesta. 137. fa. 2  
 In literis. de rap. 358. fa. 1  
 In nomine domini. de testi. & attesta. 134. fa. 1  
 In nonnullis. de Iudæ. 34. 2. facie. 2  
 In nostra. de rescrip. 13. fa. 1  
 In nostra præsentia. de procura. 90. fa. 2  
 In nostra. de testi. & attesta. 139. fa. 1  
 In nostra. de sepul. 236. fa. 2  
 In nostra. de iniur. 387. fa. 1  
 Innotuit. de elect. 24. fa. 1  
 Innotuit. de arbi. 100. fa. 2  
 Innotuit. de maledi. 366. facie. 1  
 Innotuit. de eo. qui or. fur. sus. 369. fa. 2  
 Innouamus. de treug. 87. f. 1  
 Innouamus. de censu. 269. facie. 1  
 Innouate. de verborum sig. 405. fa. 1  
 In omni negotio. de testi. 134. facie. 2

In ordinando. de simo. 328. S  
 facie. 2  
 In petra. de iur. calu. 112. fa. 2  
 In præsentia. de renun. 42. facie. 2  
 In præsentia. de proba. 131. facie. 2  
 In præsentia. de sponsa. 291. facie. 1  
 In præsentia. de senten. ex. com. 402. fa. 2  
 In quadam. de celebra. mis. 276. fa. 2  
 In quibusdā. de pœnis. 389. facie. 1  
 Inquirendum. de pecu. cle. 229. fa. 1  
 Inquisitionis. de accu. 325. facie. 1  
 Inquisitioni. de appel. 188. facie. 2  
 Inquisitioni. de senten. ex. com. 402. fa. 1  
 In singulis. de stat. mo. 258. facie. 2  
 Insinuante. de offi. & potest. iudi. deleg. 51. fa. 1  
 Insinuante. qui cleri. vel. vo. uen. 300. fa. 1  
 Insinuatione. de feu. 223. f. 1  
 Insinuatum. de simo. 330. f. 1  
 Instruendi. de ser. non ordi. 58. fa. 2  
 Insuper. de testi. 134. fa. 2  
 Insuper. qui ma. ac. pos. 316. facie. 1  
 Intabulis. de fortil. 364. facie. 1

In tantum

## Capitulorum index.

In tantum. de simo. 336. fa. 1  
 In tantum. de collu. dete. 365. facie. 1  
 Intelligentia. de verb. signi. 405. fa. 2  
 Intellecto. de iureiu. 160. f. 1  
 Intelleximus. de æta. & qualita. 53. fa. 1  
 Intelleximus. de iudi. 102. facie. 1  
 Intelleximus. de or. cog. 115. facie. 2  
 Intelleximus. de his. qui fil. oc. 349. fa. 2  
 Intelleximus. de adulte. 357. facie. 1  
 Intelleximus. de no. oper. nū. ci. 374. fa. 1  
 Inter alia. de immu. ecclæ. 285. fa. 1  
 Inter alia. de senten. ex. com. 398. fa. 2  
 Inter cætera. de offi. iudi. ordi. 82. fa. 1  
 Inter cætera. de appel. 173. facie. 2  
 Inter cætera. de præben. 201. facie. 1  
 Inter cæteras. de rescrip. 6. facie. 1  
 Inter cæteras. de senten. & re iudica. 169. fa. 1  
 Inter corporalia. de transla. 39. facie. 1  
 Inter dilectos. de fide instru. 147. fa. 1  
 Inter dilectos. de donat. 227. facie. 2  
 Inter dilectos. de exces. præ. la. 371. facie. 2  
 Interdicimus. de decimis. 244. fa. 1  
 Interfecisti. de homi. 350. f. 1  
 Inter monasterium. de sen. ten. & re iudi. 172. fa. 1  
 Inter opera. de spon. 291. f. 1  
 Interposita. de appel. 188. f. 1  
 Inter quatuor. de cleri. pere. 62. fa. 1  
 Inter quatuor. de maio. & obe. 84. fa. 2  
 Inter quatuor. de cleri. non res. 198. fa. 1  
 Inter quatuor. de reli. do. 260. fa. 2  
 Inter solitudines. de pur. cano. 184. fa. 1  
 Intimasti. de appel. 187. fa. 2  
 Intimauit. de test. & arte. 136. facie. 2  
 Inuestigandum. de pecu. cle. 228. fa. 2  
 Ioannes. de cle. coniuga. 196. facie. 1  
 Ioannes. de testa. 233. fa. 2  
 Ioannes. de regu. 244. fa. 2  
 Ioannes. de homi. volun. 355. facie. 1  
 Iordanæ. de eo. qui cog. con. sang. 306. fa. 2  
 Ioseph. de verbo. signi. 405. facie. 2  
 Irrefragabili. de offi. ord. 81. facie. 1  
 Irrita erit. de his. quæ. fi. à prælat. 213. fa. 1  
 Is cui. de no. ope. nun. 375. facie. 1

cc ij Is qui.



## Decretalium Gregorij

|  |  |
|--|--|
| Is qui. de solu. 226. fa. 2                      | Licet. de elect. 20. fa. 2                           |
| Is qui. de spon. 293. fa. 1                      | Licet. de transla. 40. fa. 2                         |
| Ita quorundam. de Iudæis. 340. fa. 2             | Licet magister. de supplen. negli. prælat. 47. fa. 1 |
| Item cum. de resti. spo. 119. facie. 2           | Licet. de offic. & pote. iudi. de leg. 73. fa. 2     |
| Iudæi. de testi. & attest. 136. fa. 2            | Licet. de offi. lega. 77. fa. 2                      |
| Iudæi. j. de Iudæ. 340. fa. 1                    | Licet in corrigendis. de offi. iudi. ordi. 81. fa. 1 |
| Iudæi. ij. Ibidem.                               | Licet. j. de fo. compe. 106. fa. 1                   |
| Iudicis officium. de offi. iud. 83. fa. 2        | Licet. ij. de foro. cõpe. 108. facie. 1              |
| Iuramentum. de iureiuran. 160. fa. 1             | Licet. de feriis. 115. fa. 1                         |
| Iuravit. de proba. 131. fa. 1                    | Licet. de resti. spo. 119. fa. 1                     |
| Iurgantium. de senten. & re iudi. 168. fa. 1     | Licet causam. de proba. 132. facie. 1                |
| Ius dictum. de verbo. signi. 406. fa. 2          | Licet. j. de testa. & attest. 137. fa. 1             |
| Iuuenis. de spon. 288. fa. 2                     | Licet. ij. de testi. & attest. 143. fa. 1            |
| <b>L</b> ator præsentium. de pi- gno. 223. fa. 2 | Licet. iij. de testi. & attest. Ibidem. facie. 2     |
| Lator. de senten. & re iudi. 168. fa. 2          | Licet vobis. de præben. 205. facie. 2                |
| Lator. qui fil. sint legi. 312. f. 2             | Licet. de deci. 239. fa. 2                           |
| Lator præsentium. de homi. volunta. 352. fa. 1   | Licet. de regu. 246. fa. 2                           |
| Latores. de cleri. excom. 367 facie. 1           | Licet. de voto. 253. fa. 2                           |
| Laudabilem. vt lit. pen. 128. facie. 1           | Licet. de censu. 268. fa. 1                          |
| Laudabilem. de conuer. infi- de. 252. fa. 2      | Licet. de bap. 280. fa. 2                            |
| Laudabilem. de frigi. 309. facie. 2              | Licet. de sponfa duorum. 297. fa. 2                  |
| Lectæ coram nobis. de renû. 46. fa. 2            | Licet. de coniug. seruorum. 303. fa. 1               |
| Legebat. de ma. obed. 83. facie. 2               | Licet. de accu. 322. fa. 2                           |
|  | Licet Heli. de simo. 333. fa. 2                      |
|  | Licet. de cri. fal. 363. fa. 1                       |
|  | Licet. de pœnis. 388. fa. 1                          |
|  | Licet. de poenitentis. 390. facie. 1                 |

Ligncis,

## Capitulorum index.

|   |  |
|---|--|
| Lignis. de consecra. eccle. 273. fa. 1                | Manifesta. de pœn. & remiss. 389. fa. 2          |
| Literæ tuæ. de dila. 113. fa. 2                       | Maritis. de adul. 356. fa. 2                     |
| Literæ. de frigi. 310. fa. 2                          | Martinus. de cogna. spiritua. 304. fa. 1         |
| Literæ. de ma. contra. 311. f. 1                      | Massana. de elect. 38. fa. 1                     |
| Literas. de renun. 41. fa. 2                          | Matthæus. de simo. 332. fa. 1                    |
| Literas. de supplé. negli. præ- la. 47. fa. 2         | Memimus. de appell. 175. facie. 1                |
| Literas. de rem. or. 49. fa. 1                        | Memimus. qui cle. vel vo. 299. fa. 2             |
| Literas. de fil. presby. 57. fa. 2                    | Memimus. de accusa. 322. facie. 2                |
| Literas. de iura. cal. 112. fa. 2                     | Michael. de fil. presbyt. 57. facie. 2           |
| Literas. de resti. spo. 121. fa. 1                    | Michael. de vsur. 361. fa. 2                     |
| Literas. de præsum. 152. fa. 1                        | Ministerium. de offic. archi- presby. 64. fa. 1  |
| Literas. de concess. præben. 211. fa. 1               | Miramur. de ser. non ordi. 59. fa. 1             |
| Literas. de celeb. missa. 278. facie. 1               | Monachi. de stat. mona. 256. facie. 2            |
| Literas. de despon. impu. 294. fa. 1                  | Monachi. de senten. excom. 393. fa. 1            |
| Literas. de coniug. lepro. 301. fa. 2                 | Monasteria. de vi. & honest. cleri. 192. fa. 1   |
| Literis. de rescrip. 14. fa. 2                        | Moniales. de pur. can. 383. facie. 1             |
| Literis. de præsum. 151. fa. 2                        | Multa sunt. ne cle. vel mo. 286. fa. 1           |
| Literaturam. de voto. 253. fa- cie. 2                 | Multorum. de Iudæ. 340. facie. 1                 |
| <b>M</b> agnus episcopus. de oblig. ad rati. 59. f. 2 | Mulier. de conucr. 252. fa- cie. 2               |
| Magnæ. de voto. 254. fa. 1                            | Mulier. de iureiu. 160. fa. 1                    |
| Maiores. de bap. 278. fa. 2                           | Mulieres. de dona. inter. vir. & vxo. 319. fa. 1 |
| Maioribus. de præbendis. 199. fa. 2                   | Mulieres. de senten. excom. 393. fa. 2           |
| Mancipia. de re. permut. 222. facie. 1                |  |
| Mandatû. de rescrip. 14. fa. 2                        |  |
| Mandato. de procur. 92. fa. 2                         |  |
| Mandato. de simo. 338. fa. 1                          |  |
| Mandata. de præsum. 151. f. 1                         |  |
| Mandamus. de offi. archidia. 63. facie. 1             |  |

40

cc ij Nam

## Decretalium Gregorij

**N**am concupiscentiam. Nisi specialis. de offic. leg.  
 de consti. 3. fa. 2 77. fa. 2  
**N**am & rex. de verbo. signi-  
 fi. 405. fa. 2 **N**obis fuit. de iure patro.  
 266. fa. 2  
**N**am & ego. Ibidem. **N**obis fuit. de simo. 332. fa. 2  
**N**auiganti. de vsur. 362. fa. 1 **N**obilis homo. de pur. ca.  
**N**ec episcopi. de tem. or. 48. 383. fa. 1  
 facie. 2 **N**on amplius de institu. 107.  
**N**e dei. de simo. 337. fa. 2 **N**on debet. de test. & attest.  
**N**e inuitatis. de consti. 3. fa. 2 144. fa. 2  
**N**emo presbyterorum. de si-  
 mo. 330. fa. 1 **N**on debet. de cōsan. & affi.  
**N**emini dubium. de offi. leg. 308. fa. 2  
 78. fa. 2 **N**on dubium. de senten. ex-  
**N**e nimia. de relig. do. 261. com. 393. fa. 2  
 facie. 2 **N**on est. de deci. 241. fa. 1  
**N**e pro defectu. de elect. 33. **N**on est vobis. de reg. 244.  
 facie. 1 facie. 2  
**N**e pro dilatione. de pœni. **N**on est voti. de voto. 253.  
 & re. 392. fa. 2 facie. 2  
**N**e religiosi. de reg. 248. fa. 1 **N**on est. de spon. 289. fa. 2  
**N**icolao. de appel. 187. fa. 1 **N**on iniuste. de procu. 92. 50  
 facie. 2  
**N**ihil est. de elec. 34. fa. 1 **N**on liceat. de cleri. non re-  
**N**ihil prodest. de præscrip. si. 197. fa. 1  
 164. fa. 1 **N**on liceat. de præben. 199.  
**N**ihil obstat. de verbo. signi. facie. 1  
 405. fa. 2 **N**on licet. de reb. eccle. alie.  
**N**imis. de fil. presbyt. 58. 217. fa. 1  
 facie. 1 **N**on magnopere. ne cleri.  
**N**imis. de iureiu. 159. fa. 2 286. fa. 2  
**N**imis iniqua. de exceß. præ- **N**on minus. de immu. eccle.  
 la. 372. fa. 2 284. fa. 2  
**N**imis praua. 373. fa. 1 **N**onne bene. de præsump.  
**N**isi cum pridem. de renun. 150. fa. 2  
 43. fa. 2 **N**onnulli. de rescrip. 12. fa. 1  
**N**isi essent. de præben. 203. **N**on potest. de senten. & re-  
 facie. 1 iudi. 168. fa. 1  
**N**isi specialis. de auth. & v- **N**on satis. de simo. 329. fa. 2  
 su. pal. 41. fa. 1 **N**on licet

## Capitulorum index.

**N**ō sine multa. de arb. 98. fa. 1 cu. 321. fa. 2  
**N**ō vt apponeres. de bap. & **N**ulli Iudgo. de Iud. 343. fa. 1  
 eius effectu. 280. fa. 2 **N**ulli se. de senten. excom.  
 394. fa. 1  
**N**os inter. de pur. ca. 383. fa. 2  
**N**os instituta. de sep. 235. fa. 1  
**N**os quidē. de testa. 229. fa. 2  
**N**ostro postulasti. de pœni. **N**ulla ecclesiastica. de con-  
 & remis. 392. fa. 2 cef. præben. 208. fa. 2  
**N**ostri quomodo. de elect. **N**unc autem. de relig. do.  
 22. fa. 1 260. fa. 1  
**N**oua de pœ. & re. 391. fa. 1 **N**uncios. de deci. 239. fa. 1  
**N**ouū gen<sup>o</sup>. de deci. 238. fa. 2 **N**uper de digamis. 60. fa. 2  
**N**ouit ille. de offi. le. 78. fa. 1 **N**uper. de testa. & attesta.  
**N**ouit ille. de iudi. 102. fa. 2 144. fa. 1  
**N**ouit. de appella. 180. fa. 1 **N**uper. de deci. 243. fa. 2  
**N**ouit ille. ne se. vacan. 112. **N**uper. de dona. inter virū  
 fa. 2 & vxorem. 319. fa. 2  
**N**ouit. de his. quæ sūt à præ- **N**uper. de sentē. excommu.  
 la. 213. fa. 2 397. fa. 2  
**N**ouerit. de senten. excom. **N** Blatē. de app. 184. fa. 2  
 403. fa. 1 **N** Odoard<sup>o</sup>. de solu. 226.  
**N**ouimus. de verbo. signific. fa. 1  
 410. fa. 1 **N** Officiū. de offi. archi. 62. fa. 2  
**N**ullus. de elec. 20. fa. 1 **N** Officium. de offi. archipref-  
**N**ullus. de ser. non ordi. 58. byteri. 64. fa. 2  
 fa. 2 **N** Officij. de elec. 32. fa. 1  
**N**ullus. de fo. compe. 105. fa. 1 **N** Officij. de testa. 231. fa. 1  
**N**ullus. de præsump. 150. fa. 2 **N** Officij. de pœ. & re. 390. fa. 2  
**N**ullus episcopus. de iureiu- **N** Officij. de sentē. excommu.  
 ran. 153. fa. 2 401. fa. 2  
**N**ullus presbyter. de pig. **N** Olim. in rit. de rescrip. 11. fa. 1  
 223. fa. 2 **N** Olim. de lit. conte. 109. fa. 1  
**N**ullus episcopus. de parce. **N** Olim. j. de resti. spo. 120. fa. 2  
 237. fa. 2 **N** Olim. ij. de resti. spo. 123. fa. 1  
**N**ullus. de regu. 244. fa. 1 **N** Olim. iij. ibidem.  
**N**ullus de iure pat. 265. fa. 1 **N** Olim. de excep. 162. fa. 1  
**N**ulli liceat. de re. eccle. a- **N** Olim. de censu. 271. fa. 1  
 lienan. 217. fa. 2 **N** Olim. de accu. 327. fa. 2  
**N**ulli episcoporum. de ac- **N** Olim. de iniur. 387. fa. 1  
 cc. 321. fa. 2 **N** Oli. de verbo. signi. 407. fa. 1  
 cc. iij. fa. 1 **N** Omnis anima. de censu. 268.  
 cc. iij. fa. 1

## Decretalium Gregorij

fa.1  
 Omnis res. de reg. iur. 412. fa.1  
 Omnis vtriusque. de pœ. & remis. 391. fa.2  
 Omnes principes. de ma. & obe. 83. fa.2  
 Omnes dies. de fer. 114. fa.2  
 Omnibus. de cle. vena. 365. fa.2  
 Omnipotens. de accu. 321. fa.2  
 On<sup>o</sup> episcop<sup>o</sup>. de ele. 20. fa.1  
**P**actum de verbo. signifi. 406. fa.2  
 Pactiones. de pac. 88. fa.1  
 Parceciano. de sepul. 237. fa.1  
 Parcecianos. de decimis. 240. fa.1  
 Parcecianos. de senten. excōmu. 394. fa.1  
 Pastoralis. in titu. de rescrip. 8. fa.1  
 Pastoralis. de sacra. non iteran. 55. fa.2  
 Pastoralis. de offic. & pote. iudi. deleg. 72. fa.2  
 Pastoralis. de offi. iudi. ordi. 80. fa.2  
 Pastoralis. de iudi. 103. fa.2  
 Pastoralis. de causa. pof. 118. fa.1  
 Pastoralis. de fide. istru. 148. fa.2  
 Pastoralis. de exceptionibus. 161. fa.1  
 Pastoralis. de appellationib<sup>o</sup>. 183. fa.1  
 Pastoralis. de his, quæ fi. à

præla. 214. fa.2  
 Pastoralis. de donationibus. 227. fa.2  
 Pastoralis. de deci. 242. fa.1  
 Pastoralis. de iure patronatus. 267. fa.1  
 Pastoralis. de priuileg. 379. fa.2  
 Patentibus. de priuileg. 376. fa.2  
 Per inquisitionem. de elect. 27. fa.2  
 Perlatum. de his, quæ vi meti. ve. 93. fa.1  
 Perlatu. de iure pat. 263. fa.1  
 Perlatum. qui filij sint legitimi. 313. fa.1  
 Permittimus. de sentē. excōmu. 404. fa.2  
 Perniciosus. de celebra. mis. 278. fa.1  
 Perniciosam. de offic. ordina. 78. fa.2  
 Per nostras. de iure patronatus. 266. fa.2  
 Perpendimus. de senten. excommu. 396. fa.1  
 Personas. de testib<sup>o</sup>. & attest. 136. fa.2  
 Personas. de appel. 174. fa.1  
 Per tuas. de maiori. & obedient. 84. fa.2  
 Per tuas. de arbi. 99. fa.2  
 Per tuas. de proba. 132. fa.2  
 Per tuas de testibus & attest. 143. fa.1  
 Per tuas de appel. 185. fa.1  
 Per tuas. de dona. 227. fa.1  
 Per tuas. de voto. 256. fa.1  
 Per tuas. de conditio. appo. 298. fa.2

Per

## Capitulorum index.

Per tuas. qui filij sint legit. 313. fa.2  
 Per tuas. j. de simo. 334. fa.2  
 Per tuas. ij. de simo. 335. fa.2  
 Per tuas. iij. eo. tit. 336. fa.1  
 Per tuas. de senten. excōmu. 401. fa.1  
 Per venerabile. qui filij sint legitimi. 314. fa.1  
 Per vestras. de dona. inter virum & vxo. 320. fa.1  
 Peruenit. de arbi. 98. fa.2  
 Peruenit. j. de testib<sup>o</sup> cogē. 145. fa.1  
 Peruenit. ij. eo. tit. ibidē. fa.2  
 Peruenit. j. de iureiuran. 453. fa.1  
 Peruenit. ij. eo. tit. ibidem.  
 Peruenit. j. de appel. 175. fa.2  
 Peruenit. ij. de appel. 178. fa.1  
 Peruenit. de emptio. & venditio. 220. fa.1  
 Peruenit. de fideiuf. 225. fa.1  
 Peruenit. de deci. 239. fa.1  
 Peruenit. de censi. 268. fa.1  
 Peruenit. de immunita. eccle. 284. fa.2  
 Peruenit. de coniugio lepro. 302. fa.1  
 Peruenit. qui filij sint legit. 313. fa.2  
 Peruenit. de adul. 356. fa.2  
 Peruenit. de excessi. præla. 369. fa.2  
 Peruenit. de senten. excommunic. 395. fa.1  
 P. & G. de officio delega. 76. fa.1  
 Petrus diaconus. de homi.

ci. volun. 353. fa.1  
 Petitio. de procu. 92. fa.1  
 Petitio. de iureiur. 159. fa.2  
 Petitio. de homicidio voluntario. 355. fa.1  
 Petitis. de priuileg. 380. fa.1  
 Pisanis. de restitutione spoliatorum. 123. fa.2  
 Placet. de conuersione coniuga. 250. fa.1  
 Placuit. de testibus & attest. 134. fa.1  
 Placuit. de præsc. rip. 164. fa.1  
 Placuit. de emptio. & venditio. 219. fa.2  
 Plerique. de pact. 87. fa.2  
 Plerūque. de rescript. 10. fa.2  
 Plerūque. de donat. 319. fa.1  
 Plures. de vsur. 359. fa.1  
 Porrò. de diuor. 317. fa.1  
 Porrò. de clerici. pugnan. 356. fa.1  
 Porrò. de priuileg. 376. fa.1  
 Porrò. de senten. excommunic. 393. fa.2  
 Porrecta. de confirm. vti. 190. fa.2  
 Porrectū. de regu. 245. fa.2  
 Possessiones. de reb<sup>o</sup> eccle. alien. 218. fa.1  
 Post cessionē. de probatio. uibus. 231. fa.1  
 Post translationem. de renūcia. 45. fa.1  
 Post electionem. de concess. præben. 210. fa.1  
 Post miserabilem. de vsur. 361. fa.1  
 Postremo. de appel. 179. fa.1

Postu-

## Decretalium Gregorij

Postulasti, in titu. de rescri-  
 ptis. 12. fa. 1  
 Postulasti, de foro competē.  
 107. fa. 1  
 Postulasti, de regu. 247. fa. 2  
 Postulasti, de iure patrona-  
 tus. 267. fa. 2  
 Postulasti, de Iudæis. 342.  
 fa. 1  
 Postulasti, de homicidio vo-  
 luntario. 354. fa. 2  
 Postulastis, de concessione  
 præben. 212. fa. 1  
 Postulastis, de voto. 256. fa. 1  
 Postulastis, de clerici. excom-  
 muni. 367. fa. 2  
 Postulationem, de postula.  
 præla. 19. fa. 2  
 Postquam, de elect. 20. fa. 1  
 Potuit emphyteuta, de loca-  
 to & condū. 221. fa. 2  
 Precariū, de precar. 219. fa. 1  
 Precariæ, de preca. 218. fa. 2  
 Prælatorum, de accusa. 328.  
 fa. 1  
 Præfenti, de Iudæis. 340. fa. 1  
 Præsentium, de filiis presby-  
 tero. 56. fa. 1  
 Præsentū, de testibus & at-  
 testa. 138. fa. 2  
 Præsentium, de clerici. percuss.  
 366. fa. 1  
 Præsentata, de testibus & at-  
 testa. 143. fa. 2  
 Præbyter, de sacramen. non  
 iteran. 56. fa. 1  
 Præbyter, de pecu. clerici.  
 228. fa. 2  
 Præbyter, de celebra. mis.  
 273. fa. 2  
 Præbyteri de pœ. 387. fa. 2  
 Præbyterum, de clerici. egro-  
 tan. 206. fa. 2  
 Præbyterum, de homi. volū-  
 tario. 351. fa. 2  
 Præterea, de æta. & qualita-  
 te. 51. fa. 2  
 Præterea, de offi. & potesta.  
 iudi. delega. 66. fa. 2  
 Præterea, j. de transfectioni-  
 bus. 89. fa. 1  
 Præterea, ij. eodem. titu. ibi-  
 dem. fa. 2  
 Præterea, de dila. 113. fa. 2  
 Præterea, de testibus & atte-  
 sta. 138. fa. 1  
 Præterea, de testibus cogen.  
 145. fa. 2  
 Præterea, j. de app. 177. fa. 1  
 Præterea, ij. de appellacioni-  
 bus. 179. fa. 2  
 Præterea, de præben. 200.  
 fa. 2  
 Præterea, de conuersio. con-  
 iuga. 248. fa. 2  
 Præterea, j. de iure patrona-  
 tus. 263. fa. 1  
 Præterea, ij. de iure patrona-  
 tus. 266. fa. 1  
 Præterea, de censu. 269. fa. 1  
 Præterea, j. de spō. & matri-  
 mo. 288. fa. 1  
 Præterea, ij. de sponsali. 289.  
 fa. 2  
 Præterea, ne prælati vi. suas.  
 338. fa. 1  
 Præterea, de apo. 348. fa. 2  
 Præterea, de vsuris. 360. fa. 1  
 præterea

## Capitulorum index.

Præterea, de clerici. percuss.  
 366. fa. 1  
 Procuraciones, de censu. 271.  
 fa. 2  
 Prohibeas, de magis. 338. fa. 2  
 Prohibemus, de deci. 240.  
 fa. 2  
 Prohibemus, de censibus.  
 268. fa. 2  
 Pro illorū, de præben. & di-  
 gni. 202. fa. 2  
 Propter, de loca. 221. fa. 1  
 Propter, de dona. 228. fa. 2  
 Propterea, de verborum si-  
 gnifi. 405. fa. 2  
 Propositum, de eo, qui dux.  
 in matri. quam pol. per a-  
 dul. 300. fa. 2  
 Proposuit, de foro compe-  
 tenti. 108. fa. 1  
 Proposuit, de pbatio. 130.  
 fa. 2  
 Proposuit, de consecra. ec-  
 cle. 273. fa. 1  
 Proposuit, de filiis presbyte.  
 56. fa. 2  
 Proposuit, de appel. 177. fa. 1  
 Proposuit, de concessio. præ-  
 ben. 209. fa. 1  
 Proposuit, de coniug. seruo-  
 rum. 202. fa. 2  
 Proposuit, de clerici. excom-  
 muni. 368. fa. 1  
 Prouideas, de officio vica.  
 65. fa. 2  
 Prout nobis, de dolo & con-  
 tuma. 124. fa. 2  
 Prudentiam, de officio & po-  
 testa. iudi. deleg. 69. fa. 1  
 Prudentiā, de mutu. petitiō.  
 109. fa. 1  
 Prudentes, de dona. 226. fa. 2  
 Pubercs, de despo. impube-  
 rum. 294. fa. 1  
 Publicato scrutinio, de ele-  
 ctione. 38. fa. 2  
 Pueris, de delictis puerorū.  
 365. fa. 1  
 Pueris, de sententia excom-  
 munica. 405. fa. 1  
**Q**ua fronte, de cap. 177.  
 fa. 2  
 Qualiter & quando, j. de ac-  
 cu. 326. fa. 2  
 Qualiter & quādo, ij. de ac-  
 cusa. 323. fa. 2  
 Qualiter & quando, de iu-  
 di. 104. fa. 1  
 Qualiter, de elect. 23. fa. 2  
 Qualiter, de pacis. 87. fa. 1  
 Qualiter, de clerici. non resi-  
 den. 197. fa. 2  
 Quam graui. crimine fal-  
 363. fa. 1  
 Quam perniciosum, de vsu-  
 ris. 361. fa. 1  
 Quam sit graue, de excessi.  
 præla. 370. fa. 2  
 Quam sit laudabile, de Iu-  
 dæis. 341. fa. 1  
 Quamuis, de æta. 53. fa. 2  
 Quamuis, de offi. & potesta.  
 iudi. delega. 66. fa. 2  
 Quamuis, de sententia & re-  
 iudi. 173. fa. 2  
 Quamuis, de deci. 240. fa. 1  
 Quamuis, de sententia excō-  
 muni. 405. fa. 1  
**Q**uamuis.

**Quamuis**. de verbo. signific. 406. fa. 1  
**Quamuis**. de regu. iur. 412. fa. 2  
**Quanto**. de consue. 16. fa. 1  
**Quanto**. de transla. 40. fa. 1  
**Quato**. de offi. iudi. ordina. 79. fa. 2  
**Quanto**. de iudi. 101. fa. 2  
**Quato**. de præsump. 151. fa. 1  
**Quanto**. de iure iur. 155. fa. 2  
**Quanto**. de his, quæ sunt à præla. 213. fa. 2  
**Quanto**. de censi. 270. fa. 1  
**Quanto**. de diuor. 317. fa. 2  
**Quanto**. de magi. 339. fa. 1  
**Quanto**. de vsur. 361. fa. 2  
**Quanto**. de priuile. 381. fa. 2  
**Quantæ**. de senten. excom. 402. fa. 2  
**Quæcunq;**. de iure patro. 263. fa. 1  
**Quæ** in acclisiarum. de cõstitutu. 4. fa. 1  
**Quemadmodũ**. de iure. 157. fa. 2  
**Quæ** multoties. de regu. iu. 412. fa. 1  
**Querelam**. de elect. 26. fa. 2  
**Querelã**. de procur. 91. fa. 2  
**Querelã** de iure iu. 154. fa. 1  
**Querelam**. de simo. 330. fa. 2  
**Querelam**. ne præla. vi. suas. 338. fa. 2  
**Quærenti**. de offi. & pote. iu. di. delega. 71. fa. 1  
**Quærenti**. de verbo. signifi. 407. fa. 2  
**Quæris** à nobis. de æta. &

quali. 51. fa. 2

**Querimoniã**. de iure patro. 264. fa. 1

**Quæsiuit**. de his, quæ sunt à maio. par. cap. 215. fa. 2

**Quæsiuit**. de diuor. 316. fa. 2

**Quæsiuit**. de verbo. signific. 406. fa. 2

**Quæsitum**. de tempo. ordin. 50. fa. 1

**Quæsitum**. de cohabi. cleri. & mulie. 195. fa. 1

**Quæsitum**. de re. permuta. 222. fa. 1

**Quæsitum**. de pœnitẽ. & remif. 390. fa. 1

**Quæstioni**. de appel. 176. fa. 1

**Qui** alium. de simo. 329. fa. 1

**Qui** alios. de hæret. 343. fa. 2

**Quia** circa. de diga. 61. fa. 2

**Quia** circa. de consang. & affi. 308. fa. 1

**Quia** circa. de priuile. 380. fa. 2

**Quia** clerici. de iure patro. 263. fa. 2

**Quia** diligenti. de electio. 20. fa. 2

**Quia** diuersitatẽ. de concess. præben. 209. fa. 2

**Quia** frustra. de vsur. 361. fa. 1

**Quia** in causis. de procura. 91. fa. 2

**Quia** indicãte. de præscrip. 165. fa. 1

**Quia** ingredientibus. de testamen. 229. fa. 2

**Quia** in insulis. de regula.

244. fa. 2

**Quia** intentionis. de priuile. 382. fa. 1

**Quia** in tantum. de præben. 199. fa. 2

**Quia** in omnibus. de vsuris. 359. fa. 2

**Quia** monasterium. de relig. domi. 260. fa. 1

**Quia** nonnulli. de rescriptis. 15. fa. 1

**Quia** nonnulli. de cleri. non res. 197. fa. 1

**Quia** nonnullis. de magist. 339. fa. 1

**Quia** nos. de authori. & vsu pal. 41. fa. 2

**Quia** nos. de appel. 178. fa. 2

**Quia** nos. de testa. 230. fa. 1

**Quia** plerique. de immu. cc. cle. 285. fa. 2

**Quia** ppter. de elec. 33. fa. 2

**Quia** quæsitum. de offi. delega. 66. fa. 1

**Quia** super his. de Iud. 340. fa. 1

**Quia** V. de iudi. 102. fa. 2

**Quia** verisimile. de præsumptio. 151. fa. 1

**Quicunq;**. de eccle. ædifi. 283. fa. 1

**Quicunq;**. de cõdi. apposi. 298. fa. 1

**Qui** cũ fure. de fur. 359. fa. 1

**Quidam**. de renun. 46. fa. 1

**Quidam**. de conuer. cõiug. 248. fa. 2

**Quidã**. de cele. mis. 274. fa. 1

**Quidam**. de apost. 349. fa. 1

**Quidam**. de homici. volun. 355. fa. 2

**Quidam**. de priuile. 382. fa. 2

**Quid** per nouale. de verb. signifi. 408. fa. 1

**Qui** ex timore. de regu. iur. 412. fa. 2

**Qui** furatur. de fur. 358. fa. 2

**Qui** in viuorum. de concess. præben. 208. fa. 2

**Quintauallis**. de iure iu. 157. fa. 1

**Qui** presbyterum. de pœnitent. 389. fa. 2

**Qui** res. de rebus eccle. alienan. 217. fa. 1

**Quisquis**. de elect. 34. fa. 1

**Qui** scandalizauerit. de reg. iur. 412. fa. 1

**Quod** ad cõsultationem. de senten. & reiudi. 170. fa. 2

**Quod** autem. de iure patro. 263. fa. 2

**Quod** autem. de pœnitent. 390. fa. 1

**Quod** à prædecessore. de schisma. 348. fa. 1

**Quod** à te. de cleri. coniug. 195. fa. 2

**Quod** clericis. de foro. competen. 106. fa. 1

**Quod** de his. de sentẽ. excõ. 396. fa. 2

**Quod** dei timorem. de statu mona. 257. fa. 2

**Quod** dicitur. de ver. signi. 405. fa. 2

**Quod** dilectio. de consang. & affi. 307. fa. 2

## Decretalium Gregorij

Quod in dubiis. de renunc. 43. fa. 1  
 Quod in dubiis. de consec. eccle. 272. fa. 2  
 Quod in dubiis. de pœnis. 388. fa. 1  
 Quod in dubiis. de sentent. excom. 398. fa. 1  
 Quod in re. de pœnit. & remis. 391. fa. 1  
 Quod latentet. de regu. iur. 412. fa. 1  
 Quod nobis. de clande. de spon. 296. fa. 2  
 Quod nobis. qui si. sint legi. 313. fa. 1  
 Quod nonnullis. de priuile. 381. fa. 2  
 Quod non est licitū. de regu. iur. 412. fa. 1  
 Quod olim. de Iudæis. 341. fa. 2  
 Quod quidam. de pœnit. & remis. 390. fa. 1  
 Quod quibusdā. de fideiuf. 225. fa. 2  
 Quod sedem. de offi. iud. or di. 80. fa. 1  
 Quod sedem. de frigi. 309. fa. 1  
 Quod sicut. de elect. 28. fa. 1  
 Quod super his. de maio. & obed. 85. fa. 1  
 Quod super his. de fide instrum. 148. fa. 2  
 Quod super his. de voto. 255. fa. 2  
 Quod super his. de cōsang. 308. fa. 1  
 Quod translationem. de tē. po. ordi. 49. fa. 1  
 Quod translationem. de offi. delega. 77. fa. 2  
 Quoniam. de fi. presbytero. 57. fa. 1  
 Quoniam abbas. de offi. delega. 68. fa. 1  
 Quoniam apostolica. de offi. delega. 76. fa. 2  
 Quoniā in plerisque. de offi. iud. ordi. 81. fa. 2  
 Quoniam frequenter. vt lite non contest. 110. fa. 2  
 Quoniam in parte. de feri. 114. fa. 2  
 Quoniam contra. de proba. 133. fa. 1  
 Quoniam aliqua. de testib. 134. fa. 1  
 Quoniā omne. de præscrip. 168. fa. 1  
 Quoniam. de vita & honest. cleri. 192. fa. 1  
 Quoniam à nobis. de deci. 240. fa. 1  
 Quoniam. de iure patrona. 263. fa. 1  
 Quoniam. de simo. 336. fa. 2  
 Quoniam. j. ne prælati vices luas. 338. fa. 1  
 Quoniam. ij. Ibidem. 338. fa. 2  
 Quoniam. de vsur. 359. fa. 2  
 Quoniā. de priuile. 380. fa. 1  
 Quoniam constitutio. de cō. litu. 5. fa. 2  
 Quoniam. de coniugio le. pro.

## Capitulorum index.

pro. 302. fa. 2  
 Quorundam. de testa. 229. fa. 1  
 Quosdam. de præsumptio. 151. fa. 1  
 Quotiens. de pactis. 87. fa. 1  
 Quotiens. de testi. & attesta. 134. fa. 2  
 Quoties. de simo. 329. fa. 1  
 Quoties. de pur. ca. 383. fa. 2  
**R** Ainutius. de testa. 232. fa. 1  
 Rainaldus. de testa. 233. fa. 1  
 Ratio nulla. de præb. & dig. 199. fa. 1  
 Recepimus. de priuile. 376. fa. 2  
 Recolentes. de statu mona. 257. fa. 1  
 Referente. de præben. 199. fa. 2  
 Referente. qui fil. sint legi. 313. fa. 1  
 Referente. de delict. puer. 365. fa. 2  
 Relatum est. de offi. & pote. iud. delega. 68. fa. 2  
 Relatum. de cleri. non resi. 197. fa. 1  
 Relatum. de præbend. 200. fa. 1  
 Relatum. de concess. præbē. 209. fa. 1  
 Relatum. j. de testa. 230. fa. 2  
 Relatum. ij. eo. titu. Ibidem. Relatum. de sepulturis. 235. fa. 1  
 Relatum. de iure patro. 265. fa. 2  
 Relatum. ne cleri. vel mona. 287. fa. 1  
 Relatum. qui mat. accu. pos. 315. fa. 2  
 Relatum. de sentent. excom. 400. fa. 2  
 Relinqui. de custo. Euchari. 282. fa. 1  
 Repellantur. de accusa. 321. fa. 2  
 Reprehensibilis. de appella. 177. fa. 2  
 Requisisti. de testa. 231. fa. 2  
 Requisiuit. de ordi. ab episc. qui renunciauit episcopatu. 50. fa. 2  
 Requisiuit. de in integ. resti. 94. fa. 2  
 Requisiuit. de sponfa. 290. fa. 2  
 Respōso. de sentent. excom. 402. fa. 1  
 Rex pacificus. in pœ. 1. fa. 1  
 Rodolphus. de rescrip. 14. fa. 1  
 Rursum. qui clerici vel vouē. 300. fa. 1  
**S** Acerdotibus. ne cleri. vel mona. 286. fa. 2  
 Sacris. de his. quæ vi metū. ue. 94. fa. 1  
 Sacris. de sepul. 237. fa. 1  
 Sacris. de sentent. excommu. 400. fa. 2  
 Sacro. de sentent. excommu. 402. fa. 2  
 Sacrosancta. de elec. 35. fa. 2  
 Salubriter. de vsuris. 361. fa. 2  
 facie. 2

Sancto

## Decretalium Gregorij

**S**ancto cōcilio. de suc. ab in-  
 testa. 234. fa. 1  
**S**anctorum. de præscriptio.  
 164. fa. 1  
**S**ancitum. de censu. 268. fa. 1  
**S**ane dilecto. de renunc. 43.  
 fa. 1  
**S**ane. de temp. ordi. 48. fa. 1  
**S**ane. j. de offi. & pote. iudi.  
 delega. 66. fa. 1  
**S**ane. ij. de offi. & potest. iu-  
 di. deleg. 67. fa. 2  
**S**ane. de arbi. 98. fa. 1  
**S**ane. de foro cōpe. 105. fa. 1  
**S**ane. j. de cleri. coniug. 195.  
 fa. 2  
**S**ane. ij. de cleri. cōiu. Ibidē.  
**S**ane. de regula. 245. fa. 1  
**S**ane. de conuersio. coniug.  
 249. fa. 1  
**S**ane. de celeb. mis. 277. fa. 2  
**S**ane. de excess. prælato. 370.  
 fa. 1  
**S**ane. de priuileg. 376. fa. 2  
**S**cientes. de censu. 268. fa. 1  
**S**ciscitatus. de rescrip. 7. fa. 2  
**S**cribam. de præsump. 151. fa. 1  
**S**criptum est. de elect. 32. fa. 2  
**S**cripta. de fide instru. 146.  
 fa. 2  
**S**cripta. de collu. deteg. 364.  
 fa. 2  
50 **S**cripturæ. de voto & voti  
 redemp. 253. fa. 2  
**S**ecundum. ne cleri. vel mo-  
 na. 287. fa. 1  
**S**ecundo requiritis. de appel.  
 179. fa. 2  
**S**edes apostolica. de rescrip.

8. facie. 2  
**S**ed hoc. de succes. ab intest.  
 234. fa. 1  
**S**ed nec. ne clerici vel mo-  
 na. 286. fa. 2  
**S**ententia. de senten. & re iu-  
 di. 168. fa. 1  
**S**ententiam. ne cleri. vel mo-  
 na. 287. fa. 2  
**S**æpe contingit. de resti. spo-  
 lia. 123. fa. 1  
**S**æpe contingit. de appella.  
 180. fa. 2  
**S**eries. de testi. & attest. 137.  
 fa. 2  
**S**i alicuius. de elect. 38. fa. 2  
**S**i aliquis. de ho. volun. 350.  
 fa. 2  
**S**i aliquando. de sentē. excō.  
 401. fa. 2  
**S**i à patre. de infan. & lā. ex-  
 po. 350. fa. 1  
**S**i autem. de rescrip. 7. fa. 1  
**S**i autem. de cohabi. cleri. &  
 mulie. 194. fa. 2  
**S**i aduersari<sup>9</sup>. de eo, qui mit.  
 in pos. 128. fa. 1  
**S**i aduersus. de hæreti. 345.  
 fa. 1  
**S**i archiepiscopus. de temp.  
 ord. 48. fa. 2  
**S**i bos. de iniur. 387. fa. 1  
**S**i cut. de rescrip. 5. fa. 2  
**S**i cut. de supplen. negli. præ-  
 la. 47. fa. 1  
**S**i cut. de transac. 88. fa. 1  
**S**i cut. de syndi. 93. fa. 1  
**S**i cut. de probatio. 130. fa. 1  
**S**i cut. de testi. & att. 135. fa. 1  
**S**i cut.

## Capitulorum index.

**S**icut. de præsump. 150. fa. 2  
**S**icut. j. de iureiur. 154. fa. 2  
**S**icut. ij. de iureiur. 157. fa. 2  
**S**icut. iij. de iureiur. 159. fa. 1  
**S**icut. de sententia & re iu-  
 dicata. 170. fa. 2  
**S**icut. de cohabi. cleri. & mu-  
 lie. 194. fa. 1  
**S**icut. de regula. 246. fa. 1  
**S**icut. ij. de regula. Ibidem.  
 facie. 2  
**S**icut. j. de simo. 329. fa. 1  
**S**icut. ij. de simo. 335. fa. 1  
**S**icut. iij. de simo. 336. fa. 2  
**S**icut. de spon. 291. fa. 2  
**S**icut. de adu. 327. fa. 2  
**S**icut. ne clerici vel mona-  
 287. facie. 2  
**S**icut. de Iudæis. 341. fa. 1  
**S**icut. j. de hæreti. 344. fa. 1  
**S**icut. ij. de hæret. 347. fa. 2  
**S**icut. j. de homi. voluntario.  
 350. fa. 2  
**S**icut. ij. de homi. voluntario.  
 354. fa. 2  
**S**icut. de excessi. prælatorū.  
 370. fa. 2  
**S**icut. de priuileg. 375. fa. 1  
**S**icut. de senten. excommu-  
 nica. 401. fa. 1  
**S**i cautio. de fide instrumen-  
 torum. 150. fa. 1  
50 **S**i celebrat. de cleri. excom-  
 munica. 368. fa. 2  
**S**i clericus. de foro compe-  
 tenti. 105. fa. 2  
**S**i concubina. de senten. ex-  
 commu. 404. fa. 2  
**S**i conditiones. de condi. ap-  
 posti. 299. fa. 1  
**S**i constituerit. de accusa. 322.  
 facie. 1  
**S**i culpa. de iniur. 387. fa. 2  
**S**i de terra. de priuileg. 376.  
 facie. 1  
**S**i diligenti. de foro compe-  
 tenti. 106. fa. 2  
**S**i diligenti. de præscriptio-  
 nibus. 166. fa. 2  
**S**i dominus. de simo. 329. fa. 1  
**S**i duobus. de appel. 174. fa. 2  
**S**i ecclesia. de consecratione  
 eccle. 273. fa. 2  
**S**i egressus. de iniur. 387. fa. 1  
**S**i episcopus. de parce. 237.  
 facie. 2  
**S**ignificasti. de electio. 20. fa. 1  
**S**ignificasti. de offi. archidia-  
 co. 63. fa. 2  
**S**ignificasti. de offi. & potest.  
 iud. delega. 67. fa. 1  
**S**ignificasti. de foro compe-  
 tenti. 108. fa. 1  
**S**ignificasti. de iure patrona-  
 tus. 265. fa. 1  
**S**ignificasti. de eo, qui duxit  
 in matri. quam pollu. per  
 adulte. 401. fa. 2  
**S**ignificasti. de diuortii. 317.  
 facie. 1  
**S**ignificasti. j. de homici. vo-  
 lunta. 353. fa. 1  
**S**ignificasti. ij. Ibidem. fa. 2  
**S**ignificasti. de adul. 357. fa. 1  
**S**ignificauit. de rescriptis. 14.  
 facie. 1  
**S**ignificauit. de corpo. vicia-  
 tis. 60. fa. 1  
dd Signifi-

## Decretalium Gregorij

**Significavit. de offi. iudi. ordina. 79. facie. 2**  
**Significavit. de testi. & atte. 141. facie. 2**  
**Significavit. de adpellationibus. 181. fa. 2**  
**Significavit. de parccia. 238. facie. 1**  
**Significavit. de conuer. coniug. 251. fa. 2**  
**Significavit. de censi. 269. facie. 2**  
**Significavit. de eo, qui duxit in matrimonium. quã poluit per adul. 301. fa. 1**  
**Significavit. de donat. inter virum & vxo. 319. fa. 1**  
**Significavit. de Iudæis. 341. facie. 2**  
**Significavit. de pœniten. 389. facie. 2**  
**Significavit. de senten. excõ. 395. fa. 2**  
**Significauerūt. de iudic. 104. facie. 2**  
**Significauerūt. de testi & atte. 140. fa. 1**  
**Significauerūt. de exceptionibus. 163. fa. 1**  
**Significatum. de præbẽ. 200. facie. 1**  
**Significatum. de regula. 245. facie. 1**  
**Significante. de rescriptis. 13. facie. 2**  
**Significante. de adpellationibus. 188. fa. 1**  
**Significante. de pignori. 224. facie. 2**  
**Significante. qui ma. accusa. poss. 316. fa. 1**  
**Significantibus. de offi. & pœ testi. iudi. deleg. 76. fa. 1**  
**Significantibus. de libel. obla. 108. fa. 2**  
**Significantibus. de appel. 182. facie. 1**  
**Significantibus. de no. ope. nunci. 374. fa. 2**  
**Significantibus. de pur. vul. 386. fa. 2**  
**Signum est. de coniug. feru. 302. fa. 2**  
**Si hæredes. de testa. 230. facie. 1**  
**Si instrumenta. de fi. instru. 150. fa. 1**  
**Si inter virum. de sponsali. 293. fa. 1**  
**Si iustus. de appella. 189. fa. 1**  
**Si legitimus. de accusa. 321. facie. 1**  
**Si læferit. de iniur. 387. facie. 1**  
**Si perfodiens. de homi. 350. facie. 2**  
**Si princeps. de re. permu. 221. facie. 2**  
**Si pro debilitate. de offi. deleg. 66. fa. 1**  
**Si proponente. de rescrip. 15. facie. 1**  
**Si qua mulier. de diuor. 316. facie. 2**  
**Si qua per adoptionem. de cog. leg. 305. fa. 1**  
**Si quando. de rescript. 6. facie. 2**

Si quando

## Capitulorum index.

**Si quando. de offi. & potesta. iud. dele. 67. fa. 1**  
**Si quem. de senten. excommu. 405. fa. 1**  
**Si qui clericorum. de cle. cõ iug. 195. fa. 2**  
**Si qui testium. de testi. 135. facie. 1**  
**Si quis. de maio. 83. fa. 2**  
**Si quis. j. de foro compe. 105. facie. 1**  
**Si quis. ij. de foro competen. Ibidem.**  
**Si quis. de confr. vti. vel inuti. 189. fa. 1**  
**Si quis. de vi. & honest. cleri. 191. fa. 2**  
**Si quis. de rebus ecclesiã. nõ alie. 217. fa. 2**  
**Si quis. de pecu. cleri. 229. facie. 1**  
**Si quis. de regu. 244. fa. 1**  
**Si quis. de bap. 278. fa. 1**  
**Si quis. de presbytero non bap. 281. fa. 1**  
**Si quis. de clã. despon. 296. facie. 2**  
**Si quis. de eo. qui dux. in ma. quam pol. per adulte. 302. facie. 1**  
**Si quis. de eo. qui cogno. cõfang. vxõ. suã. 305. fa. 1**  
**Si quis. de accu. 257. fa. 2**  
**Si quis. de simo. 337. fa. 2**  
**Si quis. de hæret. 343. fa. 2**  
**Si quis. de homicidio volun. 350. fa. 1**  
**Si quis. de fur. 359. fa. 1**  
**Si quis. de cleri. percuf. 365. facie. 2**  
**Si quis. j. de cleri. excommu. 366. fa. 2**  
**Si quis. ij. de cleri. excommunica. Ibidem.**  
**Si quis. de cleri. non ordi. 368. fa. 2**  
**Si quis. j. de pur. canoni. 383. facie. 1**  
**Si quis. ij. de purg. cano. Ibidem. facie. 2**  
**Si quis. j. de iniur. & damno. dato. 386. fa. 2**  
**Si quis. de confr. vti. vel inuti. 189. fa. 1**  
**Si quisquam. de coha. cle. & mu. 194. fa. 1**  
**Si quorundam. de solu. 226. facie. 1**  
**Si rixati. de iniur. 386. fa. 2**  
**Si sacerdos. de offi. ordi. 78. facie. 2**  
**Si scripturam. de fi. instru. 146. fa. 2**  
**Si seduxerit. de adul. 356. fa. 2**  
**Si venditori. de emptio. & vendi. 220. fa. 2**  
**Si verò. de iureiu. 154. fa. 1**  
**Si verò. de iure patro. 264. facie. 2**  
**Si verò. j. de sentẽ. excõmu. 393. fa. 1**  
**Si verò. ij. eo. ti. Ibidem.**  
**Si vere. de sentẽ. excõmu. 399. fa. 2**  
**Si vir. de cogna. spi. 303. fa. 2**  
**Si vir. de adul. 356. fa. 2**  
**Solitæ. de ma. & obed. 84. facie. 1**

dd ij Solicite.



## Decretalium Gregorij

Solicite. de resti. spo. 119. fa. 1  
 Sollicitudinem. de ap. 183. fa. 1  
 Sopitæ. de cens. 269. fa. 2  
 Sponsam. de sponsa. 289. fa. 1  
 Statuimus. de supplē. negli. præla. 46. fa. 2  
 Statuimus. de maio. & obe. 86. fa. 1  
 Statuimus. de trāfac. 88. fa. 1  
 Statuimus. de regu. 248. fa. 1  
 Statuimus. de custo. Eucha. 281. fa. 2  
 Statuim⁹. de maledi. 366. fa. 2  
 Studuisti. de offi. leg. 77. fa. 1  
 Sua nobis. de offi. vic. 65. fa. 2  
 Sua nobis. de appel. 187. fa. 1  
 Sua nobis. de confir. vti. 191. fa. 1  
 Suam ad nos. de pœ. 388. fa. 2  
 Suā nobis. de simo. 333. fa. 1  
 Subdiaconos. de temp. ordi. 47. fa. 2  
 Suborta. de sentē. & re iudi. 172. fa. 1  
 Suffraganeis. de electione. 22. fa. 1  
 Suggestū. de appel. 175. fa. 2  
 Suggestum. de deci. 239. fa. 1  
 Suggestū. de iure pa. 265. fa. 2  
 Super inordinata. de præbē. & digni. 206. fa. 1  
 Super illa. de sec. nupt. 320. fa. 2  
 Super literis. in tit. de rescri. 9. fa. 2  
 Super quæstionum. de offi. & pote. iudi. dele. 71. fa. 2  
 Super quodam. de sta. mo. 257. fa. 1  
 Super quibusdā. de verb. si-gni. 409. fa. 2  
 Sup spoliatione. de ord. cog. 116. fa. 2  
 Sup specula. ne cle. 287. fa. 2  
 Super specula. de magi. 339. fa. 2  
 Sup specula. de priui. 382. fa. 1  
 Super eo. de elec. 22. fa. 1  
 Super eo. de digamis. 60. fa. 1  
 Super eo. de offic. & potesta iudi. deleg. 68. fa. 1  
 Super eo. de tranfac. 89. fa. 1  
 Super eo. de his quæ vi. 94. fa. 2  
 Super eo. j. de testi. & attest. 135. fa. 2  
 Super eo. ij. de testi. & attestatio. 137. fa. 1  
 Super eo. de test. cogē. 145. fa. 1  
 Super eo. j. de appel. 175. fa. 1  
 Super eo. ij. de appel. 175. fa. 2  
 Super eo. de cohabi cleri. & mulie. 194. fa. 2  
 Super eo. de parœciis. 237. fa. 2  
 Super eo. de regula. 245. fa. 1  
 Super eo. de cens. 271. fa. 2  
 Super eo. de cond. apo. 298. fa. 2  
 Super eo. de cog. spiritua. 303. fa. 2  
 Super eo. de eo. qui cogno. confan. vxō. suæ. 305. fa. 2  
 Super eo. de confan. & affi. 307. fa. 1  
 Super eo. de rap. 357. fa. 2  
 Super eo. de vsur. 359. fa. 2  
 Super eo. de cri. fal. 362. fa. 2  
 Super

## Capitulorum index.

Super eo. j. de senten. excō. 256. fa. 2  
 392. fa. 2  
 Super eo. ij. de senten. excō. mu. 403. fa. 2  
 Sup his. de test. cog. 146. fa. 1  
 Super his. de accu. 323. fa. 2  
 Super his. de pœnis. 388. fa. 2  
 Super hoc. de renun. 42. fa. 2  
 Sup hoc. de eo. qui duxit in mat. quam pol. per adul. 301. fa. 1  
 Suscepimus. de homic. volū. 352. fa. 1  
 Susceptis. de cau. posses. 117. fa. 1  
 Suscitata. de resti. in integ. 96. fa. 2  
 Suspicionis. de of. & potest iudi. deleg. 76. fa. 1  
**T** Am literis. de testi. 139. fa. 1  
 Tanta est. qui si. sint legi. 312. fa. 2  
 Tanta est. de simo. 329. fa. 1  
 Tanta est. de excels. præla. 373. fa. 2  
 Te nobis. de cleri. peregri. 62. fa. 1  
 Tenor. de senten. & re iudi. 169. fa. 1  
 Te referēte. de celebra. mis. 278. fa. 1  
 Tertio loco. de probationibus. 130. fa. 2  
 Tertio loco. de præsum. 151. fa. 2  
 Testimonium. de testi. & at-testa. 144. fa. 2  
 Theodosius. de sta. mona. 256. fa. 2  
 Thomas. de cor. vicia. 60. fa. 2  
 Translato. de constit. 3. fa. 2  
 Transmissam. de elec. 22. fa. 2  
 Transmissæ. de iure pa. 267. fa. 2  
 Transmissæ. de eo. qui cog. confan. vxō. suæ. 305. fa. 2  
 Transmissæ. qui si. sint leg. 312. fa. 1  
 Transmissæ. de verbo signi. 411. fa. 2  
 Treugas. de treu. & pace. 86. fa. 2  
 Tua, & isra. de deci. 241. fa. 2  
 Tua fraternitas. de consec. eccle. 272. fa. 2  
 Tua fraternitas. de spō. duo. 297. fa. 2  
 Tua fraternitas. de adul. 357. fa. 2  
 Tua nos. de cleri. peregrinis. 61. fa. 2  
 Tua nos. j. de iureciu. 154. fa. 2  
 Tua nos. ij. de iureciu. 157. fa. 1  
 Tua nos. de cohabi. cleri. & mu. 195. fa. 1  
 Tua nos. de cleri. egro. 207. fa. 1  
 Tua nos. de eccle. ædi. 284. fa. 1  
 Tua nos. de sponsa. 292. fa. 1  
 Tua nos. de despon. impub. 293. fa. 2  
 Tua nos. de cog. spi. 304. fa. 2  
 Tua nos. de confangu. & af. fi. 308. fa. 1  
 Tua nos. de simo. 335. fa. 2  
 dd iij Tua

## Decretalium Gregorij

Tua nos. de homici. volun.  
354. fa. 1.  
Tua nos. de vsur. 360. fa. 2.  
Tua nos. de senten. excom.  
395. fa. 2.  
Tua nobis. de testa. 233. fa. 1.  
Tua nobis. de deci. 241. fa. 2.  
Tua nobis. de verborum si-  
gnifi. 411. fa. 2.  
Tua nuper. de his, quæ si. à  
præla. 214. fa. 2.  
Tuam. de ætate. 52. fa. 2.  
Tuam. de ordi. cog. 116. fa. 2.  
Tuorum. de priuile. 376. fa. 2.  
Tuas dudum. de spon. duo-  
rum. 298. fa. 1.  
Tuas dudum. de vsuris. 361.  
fa. 1.  
Tuæ discretionis. de pœnis.  
388. fa. 1.  
Tuæ fraternitatis. de cleri.  
peregr. 62. fa. 1.  
Tuæ fraternitatis. vt lit. non  
contesta. 110. fa. 1.  
Tuæ fraternitatis. de cleri.  
non resi. 198. fa. 1.  
Tuæ fraternitatis. de præ-  
bendis. 202. fa. 1.  
Tuæ fraternitatis. de eo, qui  
cogno. consanguine. vxor-  
is suæ. 306. fa. 2.  
Tuæ fraternitati. de spon-  
salibus. 292. fa. 1.  
Tuæ fraternitati. de procu-  
ratori. 91. fa. 1.  
Tuæ fraternitati. de apostata.  
349. fa. 1.  
Tuæ literę. de cleri. per sal.  
promoto. 369. fa. 1.

Tuæ nobis. de desponsa. im-  
pube. 296. fa. 1.

Tuis quæstionibus. de testi.  
141. fa. 1.

Tuis quæstionibus. de præ-  
bend. 202. fa. 2.

Tum ex literis. de in integrũ  
rest. 95. fa. 2.

**V**acante. de præbendis.  
203. fa. 2.

Vbi non est. de despõ. impu-  
be. 293. fa. 2.

Vel non est compos. de tem-  
po. ordina. 49. fa. 2.

Venerabilis. de iudi. 104. fa. 2.

Venerabilis. de dolo & con-  
tumacia. 126. fa. 2.

Venerabilis. de testib. cog.  
146. fa. 1.

Venerabilis. de confir. vti.  
190. fa. 2.

Venerabilis. de præbend.  
206. fa. 1.

Venerabili. de offi. & potest.  
iud. deleg. 75. fa. 2.

Venerabili. de testibus & at-  
testa. 144. fa. 1.

Venerabili. de censu. 272. fa. 1.

Venerabili. de sententia ex-  
commu. 403. fa. 2.

Venerabili. de verborum si-  
gnifi. 408. fa. 1.

Venerabilem. de electione.  
30. fa. 2.

Venerabilem. de exceptio-  
nibus. 163. fa. 2.

Veniens. de renun. 46. fa. 1.

Veniens. de filiis presbyte.  
56. fa. 2.

Veniens

## Capitulorum index.

Veniens de transactionibus.  
89. fa. 1.

Veniens. j. de testibus & at-  
testa. 135. fa. 2.

Veniens. ij. de testibus & at-  
testa. 140. fa. 2.

Veniens. de iureiurãdo. 155.  
fa. 1.

Veniens. de præscriptio. 167.  
fa. 2.

Veniens. de regu. 247. fa. 1.

Veniens. de conuer. coniug.  
251. fa. 1.

Veniens. de presbytero non  
bap. 281. fa. 1.

Veniens. j. de sponalibus.  
290. fa. 1.

Veniens. ij. Ibidem. fa. 2.

Veniens. qui cleri. vel voué-  
tes. 300. fa. 1.

Veniens. de eo, qui duxit in  
matri. quam polluit per a-  
dulterium. 301. fa. 2.

Veniens. de cogna. spiri. 304.  
fa. 2.

Veniens. j. de eo, qui cogno-  
uit consanguineã vxoris  
suæ. 305. fa. 1.

Veniens. ij. de eo, qui cogno.  
consanguin. vxoris suæ.  
306. fa. 2.

Veniens. de accusationibus.  
323. fa. 1.

Veniens. de simo. 331. fa. 2.

Veniens. de his qui fil. oc. 349.  
fa. 2.

Veniens. de eo, qui ordi. sur.  
susce. 369. fa. 1.

Veniens. de sententia excõ-  
muni. 395. fa. 2.

Veniens. de voto & voti re-  
demp. 253. fa. 2.

Veniens. de iureiurã. 156.  
fa. 1.

Vergentis. de hære. 345. fa. 1.

Veritatis. de dolo & contu.  
126. fa. 1.

Veritatis. de iureiurando.  
155. fa. 1.

Verum. de foro compe. 105.  
fa. 2.

Verum. de iureiu. 155. fa. 1.

Verum. de conuer. coniug.  
248. fa. 2.

Verũ. de condi. apposi. 298.  
fa. 2.

Vestra. de coha. cleri. 194.  
fa. 2.

Vestra. de loca. & cõdu. 221.  
fa. 1.

Videtur nobis. qui mat. ac-  
cu. pos. 315. fa. 2.

Vidua de regu. 244. fa. 1.

Vigilanti. de præscrip. 164.  
fa. 2.

Vir qui à stipite. de consan-  
guit. & affini. 308. fa. 2.

Vir autem. de secundis nup.  
320. fa. 2.

Vltra tertiam. de testibus &  
atte. 144. fa. 2.

Vra sententia. de adpella.  
189. fa. 1.

Vniuersitatis. de sententia ex-  
com. 396. fa. 2.

Vito delegatorum. de offi.  
deleg. 76. fa. 2.

Volens. de purifi. post partũ.  
dd iij 283.

## Decretalium Gregorij Cap.index.

283. fa. 1  
 Volentes. de offi. lega. 78. f. 1  
 Vt abbates. de ætate & qualitate. 51. fa. 1  
 Vt archipresbyter. de offi. archipresby. 62. fa. 1  
 Vt archidiaconus. de offi. archid. 64. fa. 1  
 Vt clerici. de regu. 244. fa. 1  
 Vt clericorum. de vita & honest. cleri. 193. fa. 1  
 Vt cõmutationes. de rerum permu. 221. fa. 2  
 Vt cõsultationi. de cleri. cõiug. 196. fa. 2  
 Vt debitus. de appel. 185. f. 2  
 Vt digami. de diga. 60. fa. 2  
 Vt dominicis. de parœciis. 237. fa. 2  
 Vt famæ. de sententia excõmu. 400. fa. 1  
 Vt filij presbyterorum. de filiis presby. 56. fa. 1  
 Vt in domibus. de immuni. eccle. 284. fa. 1  
 Vt iuxta. de officio iudi. ordina. 82. fa. 2  
 Vt laici. de vita & honesta. cleri. 191. fa. 2  
 Vt mēsurę. de emptio. & vē-
- di. 219. fa. 2  
 Vt nostrum. de offi. archid. 63. fa. 2  
 Vt nostrũ. de appel. 184. fa. 1  
 Vt nostrum. vt ecclesia. benefici. 216. fa. 1  
 Vt nullus de præbend. & dignita. 199. fa. 1  
 Vt præteritæ. de elec. 34. f. 2  
 Vt primicerius. de offic. primice. 64. fa. 2  
 Vt priuilegia. de priuileg. 381. fa. 1  
 Vt quisque. de vita & honest. cleri. 191. fa. 2  
 Vtrum autem. de cognat. spiritua. 303. fa. 2  
 Vt sciat se. de offic. sacrist. 65. fa. 1  
 Vt singulæ. de offi. archipresby. 64. fa. 2  
 Vt super aliqua. de rebus ecclesiæ alien. 217. fa. 2  
 Vt vnusquisque. de pecul. cleri. 229. fa. 1  
 Vxoratus. de conuersio. conũiuga. 249. fa. 2

FINIS.

## Decretalium epistolarum Gregorij

Papæ IX. compilatio, iam recens ad ueterum codicum fidem recognita atque emendata. Præfatio.



Gregorius Episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis doctoribus & scholaribus vniuersis, Bononiæ commorantibus, salutem & apostolicam benedictionem.

REx pacificus pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos, & modestos. Sed effrenata cupiditas, sui prodiga, pacis æmula, mater litium, materia iurgiorum, tot quotidie noua litigia generat, vt nisi iustitia conatus eius sua virtute reprimeret, & quæstiones ipsius implicitas explicaret: ius humani fœderis, litigatorum abusus extingueret, & dato libello repudij concordia extra mundi terminos exularet. Ideoque lex proditur vt appetit⁹ noxius sub iuris regula limiteretur, per quã genus humanum vt honeste uiuat, alterũ nõ lædat, ius tuũ vniciueque tribuat, informatur. Sanè diuersas constitutiones, & decretales epistolas prædecessorum nostrorum, in diuersa sparsas volumina, quarum aliquæ propter nimiam similitudinem, & quædam propter contrarietatem, nonnullæ etiam propter sui prolixitatem, confusionem inducere videbantur: aliquæ verò vagabantur extra volumina supradicta, quæ tanquam incertæ frequenter in iudiciis vacillabant. Ad communem, & maxime studentium, vtilitatem, per dilectum filium fratrem Raymondum capellanum & penitentiarium nostrum, in vnum volumen (resecatis superfluis) prouidimus redigendas, adiicientes constitutiones nostras, & decretales epistolas, per quas nulla, quæ in prioribus erant dubia, declarantur. Volentes

igitur

\*Vide. l. 1. C. de no  
 uo codi. cõ  
 ponent. c.  
 l. 2. S. si  
 quid autẽ  
 in lãta. C.  
 de vete. iu  
 re emu.

BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS

igitur vt hac tantum compilatione vniuersi vtantur in iudicijs & in scholis, districtius prohibemus, ne quis præsumat aliam facere, absque auctoritate sedis apostolicæ specialis. \*

\*vide. l. quis mihi bona. §. iussu. ff. de acqui. hære.

De summa Trinitate & fide catholica. Tit. j.

Innocentius. iij. in concilio generali.

Tractat de trinitate, & iussus operibus: de fide, & articulis fidei.

Capitulum primum.



**L**imiter credimus, & simpliciter cōfitemur, quod vnus solus est verus deus, æternus, immensus, & incommutabilis, incomprehensibilis, omnipotens, & ineffabilis, pater & filius, & spiritus sanctus: tres quidem personæ, sed vna essentia, \* substantia, seu natura simplex omnino: pater à nullo, filius à patre solo, ac spiritus sanctus pariter ab vtroque: absq; initio, semper ac sine

\*vide. l. nullus hæreticus. C. eo. titu.

sine fine: pater generans, filius nascens, & spiritus sanctus procedens: consubstantialis, & cœquales, & cœomnipotentes, & cœæterni: vnum vniuersorum principium: creator omnium visibilium & inuisibilium, spiritualium & corporalium: qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis veranque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam quasi communẽ ex spiritu & corpore cõstitutam. Diabolus enim & alij demones à deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Homo verò diaboli suggestionem peccauit. Hęc sancta trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discreta: primo per Moysen & sanctos prophetas, aliosque famulos suos, iuxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. Et tandem vnigenitus dei filius Iesus Christus à tota trinitate communiter incarnatus, ex Maria semper virgine spiritus sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne compositus, \* vna in duabus naturis persona, viam vitæ manifestius demonstrauit. Qui cum secundum diuinitatem sit immortalis & impassibilis, idem ipse secundum humanitatem sit immortalis & passibilis. Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus, descendit ad inferos; resurrexit à mortuis, & ascendit

\*vide. C. eo. ti. in. l. inter claras. §. oēs verò. ver. & quoniam vnigenitus filius. &c.

ascendit in cœlum: sed descendit in anima, & resurrexit in carne: ascenditq; pariter in vtroque: venturus in fine seculi, iudicaturus viuos & mortuos: & redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis, quàm electis: qui omnes cum suis proprijs resurgent corporibus, quæ nunc gestant, vt recipient secundum opera sua, siue bona fuerint, siue mala: illi cum diabolo pœnam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam.

Tractatur hic de sacramentis ecclesiasticis. Abbas Siculus.

Vna verò est fidelium vniuersalis ecclesiã, extra quam nullus omnino saluatur. In qua idem ipse sacerdos est sacrificium Iesus Christus: cuius corpus & sanguis in sacramẽto altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate diuina: vt ad perficiendum mysterium vnitate, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc vtriq; sacramentũ nemo potest conficere, nisi sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secundum clauis ecclesiæ, quas ipse concessit apostolis, eorumque successoribus Iesus Christus. Sacramentum verò baptismi (quod ad dei inuocationem & indiuiduam trinitatis, videlicet patris & filij & spiritus sancti, consecratur in aqua) tam paruulis, quàm adultis in forma ecclesiæ à quocunq; ritè collatum proficit ad salutem. Et si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potestatem semper pœnitentiam reparari. \* Non solum autem virgines & continentis, verum etiam coniugati, per rectam fidem & operationem bonam placentes deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

Idem in eodem.

*Pater & filius & spiritus sanctus vera vnione, non collectiua, seu similitudinaria sunt vna essentia, substantia, seu natura: quæ substantia non est generans, nec genita, nec procedens: quia illi actus non attribuitur substantiæ, sed personis: nec per hoc in trinitate concluditur quaternitas. Contrarium sentientes, vt hæretici sunt censendi, nisi ab errore respiciant, & correctioni apostolicæ sedis se supponant. Abbas Siculus.*

Capitulum secundum.

**D**amnamus ergo & reprobamus libellum seu tractatum, quem abbas Ioachim edidit cõtra magistrũ Petrũ Lombardum de vnitate seu essentia trinitatis, adpellans ipsum hæreticum & insanum, pro eo, quod in suis dixit sententijs, quoniam quædam summa res est pater & filius & spiritus sanctus, & illa non est generans, neque genita, neque procedens: vnde

\* Concor. ca. quia tua. c. ponderet. & c. cõtuma. ces. l. di. fia. ciunt no. per Bar. in. l. qui de furtis.

adferit, quod ille nō tam trinitatem, quā quaternitatem adstruebat in deo, videlicet tres personas, & illam communem essentiam quasi quartā, manifestē protestās, quōd nulla res est, quæ sit pater & filius & spiritus sanctus, nec est essentia nec substantia, nec natura: quamuis concedat, quōd pater & filius & spiritus sanctus sunt vna essentia, vna substantia, vnaque natura: verum vnitatem huiusmodi non verā & propriam, sed quasi collectiuam & similitudinariam esse fatetur: quemadmodū dicuntur multi homines vnus populus, & multi fideles vna ecclesia: iuxta illud, Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. & Qui adhæret deo, vnus spiritus est cū illo. Item ille qui plātat, & qui rigat, vnum sunt: & Omnes vnum corpus sumus in Christo. Rursus in libro Regum, Populus meus, & populus tuus, vnum sunt. Ad hāc autem suam sententiā adstruendam, illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in euangelio: Volo pater vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus: vt sint consummati in vnum. Non enim (vt ait) fideles Christi sunt vnum, id est quædam vna res, quæ communis sit omnibus, sed hoc modo sunt vnum, id est vna ecclesia, propter catholicæ fidei vnitatem, & tandem vnum regnum, propter vniōnem indissolubilis charitatis, quemadmodum in canonica Ioānis apostoli epistola legitur: Quia tres sunt qui testimonium dant in cælo: pater & filius & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Statimque subiungitur, Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt, sicut in quibusdam codicibus inuenitur. Nos autem sacro adprobante concilio, credimus & confitemur cum Petro, quōd vna quædam summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est pater & filius & spiritus sanctus: tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earundem: & ideo in deo solūmodo trinitas est, non quaternitas: quia quælibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura diuina: quæ sola est vniuersorum principium, præter quod aliud inueniri non potest: & illa res non est generans, neque genita, nec procedens, sed est pater, qui generat: & filius, qui gignitur: & spiritus sanctus, qui procedit: vt distinctiones sint in personis, & vnitatis in natura. Licet igitur alius sit pater, alius filius, alius spiritus sanctus: non tamen aliud: sed id, quod est pater, est filius & spiritus sanctus idem omnino: vt secundū orthodoxam & catholicam fidē cōsubstantialia esse credantur. Pater enim ab æterno filium generando, suam substantiam ei dedit: iuxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi, maius omnibus est. Ac dici nō potest, quod partem

partem substantiæ suæ illi dederit, & partem ipse sibi retinuerit: cum substantia patris indiuisibilis sit, vt pote simplex omnino. Sed nec dici potest, quōd pater in filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam filio, quod non retinuerit ipsam sibi: alioquin desisset esse substantia. Patet ergo, quōd sine vlla deminutione filius nascendo substantiam patris accepit: & ita pater & filius habent eandem substantiam: & sic eadem res est pater & filius, nec nō & spiritus sanctus ab vtroque procedens. Cum ergo veritas pro fidelibus suis orat ad patrem: Volo (inquiens) vt ipsi sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus: hoc nomen vnum, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia: pro personis verō diuinis, vt adtendatur identitatis vnitatis in natura, quemadmodum alibi veritas ait: Estote perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus est, ac si diceret manifestus, Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut pater vester celestis perfectus est perfectione nature, vtraque videlicet suo modo: quia inter creatorem & creaturam, non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. Si quis igitur sententiam vel doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere vel adprobare præsumpserit, tanquam hæreticus ab omnibus euitetur. In nullo tamen propter hoc Florentino monasterio (cuius ipse Ioachim exiit institutor) volumus derogari: quoniam ibi & regularis est institutio, & obseruantia salutaris: maxime, cum ipse Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit apostolicæ sedis iudicio adprobanda, seu etiā corrigenda, dictans epistolam, quam propria manu subscripsit, in qua firmiter cōstetatur se illam fidem tenere, quā Romana tenet ecclesia, quæ (disponente domino) cunctorum fidelium mater est & magistra. Reprobamus etiam & condēnamus peruersissimum dogma impij Almarici, cuius mentem sic pater mendacij excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica, quā infāna sit censenda.

\*Significatiū & aquinocatiōē dictionis vnius vide apud Bar. in l. si plures. in ver. difficile. ff. de pac.

De constitutionibus. Tit. ij.

Ex concilio Meldensi.

Iuris canonici statuta omnes ligant: & eorum ritu, tam in pronunciando, quā in decidendo iudicia sunt regulanda. Cap. i.



Anonū statuta custodiantur ab omnibus. Et nemo in actionibus vel iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum autoritate ducatur.

Gregorius in regeſto.

Constitutio respicit futura, & nō præterita. Ca. ii. a iij Cogno-

Act. 4.  
Ioan. 17.  
1. Cor. 3.  
1. Cor. 12.  
3. Reg. 22  
Ioan. 17.  
1. Ioan. 5.

**C**ognoscentes: & infra, Rem quæ culpa caret, in damnum vocari nõ conuenit. Quosiens verò nouum quid statuitur, ita solet futuris formam imponere, vt dispendijs præterita non commendet: Ne detrimentum ante prohibitionem possint ignorantes incurrere\*: quod eos postmodum dignum est vetitos sustinere.

Augustinus super illud epistola ad Hebræos.

Potestas legem condendi & mutandi est penes, vicarium Christi. Et quod de vno conexorum statuitur, ad aliud conexum extenditur Abbas Siculus. Capitulum. iij.

**T**ranslato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat. Quia enim simul & ab eodem & sub eadem spositione vtraque data sunt: quod de vno dicitur, necesse est vt de altero intelligatur.\*

Idem super epistola ad Romanos.

Omne prohibitum à lege, peccatum est, & omne illud, quod sequitur ex eo. h. d. Capitulum. iiii.

**N**am concupiscentiam nesciebam &c. Hoc enim elegit apostolus generale, vnde omnia mala oriuntur.\* Bona est ergo lex, quæ dum hoc prohibet, omnia mala prohibet.

Hieronymus in Parabolis.

Constitutiones decretorum singularibus sunt opinionibus præferenda. Capitulum. v.

**N**e innitibi prudentiæ tuæ. Prudentiæ suæ innititur, qui ea, quæ tibi agenda vel dicenda videntur, patrum decretis præponit.

Innocentius. liij. Senon. archiepiscopo & episcopo Treccij.

Non valet constitutio collegij in damnum aliquorum, & cõmodum aliorum, cessante rationabili causa. Vel sic: Absque rationabili causa non potest maior pars capituli tollere consuetudinem, vtilitatem priuatam nutriendo. Capitulum. vi.

**C**um omnes: & infra. Ad audientiam nostram peruenit q̄ Trecentis canonicis nouum fecerunt in Trecenti ecclesia constitutum, vt eis tam in præsentia, quam in absentia redditus suos ex integro percepturis, qui in eadem ecclesia post illam constitutionem fuerunt, vel deceterò fuerint instituti, redditus in absentia non percipiant, sed tunc solum, cum fuerint residentes: cum secundum Trecentis ecclesiæ consuetudinem omnes in hoc consueuerunt esse pares. Statuerunt etiam vt (cum singulis præbendis adnexæ sint vineæ) ipsis suas, dum vixerint, possidentibus, vineæ decedentium ad successores non transeant,

sed prouentus earum inter singulos diuidantur.

Cum igitur, quod quisque iuris in alterum statuit, ipse debeat vti eo: & sapienter dicat autoritas.\* Patere legem, quam tu ipse tuleris\*. mandamus quatenus antiquos canonicos iunioribus, & iuniores in perceptione fructuum, tam præbendarum, quam vinearum coarquetis antiquis, secundum priorem consuetudinem vsque ad tempus prædictæ constitutionis seruata, vt secundum rationabilem institutionem in posterum obseruandam.

Idem Tridentino episcopo.

Constitutio Laicorum, ecclesiam seu eius bona non adstringit. Capitulum. vii.

**Q**uæ in ecclesiarum: & infra. Sanè peruenit ad audientiam nostram, quòd ciues Tervisini constituerunt, vt si quis se ad inopiam vergere probabiliter allegauerit alienandi feudum, quod ab ecclesia vel aliis tenet, liberam habeat facultatem\*: & infra. Volentes igitur ecclesiarum indemnitati cõsulere, constitutione huiusmodi, & venditiones feudorum ecclesiasticorum factas sine legitimo ecclesiasticarum personarum adfensu, vires decernimus non habere.

Idem.

Dignitas sublata de ecclesia per statutum capituli confirmatum per papam, vltius non censetur vacare, nisi per contrarium actum, statutum fuerit reuocatum. Capitulum. viii.

**C**um accessissent ad apo. sedem Archi. Tullen. & G. Tullen. capituli procurator: archi. proposuit memoratus, q̄ cum olim quidam Tullen. canonici nostris auribus intimassent, quòd primiceriatus in Tullen. ecclesia tato tẽpore vacauisset, quòd ad manus nostras illius personatus esset donatio deuoluta: & infra. Fuit insuper ex parte capituli allegatum, quòd de communi adfensu canonicorum Tullen. fuerit cõstitutum, ne primiceriatus dignitas esset vltius in ecclesia memorata: inter canonicos ipsos primiceriatus prouentibus & possessionibus distributis: & infra. Propter quod euidenter adparet quòd primiceriatus ipse tanto tempore non vacauerit, sicut nobis fuerat falsa in sinuatione suggestitum: & infra. Quocirca mandamus quatenus si vobis constiterit Tullen. canonicos, ne vltius in Tullensi ecclesia primiceriatus esset officium, cõmuniter statuisse, ac statutum ipsum autoritate sedis apostolicæ fuisse postmodum (sicut dicitur) confirmatum, vos illud faciatis in suo robore permanere: nisi postea dicti canonici contrauerint, aliquem videlicet in primicerium eligendo.

a iiij Idem

\*Vide. l. eũ de fide. biro. ff. de proba. l. lege. §. cũ quidã. & ibi Bar. 10. & Bal. ff. ad lo. Cor. de sic. ea. \*Vide. l. nõ possit. ff. de legi. l. cõu. tuculã. & ibi Bal. C. de epif. & cleri. \*Vide. l. nulli. C. de epi. & cle. Proter. 3.

\*Catonis scilicet. \*Vide. l. liberorũ. ff. de his qui not. & fã. & l. iu bemus. §. aconomus. C. de sac. sanc. eccl.

\*Vide. l. oēs populi. ff. de iurif. om. iudi. D. v. l. l. i. ff. de aqua plu. arc. & l. si publicanus. §. v. oibus ff. de pub.

Sancti, Som. a. h. 100

Idem Clugienſi epifcopo.

*Non obſtante certo canonicorum numero etiam per papam confirmato, providendum eſt receptis ultra numerum de ſuperexcreſcentibus fructibus, maxime ſi voluntarie per canonicos fuerint recepti.*  
Capitulum. ix.

**C**um M. Ferrarienſis: & infra. Dicitur M. pro ſe ac quatuorſociis ſuis propoſuit, quod Ferrarienſes canonici, vt eo amplius ſuis redditus augerent, quo puentus eccleſie (qui diuidi conſueuerant inter plures) in vſus cederent paucorum, quatuordecim præbendas tantum, præter id, quod menſe cõmuniter deputatur, in eadem eccleſia contra antiquam conſuetudinem ſtauerunt. Poſtmodum verò cõtra conſtitutionem ipſam voluntarie venientes dictos quinque in canonicos receperunt, nullis præbendis adſignatis eiſdem. Et licet eorum redditus non modicum fuerint augmentati, nondum tamẽ eis voluerunt ex ſuperexcreſcentibus redditibus providere.

Verum ex diuerſo fuit propoſitũ quod quatuordecim præbendarum numero in Ferrarienſi eccleſia inſtituto, & apoſtolice protectionis præſidio roborato: cum vna in eadem eccleſia præbenda vacaſſet, ad quorundam inſtantiam duos ad eam, & poſtmodum ad preces epifcopi dictum M. & quendam alium ſine præiudicio\* dictæ conſtitutionis in canonicos receperunt: ita quod canonici de canonia nihil perciperent, donec primi duo eſſent præbendas integre adſecuti. Cũque per canonicorum induſtriam fuerit procuratum, vt ex poſſeſſionibus, quas eccleſia tempore longo poſſedit, plures eis redditus ſoluerentur: ſuperexcreſcentes communi menſe, quæ minũs ſufficiens fuerat, deputauerunt: quos dicti quinque ſibi poſtmodũ petierunt contra capituli conſtitutionem in beneficium adſignari: & infra. Mandamus quatenus cũ in cõſtitutione prædicta, & confirmatione ſc. apo. vel fuerit vel eſſe debuerit ſicut conſuevit\* expreſſum, niſi in tantum excreſcerent eccleſia ſa cultares, quod pluribus poſſent ſufficere competenter: & iſdem canonici in derogationem ſuæ cõſtitutionis, ad vacaturas præbendas quatuor receperunt ultra numerum conſtitutum: antiquis canonicis præbendas cum integritate percipientibus cõſuetas, ſuperexcreſcentes redditus prædictis canonicis facias adſignari: ita, quod ſi ex eis pares potuerint cum aliis fortiri præbendas: quod ſuperfuerit, in communes canonicorum vſus (ſicut priũ ſtauerant) ſiue alter, prout melius videbitur, cõuertatur: reuocatis in irritum quæcũq; ab alterutra partiũ in præiudiciũ alterius poſt motã quaſtionem corã epifcopo Ferrarienſi

rieniſi circa præbendas vel poſſeſſiones fuerint innouata.

Idem Abbati & conuentui ſancti Silueſtri.

*Statutum generale Laicorum, ad eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas, vel earum bona in earum præiudiciũ non extenditur: nec ſpeciale, etiam ſi earum commodum & fauorem concernat. Hoc dicit, quo ad intellectum, Abbas Siculus.* Cap. x.

**E**cclēſia ſanctæ Mariæ: & infra. Nos adtendentes quod laici (etiam religioſi) ſuper eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis nulla ſit adtributa facultas (quos obſequendi manet neceſſitas, non autoritas imperandi: à quibus ſi quid motu proprio ſtatutum fuerit, quod eccleſiarum etiam reſpiciat cõmodum & fauorem, nullius firmitatis exiſtit\*, niſi ab eccleſia fuerit adprobatum. Vnde ſtatutum Baſilij de non alienandis prædiis ruſticis vel vrbanis, miniſteriis, & ornãmētis eccleſiarum: illa reprobatum fuit poſitiſſima ratione, quod autoritate non fuit Ro. pon. roboratum.) Quod à ſenatore factum fuerat in præiudiciũ monaſterij non conuenit nec confeſſi vel conuicti, in irritum reuocantes, eaſdem poſſeſſiones reſtituendas ſibi ſententialiter definimus.

Idem vniuerſis doctoribus Pariſiis cõmorantibus.

*Pœna ſimpliciter adpoſita propter contumaciam, in dubio intelligitur temporalis, & non perpetua.* Capitulum. xi.

**E**x literis veſtræ deuotionis accepimus: & infra. Licet à vobis fide præſtita fuerit conſtitutum, vt ſi quis magiſtrorũ ordinationi vniuerſitatis ipſorum duceret reſiſtendum: & primò, ſecundò, tertio & vltimo commonitus, intra triduum vniuerſitati parère contemneret magiſtrorum, extunc beneficio ſocietatis eorum in magiſtralibus priuaretur: & ob hoc magiſter G. fuit eorum communionem priuatus. Quia tamen conſtitutum non fuit, vt in perpetuum huiusmodi priuatio perduraret: cũ tam iuris canonici, quàm noſtri moris exiſtat: vt is, qui propter contumaciam cõmunionem priuatur, cũ ſatisfactionem congruam exhibuerit, reſtitutionem obtineat: mandamus quatenus ſuprà dictum magiſtrum ſtatutis veſtris nunc humiliter parère curantem, ad communionem veſtræ conſortium in magiſtralibus admittatis.

Honorius. iij. epifcopo & cantori Cabil.

*Non poſſunt canonici ſine cauſa reſtringere numerum canonicorum ſeu præbendarum.* Abbas Siculus. Cap. xii.

**E**x parte epifcopi Eduenſis fuit propoſitum, quod canonicum Eduenſes propriis commodis inhiantes præbendarum numerũ ab antiquo in eccleſia Eduenſi ſtatutum (licet nõ ſint

\*Vide. l. quæ in eccleſiarum. ff. de conſti. & auſth. caſſa. C. de ſacroſan. eccle. Bar. l. oēs populi. ff. de iuſti. & i.

\*Vide. l. antiqui. ff. quod vi aut clam.

\*Vide. l. quod ſi noluit. §. quia adſidua. ff. de adil. edic. not. Bar. in. l. nemo. ff. de re. do.

cuius

eius deminuti reditus)restrinxerunt: & infra. Nolentes igitur diuini numinis minui cultum, sed potius augmentari: mandamus quatenus antiquum numerum facientes autoritate nostra seruari: præbendas, quas à tempore vltimi statuti inueneris vacasse in ecclesia memorata (nō obstāte aliqua cōstitutiōe super hoc à canonicis ipsis facta, vel cōfirmatiōe à nobis ab eisdē obtenta) personis idoneis cū consilio episcopi conferatis.

Gregorius. ix. archipresbytero sanctæ Mariæ maioris de vrbe.

Constitutio futura respicit, & non præterita: nisi in ea de præteritis caueatur. Capitulum. xiiij.

Quoniam cōstitutio apostolicæ sedis omnes adstringit, & nihil debet obsecrum vel ambiguum continere. Declaramus cōstitutionem, quam nuper super præferendis in perceptione portionis maioribus & conuictis scruiitiis à minoribus exhibendis edidimus: non ad præterita, sed ad futura tantum extendi. Cū leges & cōstitutiones futuris certum sit dare formā negotiis, non ad præterita facta trahi: nisi nominatim in eis de præteritis caueatur.

De rescriptis. Tit. iiij.

Alexander. iij. Senonensi archiepiscopo.

Privilegio generali, secundum ius commune obtento, obstat rescriptum speciale, etiam de eo mentionem non faciens. h. d. secundum intellectum magis communem. Capitulum. i.



Sicut Romana: & infra. Questum est à nobis ex parte tua: si alicuius causa delegatis iudicibus sublato remedio appellationis committitur: & literis apostolicis altera pars munita (quibus ei generaliter est indultum, vt liberè sibi liceat appellare) in vocem appellationis proruperit: an eius in eadem causa debeat appellationis deferri? Inquisitioni tuæ taliter respon. quòd eius in hac parte appellatio non debet admitti, postquā est causa iudicibus adpella. remo. commissa. Quia speciale mandatū derogat generali.\*

Idem Cantuariensi archiepiscopo.

In rescripto apostolico subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur. Et si rescriptum prohibet causa cognitionem, est de falsitate suspectum. Capitulum. ii.

Ex parte Cōuentrensis episcopi nostris est auribus intimitum, quòd cum de causa, quæ inter G. & F. clericos vertitur super præbēda de Noualis, cognoscens, legitimè eidem F. (secundum

(secundum tenorem literarum nostrarum continentium, quòd si constaret ipsum F. de periurio esse conuictum, & perpetuò illi renunciaſſe præbēdæ, amoueretur ab ea, eo cognito & probato) præbendam abiudicasset eandem: ipse in vocem appellationis prorupit: & ad te quòd ei præbēdā præcisè & absque causa cognitione restitueres, literas nostras reportauit: & infra.

Verum quoniam non credimus ita præcisè scripsisse, & in huiusmodi literis intelligenda est hæc conditio, etiam si non adponatur, si preces veritate nitantur: mandamus quatenus inspectis literis, quas episcopo prædicto direximus, si inueneris, quòd secundum prædictum modum ei scripsimus, & in literis, quas præfatus F. reportauit, non fuerit habita mentio priorum literarum: sententiam præfati episcopi confirmes, & lepidictum F. cum literis nostris, quas tibi detulit, ad præsentiam nostram venire compellas.

Idem Vintoniensi episcopo.

Si in secundo rescripto per aduersariū impetrato, non fiat mentio de primo: valet primum, & non secundum: alias valet secundum. Et si primum fuit impetratum cōsensu partium, nō valet secundum impetratum per alteram partē, hoc tacito. Ca. iij.

Ceterum si aliquis super aliqua causa ab Apostolica sede impetrauerit literas, & aduersarius eius eandem causam postmodū obtinuerit cōmitti aliis, de cōmissione priore nō habita mētiōe: priores iudices ad decisionē causæ possunt procedere, nec secūda literæ obtinent alicuius roboris firmitatē.

Si verò in secundis literis habeatur mentio de cōmissione priori, prædicta causa à priorum est exempta iudicio: cum eadem literæ non sint veritate tacita impetrata. Verum si de adfensu partium causa cōmittitur: & processu temporis, vel etiam continuo, alterutra pars, altera nesciente, causam ipsam, tacito de commissione priori, alij iudici obtinuerit delegari: non immeritò is, qui tali dolo vel fraude aduersarium suum laborare coegit, in expensis condemnari debet.\*

Idem Eboracensi archiepiscopo.

Si papa mandat in rescripto de duobus inquiri alternatiuè, ad certum effectum consequendum: sufficit alterum probari. Ca. iij.

In ceteras consultationes tuas, fuit propositum coram nobis, quid tenere debeas, cum aliqua subdiuisione mandantur, quorū vnum verū est, alterum falsum: vtputa si proponatur, quòd si talis sit sacerdotis filius, & in sacerdotio genitus, qui proximo in tali ecclesia ministravit, vel quòd illicitè ecclesiam occupauit eandem. Huic ergo questionē taliter respon.

De hoc Casus. m. l. 229. c. 11.

\* Vide gl. in cle. vt hi qui in po sterū de a. ta. & qua. li.

\* Vide. l. cū de latio nis. S. cui fundū. S. se. ff. de fun. instr. & l. seruis vrb. nis. S. si a. lii. ff. de le. 3. 1. 3.

\* Ad hæc vide. l. hæ. redes mei. S. C. 3. ita. ff. ad Tre. bel.

\* Vide. l. 1. & 2. c. Si contra ius vel vtilis. publi. \* Vide. l. in fraudē. C. de legi. & l. 1. & l. ex dolo. ff. de dolo.

\* Vide. l. Si quis. S. vna. ff. de re. dub. & ff. de ver. ob. l. Si ita quis.



**respon.** (iudici quodcūque istorū constiterit) illi prælibatā ecclēsiā abiudicari debere. Et idem in similibus obseruandū est.

Idem Rauennati archiepiscopo.

*Is, ad quem rescriptū papæ dirigitur, debet illi parere: vel causam rationabilem adsignare, quare parere non potest.* Cap. v.

**S**I quando aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animū tuū sexasperare videntur, curbari non debes, & infra. Qualitatem negocij, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum reuerenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam præendas: Quia patienter sustinebimus, si non feceris, quod prauis nobis fuerit insinuatione suggestum.

Idem Cisterciensibus fratribus.

*Cistercienses sunt privilegiati, quod non possunt conueniri per rescriptum papæ, nisi in eo fiat mentio de eorum ordine.* Cap. vi.

**C**um ordinem Cisterciensem profesis: & infra. Si contra vos super decimis, vel alijs (quæ ordini vestro specialiter sedes Apostolica indulsit) non facta mentione Cisterciensis ordinis, literæ fuerunt à sede Apostolica impetratæ, per eas minimè teneamini respondere.

Idem Tornacensi episcopo.

*Si sede vacante scribitur capitulo vi gerenti vices episcopi, ut præbendam alicui conferat: si creatur episcopus nondum executio mandato, & ad eum spectet collatio præbendarum, illud adimplere tenetur. hoc dicit. secundum lecturam communiter approbatam. Abbas Siculus.* Capitulum. vii.

**E**am te: & infra. Dudum siquidem ante tuam promotionem literæ à nobis (si bene meminimus) emanarunt, quibus decano & ecclesiæ tibi commissæ (te adhuc in eodem capitulo existente) mandatum dedimus & præceptum, ut M. (qui de gente Iudæorum originem duxit, & diuina gratia fidē Christi suscepit) in canonicum reciperent, & præbendam sibi cōferre deberent: & infra. Ipsi verò (quia donatio præbendarum ad te spectabat) præceptum nostrum executioni non poterunt mandare. Cum itaque præscriptus. M. te super hoc ex parte nostra requireret, respondiisti, quòd nullum inde mādātum receperas, & sic eum à te, infecto negotio, remisisti: Quod nullatenus fecisse deberes: si datam literarum diligentius adtendisses, cum tempore, quo literæ ipsæ datae fuerunt, de capitulo ipso esses, sicut qui eras archidiaconus & canonicus eiusdem ecclesiæ, nec esses adhuc in episcopum consecratus: & infra. Pro eo verò, quòd Iudæus extiterit, ipsum dedi-

gnari non debes.

Lucius. iij. Linconensi episcopo.

*Non valet rescriptum impetratum ad beneficia, si in eo taceatur dignitas impetrantis.* Cap. viii.

**A**d aures nostras peruenit, quòd plerunque decani, archidiaconi, præcentores, vel alij ecclesiasticis præditi dignitatibus, super minoribus beneficijs literas impetrantes, nomen suppressimunt dignitatis suæ, & simplici nomine se adpellant, tanquàm non habeant aliquem personatum: & infra. Cōsultationi tuæ taliter respondemus, quòd cum non sit intentionis nostræ, ut personæ pluribus retribus abundantes, per literas nostras pauperes clericos super minoribus beneficijs inquietōt, literas, in quib⁹ actor suæ nomen dignitatis suppressit, vires non lumus obtinere.

Idem Noruicensi episcopo.

*Valet secundum rescriptum impetratum ab aduersario, licet non faciat mentionem de primo: si primus impetrans dolo, vel negligentia, non fuit usus illo.* Capitulum. ix.

**S**I autem aliquis autoritate posteriorum literarum per aduersarium in iudicium tractus, obiecerit literas se priores habere, de quibus in posterioribus mentio non habetur: Si eis dolo, vel negligentia uti postposuerit, excusari non debet.

Si autem, quia delegati iudicis copiam nequiuert habere: per posteriores literas non poterit conueniri.

Idem.

*Non valent rescripta, per quæ incerti iudices dantur, vel futura negotia committuntur.* Cap. x.

**A**d hæc sumus: & infra. Significatum est nobis, quosdam in prouincia tuæ partibus tales (ut adserunt) de Cæcellaria nostra literas recepisse, per quas eorum omnia negotia vnius iudicis, vel plurium (quos sibi elegerint) arbitrio cōmittuntur: sicque fit, ut si aliquem pulsare voluerint, examen ordinarij iudicis non requirant, sed ad vnum iudicem vel plures delegatos sibi propitios, & parti aduersæ suspectos, super examina quæstione decurrant: & infra. Nos igitur huic morbo celeri volentes obuiare remedio, mandamus, quatenus si literas tales in prouincia tua inuenieris: eas carere viribus nostra autoritate decernas.\* Idem.

*Falsa latuitas viciat rescriptum papæ. hoc dicit. Ioan. And. concordat. Abb.* Capitulum. xi.

**A**d audiētiā nostram, te significante, peruenit, quòd H. de sancto Stephano, super absolutione sua literas tibi (ut scrip-

\*Vide. l. fin. & l. p̄scriptioe. C. si contra ins, vel vtili. publ. & l. fals. in glo. i. C. de diuer. re - scrip. prima

prima facie videbatur) Apostolicas præsentavit: Quibus, quoniam manifestum continent in constructione peccatum, fidem te nolumus adhibere.\*

\* Adde quot & quibus modis rescripti viciantur. in. l. 2. C. de diver. reser.

Clemens.iiiij.

Contra secundum rescriptum non potest opponi de taciturnitate primi impetrati per adpellatam de sua adpellatione, non habita mentione. hoc dicit. Ioan. And. concor. Abb. Sicu. Cap. xii.

Ex parte S. personæ ecclesiæ de Tarento nobis innovuit, quod cum capella de Empton. ad prædictam ecclesiam de iure pertineat O. diaconus (qui iam dictam capellam detinet) capellanum ipsius ecclesiæ nomine ipsius S. in ea ministrant, post adpellationem a se factam, amovit. Quam cum esset S. profecturus, & ad iudices literas impetrasset: ipse O. adpellationem suam prosequi non curavit. Cùmque autoritate iudicium in ius esset vocatus: dixit se literas priores habere, de quibus nulla mentio in posterioribus habebat, quas vsque ad tertiam citationem suppressit: eisque dolo vel negligentia rui postposuit, quod ex diuturnitate temporis videbatur, in quibus nulla mentio de adpellatione ab ipso facta fiebat, cum biennium a tempore adpellationis iam fuisset elapsum. Ideoque mandamus, quatenus si ita esse constiterit (reuocatis in statum pristinum omnibus, quæ post adpellationem ipsius O. inueneritis adtentata) præscriptam capellam matri ecclesiæ restituere procuretis, prædictum O. (si eum adpellationem non fuisse profectum constiterit) memorato S. in expensis necessariis condemnantes.

Celestinus.iiij.

Rescriptum, quo scribitur pluribus cum clausula (Quod si non omnes &c.) intelligitur a de ipotetia facti, quam iuris. Ca. xiiii.

Sciscitatus es a nobis petitorio destinato, de qua impotentia illud intelligatur (quod in literis nostris sæpe confuevit adponi) (vt si duo vel tres, quibus literæ diriguntur, ipsis exequendis simul interesse nequiverint. \* vnus aut plures, quibus scribitur, nihilo minus exequantur. Nos verò ita sentimus, quod tam de iure, quam de facto, illa impotentia censeatur de iure, si aliquem illorum seruum, vel infamem, aut alio legitimo impedimento detentum esse constiterit. de facto, si constiterit cum casu mortis occubere, aut ineuitabilis necessitatis articulo impediri, quò minus valeat interesse. Dū modo is, qui p. necessitate presens esse nō potest, collegis suis canonicè excusationē suā curet (si poterit) destinare: vt alij cōiudices vel executores, nihilo minus ad cōsumationē iniuncti mandati procedant.

\* Clausula, Quod si duo: supplet iuris positum de fectis. scilicet. Spe. in ri. de lega. §. Nūc o. ff. de iud. ver. 13. vi. de & doc. in. c. illa. de elect.

cedant. Nec enim ille, qui tantummodo nō vult interesse, hac impossibilitatis interpretatione valeat aliquatenus excusari.\* \* vide. l. 1. de Nerat. §. si. ff. de l. Aquil.

Inno. iij. Eliensi episcopo.

In questione reuocationis rescriptorum recurritur ad arbitros, nisi iudices in cognitione sibi non deserant, nec iniucem concordent. h. d. vsque ad. §. Quoniam. Cap. xiiii. cu glos. ff. de iter. ac.

Pastoralis officij: & infra. Præterea quæsiuisti (quando de reuocatione literarū ambitur) vt rum iudices priores, an posteriores cognoscere debeant, & vt rui per secundas sint priores literæ reuocatæ. Ad quod tibi respondeo, quod nisi posteriores prioribus, vel è conuerso duxerint deferendum, simul vtrique cognoscant.\* & si forte nequiverint simul in vnam sententiam cōcordare (quamuis plures sint ex vna parte, quam altera) per arbitros communiter electos a partibus huiusmodi concertatio sopiatur.

\* vide. l. 1. Si quis ex aliena. ff. de iudi.

Per generalem clausulam positam in rescripto, delegatus ante expressionem personarum, vel rerum, iurisdictionem habet in habitu, & non in actu. Et speciales literæ derogant literis generalibus super non specificatis in eis, quanquam de illis nullam faciant mentionem. Abb.

Quoniam autem sub huiusmodi forma, videlicet causam, quam talis aduersus talem, & quosdam alios super hoc, & quibusdam aliis se habere proponit, tibi duximus committendam, a nobis multoties literæ impetrantur: & sollicitè quæsiuisti, an iudex ex delegatione huiusmodi, ante personarum, vel rerum expressionem, super personis, vel rebus exprimendis habeat potestatem: adiiciens, vt rui, si ante quam personæ vel res expressæ fuerint nominatim, super non expressis in commissione priori, sed generaliter comprehensis, speciales literæ (quæ de priori commissione nullam faciant mentionem) ad alios iudices a sede Apostolica emanauerint, eundem vigorem debeant obtinere. Nos igitur ad hæc duo tibi respondemus, quod (cum generali per speciale procul dubio derogetur \*) iurisdictioni per generales literas adtributa, per speciales (quantum ad ea, quæ specialiter exprimuntur) penitus enervatur, licet de prioribus non faciant mentionem. vnde superflua relinquatur prima quæstio, etsi merito dici possit, quod donec iurisdictioni reuocetur, eam super rerum, vel personarum articulis exprimendis obtinet delegatus: sed antequam exprimantur personæ, vel res, delegatus nequit iurisdictionem huiusmodi

\* vide. l. 1. toto. ff. de regu. iur. Bar. in. l. Manu. ff. de leg. 2. idē. l. 1. §. prin. ff. de oper. no. nuncia.

huiusmodi exercere.

Idem Senonensi archiepiscopo.

*Per generalem clausulam (quidam alii, & res alia) multum do effrenata non includitur, nec persona, nec res maiores expressis, sed pares, vel minores.* Capitulum. xv.

**S**edes Apostolica consuevit exhibere se petentibus liberaliter, sed quidem eius gratia nequiter abutuntur: & infra. Nos igitur volentes eorum malitiis obuiare: decernimus, vt cum in commissionibus nostris minores & viliores personę solummodo designantur, maiores & digniores sub generali clausula non intelligantur includi. Sed nec liceat occasione generalitatis huiusmodi multitudinem effrenatam in iudicium euocare. Nec super maioribus & grauioribus negociis audiatur, qui de minoribus & leuioribus tantum faciunt mentionem. Si quis verò aliquas personas expresserit, non vt vellet cum eis in iudicio experiri, sed vt ad pares transire valeat, vel minores (quia fraus & dolus ei patrocinari nõ debent) tanquam mendax p̄secutor, careat penitus impetratæ.

\* Idem R. canori & R. priori de monte leproforum.

*Qui contra vnum super eodem ad diuersos iudices diuersa rescripta impetrat, & eis vtitur, perdit comòdũ vtriusque.* Ca. xvi.

**E**x tenore literarum, quas nobis destinastis: intelleximus R. sacerdotē de Collouilla ad alios iudices super quæstione (quę inter ipsum & abbatē de Becco vertitur) literas Apostolicas impetrasse. qui cum partem citassent aduersam, dictum presbyter coram eis noluit litigare: & infra. Cũque vos in causa cognitione procedere velletis: abbas coram vobis proposuit, quòd non tenebatur per directas ad vos literas presbytero respondere, cum per alias ab aliis iudicibus fuisset citatus, quæ authoritate illarum non fuerat reuocata\*. Nos igitur adtendentes fraudem presbyteri memorati, duas commissiones super eodem negocio impetrantis, quarum altera nõ faciebat mentionem de reliqua quia fraus & dolus alicui patrocinari nõ debent) decernimus, vt ipse comòdo careat vtriusq;.

Idem Mediolanensi archiepiscopo.

*Non valet rescriptum ad beneficium impetratum, de beneficio impetrantis non faciens mentionem.* Cap. xviii.

**C**um adeo scripta sedis Apo. moderemur: & infra. Scripsisti nobis, quòd cum P. clericus in ecclesia Modicensi sufficientem sibi sit præbendam adeptus, mirabaris quòd pro receptione ipsius in ecclesia de Gronzola, præposito & fratribus eiusdem ecclesię literas miserimus: cum si literarum nostrarum

strarum seriem adtendisses, nihil inuenisses in eis, quòd debuisset tuum animum offendisse. Cũ enim in literis nec de præbenda ipsius mentio haberetur, nec Modicensis canonicus, imò nec clericus diceretur in eis: & in literis ipsius hæc esset adiecta conditio, si dignus existeret ad ecclesiasticum beneficium obtinendum: intelligere potuisses, qualiter literę ipsę fuerant impetratæ.

Idem electo decano, & N. canonico Cameracensi.

*Ordo rescripti interpretationem recipit a iure comuni.* Cap. xviii.

**C**ausam, quæ inter Premonstraten. & Pramon. ecclesiās super possessionib; de Anapia vertitur: & infra. Quia in literis animaduertimus fuisse insertũ, quòd si alterutra partium citata legitime, præsentia vestram adire, vel iudicio vestro parere contemneret: vos præsentis partis probationes recipere, & quantũ de iure poteritis, in causa cognitione ac decisione procedere minime tardaretis. Nos volētes vt clausula illa (quantum de iure poteritis) quæ antequam de probationum receptione mentio fieret, fuerat inferenda: clausulam illam de receptione probationum præcedat: mandamus quatenus ipsam intelligentes ibidem, in causa iuxta tenorem literarum procedere non tardetis: prouisi, vt si literarum auctoritate priorum, in eodem negotio legitime est processum, firmũ & stabile perseveret. alioquin si occasione clausulæ memoratæ aliquid constiterit in alterius partis præiudicium adtentatum, id viribus decernimus cariturum: mandantes, vt in decisione ipsius negocij (sicut præmissum est) tam super principali, quam super incidentibus quæstionibus, adpellatione remota, canonicè procedatis.

Idem archiepiscopo Senonensi.

*Non valet impetratio in ecclesia numerata, non facta de numero mentione, si per eam frangitur numerus canonicorum, licet non frangatur numerus præbendarum: & processus inde factus est nullus. hoc dicit quò ad intellectum. Panor.* Cap. xix.

**C**onstitutus apud sedem Apostolicam P. clericus propositus, quòd cum C. p. n. decano, & capitulo Bituricensi dedecit in mandatis, vt ipsum reciperent in canonicum & fratrem, & præbendam ei conferrent, si qua tunc in eorum vacante ecclesia, vel proximo vacaturus: & ipsi cum mandatu eius admittere non curassent, eis præcipiendo mandauit, vt quòd mandauerat, adimplerent: sibi super hoc executoribus deputatis: & infra. Verũ pars aduersa respondit, quòd cum in Bituricensi ecclesia certus esset numerus canonicorum institutus,

*procedat*  
\* vide. l.  
consuetud. cũ de in-  
debito. in  
6. 37. ff. de  
3. verbo in-  
debito. ff.  
ad. l. A.  
qui. & l.  
inde Ne-  
ratus. S.  
pe. i. glo. v.  
ver. in du-  
plu. ff. de  
rei vindi.  
\* vide. l.  
i. C. de p-  
ci. spe. off.  
dec. in c.  
sup. literis  
infra. eo.  
sua.

tutus, firmatus iureiurando, & per Romanum Pontificem confirmatus, & de hoc memoratus P. non fecisset in suis literis mentionem intelligendum erat circumuenisse \* predecessores nostrum, & dictas literas veritate tacita impetrasse: & infra. Dominationi vestre mandamus, quatinus si legitime vobis constiterit numerum canonicorum, qui nunc est in eadem ecclesia, per decanum & capitulum eiusdem ecclesie iuramento firmatum antequam predictus clericus literas executorias impetrasset: quicquid factum est occasione literarum ipsarum, irritum decernatis: alioquin ei facultas in eadem ecclesia prebendam (si qua vacat) sublato cuiuslibet appellationis obstaculo, assignari.

Idem A. Canonico Pictauchenſi.

*Difficile & famosum. c. & est clavis totius tituli. Et. l. d. in summa: Exprimens falsum, vel tacens verum in rescripto: si malitiose, careat prorsus impetratis. Sed si per simplicitatem, vel ignorantiam, aut obtinuisse vero expresso, & suppresso falso saltem literas in forma communi, & delegatus procedit seruato iuris ordine, & non speciali forma rescripti: secus si nullo modo literas habuisset.*

Cap. xxx.

**S**uper literis, quæ ab aliquibus ex malitia, & à nonnullis ex ignorancia (tacita veritate, vel suggesta falsitate) impetrantur à nobis, diuersos intelleximus diuersa sentire, alius adferentibus eos debere prorsus carere omni commodo literarum, cum mendax preceptor carere debeat penitus impetratis: alius verò dicentibus, quòd etsi forma carere debeant in literis nostris expressa, nihilominus iuxta rigore iuris sit à delegato iudice in negotio procedendum. Nos igitur inter eos, qui per fraudem vel malitiam, & illos, qui per simplicitatē vel ignorantiam literas à nobis impetrant, huiusmodi credimus discretionem adhibendam, vt hi, qui priori modo falsitatem expriment, vel supprimunt veritatem: in suæ peruerſitatis penam, nullum ex illis literis commodum consequantur, ita videlicet, quod delegatus (postquam sibi super hoc facta fuerit fides) nullatenus de causa cognoscat. Inter alios autem, qui posteriori modo literas impetrant, duximus distinguendum, quæ falsitas suggesta fuerit, vel quæ veritas sit suppressa. nam si talis expressa sit falsitas, vel veritas occultata, quæ quamuis fuisset tacita vel expressa, nos nihilominus in (saltem in forma communi) literas dedissemus: \* delegatus non sequens formam in literis ipsi adpositam, secundum ordinem iuris in causa procedat. Si verò per huiusmodi falsitatis expressionem, vel

sup-

suppressionem etiam veritatis, literæ fuerint impetratæ, quæ tacita vel expressa nos nullas prorsus literas dedissemus, à delegato non est aliquatenus procedendum: \* nisi forsitan eadem, vt partibus ad suam præsentiam conuocatis, de precum qualitate cognoscat: vt sic in vtroque casu, eadē ratio, quæ delegantem moueret, moueat etiam delegatum: & vbi delegatus suas literas denegaret, delegatus etiam suæ cognitionis officium nullatenus interponat.

Idem abbati & conuentui Præmonstratensi.

*In causa monasterii conuenitur abbas per rescriptum, in quo nulla sit mentio de conuentu, nec propter hoc appellari potest: nisi abbas & conuentus bona essent distincta omnino. Cap. xxxi.*

**E**Doceri postulatistis à nobis, vt rum per literas aduersus abbates (nulla mentione habita de suis conuētibus) impetratas, teneantur abbates ipsi super causis (quæ ad conuentus pertinent, & eosdem) de ipsis querelantibus respondere: ac licet inhibita sit appellatio, per appellacionis obiectum possint (ne respondeant) se tueri. Super quo duximus respondendum, quòd (nisi alia causa rationabilis suffragetur) per appellacionem se tueri non possunt, quò minus debeant autoritate literarum huiusmodi legitime respondere: Cum ex officio suo teneantur congregationum suarum negocia procurare: Nisi forte abbas & conuentus negocia essent omnino discreta.

Idem archiepiscopo & magistro V. canonico Magdeburgensi.

*Processus factus per literas subreptitias irritatur: sed factus contra formam rescripti, irritus nunciatur. Cap. xxiii.*

**C**um dilecta in Christo filia R. custos Hefensis ecclesie, ac procurator G. monialis, super electionibus in eadem ecclesia celebratis, litigauerint aliquandiu coram nobis: & infra. Deprehendimus literas ad abbatem de Remech. & suos coniudices impetratas, per subreptionem obtentas, cum in eis illius articuli, videlicet de subreptorum resignatione, fuerit præter conscientiam nostram cognitio demadada, qui in prioribus literis ad scholasticum Hildesensem, & coniudices suos obtentis, insertus fuerat: de quibus in secundis literis mentio non fiebat: & ideo, quod ipsarum literarum occasione dignoscitur adtentatum, duximus irritandum. Dictum insuper scholasticum & coiudices suos inuenimus minus prouide processisse. Cum enim in literis nostris eisdem principaliter madaretur, vt ad predictam ecclesiam personaliter acceden-

b ij  
tes,

\* vide. l. c. h. s. si cum lis. ff. de tras. c. l. ii. s. sed & si quis. ff. de cur. edic.

\* vide. l. Mutus. c. gloss. ii. ff. de procu. c. ff. de pet. har. l. si possessor. c. l. si quid possessor.

Comoratus l. 38. # l. 3 part. 3.

tes, personā idoneā administrationem committerent abbatiā, cui ad opus eius fieret hincinde resignatio subtractorum, ipsi formam mandati Apostolici transponentes, illo capitulo prætermisso: de aliis articulis inordinate plurimum cognouerant: propter quod processum ipsorum contra nostri formam rescripti, ac iuris ordinem adentatum, irritum decernimus & inanem. Ideoque mandamus, quatenus G. & quibusdam aliis fororibus ecclesiæ (sic ut iustum fuerit) restitutus, & forma mandati nostri exacta diligentia obseruata, in negotio ipso ratione præuia procedatis.

Idem.

*Valet secundum rescriptum, licet de primo non faciat mentionem, quo vii noluit impetrans intra annum. Cap. xxiii.*

**P**lerumque contingit, quod aliqui nostris literis impetratis, illis vti multo tempore postponentes, tum demum eas exhibent, cum aliarum auctoritate, ab eis, contra quos primitus literas impetrant, cõperint conueniri: dicentes posteriores literas non valere: utpote non facientes de prioribus mentionem. Cum igitur non sit malitiis hominum indulgendum: statuimus, ut si quis nostras literas impetrans, intra annū postquam copiam iudicum habuerit, ex malitia, vel negligentia postposuerit vti eis, auctoritate posteriorum literarū valeat conueniri, licet in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

Idem Rotho. archiepiscopo.

*Si à delegato aliquid mādatur ordinario, debet humiliter exequi. Sed si alius delegatus per alias literas post executionem mādatur contrarium, vel si ante executionem innotuerit ordinario, inter delegatum, qui mādauit, & alium, contentionem esse de iurisdictione: faciat sibi vtrarumque literarum copiam exhiberi, nō ut iurisdictionaliter cognoscat, sed ut se informet, an per secundas reuocentur prima. & si prima reuocentur, exequatur secundum mandatum. Si autem non reuocentur, vel de hoc dubitet, non exequatur secundum mandatum, donec contentio de iurisdictione terminetur. Abb. Sic. Cap. xxiiii.*

**C**um contingat: & infra. Præterea cum quidam super aliquo litigantes, ad diuersos iudices literas impetrant, quorum quidam obrenti à parte altera tibi mandant, ut partē aduersam denuncies excommunicationis sententiæ subiacere, aliis iudicibus postmodum tibi iniungentibus, ut eandem denuncies absolutam, queris, an vtrisque an neutris, vel alterutris saltem obedire debeas in hac parte. Super quo tuarū prudentiæ respon-

tiæ respondentes, credimus distinguendum, an cum primum mandatum recepisse dignosceris, tibi forsan innotuerit inter illos & alios super iurisdictione discordiam suscitatum, an super hoc nihil omnino sciuisti. Et quidem si super contentione huiusmodi nihil tibi penitus innotescat: cum primum mandatum recipere te contingit: illud debes humiliter executioni mandare. Sed si postea contrarium tibi ab aliis demandatur, tunc literarum ad vtroscq; à sede Apo. obtenturam copia postulata (quas tibi auctoritate præsentium districtè præcipimus exhiberi) si ex ipsarum tenore deprehenderis euidenter (ita quod non sit aliquatenus hesitandum) quod literæ, quæ ad illos, à quibus secundum mandatum receperis, impetratæ noscuntur, expressè reuocent literas aliorum: tu illud intrepidus exequaris, quod tibi secundo loco mandatur. Si verò ex literarū inspectione manifestè tibi constet, quod literæ obrentæ ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias minimè reuocantur: \* secundum mandatum nullatenus exequaris. Quod si super hoc tibi meritò fuerit dubitandum: ad exequendum secundum mandatum te procedere nō oportet, donec iuxta cuiusdam nostræ cõstitutionis tenorem inter eos huiusmodi cõcertatio sopiatur. Et id ipsum facere debes, si primo mandato recepto, & nondum executioni mādato, tibi forsan innotuerit, quod inter se super iurisdictione demādata cõperint disceptare. Cæterum in his omnibus puram & prouidam te conuenit intentionem habere: ne vel ad declinandum mandatum dubitare te dicas, vbi dubitandum non est: vel etiam ad exequendum te adferas esse certum, vbi certus esse non debes. Licet autem ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in his te debeas habere, nulla tamen tibi adtribuitur potestas, gl. i. ff. de pcur. & in l. à diuo Pio. & ibi Barto. & doctores res. ff. de re iudic. \* Alias Signiac. & est diocesis Remen.

\* vide. l. licet. ff. de lega. i. si aut. l. sciāt cūcti. C. si seruus vel liber.

\* Adde conor. in l. qui pcurator. in gl. i. ff. de pcur. & in l. à diuo Pio. & ibi Barto.

Idem magistro G. & P. de Firmisca.

*Quādo in rescripto plura narrātur, diuersos effectus operātia: non sufficit impetranti alterum solum probare, ad vtrumque effectum consequendum. Cap. xxv.*

**O**lim ex literis sancti Nicasij Remensis, Sargiē. \* & valis regiæ abbatum fuit nostris auribus intimatum, quod cum ad eos semel & iterum à nobis literæ processissent, super eo, quod P. clericus sancti Remigij, parociam de Salice (quæ R. de Clivo per interpositam personam sibi collatam fuisse proposuit) detinebat, ipsi partes semel, secundo, & tertio citauerit, & dictum P. quia citatus pluries comparere noluit per

se ve p responsalem aliquem coram eis, excommunicationis vinculo innodates, fecerunt fructus ipsius parœciæ sequestrari. Cùmque postmodum idem P. accedens ad eos se iuripromiserit pariturum, ac obtinuerit se absolui: ipsi absolutionis literas concedentes, diem ei assignauerunt, & locum, quibus coram eis, quod promiserat adimpleret: qui diē & locum ex literis illis radens, in locum rasuræ rescripsit, quod ipsi ei sequestratos fructus assignari mandabant: quod coram duobus eorum tandem (tertio sui absentiam excusante per literas) est confessus. Nos igitur cùm tãtã temeritatis excessus falsitatis scrupulo non careret: vobis dedimus in mandatis, vt (si esset ita) ipsi præsumptori super dicta parœcia perpetuum silentium imponentes, præfato R. de Clivo assignaretis eandem cum fructibus sequestratis. Verùm sicut vos per vestras nobis literas intimastis: cùm dictus R. rasuram præfatam coram vobis per testes idoneos probauisset: & ob hoc postulasset sibi dictam ecclesiam assignari: vos vtrum clausula illa (si esset ita) de omnibus superioribus, an de articulo tantùm rasuræ deberet intelligi: dubitastis. Nos igitur respondemus, quod clausula illa ad omnia debet superiora referri, ad hoc vt ipsi R. præfata ecclesia conferatur: quia licet vicium falsitatis ad imponendum ei perpetuum silentium super ecclesia ipsa sufficiat, qui falsitatem huiusmodi perpetravit, \* non tamen propter hoc eadem ecclesia est aduersario assignanda, nisi super aliis facta fuerit plena fides.

\* Vide. l. in fraudē. §. neque. & S. q. l. & ibi op. gl. ff. de iur. rescrip.

Idem episcopo Imolen. Non valet rescriptum super restitutione beneficii impetratū, quod de causa excommunicationis, & amotionis impetrantis, non facit mentionem. Cap. xxvi.

Dilectus filius abbas sancti Stephani Bononiensis, per suas nobis literas intimavit, quod cùm ipse (cui visitationis officium in ciuitate ac diœcesi Bononiensi commissimus) B. & A. presbyteros ab ecclesiis suis (propter eorum graues & manifestos excessus) duxerit amouendos: iidem super restitutione sua nostras ad te in communi forma literas impetrarūt, de amotionis suæ causa, & excommunicationis, qua tenentur adstricti, nullam facientes penitens mentionem. Nos igitur. f. t. mandamus quatenus (si est ita) literas ipsas tanquam per vere suppressione[m] obertas, viribus carere decernas.

Idem episcopo Veratiamensi.

Per literas iustitiæ non tenetur episcopus providere habenti perpetuam vicariam, vel sufficiens patrimonium. Nec valet litera

litera gratiæ ad beneficium obtinendum, in quibus impetrans tacuit perpetuam vicariam. hoc dicit comprehendendo vtrunque intellectum. Capitulum xxvii.

Postulasti per sedem apostolicam edoceri, vtrum alicuius ecclesiæ perpetuo vicario, de prouentibus vicariæ, bonisque paternis habenti, vnde valeat commodè sustentari, tenearis per illam formam communem (cùm secundum Apostolum) in ecclesiastico beneficio prouidere. Ad quod sic dudimus respondendum, quod cùm per formam prædictam necessitatibus pauperum clericorum (qui nullum sunt ecclesiasticum beneficium adsecuti) sedes apostolica duxerit succurrendum, perpetuus vicarius (nisi de vicaria fecerit mentionem) commodum reportare non debet de huiusmodi literis, vt pote veritate tacita impetratis. Non enim carere beneficio debet dici, cui competenter de perpetua vicaria prouentibus est prouidum. Et pro habente beneficii sufficientis subsidium, ex certa scientia super obtinendo alio beneficio, de leui non scribimus, quin faciamus de primo in nostris literis mentionem.

Idem in concilio generali.

Per literas apostolicas de hac constitutione mentionem non facientes, non potest quis trahi ultra duas dietas extra suam diœcesim nisi de consensu partium litera fuerint impetratæ. hoc dicit, vsque ad. §. sunt & alii. Cap. xxviii.

Nonnulli gratia sed. apostol. abutentes literas eius, ad remotos iudices impetrare nituntur, vt reus fatigatus laboribus & expensis, liti codere, vel importunitatem actoris redimere compellatur. Cùm autem per iudicium iniuriis aditus patere non debeat (quas iuris obseruantia interdicit) statuimus, ne quis ultra duas dietas extra suam diœcesim per literas apostolicas ad iudicium trahi possit. Nisi de adfensu partium fuerint impetratæ, vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem.

Non valet litera ad lites impetratæ, sine speciali mandato domini, nisi impetrantur per coniunctam personam. hoc dicit.

Sunt & alij, qui se ad nouum genus mercimonij conuertentes, vt vel sopitas possint suscitare querelas, vel nouas immittere questiones, fingunt causas, super quibus à sede apostolica literas impetrant, absque dominorum mandato: quas vel reo (ne propter eas laborum vel expensarum dispendio molestetur) aut actori (vt per ipsas aduersarium indebita molestatione fatiget) venales exponunt. Cùm autem lites restringendæ sint potius, quàm laxandæ: hac generali constitutione b iij sancimus,

sanctimus, vt si aliquis sup aliqua quæstione de cætero sine speciali mandato domini literas apostolicas impetrare præsumperit, & literæ illæ non valeant, & ipse tanquam falsarius puniatur. Nisi fortè de illis personis extiterit, à quibus nõ debet exigi de iure mandatum.

Honorius tertius Cantuariensi archiepiscopo, & coniudicibus suis.

*Si occasione duorum rescriptorum, vnus scilicet in causa principali, alterius in causa appellationis, contenditur: non iudex super principali, sed deputatus super adpellatione, cognoscere debet de validitate adpellationis.* Cap. xxix.

**D**ilectus filius I. Sarracenus clericus exposuit coram nobis, quòd cum Iordanus clericus Dumeliensis ipsum super ecclesia sancti Nicolai Dumeliensis coram vobis autoritate literarum nostrarum traxisset in causam: ex parte ipsius Iordanus expiendū proposuit, quòd autoritate ipsarum literarum non poterat cõueniri, \* eò quòd vltra duas dietas à diocesi, (vbi prædicta ecclesia erat) contra statuta concilij generalis (de quo in eisdem literis non fiebat mentio) distabatis. Et quia huiusmodi exceptionem admittere denegares, procedebatis in causa (pro eo quòd idem Iordanus in Rophensi & Elicensi diocesi beneficia obtinet, quasi ex hoc domicilium intelligeretur habere) ipse ad nostram audientiam adpellauit: & infra. Cũque idem Iordanus adpellationem interpositam profectus, ad Eboracensem archiepiscopum, & eius collegas, super præmissis literas impetrasset: vos in causa ipsa nihilominus procedentes, eisdem iudicibus ne in commissio sibi procedant negotio, inhibetis. Quocirca mandamus quatenus (si est ita) causa super sedeat eidem, cum non vos, sed dicti iudices cognoscere habeant, ad quos iurisdicctio debeat pertinere. \*

Idem episcopo & archiepiscopo Legionens.

*Si plures impetrant in eadem ecclesia, statur data: vt primus impetrans pr. feratur, & solus admittatur. Ita communiter summant docto. Et procedit istud summariarum, secundum opinionem commanem, qua hodie inualuit propter iura noua.* Cap. xxx.

**C**apitulum \* sanctæ crucis Cameracensis exhibitã nobis competitione monstrauit, quòd Callimacho clerico super præbendali beneficio in eorum ecclesia obtinendo, literas nostras ad eos prius monitorias, & demum præceptorias impetrante, B. clericus contra eos super consimili beneficio in eadem sibi ecclesia conferendo, ad I. archiep. Torũ. & eius colle-

gas, de prædictis literis non habita mentione executorias à nobis literas impetrauit: qui post adpellationem ad nos interpositam, in eos suspensionis & excommunicationis sententias per tulerunt: ac dictus C. super executione mandati pro eo facti, ad alios obtinuit scripta nostra: qui tulerunt suspensionis & excommunicationis sententias in eosdem. Quocirca mandamus, quatenus eo recepto in canonicum & in fratrem, assignatõque sibi beneficio præbendali, qui ad eos prius mandatum apost. reportauit, præfatas sententias iuxta formam ecclesiæ relaxetis: alteri super præbendali beneficio in eadem ecclesia silentium imponentes.

Idem Bituricensi archiep. apo. se. leg.

*Si habens literas papæ ad beneficium, eis propter annuam pensionem renunciat, non valent literæ beneficiales per eum hoc tacitõ impetrata.* Capitulum. xxxxi.

**A**d audientiam nostram peruenit, quòd quidã clerici oblectis à se. apo. literis super prouisione sua in aliquibus ecclesiis tibi subiectis, recipientes ab eis annuas pensiones seu alia beneficia, \* ab eorum impetitione desistunt, renunciantes beneficio literarum: & infra. F. t. mādamus, quatenus eos qui post literas taliter venditas, alias (de illis mentione non habita) impetrabunt de cætero, vel hæctenus impetrauerint: carere decernas commodo earundem, & ecclesias non permittas earum occasione vexari: reuocãdo in irritum, si quid earum prætextu inueneris esse factum.

Grego. ix. Mediolanensi archiepiscopo.

*Receptus per literas apostolicas, licet præbendam expectet: per alias literas hoc supprimentes, in alia ecclesia recipi non debet. si quis du hoc dicit inhærendo verbis literæ.* Cap. xxxxi.

**I**n nostra proposuisti præsentia, quòd nonnulli clerici \* à se. apo. plures literas (non tamen alias de aliis mentionem facientes) impetr. ne frauduleter, quòd in pluribus ecclesiis admittantur: sicq; aliquando in aliis recepti, licet nondum in eisdem ecclesiasticum beneficium sint adsecuti, alias ecclesias super receptione sua nihilominus impetunt & molestãt: \* & infra. Mandamus quatenus eos clericos ecclesiis, in quibus recepti sunt, faciens esse contentos, nõ permittas alias ab eis occasione literarum huiusmodi molestari. Nisi de receptione foret iam expressam fecerint mentionem.

Idem episcopo Siluanectensi, & abbati Caroliloci.

*Non valet rescriptum, quod procurator reuocatus & de hoc certificatus, extra iudicium impetravit: secus tamen si in iudicio: ta dummodo*

*dammodo reuocatio ad notitiam aduersarii vel iudicis non peruenit. hoc dicitur, secundum lecturam magis communem.*

*Capitulum. xxxiii.*

**E**X parte decani, & capituli Laudunensis fuit propositum, quod cum ipsi auctoritate apo. indulgentie in nobilem virum l. excommunicationis sententiam protulissent: procuratoribus partium propter hoc ad sed. apost. accedentibus, & lite super diuersis articulis contestata: nos causam vobis commissimus terminandam: hoc adiecto, vt non obstant litera preter adfensum partium impetrata. Dicitur autem nobilis citatus, proposuit, quod per illas literas procedendum non erat, ex eo quod V. qui easdem literas impetrauerat, falsus extiterat procurator, cum ipse ante impetrationem literarum ipsarum propter suspicionem, quam contra eundem conceperat, mandatum sibi traditum reuocasset. Eis igitur proponentibus ex aduerso, quod ad nos vel ad ipsos huiusmodi reuocatio non peruenit, vos quod deberetis per literas ipsas procedere, per quamdam interlocutoriam protulistis: & infra. Petente itaque procuratore ipsorum, vt inspiceretis predictam indulgentiam, procurator ipsius nobilis ex aduerso respondit, quod non erat per iam dictas literas procedendum, exhibens alias quasdam posterius impetratas, inter alia continentes, vt si de partium voluntate procederet, causam terminaretis eandem: alioquin ipsam sufficienter instructam remitteretis ad sedis apostolicæ examen, cum indulgentia memorata. Quas literas ipsi ex eo non valere dicebant: quia per eundem V. & post reuocationem mandati fuerant impetrata. Quia vero iuxta generalis statuta concilij, apost. litera, quas sine speciali mandato domini quis impetrat, valere non debent, nisi sit de illis personis a quibus non est exigendum de iure mandatum: mandamus quatenus si reuocatio mandati ad procuratorem peruenit (cū minus valere debeant litera quæ impetrantur ab illo, a quo mandatum dominus reuocauit) in negotio iuxta priorum continentiam literarū, non obstantibus posterioribus, procedatis.

Idem decano & magistro G. Canonico Leodiensi.

*Rescriptum impetratum contra hominem alicuius, diæcesis non extenditur ad hominem eiusdem nominis alterius diæcesis.*

*Capitulum. xxxiiii.*

**S**ignificante V. nos noueritis accepisse, quod cum R. contra V. Remensis diæcesis super quibusdam pannis & aliis ad iudices literas impetrasset, idem V. excipiendo proposuit, quod cum idem non de Remensi, sed de Leodiensi diæcesis existere-

ret:

ret: per huiusmodi literas (cum de diæcesi Leodiensi, non face-  
rent aliquam mentionem) conueniri de iure non poterat, nec  
debebat. Et quia exceptionem huiusmodi admittere denega-  
runt, nostram audientiam adpellauit. \* Ideoque mandamus  
quatenus si est ita, reuocato in irritum & cetera.

*\* vide et l. à procedente. & ibi Barr. Cap. xxxv. C. de dila.*

Idem priori sancti Laudunensis & succentori Rotho.

*Per rescriptum impetratum contra homines diæcesis: non possunt conueniri homines ciuitatis.*

**R**odolphus clericus rector ecclesie sancti Christophori de ciuitate Sagiensi, sua nobis insinuatione monstrauit, quod cum magister R. cum per quasdam literas contra episcopum Sagiensem: & quosdam alios Sagiensis diæcesis, super rebus alijs & rebus alijs, impetratas a nobis coram iudicibus super eadē ecclesia per generalem clausulam (quidam alij) conuenisset, idē rector proposuit excipiendo, quod cum esset de ciuitate Sagiensi, & sub eadem clausula nullus de ciuitate ipsa intelligitur inclusus, conueniri non poterat per eandem. Et quia dicti iudices exceptionem huiusmodi recusarunt admittere, nostram audientiam adpellauit. Ideoque mandamus quatenus si est ita, reuocetis in irritum. &c.

Idem abbati sancti Iacobi.

*Si conueniendus per clausulam, moriatur re integra, successor conueniri non potest.*

*Cap. xxxvi.*

**S**ignificauit nobis comitissa Namuteñ. quod cum mortuo comite fratre suo, ipsa in eius successore comitatu, G. & B. per quasdam literas apostolicas contra Tullen. episcopum, & quosdam alios clericos & laicos, impetratas, eam coram iudicibus (ad quos obtenta fuerant) super quadam summa pecuniæ, quam eidem fratri suo se mutasse dicebant, per illam generalem clausulam, quidam alij (quia in predicto comitatu successerat) conueniunt, excipiente itaque procuratore suo, quod cum adhuc frater eiusdem mulieris uiueret, quando eadem litera impetrata fuerunt, nec per ipsas dum uiueret, fuerat ad iudicium euocatus, earum auctoritate non poterat conueniri. Et quia iudices exceptionem non admitterebant ipsius, nostram audientiam adpellauit, & infra. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum. &c.

Idem abbati sancti Victoris.

*Non valent litera executoria, in quibus impetrans falso dixit monitorias precepisse.*

*Cap. xxxvii.*

**E**X insinuatione episcopi Ambianensis accepimus, quod clericus super eius prouisione ad ipsum preceptorias, & postmodum



\* *Ad du-* postmodum ad vos \*executorias contra eum literas impetra-  
os loqui- uit: & infra. Quocirca mandamus, quatenus si nullæ monito-  
tur, ad ab- riæ super hoc præcesserint, executoriis super sedecatis eisdem,  
bater & dummodo eadem executoriæ de monitoriis fecerint mentio-  
episcopū. nem: alioquin in executionis negotio iuxta directū ad vos pro  
Ne putes ipso mandatum, ratione præuia procedatis.

erratiū ef- Idem Nouienti episcopo.  
se. & plu- *Cessantibus clausulis in dubio Papa non intēdit grauare eun-*  
valis locu- dem collatorem super prouisione duorum: ideo secundus impetran-  
tio duorū repellitur, siue primus expectet, siue sit iam gratiam consecutus: hoc  
numero dicit, secundum intellectum gloss. *Cap. xxxviii.*

**M** Andatum apostolicum ad te directum, vt magistrum S. fi-  
ceres in canonicum recipi & in fratrem Nouien. eccle-  
pōt. iiii. q. siæ, si pro alio ibidem non scripsimus, qui huiusmodi gratiar  
iii. §. vbi prosequatur, alio iam beneficium per nostras literas obtinente,  
numerus. prosequi non teneris. Cū super receptione duorum gra-  
uandi ecclesiam antedictam non fuit intentio mandatoris.

Idem.

*Ecclesia in qua Papa primus dedit monitorias, & secundus  
executorias: per primum non per secundum intelligitur grauata.*

*Capitulum. xxxix.*

**L** iteris apostolicis ad vos directis, vt G. clericū reciperetis  
in canonicum & in fratrem, nisi pro alio fuisset per nos ec-  
clesia vestra grauata, mandatum nostrum vos exequi volumus  
& mandamus. Non obstante, quod T. subdiaconū per nostras  
literas executorias recepistis, qui à bonæ memoriæ H. præ. no-  
stro monitorias impetrauit. Cū factum præ. nostri potius,  
quàm nostrum fuerimus prosecuti.

Idem.

*Diocesanus, cui scribitur, vt in diocesi sua, vbi pro alio scriptū  
non est, prouideat vel faciat prouideri, non potest id exequi circa  
beneficium spectans ad collationem alterius, iam pro alio grauati.*

*Capitulum. xl.*

**A** bbatem, qui mandatum apostolicū iam recepit, vt S. cle-  
rico in aliqua ecclesiarum sui monasterii prouideret, &  
per literas generales ad diocesanum episcopum obtentas, vt  
in diocesi sua (vbi pro alio scriptum non esset) faceret prou-  
ideri, cogi iuris ratio non permittit, nec super conferendis ec-  
clesiis aut beneficiis adgrauari, etiam si facultatē habeat dioc-  
esanus per eandem literas prouidendi.

Idem.

*Per rescriptum directum excommunicatori, vt absoluat excō-  
municatum*

*municatum, si contra concilium eum excommunicauit, datis exe-  
cutoribus, qui eo non parente exequantur, non excommunicatori,  
sed executoribus cognitio demandatur. Cap. xli.*

**A** B excommunicato, qui contra statuta concilij generalis  
adferit se ligatum, literis ad excommunicatorem obten-  
tis, vt (si est ita) sine difficultate absoluat eundem; & aliis de-  
putatis iudicibus, qui (eo non parente) mandatum apostoli-  
cum exequantur. Non excommunicatori (qui de facto suo in  
hoc certus esse debet, licet in hoc deferatur eidem) sed illis cō-  
gnitio demandatur.

Idem.

*Si impetrans rescriptum ad beneficium, dixit se non beneficia-  
tum, cum tamen haberet beneficium, licet exiguum, non valet re-  
scriptum. Capitulum. xlii.*

**S** i proponente aliquo nondum se beneficium ecclesiasticum  
adsecutum, super prouisione ipsius (licet minis competens  
obtinens) rescriptum apostolicum de hoc mentionem non  
faciens, impetretur. Illud veluti fraudulenter obtentum di-  
cimus non valere.

Idem episcopo Parisiensi:

*Abutentes rescripto apostolico in casibus hic enumeratis, pri-  
uantur commodo rescripti, & condemnantur in sumptibus & dā-  
nis aduersario. Capitulum. xliiii.*

**Q** Via nonnulli diuersis modis literis apostolicis abutun-  
tur statuimus, vt quicumque obtentas sub nomine suo li-  
teras aliis eiusdem nominis tradunt, qui quos volunt  
fatigant indebitē per easdem, & qui eas tali modo recipiunt:  
quique illos, contra quos nihil habent quæstionis, faciunt in  
iudicium euocari: aut literas ipsas ad futuras trahunt contro-  
uersias, quæ nondum fuerant tempore impetrationis extortæ:  
seu quenquam super vno negotio, vel etiam malitiose super  
pluribus personalibus actionibus, quæ sub vno iudice pos-  
sent tractari commodius, per varias literas coram diuersis iu-  
dicibus trahunt, vt laboribus fatigatus & sumptibus, vel con-  
pellatur componere, vel cedere iuri suo: aut reus actorem eo-  
dem tempore ad diuersa loca vel in determinatē ad villam, quæ  
commune cum pluribus eiusdem provincie villis habet voca-  
bulum, citari procurat, vt dum non comparuerit, excommuni-  
cetur quasi contumax, & sic eum à sua intentione repellat: ean-  
dem literarum commodo careat, \* & aduersariis in mode-  
ratis expensis ac damnis, quæ propter hoc eos pertulisse con-  
stiterit, condemnentur.

\* *Addē  
generali-  
ter de a-  
ctibus qui  
firmēt re-  
scriptū. l.  
i. c. si con-  
tra ius vel  
vri. pub.*

De

De consuetudine.

Gregorius in regeſto.

Consuetudo inferens grauamen ecclesis, debet iudicis officio tolli. hoc dicit secundum intellectum magis singularem. *Cap. i.*



Consuetudines, quæ ecclesiis grauamen inducere dignoscuntur, nostra nos decet cõsideratione remittere.

Innocen. iij. archiep. & capi. I.ugd.

Ex consuetudine potest introduci actus sine solemnitas, per quam sine adprehensione reali transfertur possessio rei absentis. hoc dicit. & est casus singularis, secundum *Abbatem Sicu. Cap. ii.*

**E**X literis: & infra. Si verò aliquis possessiones aliquas claustris, vel aliis religiosis locis, in bona valetudine, vel vltima voluntate, pro suorum vult remedio peccatorum conferre: hanc conferendi formam esse proponis, quòd in huiusmodi donationibus modicum terræ consuevit in manu accipere, vel in extremitate pallij manu prelati ecclesie sustinetur, aut super altare ponendum sub testimonio videntium & audientium sub dicta forma, quæ scotatio vulgariter appellatur: & infra. Discre. vestræ mandamus, quatenus donationes eorum, quæ sub obtentu consuetudinis claustris, ecclesiis vel quibuslibet locis religiosis piè conferuntur, \* etiam sunt collata, faciatis irreuocabiliter obseruari, cum huiusmodi signum, quod scotatio dicitur, non tam factæ donationis, quam traditæ possessionis sit euidentis argumentum.

Idem episcopo Pictauiensi.

Non valet consuetudo, vt in causis ecclesiasticis dictum populi pro sententia teneatur. *Cap. iiii.*

**A**D audientiam nostram noueris peruenisse, quòd in tua dicecesi etiam in causis ecclesiasticis consuetudo minus rationabilis habeatur, quòd cum aliqua causa tractatur ibidem, & allegationibus & querelis vtriusque partis auditis, à præsentibus literatis & illiteratis, sapientibus & insipientibus, quibus iuris sit queritur, & quod illi dictauerint, vel aliquis eorum (præsentium consilio requisito) pro sententia teneatur. Nos igitur adtendentes, quod consuetudo, quæ canonicis obuiat institutis, nullius debet esse momenti, \* cum sententia à non suo iudice lata nullam obineat firmitatem: vt in causis ecclesiasticis subiectorum tuorum postquam tibi de meritis eorum contiterit, sententiam proferre valeas, sicut ordo postulat rationis, auctoritate tibi præsentium (præmissa consuetudine non obstante)

obstante) concedimus facultatem.

Idem L. vicario nostro apud Constantinopolim constituto.

Consuetudo non potest operari, vt clericus non episcopus possit exercere ea, quæ sunt reseruata ordini episcopali: & est casus nota. *Abbas. Cap. iiii.*

**Q**uanto de benignitate: & infra. Peruenit ad audientiam nostram quòd quidam simplices sacerdotes apud Constantinopolim, ea sacramenta præsumunt fidelibus exhibere, quæ ab apostolorum tempore fuerunt solis pontificibus reseruata, vt est sacramentum confirmationis, quod christiano renatos soli debent episcopi per manus impositionem conferre, ed excusandas excusationes in peccatis: solam consuetudinem prætendentes, & infra. Di. t. mandamus, quatenus omnibus presbyteris distictè prohibeas, ne talia decetero sua temeritate præsumant: quæ licet non sint à fidelibus contemnedata, tutius tamen est eà sine periculo ex necessitate (quæ legem non habet) \* omittere, quam vt ab his, quibus ea cõferre non licet, ex temeritate (quæ lege damnatur) non sine graui periculo inaniter conferantur: cum vmbra quædam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu.

Idem decano & cap. Cenomanensi.

Non valet consuetudo, per quam interdicti sententia violantur. *Cap. v.*

**C**um inter vos ex vna parte, & canonicos sancti Petri de curia ex altera, super eo, quòd dicti canonici generale interdictum ab episcopo vestro, vel à vobis in ciuitate Cenomanensi positum non seruabant, quæstio vertebatur, & infra. Procurator vero ipsorum proposuit, quòd ipsa ecclesia sancti Petri à prima fundatione libera exitit & exempta, & de consuetudine in generali etiam interdictione licitum erat eis pulsatis campanis alta voce interdictionis & excommunicatis exclusis, diuina officia celebrare. Nos igitur cognito, quòd ex tali consuetudine, si qua foret, diruperetur neruis ecclesiasticæ disciplinæ, ipsam de consensu fratrum nostrorum duximus irritandam. \* *Concor. text. in l. oēs iudices. c. gl. i. C. de decur. li. 10.*

Idem episcopo Helienſi.

In attribuendū officii nouæ dignitati, seruabitur cõsuetudo vicinarum ciuitatum, quæ si diuersa fuerit, seruabitur magis rationabilis, & alii non præiudicant. *Cap. vi.*

**C**um olim Londonensis episcopus nostris auribus intimasset, quòd in sua ecclesia pposuerat statuere præcentorē, nos eius precibus inclinati, ei licentiã concessimus præcentorē huiusmodi *9.*

\* Concor. text. in l. vnica. ff. de consue. et in l. nõ solū. S. ff. de excusa. tuõ.

\* Concor. text. in l. oēs iudices. c. gl. i. C. de decur. li. 10. & in S. i. in gl. magna in au. the. vt mul. li. iud. col.

\* vide. l. oia primi. legia. & ibi Bar. C. de sacrosan. eccle. \* Tex. est. i. l. ii. i. gl. magna. et ibi Cy. C. que sit l. consue. & in l. nemo alieno. in glo. tẽporalis. ff. de reg. iur.

huiusmodi ordinandi, dummodò in conferendis sibi redditibus nulli inferretur præiudicium: statuentes vt præcentor taliter institutus, in cessionibus, processionibus, & aliis illam haberet in Londonen. ecclesia dignitatem, quam habent alij præcentores in aliis ecclesiis Anglicanis: & infra. Quocirca mandamus quatenus, si secundum diuersas consuetudines locorum, diuersas habere noueris præcentores in Anglicanis ecclesiis dignitates, iam dictum præcentorẽ illam habere facias in London. ecclesia dignitatem, eaq̃ manere contentum, (quam rationabilibus & adprobatis cõsuetudinibus ecclesiæ salutis sine præiudicio alieno poterit obtinere.

Idem conuentui Corbieñ. monasterij.

*Non potest induci ex consuetudine, vt quis possit dimittere dignitatem sine superioris licentia, vel vt possit electus administrare, non habita confirmatione a superiore.* Cap.vii.

**C**Um venerabilis frater noster episcopus Hostien. & L. sanctæ crucis presbyter cardini in partibus Alemaniarum legationis officio fungerentur, inuenerunt abbatem de monasterio Hermionen. quoad ad Ro. eccle. noscitur pertinere nullo mediante, ad monasterium Corbieñ. quod est etiã Ro. eccle. speciale, temeritate propria migrasse: licentia illud deserendi, vel cõfirmatione a nobis, vel ab ipsis, qui vices nostras in illis partibus tunc gerebant, nec habita, nec petita: & infra. Postmodum autem nuntij eius ad defensionem ipsius, generalem illius terræ consuetudinẽ allegarunt. Cùm igitur hæc non tam consuetudo, quã corruptela merito sit censenda, quæ profectò sacris

\*Vide. l. est canonibus inimica, ipsam mādamus decetero nõ seruari.\*  
Idem decano Sales Herbieñ. Archidiano. & magistro P. Penetel. cano. Pisano.

*De consuetudine potest induci, quòd vna ecclesia de gremio alterius teneatur sibi pralatum eligere. Et consuetudo est optima legum interpres.* Cap.viii.

**C**Um dilectus filius Guil. Andreñ. ecclesiæ monachus, qui pro clerico eiusdem ecclesiæ se gerebat, & G. procurator monasterij Karofen. super iure eligendi abbatem in Andreñ. monasterio, & eiusdem electione in nostra præsentia adinuicẽ litigarent, idem Guil. electionem suam a fratribus Andreñ. ecclesiæ concorditer celebratã, autoritate apostolica petiit cõfirmari, adferens tam de iure communi, quàm priuilegio speciali eis ab Alex. papa concessio, & a nobis postmodum confirmato, liberam eligendi autoritatem ad eosdem fratres tantummodò pertinere: & infra. Dictus verò procurator proposuit

posuit ex aduerso, quòd cum olim ad petitionem patronorum ecclesiæ a Morien. episcopo fuerit constitutum, quod si præfactus locus diuino munere ad eò pullularet, vt prior, aut abbas cõstitueretur ibidem, electio eius penes fratres eiusdem loci, & capitulum Karofen. penderet, & obtentu huiusmodi statuti sic fuerit longè retrò actis temporibus obseruatum, vt monasteriũ Andreñ. vacante, Andreñ. fratres in Karofen. capitulo aliquem de gremio monasterij Karofen. sibi eligerent in abbatem: electio prædicti G. tam contra statuti tenorem, quàm etiam contra consuetudinem adprobatam (quæ optima est legum interpretis) minus canonicè adtentata, merito cassari debebat: & infra. Quia nobis constitit electionem ipsam a suspensis, & de suspensio etiam celebratam, eam iustitia cassauimus exigente, Cæterum cùm supradictum statutum ita sanè posset intelligi, quòd per illud nec iuri communi, nec priuilegio derogetur: vt videlicet ad sæpeditos fratres electio spectet abbatis, & ad Karofen. capitulum confirmatio: mandamus, quatenus si ex parte Karofen. cõnobij talis fuerit consuetudo probata, quæ iuri communi præiudicet, in hac parte vos secundum illam decernatis electionem Andreñ. abbatis de cæterò faciendam, alioquin Andreñ. monachis ius eligendi abbatem adiudicare curetis: vt sic deceterò liberam habeant facultatem, vel de gremio ecclesiæ suæ, vel etiam aliunde per electionem canonicam eligendi personam idoneam in abbatem præsentandam Karofen. capitulo, vt ab eo (si fuerit canonica) confirmetur.

Honorius. iij. Parisiensi capitulo.

*Capitulum siue episcopo statuta. seu consuetudines nouas facere, vel antiquas immutare non potest.* Cap. ix.

**C**Um consuetudinis vsusque longæui non sit leuis autoritas, & plerunque discordiam pariant nouitates. A autoritate vobis præsentium inhibemus, ne abiq̃ episcopi vestri consensu immutetis ecclesiæ vestræ constitutiones & consuetudines adprobatas, vel nouas etiam inducatis. \*Si quas fortè fecistis, irritas decernentes.

Idem maiori & Burgen. de Rupella.

*Non valet consuetudo, per quam quis inducitur ad peccandum, vel bona propria dissipandum.* Cap. x.

**E**x parte vestra fuit propositum, quòd cùm in patria vestra seruare sint hæctenus duæ consuetudines abusiue, quòd si indigena vel extraneus pdigalitatẽ vitio vel incuria, seu quocunq̃ casu alio, dissipauerit vel amisit bona sua: bona uxoris suæ, tam mobilia, quàm immobilia pro suis volutatis libitio.

\*Vide. l. cõ si sine. § restitutus. ff. de immo. § i. ff. qd quis § i.

c  
to\*

*\* Pro iter* *\* alienat: & infra.* Et quod si vir ducat vxorē, quæ fide con-  
pretatione iugij violata committat adulterium, nihilominus ipsa medietate  
horū ver. tem omnium bonorum, quæ fuerit vir adeptus, impudenter  
p sua vo- exigit & improbè adprehendit, quæ potius priuanda esset om-  
lūtatis li- nibus viri bonis: & infra. Tenore præsentū declaramus vos  
bito. vide non teneri ad huiusmodi consuetudines obseruandas.

Gregorius nonus.

*l. Labeo* *Consuetudo nō derogat iuri naturali, seu diuino, cui⁹ transgres-*  
*ait. S. i.* *sio peccatū inducit: nec possit, nisi sit rationabilis & præscripta.*  
*ff. de act.* *Capitulum xi.*

*\* Bar. in* *C*um tanto sint grauiora peccata, quāto diuti⁹ infelicem  
*extranag.* *animam detinent alligatam: nemo sanæ mentis intelligit*  
*ad reprim-* *naturali iuri (cuius transgressio periculum salutis inducit) qua-*  
*endum.* *cunque cōsuetudine (quæ dicenda est verius in hac parte cor-*  
*ruptela) posse aliquatenus derogari. Licet etiam Longuæ*  
*consuetudinis non sit vilis autoritas, non tamen est vsq; adeo*  
*\* Ad hac* *valitura: vt vel iuri positio debeat præiudiciū generare, \* niq̄*  
*vide. l. ma* *fuerit rationalis, & legitimè sit præscripta.*

De postulatione prælatorum. Tit.v.

*munificen-* *Innocentius. iij. decano & cap. Senon.*  
*tes. c. l.* *Impostulabilis est qui violat interdictum. hoc. d. quò ad titulū.*  
*ius aut ci* *uile. ff. de habet enim multa alia dicta, quæ non faciunt ad titū. Cap. i.*  
*uile. ff. de* *inst. c. iij.*



*D* hæc in beato Petro: & infra. Cum quæ de fa-  
cili non possitis in vnum locum & positū cō-  
uenire, sed ad nos fuisset ab aliquibus adpellat-  
tum: tandem conuenientes in vnum, Altisiodo-  
ren. episcopum in archiepiscopum postulastis:  
Postulationem vestram per magistrum R. præcentorem ve-  
strum; & per abbatem sancti Petri exponentes, & petentes, vt

*\* Simile* *faciendæ translationi pium præberemus assensum. Verum-*  
*est. ff. de* *quoniam antequam idem magister ad sedem apostolicam acces-*  
*iter. act. l.* *sisset, nobis quasi pro certò constabat, quòd idem episcopus in-*  
*de etate.* *terdicti sententiam non seruasset; quod etiam idem magister*  
*S. qui ta-* *non negauit \* in fratrum nostrorum præsentia requisitus à no-*  
*bit.* *bis, in ipsius episcopi excusationem allegans, quòd sententiam*  
*\* vide. l.* *latam seruare nullatenus tenebatur: quæ ad eius notitiam, nec*  
*Aurel. 2.* *per literas nostras, nec per Cardi. tunc apo. se. leg. qui eandem*  
*S. idè que* *sententiam promulgare, nec per deputati ad hoc executoris*  
*sit. c. iij.* *mandatum velliteras peruenisset: \* & infra. Quod nec suf-*  
*Bar. ff. de* *ficit, imò noc proficit ad excusationem prædicti episcopi, cumi*  
*lib. leg.* *lenniter ac publicè promulgauit: & eadem interdicti sententiã*

in regnò

in regno Francorum iam à multis publicè cœperit obseruari,  
nec sit necessarium cum constitutio solenniter editur, aut pu-  
blice promulgatur, ipsius notitiam singulorū auribus per spe-  
ciale mandatum vel literas inculcare: sed id solum sufficit, vt  
ad eius obseruantiam teneatur, qui nouerit eam solenniter edi-  
tam, aut publicè promulgatam: cum & contra quosdā, qui Sar-  
diteñ. concilium non seruabant, tanquā illud non habuerint,  
aut perceperint, canonica tradat autoritas, quòd eis non faci-  
cile facultas credendi tribuitur: cum idem penes illos in suis  
regionibus actum fuerit & receptum. Nec valet, quòd in Altis-  
iodoreñ. di. celi dictus rex terram propriam dicitur non ha-  
bere, cum nos terram totam regis ipsius subiici mandauerimus  
interdicto, & Cardi. nostrum interpretatus mandatum, in ter-  
ram illam sententiam promulgauerit, quæ regi tunc temporis  
adhærebatur: & infra. Sed inde liquido constat, sepe dictum e-  
piscopum sufficienter excusari non posse quòd suam metropo-  
litanam ecclesiam generalis interdicti sententiam & recepisse  
nouerit, & seruare: & infra. Nos igitur, qui secundum apo-  
stolum prompti sumus inobedientiam omnem vlcisci, eiusdem  
episcopi Altisiodoreñ. inobedientiã adtententes, ne nil obe-  
dientiã prodesse videretur humilibus, si contemptus contuma-  
cibus non obesset: cum iuxta canonicas sanctiones quædam sint  
culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam, postulationem  
huiusmodi non propter postulantem ecclesiam, sed propter po-  
stulatam personam repulimus vt indignam. Licet autem ex  
eo, quòd hominem, qui vestro non conueniebat proposito po-  
stulastis, cum vos interdicti sententiam seruaretis, & ipse eam  
contemneret obseruare, permitta vobis facile abusi fueritis po-  
testate: ac ideo vos ea non immerito priuare possemus, de solita  
tamen benignitate concedimus, vt vobis per postulationem  
seu electionem canonicam de persona congrua consulatis.

Idem Hostienis episcopo apost. sed. lega.

*Qui postulationem cassatam vitio personæ innouat, est eligendi & postulandi potestate priuatus. Cap. ii.*

*G*ratum gerimus: & infra. Accepimus ex literis tuis, quòd  
canonicis Senonē. quorum postulatio nostra fuit authori-  
tate cassata, licet cassationis literas suppressissent in fraudem,  
vt canonicè ad electionem procederent, mandauisti: & infra.

Cum quæ plures eorum postulationem cassatam à nobis in-  
nouare denuo niterentur, quidam vero episcopum Cameracensem  
ia archiepiscopum postulauerunt, tu intelligentes eos,  
qui cassationem nostram quodammodo reuocare volebant, eli-  
gendi

gendi priuilegium amississe: quia concessa sibi ex apostolicæ sedis benignitate abuterentur temere potestate, ac ideo ad alios, licet pauciores numero, quantum tamen ad hoc pertinet concilio saniores eligendi vel postulandi deuolutam esse licentiā, prædictum Cameracē. ad eorum instantiam in pastorem auctoritate fretus apostolica prouidisti. Nos igitur a sollicitudine Cameracē. ecclesiæ ipsū reddidimus absolutum, quod à te de mandato nostro factum est, auctoritate apostolica confirmantes.

Idem clericis Rauennensis ecclesiæ.

*Postulatio, per quam priuata vel minor utilitas communi vel maiori præferitur, vel quæ sit à minori, quàm à tertia parte collegii, admitti non debet.* Cap. iiii.

**B**onæ memoriæ Guil. archiepiscopo vestro viam vniuersæ carnis ingresso, quidam vestrum sanctæ Prædixis presbyterum cardina. quidam vero Imolcē. episcopum postulauerūt: & infra. Nos igitur auditis, quæ de facto, & de iure fuerant allegata, plenius etiam pro vtralibet partium curauimus allegare. cōsiderauimus vero, quod eiusdem cardina. præsentia utilior sit non solum Romanæ, sed etiam ecclesiæ generali, tam apud apostolicam sedem, quàm apud ecclesiā Rauennē. unde non immerito præferentes speciali utilitati communem, & minori maiorem, prædictum cardinalem postulationi vestræ non duximus concedendum. Adtententes autem ex altera parte, quod prædictus episcopus à minori, quàm tertia parte fuerit postulatus: & quod apostolica sedes postulationes huiusmodi nō cōsueuerit in tanta diuisione, ac cōtradictione recipere, cum etiam quādo aliquis ab aliis vnanimiter postulatur: ad admittendam postulationē eorum, non tam ex iustitia, quàm gratia moueatur, postulationem ipsius nō duximus admittendam.

Mandantes quatenus cum his, qui vocem in electione habere noscuntur, per electionem, postulationem, seu nominationem canonicam in personam idoneam conuenire curetis.

Idem præposito & ca. Strigonē.

*Archiepiscopus in archiepiscopum postulatur. Et ex quo postulatio presentata est papa: non possunt postulantibus ea recedere, sed debet superioris iudicium expectari. h. d. quò ad titulum.*

Capitulum. iiii.

**B**onæ memoriæ Guil. archiepiscopo vestro viam vniuersæ carnis ingresso, cum in Colocē. archiepiscopum postulantem à nobis contulissetis vnanimiter vota vestra, suffraganei Strigonē. ecclesiæ, Quinqueecclesiē. episcopus videlicet, & quidam alij postulationi vestræ se opponere curauerunt, ad-

rentes

rentes, quod eis contemptis, qui ius habebant eligendi vobiscum, postulatio eadem fuerat adtentata: licet vestri nuncij proponerent ex aduerso, quòd super prædicando vobis pontifice de gratia multociens suffraganeorum fuerat requisitus ad sensus, sed ipsi vobis consilium denegauerunt. Nunciis igitur in nostra præsentia constitutis, & proponentibus aduersariis quædam alia cōtra postulationis vestræ processum, quia nobis de propositis non cōstabat, ita duximus prouidendum, ut si suffraganeis persistentibus in contradictione sua, vos postulationi vestræ velleis instare, per procuratores idoneos ad sedem apostolicam veniretis. Si autem illi à contradictione sua cessarent, & vos instaretis proposito vestro, ad præsentiam nostram mitteretis personas idoneas, quæ super his, quæ opportuna forent, nos redderet certiores. Quòd si cōtradictentibus episcopis memoratis vos contingeret de iure vestro diffidere, aliam personam idoneam prouideretis vobis canonicè in pastorem.

Cæterum quidam vestrum, à postulatione vestra, quam nobis præsentaueratis, communiter temerè recedentes, aliis persistentibus in eadem, prædictum Quinqueecclesiē. episcopum in archiepiscopum postulauerunt: & infra. Nos igitur postulationem ipsam quam inuenimus in multa discordia non solum suffraganeorum, verum etiam canonicorum Strigonē. ecclesiæ, ac contra formam mandati nostri temerè celebratam, non duximus admittendam, sed vobis dedimus in mandatis, ut ad prouidendum vobis pastorem idoneum per electionem canonicam vel postulationem concordem (requisito suffraganeorum ad sensu, si esset de antiqua & adprobata consuetudine requirēdus) procedere curaretis, alioquin nos ipsi prouideremus ecclesiæ viduatæ. Verum antequam ad nos literæ nostræ peruenissent, innitentes mandato priori suffraganeos, præter Quinqueecclesiē. ad concordiam reuocastis: & infra. Post hæc (mandato nostro recepto) hi, qui in Colocē. conuenierant, ab eius postulatione recedere noluerunt, sed innouauerunt eandem, reuersis ad eos quibusdam canonicis, qui in partem alteram declinarāt, & infra. Cæteri vero, qui Quinqueecclesiē. episcopum postularant, conuenientes in vnum: cæteros canonicos ad capitulum conuocarunt, ad postulationem concordē, vel electionem canonicam, iuxta mandatum apostolicum procedere cupientes: sed illis nolentibus conuenire, intelligentes penes se tantum remansisse facultatem liberam eligendi, quia reliqui ius suum prosequi negligebant, prædictum Quinqueecclesiē. denuo postularunt: & infra. Nec obstabat eorum discordia, quia alium postulatū, cum prius in postulatione archie-

c iij piscopi

\* Electio ad quos per quos pertinet.

\* De nominatione materia, vide Petrus Rebuffus ample eā tractantem.

2

piscope supradicti conuenissetis pariter vniuersi: & consensum vestrum adnotatum literis & subscriptionibus propriis roboratum petiissetis à nobis per communes nuncios confirmari, nosque vestram recepissemus postulationem diiudicandam, si suffraganei forsitan in contradictione peristerent, vel (si consentirent aut etiam cederet) adprobandam. Si enim postquam postulatio subscriptionibus postulantium roboratur, & presentatum Romano pontifici adprobata: possent ab ea recedere postulantes, nobis frequenter illuderent, & iudicium nostrum eorum pendere arbitrio videretur: & infra. Intelleximus itaque, quod & si esset neutra postulatio adprobanda: iuxta tenorem tamen posterioris rescripi ad nos de cetero Strigonenis ecclesie prouiso pertineret. Quia vero non plenam de personis illius regni noticiam habebamus, ideoque non poteramus salua conscientia eidem ecclesie in alia persona, qua de regno Hungariae originem duceret congrue prouidere, nec uelle mus ei praeficere alienum, quamuis honestius videretur si suffraganeus ad metropolim suam accederet, quam archiepiscopus ad metropolim transferretur, partem tamen eligimus potiore. Et eundem archiepiscopum, in quem omnes, quorum consensus in electione vel postulatione pastoris requiritur, licet diuersis temporibus conuenerant, à vinculo, quo tenebatur Colocen. Ecclesie absoluentes ad metropolim Strigon. transferimus, & ei licentiam tribuimus transcundi: pallium ei ad nome & usum eiusdem Ecclesie transmissuri.

Idem capitulo Strigon.

*Postulatio, contra quam agitur de contempto, potest sine prauidicio alicuius reiici: potest tamen de speciali gratia admitti. hoc dicit.*

Capitulum.v.

Postulationem, quam celebrastis: & infra. Licet ergo per postulationem huiusmodi nullum ius sit alicui acquisitum, ideoque sine prauidicio alicuius postulationem potuissimus repellere memoratam: vt tamen vobis de speciali gratia consulamus, ita duximus prouidendum, quod per procuratores idoneos, ad omnia sufficienter instructos, nostro vos conspectui praesentetis, quatenus utraque parte praesente, quod iustum fuerit decernamus.

Honorius. iij. cap. Calaritano.

*Episcopus non est eligendus ad aliam dignitatem, sed postulatus.*

Capitulum.vi.

Et si unanimiter vota vestra concurrerint ad Sutrien. episcopum in ecclesie vestre archiepiscopum eligendum, cum sue

alligatus

alligatus ecclesie liberum non habeat sine nostra permissione volatum, electione de ipso factam tanquam contra canones minus licite adtentatam, de fratrum nostrorum concilio duximus irritanda, \* cum eligi nullo iure potuerit, sed potius postulari.

De electione, & electi potestate. Tit.vj.

Lucius papa.

*Ecclesia collegiata non debet prouideri de prelato per collationem seu prouisionem, sed per electionem canonicam fienda per ipsum collegium. hoc dicit. Abb.*

Cap. i. obediens.

**N**ullus in ecclesia, vbi duo vel tres fuerint in congregatione, nisi eorum electione canonice presbyter eligatur: & infra. Si vero aliter quis ecclesiam adeptus fuerit: eod, quod per cupiditatem illam adquisierit, atque contra canonicam regulam disciplinam egerit, expellatur. Ex concilio Sardicen.

**E**lectus ad clamorem populi, non debet per superiores confirmari. *Ca. ii.* **O**sius episcopus dixit: Si quis ita temerarius extiterit, vt caulem exculationem adferens adferret, quod literas populi accepit, cum sit manifestum potuisse plures eorum, qui synodum fide non habent, praemio & mercede corrumpti, vt clamarent in ecclesia, & ipsum petere viderentur: omnino fraudes has damnandas esse arbitror, ita, vt nec laicam in sine communionem (nisi de hoc praenituerit): talis accipiat. Si vero omnibus placet, statuite. Synodus respondit, Placet.

Gregorius tertius.

*Electio canonice confirmanda est, debet tamen superior ante confirmationem inquirere de conuersatione, & vita electi, vbi fuit conuersatus.*

Cap. iij.

**P**ostquam: & infra. Confirmationem potentium desideria, si nihil est, quod electum impediatur, impleantur. Cuius vita vel actus, quia melius possunt vbi est conuersatus cognosci, inquirantur ibidem.

Paschalis Panormitano archiepiscopo.

*Electio in archiepiscopum sedes apostolica pallium non tradet, nisi prius praestet fidelitatis & obedientiae iuramentum. Cap. iij.*

**S**ignificasti reges & regni maiores admiratione permotos, quod pallium tibi ab apocrisfariis nostris tali conditione oblatum fuerit, si sacramentum, quod à nobis scriptum detulerant, exhiberes: & infra. Mireretur in hac causa dominum nostrum Iesum Christum, qui cum ouium suarum curam Petro committeret, conditionem posuit dicens: Si diligis me, pasce oves meas. Si con-

c. iij. sciens

\* Contra venire canonici, est peccatum mortale.

istud & e.

ii. in glos.

fi. cu not.

l. amissio-

ne. S. qui

deficiunt in

uersi. rele-

gati. ff. de

cap. dem.

scie riarum factor, & cognitor secretorum, cōditione hac vltus est, nec semel tantum, sed & secundo, & vsque ad contristationem: qua nos sollicitudine oportet tantam ecclesie prælationem imponere fratribus, quorū conscientias nō videmus? Aiunt omne iusturandum à domino in euāgelio esse prohibitum, nec ab apostolis post dominum, nec in conciliis inueniri posse statutū. Quid est ergo quod dominus subsequenter ait: \* Quod amplius est, à malo est: hoc enim amplius vt exigamus, malum nos illo permittente cōpellit. Nonne malum est ab ecclesie vnitatem, & à sedis apostolicæ obediētia resillire, & contra canonū statuta prorūpere? quod multi etiā post sacramentū præsinitum præsumpserunt: & infra. Hoc nimirū malo ac necessitate cōpellimur iuramentū pro fide, pro obediētia, pro vnitatem requirere. Aiunt in cōciliis statutum non inueniri quasi Romanę ecclesie legē concilia vlla præsixerint, cū omnia concilia per Romanę ecclesie authoritatē, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani pontificis patenter excipiatur authoritas: & infra. Cū igitur à sede apostolica vestre insignia dignitatis exigitis, quæ à beati Petri tantum corpore adsumuntur: iustum est vt vos quoq; sedi apo. subiectiois debita signa soluat, quæ vos cum beato Petro tanquam mēbra de membro habere, & catholici capitis vnitatem seruare declarent.

Alexand. iij. Pet. presbytero Cardi. apostolicæ sedis legato.

*Si schismaticus ad vnitatem ecclesie reuersus, eligitur in episcopum: electio nō tenet, sed ex dispōsitione potest cōfirmari. Cap. v.*

**Q**uia diligētia tua requirit, an electionem electi, qui abiurato schismate \* ad vnitatem ecclesie rediit, debeas cōfirmare: Duximus respondēdum, quod si à schismatico nullum ordinem susceperit, & eius electio, secundū formam canonum fuerit celebrata, eum (dū modo alia non impediant) dispensatiuē permitimus cōfirmari. Mandātes, vt eū facias à catholicis episcopis suffraganeis Aquilegicis. ecclesie in episcopum ordinari. Salua debita iustitia, & reuerentia eiusdem ecclesie, cū ad catholicam redierit vnitatem.

Idem.

*Electus in Romanum pontificem à duabus partibus cardinaliū, nulla exceptione obstatē est papa. Electus autē à minoribus numero, gerens se pro papa: incidit vnā cū sibi adhaerentibus in penas hic contentas. Cap. vi.*

**L**icet de vitanda discordia in electione Romani pontificis manifesta factis à præ. no. cōstituta manauerint: quia tamē saepe potest illa per improbæ ambitionis audaciam grauem passa est eccle-

est ecclesia scissuram: nos etiā ad malum hoc euitandū de consilio fratrum nostrorum, & sacri adprobatione concilij, aliquid decreuimus adiungendū. Statuimus ergo, vt si forte (inimico homine superseminante zizanā) inter cardinales de substituedo summo pōtifice nō poterit esse plena cōcordia, & duabus partibus cōcordatibus pars tertia cōcordare noluerit, aut sibi aliū præsumpserit nominare: ille absq; vlla exceptione ab vniuersali ecclesia Romanā pōtiffex habeatur, qui à duabus partibus electus fuerit & receptus. Si quis autē de tertia partis nominatione confusus (quia de ratione esse nō potest) sibi in omne episcopi vsurpauerit, tam ipse, quā hi qui eū receperint, excommunicationi subiaceant, & totius sacri ordinis priuatione mulctentur, ita vt viatici etiā eis (nisi tantū in vltimis) cōmunio denegetur: etsi nō respuerint, cū Dathan & Abyrō (quos terra viuos absorbit) accipiant portionē. Præterea si à paucioribus q̄ à duabus partibus aliquis electus fuerit ad apostolatus officium: nisi maior cōcordia intercesserit, nullatenus assumatur, & prædictæ pœnæ subiaceat, si humiliter noluerit abstinere.

Ex hoc tamē nullū canonicis cōstitutionib; & aliis ecclesiis præiudiciū generetur, in quib; maioris & sanioris partis debet sententiā prauales: quia quod in eis in dubiū venerit, superioris poterit iudicio definiti. In Romana vero ecclesia speciale aliqd cōstituitur, quia nō poterit ad superiorē recursus haberi.

Idem in concilio Lateranensi.

*Electio ad episcopatum fieri debet de digno scientia, moribus, & etate, & quod habeat tricesimum annum completum, & sit de legitimo matrimonio natus. h. d. vsque ad. S. Cū vero. Cap. vii.*

**C**um in cunctis sacris ordinibus, & ecclesiasticis ministris sint ætatis maturitas, grauitas morū, & literarum sciētia inquirenda: multo fortius in episcopo hæc oportet inquire: qui ad curam aliorum positus, in seipso debet ostendere, qualiter alios in domo dei oporteat conuersari. Ea propter, ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur à posteris in exemplum. Præsentī decreto statuimus, vt nullus in episcopum eligatur, nisi qui iam tricesimum annū ætatis exegerit, \* & de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam vita & scientia commendabilis demonstratur.

*Beneficia electi in episcopum vacant per confirmationem, ademptionem possessionis, & consecrationem secutam, vel postquā præfixum tempus ad petendam consecrationē lapsum fuerit. h. d. vsque ad. S. Inferiora. Abbas Siculus.*

Cum vero electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit,

*Matth. 5.  
\* Concor.  
rex. in au.  
then. vt in  
di. sine  
quoq. suf.  
S. confide.  
rauim. in  
gl. illicito.*

*\* Adde  
schismatici  
cū de iure  
ciuili d.  
bere susse  
di. textus  
est, & ibi  
Bal. c. i.  
respōso de  
pace iur.  
fit. col. x.*

*\* alias egerit.*





*singularis.**Cap. xiii.*

**C**vm monasterium de Pellicea in tuo situm episcopatu, ad eam dissolutionem deuenit (sicut tuarum literarum insinatio patefecit) quod fratres eiusdem domus obseruatiam religionis & ordinem abiecerunt: & infra. In quendam qui cum fratribus suis in eremo est laudabiliter conuersatus, boni testimonij virum vnanimiter consenserunt, eum in abbatem totis desiderijs postulantes. Tu verò postulationi eorum prauibisti ad sensum, & postulasti eandem ordinationem à sede apostolica confirmari. Nos autem ipsam, sicut facta est canonicè, confirmamus. Idem.

*Electio debet esse in libertate eligentium, nec valet contraria consuetudo.*

*Capitulum. xiiii.*

**C**vm terra, quæ funiculus hereditatis domini censebatur: & infra. Sicut ex quarundam literarum tenore accepimus, quidam in electionibus prauæ consuetudinis morbus irrepit: vt cum alicuius prælati electio debet celebrari, conuētus ad quem pertinere dinoscitur, duas personas nominet latenter auribus patriarchæ vel principis exprimendas, vt sic alterius eligendæ, vel totius electionis penitus irritandæ idē patriarcha vel princeps plenariam habeat facultatem. Quia igitur hoc redundat in grauem perniciem ecclesiasticæ libertatis, præscriptam consuetudinis prauitatem sancimus penitus abolendam. \* Statuentes, vt forma electionis canonicè in omnibus conuentalibus ecclesijs obseruetur, videlicet vt cū debet ecclesiæ consuli pastoris regimine destitute, electores in vno loco (in quo fuerit electio celebranda) conueniant, & inuocata spiritus sancti gratia personam nominent. Quod si in persona fuerit, vel in electionis modo peccatum, rādiu in electione diligentiam inquisitionis adponant, donec vacanti ecclesiæ de persona idonea \* valeant prouidere. Quo facto, non prohibemus quin regis, seu patriarchæ, qui pro tempore fuerit, requiratur ad sensum: sed propter hoc ipsam electionem nolumus impediri. Idem.

*Per confirmationem electionis non transfertur potestas exercendi ea, quæ sunt ordinis. illa enim transferuntur per consecrationem. Abbas.*

*Capitulum. xv.*

**T**ransmissam: & infra. Quæsiuisti quid faciendum sit tibi super eo quod clerici tuæ diocesis, cum pro suis excessibus suspensionis, vel interdicti, vel excommunicationis, sententia percelluntur: paruipendentes eam, dimittunt ecclesias, & transferunt se ad mercimonia laicorum: nonnulli quoque ipsorum

ipsorum (habitu clericali postposito) vestes induunt laicales, & sicut laici mercatores se turpibus quæstibus implicantes, consilium sibi laicorum manus \* adfocant: & correctionem ecclesiasticam per contemptum eludunt, dicentes quod potestatem non habeas eos (nisi tibi specialiter apo. se. indulserit) corrigendi: & infra. Respondemus igitur quod ex quo electionis tuæ confirmationem accepisti, de talibus & consimilibus præter ea, quæ maioris inquisitionis discussionem exigunt, & ministerium consecrationis desiderant) quod iustum est, & ecclesiasticæ conuenit utilitati, statuendi habeas \* liberam facultatem. *\* Simi. est text. ff. de orig. iur. l. 2. in pri. & l. 1. ff. de eo per quem fac. erit.*

Innocentius. iij. de cella sancti Petri, & Mutinens. abbatibus.

*\* aliàs habes. Qui electioni de se factæ renunciat, adpellare nequit ad impediam electionem alterius. Et electio, quæ est a suspensis celebrata, non tenet.*

*Capitulum. xvi.*

**C**vm inter R. seniore, & R. iuniore super abbatiâ Scaphusen. quæstio verteretur, & infra. Bo. me. Ce. præ. n. prædictum R. seniore, sententiâ cum instantia postulâtem; ad componendum coegit inuitum: & sic abbatiâ renuncians, de manu eius custodiam & prioratum recepit; ab eo dum viueret, possidendos. Cui ordinationi licet consentiret inuitus, domum tamen reuersus (aduersariis compositionem ipsam nolentibus obseruare) non potuit, quæ concessa sunt obtinere: & infra. Nos ad tendentes quod ex consensu cõpositionis receptæ ius (si quod sibi competierat) R. senior amisisset, ac per hoc ne monachi ad electionem procederent, de iure minimè adpellare potuisset, cum nisi quorum interest audiri non soleant adpellantes: ap. illam dicimus legitimam non fuisse: vnde per eam electio non potuit impediri. Sanè quamuis prepositus & capitulum Constantien. de interdicto quod cardi. posuerat, in suis literis inseruerint: quia tamen per id, quod R. iuniori diocesanus episcopus mun<sup>9</sup> benedictionis impedit, \* ei videtur quod præmissus obuiare: vnde vel scriptura facta, vel factum scripturæ præiudicat, nec probatum fuit (licet obiectum) quod ab interdictis electio fuerit celebrata: ipsam non potuimus irritare: & infra. Ideoque causam ipsam vobis diximus committendam, vt si constiterit, quod electio fuerit facta à suspensis, ea omnino cassata ipsi monasterio (post satisfactionem condignam, suspensionis & interdicti sententia relaxata) de persona idonea consulatur. *\* aliàs imposuit.*

Idem. c. Penneñ.

*Si electus non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem*

*tionem administrat, eius electio cassari debet.*

*Cap. xviii.*

**Q**ualiter post obitum: & infra. Verum quoniam electus à vobis ante confirmationem administrationi episcopatus se irreuerenter immiscuit, recipiēdo tã à clericis, q̃ à laicis iuramenta, non attendens quòd secundum Apostoli, nemo debet sibi honorem adsumere: \* sed qui vocatur à deo tanquam Aaron: præcipue quia nec donum scientiæ pontifici conueniens fuerat adsecutus. Postquam nobis presentatis eundem, sufficienti examinatione præmissa, electionem de ipso factam duximus irritandam, quicquid ex ea, & ob eam factum est, denunciantes penitus non tenere.

Idem capitulo Capuano.

*Si vocantur ad electionem non vocandi, valet electio facta eis non expectatis. h. d. secundum lecturam communem. Cap. xviii.*

**C**um inter vniuersas metropoli. & infra. Intelleximus autem per Io. & F. canonicos vestros, & per literas, quas ad sed. apost. detulerunt, q̃ ad decanum & alios canonicos vestros Panormi manentes (cum ex eorum parte fuisset vobis per literas intimatum, vt sic tractaretis super electione substituendi pastorem, quòd nullum deberetis in eorum absentia nominare) quendam socium vestrum cū literis destinastis, duodecim dierum terminum assignantes, intra quem post receptionem literarum vestrarum iter arripere redeundi. Quamuis ecclesiastica consuetudo non exigat, vt ad electionem pastoris canonici tam remoti vocetur, & illi præcipue, qui longè antè, quàm vos, metropolitani vestri obitum præsentialiter cognouerunt, quorum aliqui post eius decessum ad Capuanam ecclesiã sunt reuersi. Quia tamen mora longior est in electionibus valde suspecta, imò sepe \* damnosa: \* mandamus quatenus inuocata spiritus sancti gratia personam idoneam per electionem canonicam concorditer adsumamus ad regimen Capuanæ ecclesiæ, consequenter ad audientiam nostram nuncios idoneos transmissuri, per quos à nobis vice regia postulatis adsumum, & apost. confirmationis gratiam requiratis.

Idem archiepiscopo & capitulo Capuano.

*Non debet suspici, an post adpellationem, sed an contra fuerit electio celebrata. Et penes vocantes, quibus competit vocandi potestas, remanet ius eligendi si vocati venire contempnerint. Et ad officium confirmatoris spectat examinare electum, etiam nomine opponente. Et nisi electus doceatur, legitima atatis & literaturæ, habetur pro non legitime electo.*

*Cap. xix.*

**C**um nobis olim de obitu: & infra. Cum autem constaret interpositam

interpositam fuisse ap. ne fieret electio, nisi canonica, videri \* poterat q̃ post eam medio tempore nihil debuit innouari: unde talis electio iudicada erat irrita & inanis: vt pote post adpellationem canonicè interpositam adtentata. Sed contra, cum adpellationem fuisset, non vt nulla electio fieret, sed vt fieret canonica: si factum electionis canonicè fuerit subsecutum: non vtiq; contra formam adpellationis huiusmodi, sed magis secundum eam videbatur esse processum: & ideo licet post adpell. non tamen contra eandem fuit electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda: & infra. Item cum post adpell. emissam archi. cum suis fautoribus chorum exiisset, & vos illos vt interessent electioni faciendæ vobiscum, curassetis sollicitè reuocare (quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt) alienos se fecisse videtur: propter quod electioni à vobis iuxta formam mandati apo. concorditer celebratæ, de iure nõ posset contradicere videbantur: & infra. His igitur & aliis allegatis, quanq̃ contra personam illius, quem elegistis; nihil dictum fuerit vel obiectum; quia tamen iuxta verbum Apostoli dicitis: Nemini cito manum imponas &c. debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa personam inquirenda fuerant: duximus ex officio nostro, sicut decuit, procedendum: & infra. Illius quoq; literaturæ, licet non eminentis, tamen cõuenientis electus existit: vt pro defectu scientiæ (sicut plenius intelleximus ab his, qui eum melius cognouerunt) ab electione non deberet excludi. De legitima tamen atate scire plenè nõ potuimus veritatem: quia cum à multis cuius ætatis existeret, curauerimus indagare, à nemine vnquam audiimus q̃ annum ætatis tricesimum adtigisset: & infra. Nos ecclesiæ pariter & personæ providere volentes, & tam rationes, quàm canones obseruare: quia propositum vestrum prouidum intelleximus: & ideo propter urgentem necessitatem, \* & euidentem vtilitatem ecclesiæ Capuanæ (quam in hac parte potius adprobamus) volumus ipsum firmiter perdurare: præfatum subdiaconum nostrum vobis in procuratorem concedimus, liberam administrationem ei, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus committentes.

Idem Cantuariensi archiepiscopo.

*Illegitimus potest postulari, non autem eligi: & electores nisi prouenerint illum ignoranter elegerint, incidunt in penam Lateranensis concilii.*

*Capitulum. xx.*

**I**nnoquit nobis quòd Vigoriensi ecclesiæ destituta pastore, prior & conuentus eiusdem loci magistrum M. archi. Eboraceni: in episcopatum elegerunt: cuius confirmationem vsque in aduentum

\* Concor. tex. l. l. i. ff. de noui. ope. nunci. & l. iube mus nullã cõ. l. seq. C. de sacro. san. eccle.

*Ad Heb.*

5.

\* Adde

ambitiose

petentem di

gnitatẽ se

cula. vel

ecclesiast

puniri in

centu an

reis: & ef

se isamẽ.

vide. l. v.

nicã. ff. ad

l. iul. de

ambi. &

l. 2. et ibi

Bar. ff. de

inter. act.

\* alias

semper.

\* Vide. l.

f. s. ff.

ad. l. r. b.

de iac. &

l. quod te.

ff. si cert.

petia.

aduentum ipsius (qui absens eligebatur & incius) distulisti: qui tandem spontanea tibi & secreta confessione monstrauit, quod conscientia eius aliquantisper ex natalibus esset læsa: & infra. Cuius electionem capitulum petiit per sed. apost. confirmari, præsenato nobis electionis decreto subscriptionibus eligentium roborato. Quidam autem suffraganeorum tuorum adfuerunt eum fuisse filium cuiusdam militis, & ab eo, ex quadam ingenua & non coniugata susceptum. Idem quoque magister adiecit, quod nunquam pater eius habuerat uxorem, sed matris eius virginitalis florem præripuit quasi furtim: & infra.

Quamuis autem canon Lateranen. concilij ab Alexan. præd. no. editus, non legitime genitos ad eum persequatur, quod electionem talium innuit nullam esse: nobis tamen per eum adempta non fuit dispensandi facultas, cum non fuerit prohibentis intentio: qui successibus suis nullum potuit in hac parte præiudicium generare, pari post eum (imò eadem) potestate futuris, cum non habeat imperium par in parem: & infra.

Multa enim in hoc casu dispensationem inducere videbantur: literarum scientia, morum honestas, vitæ virtus, & fama personæ multipliciter à quibusdam etiam ex fratribus nostris (qui cum in scholis cognouerant) approbata: faciebant etiam hæc ad id non modicum, concors capituli Vigoriensis electio, petitio populi, adensus principis, votum tuum, suffraganeorum suffragia, & humilis deuotio contentis, qui sponte ac humiliter suum maluit confiteri reatum, quam læsa conscientia thronum conscendere pastoralem. Habito ergo super hoc diligenti tractatu, intelligentes Vigori. capitulum eundem magistrum non humiliter postulasse, sed improvidè potius elegisse (cum ad obtinendum dispensationis beneficium procedendum fuisset, non per electionem inhibitam, sed per postulationem permissam) electionem ipsam prædicti canonis autoritate cassatâ, denunciamus irritam & inane: parentes non modicum Vigori. capitulo: quod eis nec pœnam infligimus expressam in canone supradicto: nec probare cogimus ignorantiam, quam allegant. Et quamuis post cassationem huiusmodi nobis fuerit supplicatum, vt dignaremur cum eo misericorditer dispensare: supplicationem huiusmodi quæ nomine capituli non fiebat (cū non ad postulandam dispensationem, sed ad petendam confirmationem ipsius fuerint nunciij destinati) ad præsens non duximus admittendam: decernentes irritum & inane quicquid super ordinatione ipsius episcopatus ante susceptionem literarum nostrarum fuerit adtentatum. Quod si Vigori. capitulum eundem magistrum propter prærogatiuam meritò ipsius duxerit.

zer postulandum, postulationem apud sedem apostolicam præsentare procurer.

Idè Genuen. archiepiscopo, & Placétino, & Bobien. episc.

*Non possunt electores in præiudicium electi compromittere: sed si consenserit electioni suæ, vel consensere velit: non obstante Lando in contrarium lato est confirmandus, si aliud canonicum sibi nõ obstat, licet non sit de gremio illius ecclesiæ & quanticumq; ob causam à maiori parte fuerit appellatus, & in hoc vltimo est iste text. multum nota.*

Capitulum. xxi.

**C**um inter canonicos Saonen. super electione pontificis quæstio verteretur, ad sedem apostolicam S. subdi. Saon. & l. procurator capituli accesserunt: & infra. Proposuit autem procurator prædictus, & singuli requisiti communi adsensu in Hasten. præpositum (excepto prædicto subdiacono) conueniunt: quo in sua duricia permanente, aliorum consensus redactus fuit in scriptum publicum consequenter. Cæteri pro parte altera fuit propositum ex aduerso, & cū septem essent canonici Saonen. in capitulum se receperunt de futura electione pontificis tractaturi: sed archidia. archipresbytero & præposito dictum Hasten. præpositum nominantibus: fuit à præfato S. obuiatum, adferente ipsum morbo epileptico laborare, pro quo alia vice tanquam inhabilis fuerat recusatus: nec ad aliam ecclesiam debere fieri transitum, donec reperiretur idoneus in ecclesia Saonen. & infra.

Post hæc archipresbyter pro parte altera de rato (vt dicebat) licetis præmunis, ipse verò S. pro parte sua in Mediolanen. archiepiscopum compromittere cū rauerunt \*, qui magistrum G. Modicen. canonicum eis dedit in episcopum, & confirmauit: & infra. Disc. v. mandamus quatenus, cum constet electionem de præposito memorato à maiori & saniori parte capituli celebratam fuisse publicatam etiam & subscriptam: si dictus præpositus eidem electioni consenserit, vt per mutuum consensum eligentium & electi quasi conjugale vinculum spiritualiter sit contractum: nisi sufficienter sit ostensum eundem morbo epileptico laborare (super quo contra ipsum dicitur appellatum) vos non obstante adpellationis obiectu, si qua ex aliis causis superius memoratis proponitur, interposita (cū eas friuolas reputemus) electione confirmetis ipsius, non obstante quod post talem electione à præfato archiepiscopo proponitur esse factum, etiã si à partibus in eum fuerit compromissum: cum electores à tali electione sic resillire nequiverint. Quod si electores illius non compromiserint in archiepiscopum memoratum, etiam si dictus præ-

\* Similis  
tex. est. in  
c. cōstigit.  
& ibi In-  
no. hoc ti-  
tu. Specu-  
in ti. de ar-  
bit. S. re-  
stat. ver.  
istè de sen-  
tentia. Et  
ver. sed  
nūquid  
clericus.

positus

positus nondum electioni de se facta consenserit, eo tamen cōsentire volente (dummodo à morbo sit immunis obiecto) vos electionem ipsius nihilominus confirmetis.

Idem Prænestino episcopo, apostolicæ sedis legato.

*Electus à maiori & saniori parte capituli, si est & erat idoneus tempore electionis, confirmabitur: si autem erat indignus in ordinibus, scientia vel ætate, & fuit scienter electus: electus à minori parte, si est dignus, confirmabitur.* Cap.xxii.

**D**um ad audientiã nostram quæstione perlata, & vacante præpositura Colocen.Ecclesiã, in duo se vota eligentium diuisissent, causam iudicibus duximus committendam: & infra.

Ipsi verò partes ad suam præsentiam conuocarunt, receperunt testes, examinauerunt eligentium conscientias: audierunt allegationes vtrinq̃. Et quoniã præpositus sancti Georgij eorum sententiã se adseruit nolle stare, processum ad sedẽ apostolicã destinarunt\*: & infra. Cũq; nunciij præpositi sanctorum apostolorum statuto termino ad præsentiam nostram accessissent, præpositus sancti Georgij nec venit, nec pro se misit idoneum responsalem: & infra. Gestis igitur iudicum diligenter inspectis, inuenimus, q̃ pro præposito sanctorum Apostolorum auctoritas, pro præposito verò sancti Georgij numerus eligentium faciebat, cum primus à quatuordecim, tum personis, tum canonicis: qui alios dignitate, ætate, & tempore præcedebant, secundus verò à vigintiquatuor fuisset electus: & infra. Cũ autem allegationes pro eodem præposito sancti Georgij coram iudicibus ipsis proposita, nobis non fuerint præsentata, propter quod nõ potuimus scire per nos quid obicerent, vel quid responderent ad obiecta, sicq; causa remissa non fuit sufficienter instructa: ad definitiuam sententiam non \* *Ad idẽ est tex. in l. i. iuncta glo. i. ver. in cõsilio. quæ est prima. C. qui et aduer. quos.* *\* Alias sã electiones canonicas.* *Idem canonicis Maguntinensibus.*

*Recipientes*

*Recipientes postulatam ad Ecclesiam tanquam institutum, vel administratorem ante admissionem postulationis à superiore factam, priuati sunt potestate eligendi: & ad alios, licet pauciores, deuoluitur potestas eligendi: & si omnes priuati sunt, deuoluitur ad Papam in Ecclesijs cathedralibus. h. d. secundum principalem intellectum, qui magis congruit litera.* Cap. xxiii.

**B**onæ memoriæ Maguntinensi archiepiscopo viã vniuersæ carnis ingresso, & quibusdam penitentibus Vormaciensem episcopum, quibusdam verò archiepiscopũ vestrum, tunc præpositum sancti Petri Maguntinensis, sibi eligentibus in patrem: Prænestino episcopo à sede apostolica legato de dimis in mandatis, vt si eundem episcopum, quo ad temporalia vel spiritualia recepisse constaret ecclesiam Maguntinensem, vel ministrasse in temporalibus aut spiritualibus in eadem: postulationem factam de ipso nunciare irritam: & infra. Deinde inquireret de ipsius electione archiepiscopi veritatem, & si ei de vi, quam ipse & sui meruebant, constaret, (eõ non obstante, quòd post adpellationem ad nos interpositam, fuerat in ipsius electione processum, cum alij, qui adpellationi ad nos interposita, ne sine ipso ac sociis eius haberent in electione processum, non duxerint deferendum: vt contra ipsum hac exceptione nõ possent, quia frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem\*: vnde nec ab eis posse obici videbatur, quòd idem esset à paucioribus secundum eorum adseruionem electus, cum ipsi adpellationem ad nos legitimè interpositam contemnerent, & præter licentiam nostram recipientes episcopum memoratum, reddiderint se indignos) electionem archiepiscopi confirmaret: & infra. Licet autem essent notoria, quæ contra dictum Vormaciensem episcopum & eius fautores fuerant obiecta: prædictus tamen legatus ad maiorem cautelam multos testes recepit ex ipsius archiepiscopi parte productos. Vnde ipse iuxta madata nostri tenorem procedens, postulationem factam de Vormaciensi cassauit, & electionem archiepiscopi memorati (quamuis à paucissimis celebratam) curauit auctoritate apostolica confirmare, ipsumque ordinauit in presbyterum: & tandem in archiepiscopum consecrauit: & infra. Contra verò legati processum hoc facere videbatur, quòd non citatis Vormaciensi episcopo, & eius fautoribus, processisset. Porrò excessus notorius examinatione non indiget: \* & pro his, quæ à iudice sunt acta, præsumitur, quòd omnia ritè fuerint celebrata, quamuis & quòd citati non fuerint, non posset de facili comprobari: quia

*d ij negantis*

*\* Alias de nunciariis. \* Socii dignitate, ætate et receptionis tempore socii præcedit. cõcor. gl. in ver. cõtra maiores. i. ca. lex. ii. dif. \* Ad idẽ est tex. in l. i. iuncta glo. i. ver. in cõsilio. quæ est prima. C. qui et aduer. quos. \* Alias sã electiones canonicas.*

*\* Concor. tex. in l. auxiliũ. ff. de missio. & in l. si. §. Sin verò post-quã. C. de iur. delib. \* Vide. l. si verò. §. qui pro iur. delib. de iur. eui. de iur. eui. ff. qui faci. cog. & l. ea quidã. C. de acc.*

\* *vide. l. si quis de. cu. C. de sal.*

negantis factum, per rerum naturam nulla est directa probatio: cum etsi quilibet de se posset asserere, quod ad eum citatio minime peruenisset\*, singuli tamen vestrū essent in suo testimonio singulares. Ad ipsum quoq; legatum, si voluissent, securē potuissent procuratorem idoneum destinare, sicut nūcium destinant: & infra. Nos igitur etsi propter auctoritatem iudicariam præsūmamus pro his, quæ acta sunt à legato: illi tamen plus innititur rationi, quod aduersarij archiepiscopi ex tribus causis prædictis se vsque adeo reddiderūt indignos, quod contra eum nō debebant audiri: vnde quod de ipso factum fuerat, non poterat impediri per eos: quoniam etiā si electores eiusdē partis pariter deliquissent, vt se reddidissent indignos, ad nos deuoluta fuisset, hac vice ordinatio ecclesiæ Maguntinensis: quare dictum archiepiscopum sine iuris iniuria potuissimus eidem ecclesiæ præficere in pastorem. Super his verò, habito diligenti tractatu, cassationē postulationis factæ de Vormaciensi episcopo ratam habuimus: electionem memorati archiepiscopi confirmantes.

Idem clericis sanctæ Agathæ.

*Sufficit electo ad obtinendum docere eligentem fuisse in quasi possessione tempore electionis, licet non probet, quod proprietatis iuris eligendi ad illum pertineret.* Cap. xxiii.

\* *Aliās ecclesiæ.*  
\* *Aliās, per priora iura restitui.*

\* *vide. l. 2. C. quæ sit lon. cō. sine. C. in anthē. hoc ius porre. C. de fac. san. ec. cle. glo. in l. re nō no. nam. C. de legib.*

**Q**uerclam, quam G. tituli\* sancti vitalis presbyter cardini gubernatori, contra P. presbyterū ecclesiæ sancti Saluatoris, super ecclesia ipsa proposuit: C. Papa. p. n. nobis in minori officio constitutus audiendam commisit. Petebat igitur æconomus præfatum P. ab ecclesia sancti Saluatoris (quam in præiudicium vestræ ecclesiæ, ac iniuriā cardinalis prædicti occupare præsumperat) remoueri, cum ipsa ecclesia pertineat ad sanctæ Agathæ ecclesiam pleno iure, petens pensionem. xvj. denariorum Papien. debitam ecclesiæ sanctæ Agathæ, pro eadem ecclesia de thermis sibi restitui\*, de nouo subtractam. Prædictus verò P. respondebat, quod ipse nullam iniuriam irrogauerat cardinali, nec in præiudicium ecclesiæ vestræ receperat dictam ecclesiam, cum hæc ad illam nullo iure pertineat, nec aliquam sibi reddere pensionem debebat, sed ipse per electionem populi, ad quem de antiqua consuetudine\* pertinet electio, à cardinali sanctæ Susannæ (cui eadem ecclesia tanquā capella suo titulo in spiritualibus est subiecta) canonicè fuerat institutus: & infra. Nos igitur rationibus vtriusque partis auditis, dictum P. ab impetitione æconomi vestri super electio-

ne ac

ne ac institutione de se facta in ecclesia sancti Saluatoris absoluius, & super his præfato æconomio silerium duximus imponendum, cum nobis constiterit, quod populus in quasi possessione præsentandi clericum existeret, quando ipsum presbyterum ad illam elegit, & ecclesia eadem spectat ad titulum sanctæ Susannæ in spiritualibus pleno iure, silua quæstione super iure patronatus inter ecclesias vestram, & populum sæpe dictæ ecclesiæ sancti Saluatoris. Quia verò fuit liquidè comprobatum, quod pensio. xvj. denariorum Papiensis monete, fuerit clericis ecclesiæ vestræ, pro ecclesia sancti Saluatoris de thermis annuatim, per multa tempora persoluta, sed de nouo subtracta, vos in eundem statum percipiendi huiusmodi de ecclesia sancti Saluatoris de thermis pensionem vestram decernimus reducemus: & ad solutionem pensiois subtractæ, condemnamus presbyterum antedictū, salua quæstione proprietatis, inter ecclesias memoratas.

Idem.

*Eligentes scienter indignum, priuati sunt potestate eligendi in electione, quæ primò occurrit faciendæ.* Cap. xxv.

**C**um suis fautoribus Salubriensem decanum, prior verò & complices eius præcentorem Linconensem in episcopum elegerunt: & infra. Licet igitur omnes in communi de faciendâ electione tractauerint: quia tamen nequiuērunt esse cōcordes, infecto negotio ad nos habuere recursum, & hi quidē, qui præcentorem elegerant, adferrebat, & illi, qui decanum elegerant, eligendi erant potestate priuati, pro illi maximè causa, & hominem non legitimè natum scienter eligere præsumperūt: vnde secundum Lateranensem concilium, & eligendi hæc vice prædiderant potestatem, & per triennium ecclesiasticis beneficiis carere debebant. Illi verò taliter respondebant, quod licet is, quem elegerant, fuisset minus legitimè natus: per gratiam tamen Apostolicæ sedis legitimari promeruit, & hoc adferrebat se legitimè probaturos. Nos igitur adtendentes, & isti post primam electionem admitterant illos, ad celebrandam secundam, & quod decretum concilij memorati decreuit huiusmodi præsumptores vna vice duntaxat eligendi potestate priuatos.\* quoniam electio quam coram nobis celebrare volebant, non iam secunda, sed tertia concurrebat: ad eligendum illos censuimus admittendos.

Idem abbati Cisterciensi R. & P. monachis Monis frigid.

*Eligens scienter indignum in episcopum, est ob hoc suspensus op. leg. d. iij. à bene-*

\* *vide. l. 2. cū not. p. Bar. ff. de excus. mu. C. l. ser. ui. ff. de*

*à beneficiis ecclesie per triennium, nec potest interim ad dignita-  
tem illius eligi, vel adsumi. Cap. xxvi.*

**P**er inquisitionem, quam de mandato nostro fecistis super statu episcopatus & episcopi Tholosanensis, perspicaciter intelleximus, quod Mascaron cancellarius iuratus, adseruit se scivisse pro certo R. olim Tholosanensem episcopum, & amicos ipsius, ante suam electionem habuisse colloquium cum quibusdam canonicis nominatim expressis: eosque sollicitasse precibus, ut ipsum eligerent in episcopum: seq; vidisse pariter & audivisse, quando prædictus episcopus recognovit in quorundam canonicorum præsentia, se canonicis illis, qui aduersari fuerant suæ primæ electioni iurasse, credens pro certo, quod iuramentum illud illicitum fuit, & præstitum, ut idem R. eligeretur ex pacto, & quod ipsemet post electionem ipsius cassatâ, domum episcopalem eius nomine derinebat, recipiens quosdam redditus & proventus, quos de ipsius conscientia & consensu, in eiusdem negotiis expendebat. Cum igitur talem scienter in episcopum eligendo (sicut ipse suo iuramento firmavit) ecclesiasticis beneficiis reddiderit se indignum, & graue gerimus & molestum, quod Tholosanensi præposito in episcopum Conuennarum electo, idem Mascaron in præpositum dicitur substitutus. Quo circa mandamus, quatenus eidem ab officio præposituræ penitus amouentes, faciatis virum idoneum ad officium illud adsumi.

Idem priori sancti Frigidiani G. & G.  
canonicis Lucanenſibus.

*Si non professus eligitur ad regimen ecclesie regularis, cassatur electio, consuetudine in contrarium non obstante.*

*Capitulum. xxvii.*

**C**um causam, quæ inter Bonum presbyterum & Brunum canonicum sancti Petri Lucanenſis vertitur super eo, quod dictus presbyter Bonus à maiori parte canonicorum eiusdem ecclesie (prædicto B. & quodam alio contradicentibus) in priorem (sicut dicitur) est electus, olim vobis duximus committere: & infra. Quamuis autem multi priores continuè \* vnus post alium in ipsa ecclesia per multa & longa tempora fuerint non professi, quia tamen præfatus presbyter B. non est professus obseruantiam regularem, dubitatis (& merito) nobis procedere inconsultis. Quia igitur non debemus adtendere solummodo, quid factum sit, sed potius, quid sit faciendum. Consultationi vestre taliter respondemus, quod cum secundum legem diuinam, non sit in boue arandum & asino, nec quisquam

debeat vestem induere de lana linoque contextam: irritetur electio prædicta, & compellatis præfatum presbyterum, aliosque clericos non professos, ut vel beati Augustini regulam in eadem ecclesia constitutam, profiteantur & seruent, aut ipsam ecclesiam omnino dimittant.

Idem I. ti. sancti Stephani in Cælio monte presbytero  
cardinali Apostolica sedis legato.

*Nominatio vel adpellatio eius, cuius non interest, electionem non impedit: sed si vocandus contemnitur, eo profectus contemp-  
tum, cassatur electio etiam confirmata, & potest prosequi, nisi con-  
senserit electioni: quod potest etiam ex post facto. h. d. vsque ad. S.  
super eo. Capitulum. xxviii.*

**Q**uod sicut ex literis tuis: & infra. Verum cum ex prima electione, quæ facta de tribus, dicenda videtur potius nominatio, nihil iuris adquisitionem fuerit nominatis, licet procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam, præsertim in ecclesia Armachana, cum iuxta constitutiones canonicas, si fieri potest, in cathedrali ecclesia electio debeat celebrari. Nec adpellatio interposita, electionem illam potuit impedire, cum in ea nihil adtatum fuerit in præiudicium regie dignitatis: quia non simplex nominatio, sed solennis electio, debet principi presentari, ut postulationi præstet ad sensum, et si secus aliquando, per usurpationem aliqui faciant abusiue. Si autem Mirindinensis episcopus, & abbas Melliontis, qui interesse debuerant, non contempti fuerunt, sed ad electionem vocati (si tamen sine periculo potuerint conuocari) siue nequiverint, siue noluerint ad electionem celebrandam accedere: ipsorum absentia non potuit electionem impedire. & infra. Quod si eos vocatos non fuisse constiterit, sed contemptos: infirmanda erit electio penitus taliter celebrata, nisi postea propter bonum pacis curauerint consentire.

*Episcopus, dum celebratur missa consecrationis suæ, vel archiepiscopus ante receptum pallium, ordines conferre non debet. hoc dicit vsque ad versu. Quod autem.*

Super eo autem, quod in die consecrationis suæ, antequam missarum solennia finiretur, acolythum ordinauit, præ tali excessu eum corripias & castiges: cum solus Romæ Pontifex (qui ante hymnum angelicum consecratur, & postmodum ipse missarum solennia incipit & perficit consecratus) in die consecrationis suæ valeat ordines celebrare. Cæteri verò, qui inter epistolam & euangelium consecrantur, quia consecrati concelebrant principaliter celebranti, ne diuidatur mysterium vni-

*\* Veritas.* non debent tunc ordines celebrare. Præterea cūm non liceat archiepiscopo sine pallio conuocare concilium, consecrari chrisma, dedicare basilicas, ordinare clericos, & episcopos consecrare, multum profectō præsumit, qui antequā impetrat pallium, clericos ordinare festinat, cūm id non tanquā simplex episcopus, sed tanquam archiepiscopus facere videatur.

*Iste ver. non summatur. tum propter diuersitatem lectionum, tum quia non facit ad titulum. Abb.*

Quod autē tabulam argenteam dicitur vendidisse: dummodo ecclesiam Armachanā reddat indemnem, æquanimiter poteris præterire, cūm id de cleri & populi processerit voluntate.

Idem Tole. episcopo & Sagonensi, de Arden. Abb.

*Electio per minorem partem capituli facta, non tenet, nec per subsequenter consensum ratificari potest. hoc dicit secundum munem intellectum.*

*Cap. xxix.*

**A**vditis & intellectis meritis causæ de duab⁹ electionibus celebratis in ecclesia Baiocēn. vnā de Gu. archi. & alteram de R. subdiacono. Inuenimus vtramque contra formam canonicā adtentatam. Cūm enim inquisitis voluntatibus singulorū decanus cum paucioribus in ipsum R. & cantor cum pluribus in dictum Gu. archidiaconu. conuenissent, solo cantore postmodū quendam alium videlicet magistrū R. de Algedius nominante: ad n. fuit audi. appellatum, ne decanus, qui primā in electione vocē habebat, ad electionē procederet sine cōsensu totius capituli, vel maioris & sanioris partis ipsius. Ipse vero decanus nō habito cōsensu maioris partis capituli, sed longe minoris: subito in electionē prorupit, adpellās, ne quis cōtra ipsam aliquid adtētare: quāuis adfueret, q̄ electioni factę plures alij consenserunt, cūm tamen ex post facto nequiuert cōualscere, quod ab initio nō valerat: quoniā electio, quę fuerat irrita ipso iure, per subsequētem consensum (maximē adpellatione pendente) non poterat esse rata. Eis ergo ad propria *\* recedentibus*, cātor & alij qui remāscent in capitulo, post illā electionem nondū castam & adpel. ad nos interpositā, à nominatione dicti archi. recedentes de nouo præfatum subdiaconum eligere præsumperunt. Nos igitur electionem vtramque; duximus irritādam.

Idem Grandisiluz, & Bellepræticæ abbatibus.

*Potestas data compromissariis ad eligendum prælatum, re non integra reuocari non potest: & desinit res esse integra, postquam compromissarii ceperunt habere tractatum.*

*Cap. xxx.*

**I**N causis: & infra. Cūm capitulum, Tholosanensis ecclesię ad tractādum de electione episcopi conuenissent, duos elegerunt.

gerunt, vt. v. de eodem capitulo eligerēt electores, *\* qui præfatio iuramento de substituendi Pontificis electione tractarent, & à singulis de capitulo statutum est & concessum, vt ille, quem illi concorditer, vel tres ex illis eligerent, ab eis (si persona esset idonea) pro episcopo sine contradictione aliqua haberetur: & infra.* Postmodum verò cūm à prædictis duobus v. electores electi fuissent, & ad tractandum de electione secessissent in partem, & non possent omnes vnā pariter concordare personam, tres ex eis conuenerunt in episcopū conuenarum & deinde electionem, quam de postulando episcopo fecerant, capitulo publicarunt: ac reliqui duo subsequenter tertia die cum paucis de capitulo, reliquis absentibus, elegerunt archidiaconum Argensem: & infra. Nunciij verò prædicti archidiaconi è contrario responderunt, quod cum prædicti v. electores seorsum de electione tractantes, inter se disiderent, ita, quod contentiosæ voces eorum, à fratribus, qui remanserant in capitulo, auditæ fuissent, capitulum ipsos, propter huiusmodi contentiones, suspectos habētes, *\* ad eos duos de canonicis destinarent, per quos inhiberent eis, ex parte nostra, ne ulterius in facto procederent: & ita potestatem eligendi, quam eis commiserant, reuocarunt, mandantes eis, vt redirent ad capitolium, & pariter cum aliis fratribus de electione tractarent: & huiusmodi reuocationi, duo ex ipsis electoribus adhibentes consensum, reliquis tribus non contradicentibus, ad ipsum capitulum sunt reuersi: sed alij tres, vsq; ad fores capituli subsecuti, ab eis postmodum discesserunt. Capitulum vero, cum tota die illa, ipsorum præsentia expectasset, subsequenti die, campanam pulsari fecerunt, sicut moris est, ad capitulū congregandum *\* & prædictis tribus, cum paucis complicibus suis, sese cōtumaciter absentantibus, prior cum maiori & saniori parte capituli, elegit in episcopum archidiaconum supradictū: & infra.**

Quia vero postulatio *\* de episcopo conuenarum, quæ prælicesserat, facta erat per eos, in quos totum capitulum eligendi transulterat potestatem, propter quod vnanimiter de cōsensu integra, quia in tractatuiam processerant electores) capitulum minimē potuit reuocare: electionem ipsius archidiaconi de cetero nimis irritandam. Quocirca mandamus, quatenus si personam ipsius episcopi vtilem & necessariam inueneritis ad regimen ecclesię Tholosanæ, & idoneam, tam scientia literarum, quam suę cōuersationis exēplo, ad hæreticorum perfidiam de Tholosanensi diocesi extirpandam, *\* quę ibi per negligentia præsulū miserabiliter & damnabiliter hætenus pullulauit: transigendi ad**

*\* Iste tex. reputatur sing. p. Pa nor. hic in suo effectu.*

*\* Alias, ppter electionē huiusmodi cōtendentes.*

*\* Facit ad hoc. l. fi na. C. de prædi. de. cur. li. 10.*

*\* Postulare possunt, qui dati sunt ad eligendū.*

*\* Concor. tex. in l. Dānato. C. de har. & i. l. Matheatic. cū noi. C. de episc. audien.*

*\* Alias, vnam de R. archi. & alterā de magistrō R. subdi.*

*\* Concor. tex. in l. Si tibi. x. S. Si patris. ff. de pac. et. v. l. Quod ab initio. ff. de reg. iu.*

di ad ecclesiam Tholosanam, propter urgentem necessitatē, & eorundem utilitatem, ei licentiam tribuatis.

Idem episcopo Florentino.

*De consuetudine potest canonicoꝝ electio ad solum capitulum pertinere. hoc dicit. & solet quotidie allegari. Cap. xxxi.*

**C**um ecclesia Vulterana debito canonicoꝝ obsequio lon-  
go fuisset tempore destituta, Vulteranus episcopus, vo-  
lens ministrorum defectum in eadem ecclesia restaurare, ca-  
nonicos quosdam elegit, & instituit in eadem: quos canonici  
recipere noluerunt, adferentes, quod talis electio fuerat in eor-  
um præiudicium adtentata: & infra. Mandamus, quatenus su-  
per primo articulo petitionis episcopi, in quo postulauit à te,  
vt canonicos ab iniuria, quam ei super electione canonicorum  
Vulteranensis ecclesie inferunt, prohiberes: ab impetitione ip-  
sius, dictos canonicos absolueri non postponas: quia non vide-  
tur iniuriā facere, qui vitur iure suo, cum per testes lōge me-  
lius sit probatum, quod canonici supradicti hoc iure vsi fuerint  
antē, quā episcopus memoratus. In secundo quoq; articulo,  
quo idem petebat episcopus, vt dicti canonici episcopū ipsum  
iure electionis vti liberē paterentur: absolueri studeas canoni-  
cos sepeditos, maxime si sit notoriū, q̄ in Thuscia generalis cō-  
fuetudo seruetur, vt in cathedralibus ecclesiis, solum capitulū,  
irrequisito episcopo, eligendi canonicos habeat facultatem.

Idem abbati sancti Victoris, & decano Parisiensi, & magistro  
R. Decortonenſi, canonico Morinensi.

*Compromittentes tenentur recipere electum à compromissariis,  
si sit dignus, nisi cōtra formam compromissi cum adpareat electū.  
Capitulum. xxxii.*

**C**um dilectus filius archidiaconus Morinensis nobis inti-  
masset: & infra. Ecclesia Morinēſis episcopi solatio desti-  
tuta, canonici eiusdem de pastoris substitutione tractantes, in  
tres canonicos Morinenses, potestatem eligendi episcopū  
vnanimiter contulerunt, promittentes, vt illum reciperent in  
pastorem, quem de gremio ipsius ecclesie ducerent eligēdum:  
qui examinatis voluntatibus singulorum, archidiaconū eiusdē  
ecclesie in episcopū elegerunt. metropolitanus quoq; tam elec-  
tionē & electi personā examinans, q̄ etiam super ipsius ætate  
(de cuius defectu fuerat ab aliquib⁹ dubitatū) inquirens solici-  
tē veritatem, per sententiā declarādo electum ipsum minime  
sustinere in ætate defectum, electionē factam de ipso solēnitē  
cōfirmavit: & infra. Verūm B. qui contra electū venerat me-  
moratum, proposuit ex aduerso, quod cum supradictis tribus

sub

sub hac forma fuerat eligendi concessa potestas, vt capitulum  
eum recipere teneretur, quem illi tres ab omnibus vel maiori  
& saniori parte de gremio ipsius ecclesie nominatum elige-  
rent in pastorem: electores ipsi terminos potestatis sibi tradi-  
tæ non seruantes, prædictum archidiaconum eligere præsum-  
perunt, quem pauci de capitulo nominarunt: vnde canonici  
Morinenſes, postmodum admirantes, qualiter archid. electus fue-  
rat memoratus, cum plures essent in eadem ecclesia digniores,  
coeperunt ferē omnes publicē profiteri, quod nullatenus archi-  
diaconum nominarant: & reputantes se in hac parte delusos;  
quod super hoc factū fuerat, nostro curauerunt apostolatui re-  
ferre: & infra. Nos vero adtendentes, quia res pernicioſa esse-  
t exemplo, si per surreptionis astutiam quis ascēderet ad apicem  
dignitatis: ita duximus providendum, vt præstito à contradi-  
ctoribus iuramento, q̄ ipsi malicioſe contra præfatum electum  
non moueāt quæſtionem huiusmodi, prædicti tres electores, iu-  
ramenti vinculo adstringantur dicere veritatem, quot ex cano-  
nicis examinationis tempore, in præfatum archidiaconum con-  
uenerunt. Et si tres simul, aut duo saltē ex ipsis \* iurati, dixerint  
maiorē canonicorum partem in ipsum archidiaconū conueniſ-  
se, vos contradictoribus silentium imponatis, cum contra hoc  
eorum esset probatio infufficiens, eo q̄ singuli essent in suis tes-  
timoniis singulares. Si vero per eorum depositiones cōstitit  
sæpe dictum archidiaconum extitisse à paucioribus nominatū:  
tunc si fuerit sufficienter ostensum, q̄ illum de gremio ecclesie  
secundum formam sibi traditam debebant eligere, in quem om-  
nes, vel maior & sanior pars capituli conueniret, vos electionē  
ipsius archidiaconi, omnino cassetis: alioquin, quod de ipso fa-  
ctum est, ratū habentes, cōtradictores ab eius impetitione per  
censuram ecclesiasticā compescatis, præfatum B. præbenda Mo-  
rinenſis ecclesie spoliantes, qui se ad hanc pœnā (si forsan in pro-  
batione deficeret) obligauit. \* Non obstāte, q̄ super ætatis de-  
fectu obiectū est contra illum, cum idem canonicus huic obie-  
ctioni non multum institerit, & super hoc à metropolitano fue-  
rit iudicatum, cuius sententia in rem trāsiit iudicatam, cum in-  
tra decēdium non fuerit prouocationē legitima suspensa.

Idem episcopo Baiocēſi,

*Si ex septem compromissariis tres eligunt quartum, & ille con-  
sentit, & est idoneus: confirmabitur electio. Cap. xxxiii.*

**C**um in iure peritus exiſtas: & infra. Primus tuæ consul-  
tationis articulus cōtinebat, q̄ cuiusdam decano ecclesie  
defuncto, eiusdem loci capitulum sub hac forma in .vij. ex ipsis  
canonicis

\* vide. l.  
cū falso.

C de iur.  
et fa. igno-  
rā. et. l. ob  
crimen. a-  
liās est, ob  
carmē. ff.  
de testi.

\* Ad idē  
est tex. 5. l.  
stipulatio  
ista. S. al-  
terius. cum  
no. ff. de  
ver. oblig.



\* *vide. l. canonicis* compromisit, vt illum, quem ex se \* vel aliis de gre-  
*Planē. cū* mio ipsius ecclesiæ omnes pariter, vel maior eorum pars no-  
*gl. i. versf.* minaret: eundem capitulum reciperet in decanum. Vnde cū  
*potest. ff.* vnus ex illis septem, à tribus ipsorum: & alius, qui non erat de  
*Quod cu-* numero eorundem, à tribus aliis in decanum fuerint nomina-  
*ius. vii.* ti: requisisti vter eorum adsumi debeat in decanum. Super  
 quo taliter respondemus, quòd is, qui de numero septem à  
 tribus eorum dignoscitur nominatus, iuxta compromissi te-  
 norem debet in decanum adsumi, \* dummodo electioni de-  
 se factæ consentiat, & aliquod canonicum non obstitat.

Idem duci Caringia.

*Electio Imperatoris spectat ad principes Germanos, tres pra-*  
*lato, & quatuor laicos: & electio facta per eorum maiorem par-*  
*tem, ceteris non contemptis, tenet. Et ad papam pertinet electum*  
*examinare, adprobare, & inungere, consecrare, & coronare, si est*  
*dignus: vel reicere, si est indignus, vt quia sacrilegus, excommu-*  
*natus, tyrannus, fatuus, & hereticus, paganus, periurus, vel ec-*  
*clesia persecutor. Et electoribus nolētibus eligere, Papa supplē-*  
*Et data paritate vocum eligentium, nec accedente maiori con-*  
*cordia, Papa potest gratificari cui vult. hoc dicit notanter iste*  
*textus.*

Capitulum. xxxiii.

**V**enerabilē: & infra. Inter cætera vero quidā principes  
 hac præcipuē obiectione sunt vsi, dicentes, quòd Apo-  
 stolica sedis legatus aut electoris gessit, aut cognitoris perso-  
 nam. Si electoris, in messem alienam miserat falcem suam: &  
 electioni se ingerens, principum derogauerat dignitati. Si co-  
 gnitoris, absente altera partium videtur perperam processisse,  
 cū citata non fuerit, & ideo non debuit contumax iudi-  
 cari: \* & infra. Verū illis principibus ius & potestatem  
 eligendi regem in imperatorem postmodum promouendū re-  
 cognoscimus (vt debemus) ad quos de iure ac antiqua con-  
 suetudine noscitur pertinere, præsertim cū ad eos ius & po-  
 testas huiusmodi ab Apostolica sede peruenierit, quæ Romani  
 imperium in personam magnifici Caroli à Græcis trāstulit in  
 Germanos. Sed & principes recognoscere debent, & vtiq̃  
 recognoscunt, sicut idem in nostra recognouēre præsentis  
 quòd ius & autoritas examinandi personam electam in re-  
 gem, & promouendam ad imperium, ad nos spectat, qui cum  
 inungimus, consecramus, & coronamus. Est enim regulariter  
 & generaliter obseruatū, vt ad eum examinatio personæ per-  
 tineat, ad quem impositio manus spectat. Nunquid enim

principes

principes non solum in discordia, sed etiam in cōcordia sacri-  
 legum quemcunque, vel excommunicatum in regem tyran-  
 num vel fatuum hereticum eligerent, aut paganus: nos inun-  
 gere, cōsecrare, ac coronare hominē huiusmodi deberemus?  
 absit omnino. Obiectioni ergo principū respondentēs, ad-  
 serimus, quòd legatus noster adprobando regē, & reprobando  
 ducem, nec electoris gessit personam, vt pote qui nec fecit ali-  
 quem eligi, nec elegit: nec cognitoris, cū neutrius electio-  
 nem, quò ad factum eligentium confirmandam duxerit, aut e-  
 tiam infirmendam. Exercuit autem denunciatoris officium,  
 quia personam ducis eiusdem indignam, & personā regis de-  
 nunciavit idoneam, quò ad imperium obtinendum. nam tam  
 propter studia eligentium, quā propter merita electorum,  
 quamuis plures ex illis, qui eligendi regem in imperatorem  
 promouendum de iure ac de consuetudine obtinent potesta-  
 tem, consensisse perhibentur in ipsum regem, & ex eo, quòd  
 fautores ducis absentibus aliis & contemptis ipsum eligere  
 præsumpserunt, pateat eos perperā processisse, cū electioni  
 plus contemptus vnus, quā cōtradictio multorum obstitat:  
 & infra. Nos vtiq̃ \* non ducē, sed reliquum reputamus  
 & nominamus regem, iustitia exigente: & infra. Quòd autē  
 cū in electione vota principum diuiduntur, post admoni-  
 tionem & expectationem alteri partium fauere possimus, ma-  
 ximē postquam à nobis vnctio, consecratio & coronatio po-  
 stulantur: iure patet pariter & exemplo. Nunquid enim si prin-  
 cipes admoniti, & expectati vel non potuerunt, vel noluerūt,  
 in vnum propositum conuenire: sedes apostolica aduocato &  
 defensore carebit: eorūque culpa ipsi redundabit in penā?  
 Sciunt autem principes, quòd cū Lotharius & Corradus in  
 discordia fuissent electi: Roma. pontif. Lotharium coronauit,  
 & imperium obtinuit coronatus eodem Corrado tunc demū  
 ad eius gratiam redeunte. Eos igitur duximus cōmonēdos,  
 vt à præfato duce iusto quidē à nobis iudicio reprobato re-  
 cedant: & præfato regi non abnuent adherere: nisi tunc de-  
 mum contra personam vel factum legitimum, quid ab eis ob-  
 iectum fuerit, & ostensum: & infra. Sunt enim notoria im-  
 pedimenta ducis, scilicet excommunicatio publica, periurium  
 manifestum, & persecutio diuulgata, quam progenitores eius  
 & ipse præsumpserunt in apostolicam sedem, & alias ecclesiās  
 exercere. Fuit quoque à præd. nost. excommunicacionis vin-  
 culo innodatus, quòd postmodum recognouit, dum per nunc-  
 cium suum ab solutionis beneficium postulauit. vnde patet,  
 quòd ipse fuit excommunicatus electus: & infra. Idem etiā  
 contra

\* al. itaq̃

\* *vide. l. pper adū.*  
*S. Sin autē*  
*C. de ind.*  
*& l. cōsen-*  
*taneū per*  
*Barto. C.*  
*quomodo*  
*& quādo*  
*ind.*

contra proprium iuramentum, super quo nec consilium à sede apost. requisivit, ambitionis vitio regnū sibi vsurpare præsumpsit, cum super illo iuramento prius Romana ecclesia consulti debuisset. Nec valet ad plenam excusationē ipsius, si iuramentum illud dicatur illicitū, cum nihilominus super eo nos prius consulere debuisset, quā cōtra ipsum propria temeritate venire: præsertim illo exēplo, quōd cum Gabaonitæ à filiis Israel per fraudem subripuerint iuramenta: ipsi tamen cognita fraude, contra illud venire temere nōluerunt. Vtrum vero dictum iuramentum sit licitum vel illicitum, & ideo seruandum, an nō seruandum extiterit, nemo sanæ mētis ignorat ad nostrum iudicium pertinere: & infra. Insuper si prædictus dux imperium obtineret, libertas principū in electione periret, & imperium obtinendi de cæteris fiducia tolleretur. nam si prout olim frater dicti ducis patri eorū, sic dux ipse fratri suo succederet, videretur imperiū nō ex electione, sed ex successione deberi: & in præiudicium principum redundaret, si non nisi de domo ducis prædicti videretur aliquis ad imperium adsumendus: & infra. Nobilitatem ergo tuam monentes, per apostolica scripta mandamus, quatenus à præfato duce recedas. omnino non obstante iuramento, si quod ei ratione regni fecisti, cum (eo quantum ad obtinendum imperium reprobatō) iuramentum huiusmodi non debeat obseruari. \*

fo H. post electionem archipresbyteri non cassatam, licet de viro multæ literaturæ, honestæ vitæ, & claræ famæ, non tamen sine multa temeritate præsumptam, cum de priori nostrū deberet expectare iudicium, antequam procederet ad secundā, duximus irritandam, in pœnam interdicentes eidem contradictionis vocem, in primo consensu capitulo permanente.

Electionem autem archipresbyteri (quamuis laudabile testimonium perhibeatur de ipso) iustitia exigente cassauimus: tum quia corpore dicti episcopi nondum tradito sepultura, habuerunt de ipsa electione tractatum contra canonicas sanctiones: tum quia inuentus est H. fuisse contemptus, licet vnus solus extiterit: cum plus in talibus consueuerit contemptus vnus obesse, quā multorum contradictio in præsentī. Nec prædicta debet dici citatio valuisse, quia cum episcopi mortē præuenerint, temeraria nimis extitit: & ideo non potuit arce-  
\* citatum.

\* alius, ut clare.

Idem.

Non monachus, in prælatum regularem eligi non potest.

Capitulum. xxxvii.

CVm ad nostram notitiā peruenisset, quōd H. qui se pro abbate Lexouienti gerebat, nō fuit autē monachus quā electus: nos adtententes, quod contra regulares traditiones illud fuerat adtentatum, cum nullam spem vel promissionem habens, vt abbas fiat, debeat monachari, electionem de ipso factam curauimus irritare.

Idem magistro Ca. presbytero cardinali sedis apostolicæ legato.

In abbate eligi non potest, nisi instructus in regula monachali.

Capitulum. xxxviii.

OFFICIJ tui: & infra. Sanè nobis tuis literis intimasti, quod cum monasterium quoddam positum in medio nationis peruerse, pastore careret: monachi de electione abbatis tractantes, cum non possent sui ordinis idoneam inuenire personam, in quendam virum nobilem oculos direxerunt, per quē poterāt melius defensari: & patrem adierunt ipsius humiliter postulantes, quod filium suū induceret, vt habitum susciperet monachalem, nullam patri de ipsius promotione fiduciā tribuentes: & pater ad hoc induxit filium prouidū & discretum; qui effectus monachus, fuit in abbate electus: cuius electio extitit per rectorem Messanensem apostolicæ sedis legatum, qui omnibus prædictis interfuit, confirmata. Cum autem idem sit paratus purgare se, quod nulla fuit ad hoc ambitione inductus: postu-

\* vide au

thē. infra.

quod præst.

ab his in

prin. cum

glo. & au

thē sacrā

C. si ad-

uer. vend.

\* al. cum

dilectus.

ctiā si est vnus solus: non tamen ius eligendi deuoluitur ad minorem. h. d. secundum intellectum communem.

Cap. xxxvi.

Ona memoria S. Cremonensi episcopo in extremis ag-

te, cum de conualescentia desperaretur ipsius, Cremon.

capitulum H. canonicū suum Regij disciplinis scholasticis in-

sistentem, ad certum terminum in vigilia Pentecostes pro fu-

turi electione pontificis citari fecerunt: \* & infra. Constitū-

to autem dicto H. pro sua electione & dilecto filio nostro I.

pro electione archipresbyteri coram nobis: electionem ab ip-

fo H;

Idem.

Absentes ad electionem de provincia sunt vocandi: & confirmatur electio maioris & sanioris partis. Cap. xxxv.

ORAM \* dile. h. tit. sanctæ Prudentianæ presbytero cardinali: & infra. Si vero vtriusque partis fuerit cassata electio: vos fratribus omnibus, qui fuerint in provincia cōuocatis) quæ maiori & saniori parti eorum super prædictis videritis complacere: per cens. eccle. faciatis firmiter obseruari.

Idem Parmensi episcopo, & eius coniuadicibus.

Cassatur electio partis maioris facta, contempta minori parte, etiam si est vnus solus: non tamen ius eligendi deuoluitur ad minorem. h. d. secundum intellectum communem. Cap. xxxvi.

Ona memoria S. Cremonensi episcopo in extremis agte, cum de conualescentia desperaretur ipsius, Cremon. capitulum H. canonicū suum Regij disciplinis scholasticis insistentem, ad certum terminum in vigilia Pentecostes pro futuri electione pontificis citari fecerunt: \* & infra. Constitūto autem dicto H. pro sua electione & dilecto filio nostro I. pro electione archipresbyteri coram nobis: electionem ab ip-

fo H;

postulas edoceri, vtrum dictus legatus electionem cōfirmare vel dispensare potuit, vel quod factum est, stare possit, & vtrum electione cassata iterum valeat eligi in abbatem? Nos autem consultationi tuæ taliter respondemus, quod cum ex his, quæ in continenti subsecuta sunt, ostendatur, quod talis taliter non possit eligi in abbatem, maximè pro eo, quod antequàm esse discipulus, voluit esse magister: electionem illam irritam esse decreuimus & inanem. Verùm postquam fuerit in regula competenter instructus (si vrgens necessitas, & euidēs vtilitas ipsius monasterij postulauerit) purgatione recepta poterit in abbatem adsumi, ne monasterium opprimatur incurribus malignorum.

Idem.

*Electio aliàs canonica confirmatur, licet quidam eligentium essent minori excommunicatione ligati.* Cap. xxxix.

**I**lla quotidiana instantia: & infra. Quia pro certo didicimus electionem canonicam extitisse, ipsam autoritate apostolica duximus confirmandam: suppetentes de plenitudine potestatis \* si quis in ea ex eo fuisset defectus, quod quidam interfuerūt electioni eiusdē, qui ex sola participatione in simplicis excommunicationis laqueum inciderunt.

Idem magistro maximo notario nostro.

*Si postulatio cum electione concurrit, & numerus postulantium est duplo maior, & postulatus est idoneus: postulatio admittitur, reiecta electione. Si verò indignus, & hoc maior pars postulantium ignorauerit: postulatio & electio reprobantur. Si verò sciebāt, & electus est idoneus, confirmatur electio: & idem si numerus postulantium non est duplo maior, hoc dicit, intelligendo secundū quod continet ius commune.* Cap. xl.

**S**criptum est in Apocalypsi Ioānis, quod in medio & in circuitu sedis erant quatuor animalia: & infra. Sanè ad hanc ecclesiam scilicet Constantinopolitanam duo animalia sunt vocata, vtinam plena oculis, & alas habentia senas, videlicet Eradien. archiepiscopus, & Plebanus sancti Pauli de Venetijs, sicut per procuratores tam postulatium archiepiscopum, quam eligentium Plebanum fuit propositum coram nobis: & infra.

Verùm quia de his, quæ per adsercionem partium in iudicium deducta fuerant, nobis non potuit fieri plena fides, quāuis super his, quæ de numero dicta sunt postulantium, per quoddam instrumentum publicum, nec non confessionem procuratoris aduersa partis in iudicio factam, sed postea reuocata; pars altera adsereret suam intentionem esse fundatam, causam discretioni

discretioni tuæ duximus committendā. Per ap. scripta mandantes, quatenus super his & aliis inquiras diligentissimè veritatem, de meritis electi & postulati apud Venetias, vbi nati fuerunt, & diutiùs conuersati. De studiis autem eligentium & postulantium, & omnibus generaliter, quæ causam possunt instruere apud Constantinopolim, vbi huiusmodi postulatio & electio celebratæ fuerunt. Et si partes consenserint, procedas hoc modo: vt si constiterit de mutuo cōuenisse consensu, quod ad electionem patriarchæ. vij. admitterentur præpositi siue per seipso siue per alios, & duo alij ex parte vniuersitatis pro cæteris conuentualium ecclesiarum prælati, tōtque tunc temporis conuentuales ecclesias habuisse prælatos, quod cum vij. præpositis & nouem canonicis, quos quidem canonicos constat in postulatione præfati archiepiscopi cōuenisse, duplo maiorem facerent numerum quàm. xvj. electores plebani, tu vice nostra postulationem admittas, nisi probatum fuerit postulato aliquid obuiare de canonicis institutis, quod promotionem ipsius debeat impedire: ac (Plebani electione cassata) ipsum archiepiscopum absolvas à vinculo quo Eradien. ecclesiæ tenetur: concedendo ipsum Constantinopolitanæ ecclesiæ in pastorem. Quod si ad faciendum duplo maiorem numerum simul omnes prædicti minimè sufficerent: siue dignus siue indignus fuerit postulatus, tu (postulatione repulsa) electionem Plebani autoritate nostra confirmes, dummodo nihil obstitat eidem, quod ipsum tan: præfulatū reddat indignum.

Si vero numerus postulantium inuentus fuerit duplo maior, quemadmodum prædictum est, & persona postulata repecta fuerit indigna, tutam postulationem, quàm electionem non differas reprobare. Nisi forsitan omnes, aut maior pars postulantium præsumptione damnabili postulauerint sciētèr indignum, \* vt hac vice merito debeant eligendi seu postulandi potestate priuari. Et hoc quoque casu electionem confirmes, si eam de persona idonea constiterit celebratam.

Idem in concilio generali.

*Si illi, ad quos spectat electio, negligunt eligere prælatum cathedralis vel regularis ecclesie intra tres menses, proximus superior ecclesiam ordinabit: quod si intra tres alios menses non fecerit, canonicè punietur.* Capitulum. xli.

**N**E pro defectu pastoris gregem dominicū lupus rapax inuadat, \* aut in facultatibus suis ecclesia viduata graue dispendium patiatur: volētes in hoc etiam occurrere periculis animarū, & ecclesiarum indemnitatibus providere. Statuimus

\* Vide Bar. in. l. i. ff. de acc. qui. re. do. idē Bald. in. l. i. C. de preci. impe. offe.

Apoc. 4.

\* Vide. l. i. § post. lasti. ff. de post.

\* Vide. c. i. de sum. trini. &

fi. ca. signi. f. casti. su. pra. co. tit.

tuimus

tuum, ut ultra tres menses cathedralis ecclesia vel regularis prelati non vacet. Intra quos (iusto impedimento cessante) si electio celebrata non fuerit: qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice. Ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo praeferre dignoscitur, deuoletur. Is vero, ad quem fuerit deuoluta potestas, de uxoribus oculis habere non differat ultra tres menses cum consilio capituli sui & aliorum virorum prudentium viduatae ecclesiae de persona idonea ipsius quidem ecclesiae, vel alterius, si digna non repererit in illa, canonicè ordinare: si canonicè uoluerit effugere electionem.

Idem in eodem.

*Per aliquam de tribus formis hic contentis, scilicet scrutini, compromissi, & inspirationis, procedi debet ad electionem in ecclesiis cathedralibus: aliter electio celebrata non valet: & contra facientes, priuandi sunt ea vice potestate eligendi. hoc dicit vsque ad §. Illud.*

Capitulum. xlii.

Quia propter diuersas electionum formas, quas quidam inuenire conantur, & multa impedimenta proueniunt, & magna pericula imminet ecclesiis viduatis. Statuimus, ut cui electio fuerit celebranda, presentibus omnibus qui debent, & uolunt, & possunt commode interesse: adsumantur tres de collegio fide digni, qui secreta & sigillatim uota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi: nullo profus adpellationis obstaculo interiecto: ut is collatione habita eligatur, in quem omnes vel maior & sanior pars capituli consensit. Vel saltem eligendi potestas aliquibus uiris idoneis committatur, qui vice omnium ecclesiae uiduatae prouideant de pastore. Aliter electio facta non valet: nisi forte communiter esset ab omnibus, quasi per inspirationem absque uicio celebrata. Qui uero contra praescriptas formas eligere adtulerint: eligendi ea vice potestate priuentur.

*Interdicit procuratorem in electionis negotio constitui, nisi concurrant hic contenta vsque ad §. Electiones. Abbas Siculus.*

Illud autem penitus interdicitur, ne quis in electionis negotio procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco, de quo debeat aduocari, iusto quoque impedimento detentus venire non possit: super quo, si opus fuerit, fidem faciat iuramento, & tunc si uoluerit, vni committat de ipso collegio vicem suam.

*Præcipit electiones solenniter publicari, & clandestinas reprobari. h. d. vsque ad finem. Abbas Siculus.*

Electioes quoque clandestinas reprobamus, & statuentes, ut quam cito electio fuerit celebrata, solenniter publicetur.

Idem

Idem in eodem.

*Consentiens electioni de se facta per abusum potestatis secularis, efficitur ineligibilis ad dignitatem, & electio est nulla. Eligentes autem a beneficiis per triennium suspenduntur, & tunc sunt priuati potestate eligendi.*

Capitulum. xliiii.

Quisquis electioni de se facta per secularis potestatis abusu consensit, contra canonicam libertatem: & electionis commodò careat, & ineligibilis fiat, nec absque dispensatione ad aliquam valeat eligi dignitatem. Qui uero electionem huiusmodi, quam ipso iure irritam esse ceterum, presumpserint celebrare: ab officiis & beneficiis penitus suspendantur per triennium, eligendi tunc potestate priuati.

Idem in eodem.

*Si prelatus per negligentiam confirmauit indignum electum ad regimen animarum, perdit potestatem confirmandi: primum successorem, & a perceptione proprii beneficii suspenditur, & promotus deicitur. Si uero per malitiam hoc fecit: grauius punitur. Electi uero immediate subiecti papa, per se aut per personam instruat, debent adire papam, & petere confirmationem. Et si sunt electi in concordia & ualde remoti, uidelicet ultra Italiam constituti, interim administrant, ita tamen, quod nil alienent: benedicuntur autem & consecrantur prout consueuerunt.*

Cap. xliiii.

Nil est, quod ecclesiae dei magis officiat, quam quod indigni adsumantur prelati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo adhibere ne cessariam medelam, irrefragabili constitutione sancimus, quatenus cum quisquam ad regimen animarum fuerit electus, is ad quem pertinet ipsius confirmatio, diligenter examinet & electionis processum, & personam electi: ut cum omnia rite concurrerint, munus ei confirmationis impendat: quia si secus fuerit incaute praesumptum, non solum deiciendus est in digne promotus, & uerum etiam indigne promouens puniendus. Ipsum quoque discernimus hac animaduersione puniri: ut cum de ipsis consisterit negligentia, maxime si hominem insufficientis scientiae, vel inhonestae uita, vel aetatis illegitimae approbauerit: non solum confirmandi primum successorem illius careat potestate, uerum etiam (ne aliquo casu poenam effugiat) a perceptione proprii beneficii suspendatur, quousque (si æquum fuerit) indulgentiam valeat promereri. Si uero conuictus fuerit in hoc per malitiam excessisse, grauiori subiacet uitioni.

Episcopi quoque tales ad sacros ordines & ecclesiasticas dignitates promouere procurent, qui commissum sibi officium

dicat

\* al. hac.

\* Vide. l. qui catu. c. glo. ff. de vi pub. §. l. malum. §. vi. dua. ff. de verbo. si. gifi.

\* al. inq. rant.

\* Vide. l. non dubit. C. de legi. §. glo. in ea. unico, ut eccle. bene. in ver. de oc. culis.

\* Vide. l. si constat. & Barto. ff. de ad. pel.

\* Vide. l. seruos. C. ad leg. in. de vi pu. §. l. nemo deinceps ad fi. C. de epis. audi.

digne valeant adimplere, si & ipsi canonicam cupiūt effugere vltionem. Ceterum qui ad Romanum pertinent immediata pontificem: ad percipiendam sui confirmationem officij, p̄ius se conspectui (si commode fieri potest) personaliter representent, aut personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super electionibus & electis possit haberi: vt sic demum \* per ipsius circumspectionem consilij, sui plenitudine officij adsequantur, \* cū eis nihil obstitit de canonicis institutis: ita quod interim valde remoti, videlicet vltra Italiam constituti, si electi fuerint in concordia, dispensatiūe propter necessitates ecclesiarum, & vtilitates in spiritualibus & temporalibus administrant, sic tamē vt de rebus ecclesiasticis nihil penitus alienent. Munus verō benedictionis, seu consecrationis recipiant, sicut hactenus recipere consueverunt.

Honorius tertius, capitulo Constantinopolitano.

*Expense necessariae, quas facit capitulum pro electione praelati, de bonis praelaturae debent fieri, vel reddi. Cap. xlv.*

**V**T praeferat: & infra. Praesentium auctoritate statuimus, vt expensae necessariae, quas capitulum Constantinopolitanū, vel eius nuncij vacante sede pro electionis negotio fecerint, de bonis patriarchatus sūt totaliter, vel reddatur: Dūmodo ipsi bona decedētis patriarchae nō occupēt vel vsurpēt.

Idem electo Lugdunensi.

*Electio post collationem ex intervallo celebrata, non valet, h. d. secundum opinionem magis communem. Cap. xlvii.*

**C**Um post petitam instanter, & demum obtentam, quondam Lugdunensis archiepiscopi cessionem, vota canonicorum Lugdunensium in te tunc ipsorum praepositum concorditer conuenissent: Quia tandem examinatio (sicut decuit) processu electionis tuae, inuenimus eam post publicationem consensuum, & collationis tractatum, aliquandiu fuisse protractam, ad sensumque tuum prius, quam electus fueris requisitum: electionem eandē (ex ipsius dumtaxat inordinato processu) \* iustitia cassauimus exigente.

Idem Eboracen. priori & magistro Guidoni de Canopo.

*\* vide an the. de heredi. & Fal. §. i. ordinatū. col. i. & vii. q. i. iii. hil.*

**M**onachus vnus monasterij alterius factus abbas, in electione abbatis prioris monasterij vocē non habet, etiam si tale ius ab abbate & monachis prioris monasterij sibi fuit reseruatū. *Ca. xlvii.*

**C**onstitutis in praesentia nostra procuratoribus sancti Thaurini Eboracen. & sancti Leofredi de cruce abbatum: & infra. Cū autem procuratores ipsorum abbatum iussu essent exprimere, quo iure ipsi abbates deberent electioni ab-

batis

batis Fisco. monasterij interesse: responderunt, quod olim cū adsumerēt in suorum monasteriorū abbates, fuit specialiter indultum eis ab abbate & conuentu monasterij Fisco. vt haberent vocem in capitulo eorundem. Nos autem rationem huiusmodi friuolam reputantes, super hoc perpetuum silentium imponimus abbatibus supra dictis.

Idem Rothomagensi capitulo.

*Electio debet fieri verbo, & de illo, in quem consenserit maior pars capituli, & non respectu aliarum partium. Cap. xlviii.*

**E**cclēsia vestra destituta pastore, & votis vestris, cū de futura praelati haberetis successione tractatum, in diuersa diuisis, quidam in Thomam, quidam in cancellarium, & quidā singulares in singulares personas eiusdē ecclesiae consensistis.

Verū cū super his in nostra & nostrorū fratrum praesentia multa fuissent hinc inde proposita, inuenimus quōd illi, qui sua in Thomam desideria dirigebāt, licet maiore partem facerēt partium comparatione minorum, \* non tamen ad maiorem partem capituli peruenerunt. Considerauimus nihilo minus, quōd post publicationem consensuum, & collationis tractatū ad electionem nullus habitus est processus, quamuis de portationis solennitas etiam post adpellationem legitimam fuerit subsecuta, quam pro electione nec deceret, nec etiam expediret haberi. Vnde quod factū est de T. praedicto, cassauimus, petitione consentientium in cancellarium non admissa.

Gregorius nonus.

*Non professus, in abbatem eligi non potest. Cap. xlix.*

**C**Um in magistrū adsumi non debeat, qui formā discipuli non adsumpsit, nec sit praeficiendus, qui subesse non nouit: nos intellecto per te, quōd in quibusdam regularibus domibus iure tibi dioecetano subiectis, sunt quidam in abbates non p̄fesi ordinem regularem adsumpti: Mandamus, quatenus cū abbates tales esse non debeant, qui per professionem monachi & regulares canonici non fuerint, ad amotionē eorum, quos tales inueneris (sublato adpellationis impedimēto) procedas.

Idem Cuman. capitulo.

*Electio facta à non maiori parte capituli, & omissa collatione, non valet. Capitul. l.*

**C**um ecclesia pastoris solatio destituta, & congregaris die ad celebrandam electionem praefixa, qui praesentes erant de Cumanis canonicis, ac tribus abbatibus, qui vocem in electione

c iij

electione habere noscuntur, capellani & clerici ciuitatis electioni se debere interesse dicentes, sub huiusmodi protestatione admissi fuerunt, quod vox eorum, qui non deberent interesse de iure, vel de consuetudine non valeret. Tandem praemisso iuxta formam concilij generalis scrutinijs. de canonicis, vnus abbatum, xj. capellani, & nouem clerici in eiusdem ecclesiae archiepiscopbyterum conuenerunt: nouem canonicis, vno de abbatibus, vno capellano, & xj. clericis in ipsius ecclesiae archidiaconis dirigentibus vota sua: & infra. Cum decem & octo fuerunt canonici, tres abbates. xx. clerici, & xiiij. capellani, neutram electionem comperimus ad maiorem partem totius capituli peruenisse, nec probatum fuerat, quod clerici admitti debuissent, nec quod capellani admissi fuerint de consuetudine, vel de iure. nam & si capellani electionibus episcoporum interfuerint, & scrutatores dederint voluntatum, non tamen inquisita vota sua fuisse, vel eos aliquos elegisse probatur, sed & si inquisita fuissent vota, vel ipsi aliquos elegissent, per hoc tamen non constitit id eis de iure competere, vel ex consuetudine iam praescripta. Vnde nos electiones ipsas praesumptas etiam contra formam concilij generalis, cum collatio in communi omissa fuerit, quae post publicationem scrutiniij fieri debuisset: de f. no. cō. sententialiter duximus irritandas, electores hac vice eligendi potestate priuantes.

Idem abbat Cluniacē.

*Per compositionem factam: cum praelato & capitulo, non potest eius eligendi competere laico, etiam patrono in ecclesia collegiata. Capitulum. li.*

SAcro sancta Romana eccle. & infra. Sanè proposuisti in nostra praesentia, quod super ordinatione prioris monasterij sancti Pancratij ad Cluniacē. ecclesiam pertinencis \* cui comite de Valernia patrono ipsius, quidam praedeceffor tuus de contentu capituli sui compositionem quandam iniurii contraria, \* & ecclesiae ipsi damnosam, videlicet vt in optione sit ipse comitis adsumere ad prioratū dicti monasterij (Cluniacē. & de Charitate priorib⁹ dumtaxat, exceptis) vnus de duobus melioribus totius Cluniacē. ordinis, quos abbas duxerit nominandos: & infra. Adtendentes itaque, quod ius eligendi in collegiata ecclesia non cadit in laicum. & idco sit esset perniciosum exemplo, & redundaret in dispendium ecclesiasticae libertatis: volumus vt dictum prioratū liberè possis (non obstante compositione ipsa) sicut alios prioratūs tibi subditos ordinare, de iurisdictione ordinatione factā patrono, vt

suum

suum si voluerit honestum \* imparciatur ad sensum.

Idem decano & Cap. sancti Ioannis & sancti Stephani Bisuntinae.

*Si per Papam mandatur habentibus eligere, quod eligat cum consilio aliquorum: alioquin consiliarii provideant: eligentes debent consilium requirere in tractatu electionis, & congruo tempore expectare responsum: alia electio non tenet. Cap. lii.*

CUM in veteri lege: & infra. Porro iadudum vobis dedimus in mandatis vt intra quadraginta dies post susceptionem literarum nostrarum cum consilio sancti Benigni & Morismundi abbatum, & fratris S. de ordine praedicatorum, eligeretis personam idoneam canonicè in pastorem: alioquin dicti consiliarij vobis de archiepiscopo prouiderent. Verum die ad eligendum praefixa, sex ex vobis potestatem eligendi distis, vsque ad consumptionem cuiusdam candelae, quae ibidem accensa extitit duraturam. Tandem cum electores huiusmodi conuenissent in praedictum abbatem sancti Benigni, & super hoc faciorum eius consilium requisissent: proponente vno ex illis, quod deliberato consilio responderent: & differentibus eis festinanter dare responsum, praefati electores (cum candelae ipsa deficeret) non expectato ipsorum consilio dictum abbatem in Bisuntin. archiepiscopum elegerunt: & infra. Relato ergo ad apostolicam sedē negotio: archiepiscopo Vienen. & abbati de Firmitate iniunximus, vt si constaret ab eisdem electoribus de electione tractatum fuisse habitum, & in tractatu electionis \* praedictorum consilium requisitum, electione \* ipsius abbatis (si persona esset idonea) confirmarent. Quod si in tractatu electionis non fuisset illorum consilium requisitum, licet postea requisitum fuerit non competenti tempore, nec etiam expectatum responsum ipsorum, aut non esset idoneus idem abbas: quod de ipso factum erat, tanquam inualidum irritaret: & infra. Cum autem compertum non fuerit competentem tempore requisitum consilium de persona praedicti abbatis, & quando extitit requisitum, non fuit expectatum responsum nisi modo tempore, nec debeat aliis imputari, quod in tantum illi sibi tempus arctarant: electionem abbatis ipsius, non personae, sed electionis vicio, duximus irritandam.

Idem episcopo Siluaneften.

*Si maior pars capituli scienter eligit indignum, valet electio de digno à minori parte etiam ex eodem scrutinio facta. hoc dicit, secundam veriorum intellectum & intrinsecum.*

Capitulum. liii.

e iij

Cōgregato

\* alias, hō nese.

\* alias, e-lectione.

\* vide. l. 2. §. sed si quis. ff. si quis can.

\* al. per-ueniente.

\* vide. l. nō dubit. cū not. C. de leg. & xxv. q. ii. imperiali.

**C**ongregato Niuerneſi. capitulo ad electionem futuri paſtoris. xij. in decanum, & xvij. (computato procuratore cuiuſdam abſentis) in cantorem ipſius eccleſiæ conuenerunt: qui cūm plures in eam, & pauciores in alium ſua deſideria direxiſſent, à parte ſua electus extitit in paſtorem eccleſiæ Niuerneſi. Poſtmodum credente parte decani, quòd alij plurimū deliquiſſent eligendo perſonam ſcientiæ literalis expertem, propter quod illis ſecundum ſtatuta Lateran. concilij ipſo iure eligendi potestate priuatis, potestas eligēdi ad eos extitit deuoluta: decanum ipſum, qui in cum ſua vota direxerant, in ſiū episcopum elegerunt, ad ſedem apoſt. adpellantes: & infrā. Reliquis petentibus vt irritare decani electionem adtentatā à paucioribus, & poſt aliam non caſſatam, ac confirmare reliquam veluti canonicè celebratā à pluribus de perſona idonea dignemur. Nos igitur mandamus, quatenus ſi dictus cātor defectum in literatura non patitur, & aliàs eſt idoneus ad regimen paſtorale, ipſius electionem procuret auctoritate noſtra (infirmata reliqua) cōfirmare. Alioquin (ipſius cantoris electione irrita nunciata) prænominatum decanum (ſi nihil ei de canonicis obſtiterit ſtatutis) eadem auctoritate præficiat eccleſiæ memoratæ.

Idem Siluaneſtē. episcopo, & Ioan. de monte mirabili archidiacon. & ſuccentori Pariſienſi.

*Habens plures dignitates vel plura beneficia curata ſine diſpenſatione Pape, ineligibleis eſt. h. d. quòd ad titulum. Cap. liiii.*

**V**dum eccleſia Rothomagenſi. paſtoris ſolatio deſtituta, cōtra electionem, quæ in eadem \* eccleſia fuerat celebrata, archidia. & quidam alij cuiuſdem eccleſiæ canonici ad ſedem apoſt. acceſſerunt. Dicto verò archid. pro ſe ac parte ſua, & G. archid. procuratore illorum, qui electionem celebrauerant, in noſtra præſentia conſtitutis, inter alia, quæ contra electum obiecta fuerant, archidiacon. propoſuit memoratus, quòd idem electus poſt generale concilium archidiaconatum Ambianē. adeptus, ipſum cum pluribus parochialibus eccleſiis, quas ante idē concilium obtinuerat, retinere præſumpſit, eoque dimiſiſſo \* retinuit eccleſias memoratas. Vnde cūm in eodem concilio ſit ſtatutum, vt quicūque receperit aliquid beneficium curam animarum habens adnexam, ſi prius tale beneficium obtinebat, eo ſit ipſo iure priuatus: & ſi forte illud retinere contenderit, etiā alio ſpolicetur: prædictus electus contra huiuſmodi veniens ſtatuta, tranſgreſſionis notam, necnon cupiditatis vitium (quod in aliis reprobare debuerat) ex pluralitate benefici-  
ciorum

ciorum incurrit. Et retinendo beneficia, quæ nō ſpectabant ad ipſum, (cūm poſt receptionem alterius priora beneficia vacauerint ipſo iure) rem contrectauit per conſequeſ alienam, & ſic factum commiſit quodammodo vel rapinam. In ſua quoque ſalutis & multarum animarum diſpendium prædictas parochiales eccleſias retinebat, cūm earum cura, qua iam priuatus fuerat, ipſo iure, ad eum nullatenus pertinere: & ſic per ipſum eodem animæ damnabiliter ſunt deceptæ. Verū procurator eorum, qui elegerant ipſum, & ſi pluralitatem beneficiorum huiuſmodi coram nobis profiteretur in iure, per conſeſionem tamen Rothomagenſi. archiepiscopum nobis exhibitam, eundem electum niſi \* eſt multipliciter excuſare. Nos igitur dictā excuſationem, vt pote friuolam nullatenus admittentes, \* vobis dedimus in mandatis, vt ſi conſtaret, quòd idem poſt receptum archidiaconatum prædictum curam animarum habentē, præfatas parochiales eccleſias electionis tēpore retineret, nec oſtenderet ſecum per ſedem apoſtolicam ſuper hoc diſpenſatam, electionē illius auctoritate apoſtolica caſſaretis: & infrā.

Partibus ergo propter hoc in veſtra præſentia conſtitutis, præſtito quoque \* iuramento de veritate dicenda, & factis poſitionibus & reſponſionibus hincinde, tandem eodem decano præſentia quorūdam grauaminum ad noſtram audientiam adpellante, vos electionem huiuſmodi irritantes, eidem eccleſiæ de Genoman. episcopo prouidiſtis: & infrā. Licet autem poſitiones \* & reſponſiones ſuper pluribus articulis factæ fuerint coram vobis, quia tamen conſteſtationem litis non inuenimus eſſe factam (cūm non per poſitiones & reſponſiones ad eas factas, \* ſed per petitionem in iure propoſitam & reſponſionem factam conſteſtatio litis fiat) \* eundem proceſſum de fratrum noſtrorum conſilio irritum duximus nunciandum. Tandem archidiaconus electionem ex præmiſſa cauſa petiit irritari, electo reſpondente prædicto, quòd non erat eius electio irritanda. Lite verò coram nobis legitime conſteſtata, præſtitoq; de veritate dicenda à partibus iuramento, idem electus etſi conſteſteretur ſe dicta beneficia electionis tempore tenuiſſe: tamē excuſare ſe ſuper hoc nihilominus nitēbatur, \* quia videlicet dictum archidiaconatum non credebat curam animarum habere. Sed cū in iure conſeſſus fuerit, & archidiaconus Ambianē. de conſuetudine ſuſpēdit, excōmunicat, & abſoluit præbiteros & priores, & parochiales eccleſias interdicit, necnon archidiaconus viſitat, & inquirat, quæ viderit inquirenda, & procuraciones ratione viſitationis recipit, euidenter adparet, quòd curam habet animarum adnexam: quam ſi etiam non ha-

\* al. viſus  
\* vide. l. liberto. §. ſina. ff. de neg. geſt.  
\* al. præſtitoq;  
\* vide. l. hæres. & ſeq. ff. de per. hæ. & l. Callus. §. & quid ſi tātū. ff. de lib. & poſt.  
\* aliàs, habitas.  
\* vide. l. deſenſor. §. qui interuogatur. ff. de iter. act. & l. i. c. de diuer. reſer.  
\* aliàs, vt debatur.

beret,

beret, negare nõ potest, quin personatus existat, cum idem de personatibus, quod & de beneficiis curã animarũ habentibus iudiciũ sit habendũ. Insuper indulgẽtiã, quam super hoc adferit se habere, inualidã reputauimus, cum in ea falsitate suggesterit, & suppresserit veritatem, qua tacita vel expressa ipsã nullatenus habuisset. Suggestit enim, quod prædictas parociales ecclesias antequam fuisset in archidiaconum assumptus, canonicè fuerat adfectus, cum nullus potuerit plures parociales ecclesias obtinere, nisi vna penderet ex altera, vel vnam intitulatã, & alterã commendatã haberet. vnde cũ idem vtrãquẽ illarum intitulatã haberet: ipsas nequiuit canonicè habuisse. Item suggerens, quod reditus personatus sui erant tenues & exiles, suppressit, quod alios reditus in pluribus ecclesiis noscitur obtinere. Suppressit etiam, quod plures parociales ecclesias cũ pluribus aliis beneficiis in diuersis ecclesiis obtineret: cũ intentionis nostræ non fuerit secum in tot beneficiis (præsertim habentibus curã animarum) dispensare, nec intentionis nostræ fuerit aliquid ei de nouo cõcedere, sed vt per indulgentiam posset habita licitè retinere: & infra. Tandem cũ non restaret, nisi proferenda sententia, idem tam iuri (si quod ei competere videbatur) q̃ liticelsit spontanea voluntate, cuius cõsensionem duximus admittendam.

\* vide.l. postquã liti. C. de

past. & Bar.in.l. qui Ro. ma. S. duo fratres. ff. de verbo. obliga.

\* vide.l. qui habebat. ff. de leg. iij. l. si pluribus. & ibi Bar. ff. de lega. iij.

Idem.

*Irrita est electio, quam collatio non præcessit, vel que facta nõ est à maiori parte capituli, vel que non fuit cõmunis.* Cap. lvi.

IN Genesi legitur: & infra. Cum in concilio caucatur, vt maior pars capituli consensit: & in Guil. maior pars totius capituli non consenserit, quanquam maiorem partem habuit partium comparatione minorũ. Nec plenè numeri ad numerum, quia vtrum G. & H. de quibus aduersarij referunt questionem, in electione vocem habuerint, tractatum non extitit nec discussum: nec zeli ad zelum, nec meriti ad meritum collatio facta fuerit. Nec etiam electio communiter celebrata, quoniam licet in eundẽ Gu. singulariter singuli consensissent, non tamen debuit subsequi singularis electio, sed cõmunis, ne vel idem repeti videretur, vel ex hoc sequeretur absurditas, vt tot essent electiones, quot essent numero eligẽtes: Nec ex singularibus vel particularibus consensibus adpareret vniuersalis electio vel communis, licet quilibet singularis veritatem exprimat suæ partis: quemadmodũ ex singularibus propositionibus (licet veris) vniuersalis propositio non adparet: nisi per signum

signum

signum vniuersale forsitan exprimat. Nec præmissi duo canonici poterant sic excludi, cũ primus existeret in canonicatus possessione, vel quasi habendo stallum in choro, locum in capitulo, legendo & cantando vt canonicus, & ad tractatus ac electiones dignitatum & personatum, quæ occurrerunt pro tempore faciendæ, tanquam canonicus sit vocatus: quanquam hac vice fuerit cum protestatione admissus: secundus vero esset in tali loco, de quo fuerat ad electionem vocatus: cũ de toto regno Franciæ vocentur absentes de consuetudine ecclesiæ Gallicanæ. Nos his plenius intellectis, de con. f. n. premissam electionem vtpote contra formã concilij adtentatã, decernimus irritã & inanem.

\* vide.l. certis. C. de reuicid.

Idem Cap. Massano.

*Non valet electio pontificis per laicos & canonicos facta, etiã si hoc habeat consuetudo. h. d. & quotidie solet allegari.* Cap. lvi.

MAssana ecclesia pastore vacante: & infra. Edicto per tuo prohibemus, ne per laicos cum canonicis pontificis electio præsumatur. Quæ si fortè præsumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem. Non obstante contraria consuetudine, quæ dici debet potius corruptela.\*

\* alias Messana.

\* vide.l. oēs indi-

Idem Cap. Cathalañ.

*Non sufficit ad cõfirmationem electionis, quod sit facta à maiori parte capituli, nisi etiam illa pars sit sanior.* Cap. lvij.

Ecclesia vestra destituta pastore conuenientes in vnum (absente Guil. qui tunc noluit interesse) ad celebrandã electionem terminum statuitis. Veniente verò termino, & Guil. dicto (cũ absens existeret) non vocato: præmissio iuxta formã concilij generalis (scruinio. xiiij. magistrum G. presbyterum cardinalem concanicum vestrum, & xvij. R. Remen. canonicum elegerunt, præfato G. postmodum electioni eiusdem R. suum præbente consensum. Tandem procuratoribus vtriusque partis in no. præ. constitutis, allegabatur pro electione dicti R. quod cũ in. iij. excederet aliam computato Guil. prædicto maiorem capituli partem habebat, & per hoc debebat pars sua sanior reputari, cum vbi maior numerus est, zelus melior præsumatur.\* Pars verò altera electionem eandẽ multipliciter impugnabat, proponens prænominatum R. in ætate pati defectum, neque esse sufficientis scientiæ ad ecclesiam supradictã, cũ ætatis mature, & eminentis scientiæ præfatus cardinalis existat. & cũ electores cardinalis alios meritis & auctoritate præcellerent: habito præsertim respectu ad personam electã: meliorem zelum eos habuisse constabat.

ces. cũ no. C. de dec.

lib. x. i. gl. i. & i. au. thent. vt nulli iudi. S. i. in gl. magna. col. ix.

\* vide.l. ita stipulatus. S. tunc dicitur est. ff. de ver. oblig.

batur



batur præterea, quod consensus dicti Guil. (quem pars eiusdem R. confitebatur fuisse contemptum, adserente parte reliqua capitulum potius contemptum ab ipso fuisse) cum nõ fuerit consensus præstitus in scrutinio, sed post electionem accesserit, adiciere nil valebat: & infra. Denique statutum gene. concii. quod electionem decernit inualidam, cum contra eiusdem concilij formam in electione peccatur, non debet ad cõtempum & alia, quæ non sunt de forma, referri. vnde quod ibi dicitur, quod aliter electio celebrata non valcat, ea respicit tãtum, quæ adtentantur contra formam concilij memorati: nõ autem alia, quæ ponuntur ibidem, sicut est istud quod præsentibus omnibus, qui debent, volunt, & possunt commodè interesse, haberi debeat in electione processus, ne cætera, quæ super hoc alibi statuta noscuntur vno verbo videantur euercti. Neque enim credendum est Roma. ponti. (qui iura tuetur) quod aliàs exco-  
 gitatum est multis vigiliis & inuentum, \*vno verbo subuere-  
 re voluisse. Nos ergo, quæ hinc inde fuere. pposita plenius  
 intellectis (cum ex Lateran. concilio in ordinationibus eccle-  
 siarum maior & sanior pars capituli exigatur, & statutum gene-  
 ralis concilij contineat inter cætera, vt is eligatur, in quem om-  
 nes vel maior & sanior pars consentit) electionem dicti R. nõ  
 personæ, sed potius electionis vicio (cum maior & sanior pars  
 non consenserit in eundem) de fratrum nostrorum consilio du-  
 ximus sententialiter irritandam.

Idem.

Publicato scrutinio, non possunt electores variare, sed compelli  
 debent ad collationem & electionem. Capitulum. lviij.

Publicato scrutinio, variare nequeunt electores, Cum sit  
 faciendi collatio, & electio celebranda. Ad quod per su-  
 perioiorem, si oportuerit, compellantur.

Idem.

Cassata electione propter simoniam etiam sine culpa electi, non  
 dispensat episcopus ea vice cum cassato: secus si electus libere resi-  
 gnauit. h. d. secundum intellectum glossæ. ii. in fi. Capitulum. lxi.

Si alicuius electionem propter simoniam, eo ignorante ac ra-  
 tum non habente, commissam contigerit reprobari: cum eo  
 super prælatione: \*ad quam taliter fuerat electus, illa vice non  
 potest episcopus dispensare. Quamuis circa eum, qui igno-  
 rãter recipit simplex beneficium per simoniam ac prauitatem,  
 post liberam resignationem episcopi dispensatio toleretur. \*

Idem.

Electoibus impeditis curri tempus, si possunt impedimentum  
 tollere.

\* Alias.  
 Nec eni.  
 \* Vide. §.  
 quorũ in-  
 sti. in pte.  
 & i. auth.  
 vt ind. si-  
 ne quo.  
 suff.

\* alias po-  
 sultatiõe.  
 \* vide. l.  
 nihil. §. si-  
 cut filius.  
 ff. de in-  
 offi. testa.

tollere.

Capitulum. lxx.

His quibus \*interdicitur vt absque superioris licentia eli-  
 gere non præsumant, tempus statutum à canone currit,  
 ex quo in mora fuerint licentiam huiusmodi postulandi. \*

\* alias, eni  
 quibus.  
 \* vide. l.

De translatione episcopi. Tit. vij.

Innocentius. iij. Antiocheno patriarchæ.

Patriarcha, qui confirmatum in archiepiscopum, transfert ad  
 sedem episcopalem, ab episcoporum confirmatione suspenditur.  
 Ioan. And. Bar ff. de  
 Capitulum primum. verb. obl.

eu qui ita  
 S. f. cum  
 glo. ma-  
 gna. et ibi  
 Bar ff. de  
 verb. obl.



Vm ex illo generali priuilegio, quod beato Petro  
 & per eum ecclesiæ Roma. dominus noster indul-  
 sit, canonica postmodum manauerint instituta \*  
 continentia maiores ecclesiæ causas ad apost. sed.  
 perferendas, ac per hoc translationes episcopo-  
 rum ac sedium mutationes ad summum apostolicæ sedis anti-  
 stitem de iure pertineant, nec super his quicquam præter eius  
 ad sensum debeat immutari. Miramur quod L. Apameñ. ele-  
 ctum in Tripolitanam ecclesiam transtulisti, & nouo quodam  
 mutationis genere paruificasti maiorem, & magnum quodãmo-  
 do minorasti, episcopare archiepiscopum, imò potius de archie-  
 piscopare præsumens. Licet enim dictus L. nondum fuisset  
 in archiepiscopum consecratus, confirmationis tamen munus  
 receperat, & archiepiscopalia (quantum ei licuit) ministrarat,  
 sicut nobis ipsius relatione innotuit, qui se Valicñ. episcopum  
 adseruit confirmasse. Ne igitur perpetrandi similia cæteris  
 audacia tribuatur, te ab episcoporum confirmatione duximus  
 suspendendum. \*

\* alias, sta-  
 tata.

Idem decano & capitulo Andegauē.

Electos in episcopos & cõfirmatos, trãsserre potest solus papa.

Capitulum secundum.

\* vide. l.  
 i. C. ad le.  
 Jul. repe-  
 & insti-  
 de excep-  
 §. hodie.

Inter corporalia & spiritualia eam cognouimus differētiã,  
 quod corporalia facilius destruantur, quàm cõstruatur: spiri-  
 tualia verò facilius cõstruuntur, quàm destruantur. Vnde iuxta  
 canonicas sanctiones episcopus solus honorem dare potest, so-  
 lus auferre non potest. Episcopi quoque à metropolitanois iura  
 munus consecrationis accipiunt, qui tamen nõ possunt, nisi per  
 Ro. pon. cõdemnari. Cum ergo fortius sit spirituale vinculum,  
 quàm carnale, dubitari non debet, quin omnipotens deus spiri-  
 tuale coniugium, quod est inter episcopum & ecclesiam, suo  
 tantum iudicio referuauerit dissoluendum, qui dissolutionem  
 etiam carnalis coniugij, quod est inter virum & fœminam, suo  
 tantum

tantum iudicio referuauit: præcipiēs, vt quos deus coniunxit, homo non separet. \* Non enim humana, sed potius diuina potestate coniugium spirituale dissoluitur, cum per translationē, dispositionē, aut cessionem auctoritate Ro. pon. quē cōstat esse vicarium Iesu Christi, episcopus ab ecclesia remouetur: & ideo tria hæc quę premisimus, non tam constitutione canonica, quā institutione diuina, soli sunt Ro. pon. referuata. \* Sicur autem episcopus consecratus sine licentia Ro. pon. suam non debet ecclesiam derelinquere, sic & electus confirmatus: cum non debeat in dubium reuocari, quin post electionem & confirmationem canonicam inter personas eligentium & electi coniugium sit spirituale contractum, cui profecto episcopalis dignitas nihil addit: cum quis episcopali præditus dignitate, nullius tamen ecclesię possit esse episcopus: quemadmodum de illo contingit, qui oneri pontificali renunciat, non honori. Vnde cum non sit maius vinculum episcopi ad ecclesiam, quā electi, maxime cum fuerit confirmatus, \* imò idem penitus & nõ aliud, idem iuris obtinet in veroque. *Sicut ergo episcoporum translatio, depositio, & cessio, sic & electorum post confirmationem (spiritualis coniugij ratione) tolli est Romano pontifici referuata, licet vsque ad tempora ista, quod cautum fuerat de episcopis, expressum non fuerat de electis: propter expressam tamen similitudinem, vel identitatem potius nemini poterat videri dubium subtiliter intuenti: cum de similibus idem iudicium sit habendum. Sed neque istud, quod in canone legitur de electo, vt si ultra sex menses per suam negligentiam retinuerit ecclesiam viduatam, nec ibi, nec alibi donum consecrationis accipiat, imò metropolitani sui cedat iudicio: aliter intelligentibus poterat suffragari: cum non intelligatur ecclesia viduata, quasi sponsum non habeat, sed quia sponsus eius nondum sit consecratus, adhuc quod ad quedam quasi viri maneat solatio destituta: sicut iuxta communem modum \* loquendi \* illa dicitur ecclesia viduata, quę licet episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere. Nec quod de cessione subsequitur, & statuum fuit ad penam, trahi debet ad gratiam: vt sicut metropolitani iudicio electus deiicitur, ita etiã ad aliam ecclesiã possit transferri, præsertim cum nec sine auctoritate Romani pontificis fiat cessio vel deiectione memorata: qui vt hæc possent, ex illa ratione, metropolitano, indulsit. Vnde si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat: de translatione poterat expressisse: & quod non est sanctorum patrum decreto sancitum, superstitiosis non est adinventionibus præsumendum, præsertim cum nonnunquam intelligatur prohibitum, quod*

non

non inuenitur concessum. Sanè quoniam Turonē. archiepiscopus electum Abriecē. per metropolitanum suum confirmatum, in ecclesiam vestram præter auctoritatem sedis apostolicę transferre præsumpsit, & in episcopum consecrare, quę Rothomagen. archiepiscopus citra mandatum nostrum absoluit, & ei licentiam tribuit transferendi: prædictos archiepiscopos à consecratione & confirmatione pontificali, episcopum vero ab executione pontificalis officij, Bituricē. archiepiscopum iuxta mandati nostri tenorem suspendit. Et quauis iudem archiepiscopi tanquã maiores plus excefferit in præmissis, \* præfatus vero episcopus minus (vt potest illorum tanquam maiorum errorem secutus) nos tamen intellecta eorum confessione spontanea, & supplicatione deuota, veniam errori dedimus, quod non ex malignitate, sed ex simplicitate peccauerunt. \* Et quoniam præfatus episcopus, qui minus peccauerat, seuerius fuerat castigatus, reatum suum recognoscens humiliter & deuote, ac misericordiam postulans, & iudicium non requirens: nos intuentes, quod licet sibi munus consecrationis impensum, nec prioris ecclesię ipsum pontificem fecerit; nec secundæ, cum ad primam non fuerit consecratus, & ad secundam (priori vinculo perdurante) non potuerit canonicè consecrari, adhuc coniugaliter alteri alligatus: ei tam à vinculo prioris ecclesię, quã à pœna suspensionis penitus absoluto, de benignitate sedis apostolicę duximus concedendũ, vt priori consensu hæctenus perdurante, *Andegauē. ecclesiam studeat gubernare.*

Idem episcopo & Petro scholari Maguntinē.

*Episcopus, qui propria auctoritate de sua ecclesia se transfert ad aliam, carebit vtraque.*

*Capitulum tertium.*

Quanto personã Hildesē. episcopi: & infra. Ipse vero relicta Hildesē. ecclesia, ad Herbipolen. ecclesiam auctoritate propria se transfudit: Non attendens quod veritas in euangelio protestatur: Quos deus coniunxit, homo non separet. & potestatem transferendi pontifices, ita sibi retinuit dominus & magister, quod soli beato Petro vicario suo, & per ipsum successoribus suis speciali priuilegio tribuit, & cõcessit: sicut testatur antiquitas, cui decreta patrum sanxerunt reuerentiam exhibendam: & euidenter adserunt sacrorum canonum sanctiones. Non enim homo, sed deus separet, quos Roma. pontif. (qui non puri hominis, sed veri dei vicem gerit in terris) ecclesiã necessitate vel utilitate pensata, non humana, sed diuina potius auctoritate dissoluit: & infra. Ne autē facti peruersi tas trãscã. præsumptoribus in exemplum \* (quod quidem, si verum

\* Vide. l. iij. qui. C. ad legem Jul. de adul. \* Vide. c. quãuis. de elec. li. 6. et. c. vt de bit. infra de adpell. ad finem.

\* Vide. rex. i. p. i. cõstit. C. et. l. Si. chus. l. Pãpilius ff. de ma. nu. testa.

\* Alias. vsm. \* Vide. l. librorum. §. quod ta. men. Cass. ff. de iur. ad pœnam. l. cõtra. l. cõ de la. non. §. a. lina. m. ledinaria. ff. de sun. d. l. leg.

\* Vide. l. i. psbyteria. C. de epis. & cler. ff. de p. a. l. moris. §. ille fer. \* Vide. l. iij. §. ff. de li. cau. & not. in l. plagii. C. ad le. Fla. de pla.

Matt. 19.

\* Vide. l. capitalia. §. pe. ff. de p. e. i. l. si quis in suo. C. de i. in off. test. verum

verum est; non potest non esse notorium) sibi præcipimus vt administrationem Herbipo. ecclesie penitus derelinquat: & infra. Cæterum quoniam Herbipo. ecclesie canonici vota sua in ipsum prorsus illicitè contulerunt, volentes (sicut dignum est) vt in eo puniantur, in quo peccauerunt, eligendi eos hac vice suspendimus potestate: & infra. Quia vero Hildesen. ecclesiam, cui fuerat alligatus, vnde (secundum apostolum) solutionem quærere non debebat, nimis improbè \*dereliquit: ne ad ipsam redeat vltèrius, districtius prohibemus: cum secundum traditiones canonicas, qui ad maiorem se plebem transtulerit, à cathedra repelli debeat aliena, & carere propria: vt nec illis præsideat, quos per superbiam spreuit, nec illis, quos per auaritiam concupiuit.

\* alias, minus prouide.

Idem Bamber. episcopo & scholastico Maguntinensi.

Solus papa transfert episcopos: & indulgentia per eum su. per tali translatione concessa, ad literam seruanda est.

Capitulum quartum.

**L**icet intantum: & infra. Sicut legitimi matrimonij vinculum, quod est inter virum & vxorem, homo dissoluere nequit, domino dicente in euangelio: Quos deus coniunxit, homo non separet: sic & spirituale fœdus coniugij, quod est inter episcopum & ecclesiam, quod in electione inchoatur, ratum in confirmatione, & in consecratione intelligitur consummatum, sine illius autoritate solui non potest, qui successor est Petri, & vicarius Iesu Christi. Hoc autem C. quondam Hildesen. episcopus non attendens, ad Herbipolen. ecclesiam propria temeritate transtulit: & infra. Nec illa præd. no. indulgentia presumptione excusat ipsius, sed ambitione adfusar: cum in ea sit expressum, quod si ad maiorem vocaretur forsitan dignitatem, eam sibi liceret adsumere, dum tamen nihil ei de statutis canonicis obuiaret. vnde licet forsitan aliquibus videatur, vt indulgentiæ occasione ipsius ad dignitatem possit transire maiorem, ad parem tamen ipsi transire non licuit: cum in maiori dignitate propter maiorem vtilitatem facilius soleat dispensari. Præterea cum postulatio sicut & electio examinari soleat diligenter, & tenor illius indulgentiæ non solum videatur postulationis examinationem, sed personæ etiam reseruare, subiungens dummodo nihil de canonicis obuiet institutis: antequam per eum postulatio examinata fuisset, cui fuerat facienda: nulla ratione debuere transisse.

Mat. 19.

De authoritate, & vsu pallij. Tit. viij.

Clemens. iij.

Intra quamlibet ecclesiam provincie sue archiepiscopus pallio vti potest: sed extra, non potest. Capitulum primum.



Vm super aliqua re: & infra. Quæsiuiti quomodo intelligatur quod in forma traditionis pallij cõtinetur, videlicet, tradimus tibi pallium, vt eo intra ecclesiam tuam utaris. Quod ita intelligitur, videlicet intra quamlibet ecclesiam provincie tibi commissa \* si vero te sacris indutum vestibus ecclesiam processionaliter, vel alio modo exire contigerit: tunc tuo pallio minime vti debes.

\* vide. l. traditionibus. C. de pact.

Celestinus. iij.

Archiepiscopus alteri archiepiscopo pallium suum accommodare non potest. Capitulum. ii.

**A**D hoc quia quæsitum est à nobis ex parte tua, vtrū liceat: tibi pallium tuum metropolitano alij commodare: & infra. Inquisit. t. r. respondemus, quod non videtur esse conueniens, vt pallium tuum alicui commodes: \* cum pallium personam non transeat, sed quique cum eo debeat (sicut tua nouit discretio) se peliri.

\* vide. l. personale. ff. soluto matri.

Innocentius. iij. C. presbytero cardi. apo. se. legato.

Per pallium confertur plenitudo pontificalis officij, & nomen archiepiscopale. Capitulum. iij.

**N**isi specialis dilectio illa: & infra. Sane si postulatio Troiani episcopi ad Panormitanam ecclesiam fuisset per nos etiam adprobata, non tamen deberet se archiepiscopum adpellare prius, quàm à nobis pallium suscepisset, in quo pontificalis officij plenitudo, cum archiepiscopalis nominis adpellatione confertur. Tu ergo quod factum est, sic studeas palliare, vt id in confusionem tuam, & se. apo. opprobrium non redundet.

Quoniam si oporteat vt nos, vel tu, ex hoc negocio confundamur, eligemus potius te confundi, quàm lædamus se. apo. dignitatem.

Idem. Romanus pontifex semper & vbique vtitur pallio, alij in ecclesijs suis & certis diebus tantum. Capitulum. iij.

**A**D honorem dei: & infra. Sane solus Ro. pontifex in missarum solennijs pallio semper vtitur, & vbique: quoniam adsumptus est in plenitudine ecclesiasticæ potestatis, quæ per pallium significatur. Alij autem eo nec semper, nec vbique, sed in ecclesia sua, in qua iurisdictionem ecclesiasticam acciperunt, certis debent vti diebus. Quoniam vocati sunt in partem

De au-

tem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

Idem Compostellano archiepiscopo.

*Archiepiscopus extra suam provinciam pallio uti non potest, etiam si hoc habeat consuetudo.* *Capitulum.v.*

**E**x tuarum tenore literarum accepimus, quod cum fuerit in concessione pallij tibi dictum, ut ipso intra ecclesiam tuam videreris: & tibi pro ecclesia tua negotiis frequenter extra tuam provinciam commoranti, verendum sit absque pallio ministrare (cum consuetudo sit in Hispania generalis, & archiepiscopi extra suas provincias, pallio indifferenter utantur) ut extra tuam provinciam uti pallio valeas, indulgeri tibi a sede apostolica postulas. Licet autem talis consuetudo dicenda sit potius corruptela, nos tamen de speciali gratia indulgemus tibi, ut si necessitate aliqua prepeditus, ad ecclesiam tibi subiectam accedere forte nequiveris pro consecrandis suffraganeis tuis, vel clericis ordinandis, & ad ecclesiam alienam propter hoc te contigerit declinare: dummodo is, ad quem ecclesia pertinet, id permittat, ut eadem pallio in iam dictis casibus liberam habeas facultatem.

Idem.

*In qualibet ecclesia sua provincie, permissis diebus, archiepiscopus missam celebrans, uti potest pallio.* *Capitulum.vi.*

**C**um sis: & infra. Ubique: fueris in missarum celebrationibus constitutus: diebus solennibus usum pallij, per quod plenitudo pontificij designatur, poteris liberius exercere.

Honorius. iij. archiepiscopo Tri.

*Sine pallio & sandaliis, potest archiepiscopus celebrare.* *Ca. vii.*

**Q**uia nos: & infra. Inquisitioni. t. t. r. n. quod tam in tua, quam in aliena diocesi, potes sine pallio & sandaliis celebrare: qui utique in tua diocesi non debes semper celebrare cum pallio, sed diebus illis duntaxat qui in ecclesia tui privilegii sunt expressi. Sicque soluta est quarta questio, qua quaesivisti, an tibi sit licitum pro defunctis cum pallio celebrare.

De renunciatione. Tit.ix.

Alexander. iij. Baton. episcopo.

*Non datur licentia cedendi episcopo, qui propter senectutem vult cedere, si necessarium vel utile sit ecclesia sua.* *Cap. i.*

**L**iteras tuas: & infra. Si tuam aut senectutem, aut insufficientiam forte considerans, te tanquam immeritum \* postulas relaxari: scito nos credere quod tutius sit hoc tempore si commissa tibi ecclesia sub umbra tui nominis gubernetur, quam si alteri no-

ua incognitaque persone gubernanda in tanto discrimine committatur: maxime quia in te vigor deuotionis & fidei (etiam corpore senescente) non deficit, sed vergete deorsum conditione corporea, feruor spiritus in sublimiora conscendit: & infra. Monemus te igitur ut super hoc diebus istis nulla te facias importunitate molestum, quia indecens omnino probatur prius soluere militie cingulum, quam cedat victori aduersitas praliorum.

Idem Abba. Dolea. & priori de Art.

*Qui abiurat beneficium, licite potest illud (si denovo eligatur) obtinere.* *Capitulum. ii.*

**C**um inter P. Gaufridi & quosdam alios canonicos sancti I. super spirituali beneficio, scilicet stalli in choro, & loco in capitulo, questio fuisset diutius agitata: & infra. Ideoque vobis mandamus, quatenus si praefatum P. inueneritis de consensu maioris partis capituli fuisse de praedicto beneficio auctoritate apostolica inuestitum, eum facias beneficium ipsum pacifice possidere. non enim videtur nobis impedimentum adferre iuramentum, quod de eodem non petendo ulterius proponitur praestitisse, si consensus maioris & sanioris partis canonicorum ecclesiae intercesserit. \*

Idem episcopo Verulano.

*Qui renunciauit beneficio suo, illud repetere non potest.* *Capitulum. iii.*

**E**x transmissa relatione abbatis sancti N. de Ceparano nostris est auribus intimatum, quod P. Rubeus clericus dum infirmitate laboraret, apud monasterium sancti Saluatoris sibi petiit habitum monasticum indulgeri: qui recuperata postmodum sanitate, ad monasterium illud gratia complendi votum accessit: & ibidem moram aliquantulam faciens, ea, quae praedictae ecclesiae sancti N. contulerat, sibi fecit restitui. nunc autem mutato animo laborat, ut restituatur in ecclesia supradicta.

Verum quoniam iam dicta ecclesia ab eo soluta dignoscitur, ex quo ea, quae sibi contulerat, ad petitionem suam resignauit eadem: mandamus, quatenus (si res ita se habet) praedictum abbatem & socios eius ad receptionem P. nulla ratione compellas inuitos: nec a populo \* Ceparano compelli permittas: hortari tamen eos poteris, ut illum non tanquam vnum de ecclesia, sed quasi de nouo recipiant in socium & in fratrem.

Idem episcopo Tornacensi.

*Beneficiatus sine licentia pralati sui, beneficio renunciare non potest.* *Capitulum. iiii.*

f ij Admonet

\*Vide. l. ois iudices. C. de decur. lib. 10. & authentic. ut nulli iudi. §. i. in glo. magna col. la. ix.

\*Vide. l. nulli. cum se. ff. quod cuiusque vni. & l. noiationis C. de decur. lib. 10.

\* Alias, nec ab alio, nec a te. Alias, huic verbo, Ceparano, ad-

iangitur, abbate.

**A**dmonet: & infra. Vniuersis personis tui episcopatus sub districtione phibeas, ne ecclesias tuæ diocesis ad ordinationem tuam pertinentes, absq; ad sensu tuo intrare audeant, aut detinere, aut te dimittere incōsulto. Quod si quis contra prohibitionem suam venire præsumperit, in eum canonicam exerceas vltionem.

Clemens. iij.

*Contra petentem beneficium admittitur spontanea abiurationis exceptio, etiam causa renūciationis non adiecta: contra quam actor replicare poterit, quod non sponte renūciavit: & qui melius probauerit, obtinebit.* Capitulum. v.

\*Vide. l. si mulier, ff. re. amo. & l. sedet si quis. S. nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quiscūq; beneficium multis fortē expēsis & laboribus aduersum, quo sustentari debet, facile sine magna causa, sua sponte resignet: ideoq; superuacuum esse nō credimus, causam resignationis diligētē inquiri \* quā si forte probabilem, id est non vi, nec metu, nec oppressione, nec interuentu pecuniæ, nec promissione, \* extortā iudex inuenit, maximē si non interuenerit iuramentum, quod vix fieri de voluntate propria creditur, quod ferē semper à malo est (nisi replicatio canonica fuerit opposita) admittere non postonat. Porro licet negantis factum, per rerum naturam nulla sit probatio, \* eius tamen qui spontaneam renūciationē negat (cum implicite & quodammodo replicādo inficietur super assertionē suā, habito ad dignitatē & opinionem \* respectu) probationes credimus admittendas.

**S**per hoc quod sciscitaris, vtrū ecclesiastica beneficia repositibus obiecta spontaneæ abiurationis exceptio sine causā cognitione sit admittenda, & an actoris, quod sponte nō renūciavit, an rei de spontanea renūciatione debeant probationes admitti. Sic tuæ experientie respondemus, quod probationes admitti. Sic tuæ experientie respondemus, quod si quis. S. nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quiscūq; beneficium multis fortē expēsis & laboribus aduersum, quo sustentari debet, facile sine magna causa, sua sponte resignet: ideoq; superuacuum esse nō credimus, causam resignationis diligētē inquiri \* quā si forte probabilem, id est non vi, nec metu, nec oppressione, nec interuentu pecuniæ, nec promissione, \* extortā iudex inuenit, maximē si non interuenerit iuramentum, quod vix fieri de voluntate propria creditur, quod ferē semper à malo est (nisi replicatio canonica fuerit opposita) admittere non postonat. Porro licet negantis factum, per rerum naturam nulla sit probatio, \* eius tamen qui spontaneam renūciationē negat (cum implicite & quodammodo replicādo inficietur super assertionē suā, habito ad dignitatē & opinionem \* respectu) probationes credimus admittendas.

\*Vide. l. post rem. ff. de tras. act. & l. i. ff. qua. sem. s. si. adpel. res. \* alias op. positionē.

**I**n præsentia nostra: & infra. Licet igitur iudex non semper ad vnā speciem probationis adplicet mentem suam, sed ex confessionibus, depositionibus, allegationibus, & aliis, quæ in eius præsentia proponuntur, formet animi sui motū, & tanta sit iudicialis autoritas, vt semper pro ipso præsumi debeat, donec contra ipsum aliquid legitime comprobetur: quare si tu coram Dulmen. episcopo & eius coniudicibus nihil penitus probauisses, standum tamen sententiæ fuerat, nisi aduersarius eam ostenderet irritandam. Quia tamen præter ista cōsiliū de

de ipsius renunciacione spontanea per quasdam episcoporum literas & confessionem ipsius, nos ei super eadem abbatia silentium duximus imponendum. Celestinus, iij.

*Qui renūciavit literis beneficalibus, non ideo institutionem factam renūciare videtur.* Capitulum. vii.

**S**ane dilecto filio nostro I. presbytero cardina. tunc apo. se. legato, nos meminimus iniunxisse, vt H. subdiaconum canonicum in Pictauiē. ecclesia instituere procuraret, qui mandatis nostris obtemperans, ibidem instituit in canonicum subdiaconum. memoratum. & infra. Postmodum idem H. quorundam vestrum ductus consilio, literas suas vobis reddens, vestræ misericordiæ se subiecit: & infra. Quia vero vnde misericordiā debuit impetrare, inde cogitur dispendium sustinere: mandatum quatenus (hoc non obstante) ipsum in fratrem & canonicum admittatis.

Innocentius. iij. Nidrosiē. archiepiscopo.

*Renūciatio beneficii facta in manibus laici non tenet, renūciatio tamen est beneficio spoliandus.* Capitulum. viii.

**Q**uod in dubiis & infra. Hi præterea, qui beneficium ecclesiasticum sibi collatum sponte in manum laicam resignantes, illud denuo à laico susceperunt, eodem sunt beneficio spoliandi, \* licet resignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem.

\*Vide. l. quare. S. si venditor. ff. de edil. edic.

Idem Eboracē. archiepiscopo. *Papa concedit licentiam cedendi episcopo, qui sine mortis periculo in ecclesia sua morari non potest.* Capitulum. ix.

**A**d supplicationem Ragusē. archiepiscopi, cum à cura, qua tenebatur ecclesiæ Ragusē. duximus absoluendum, eo quod ibi non poterat secure morari: & si accessum haberet ad illam, mortis sibi periculū immineret: \* & infra. Ne verò idem in vituperium ministerij nostri, defectum in rebus temporalibus patiat: mandamus quatenus beneficium quod de liberalitate regia, ac concessione tua in episcopatu Carleoli, & ecclesia de Malebron est illi collatum, ad sustentationem conferues ipsius. Cui cōcessimus, vt in ipso episcopatu, absq; vsu pallij officium episcopale valeat exercere, tibi tāquam metropolitanano reuerentiam & obedientiam impensurus.

\*Vide. l. si putator. ff. ad legē Aquil. et l. si vt certor. S. commo. datum. ff. commo.

Idem episcopo Arclatē. *Ponit sex causas, ex quibus episcopi possunt petere, & papa consuevit concedere cedendi licentiam, quæ sex causis his versibus comprehendit possunt:*

Debilis, ignarus, male conscius, irregularis: f iij Quem

Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit. **Cap. x.**  
**N**isi cum pridem: & infra. Si in huiusmodi cessione fruge tibi melioris vitæ promittis, scire te debes non esse sanctificato in vtero sanctiorem, & ideo non oportet te predicationis iam susceptæ deserere ministerium, cum ille, cuius fieri baiulus recufabat, tandem prædicandum receperit verbû dei. Quod si forsan humilitatis causa de culmine, quaris pontificalli descendere, eo ipso humilitatis videris eligere male verticē, quod te nimis in resignati proposito exhibes pernicentiam: quia tunc in te veram humilitatem custodies, cum & per eam locû sublimem fugies, & per obedientiam non dimittes. Intuerite itaque volumus, quod hæc sunt illa, per quæ cedendi episcopus licentiâ potest postulare, conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiæ, malitia plebis, graue scandalum, irregularitasq; personæ. sed in his omnibus est obseruanda cautela. Propter conscientiam enim criminis \* cedendi potest licentiâ postulari, & forsan nõ cuiuslibet, sed duntaxat illius, ppter quod ipsius officij executio post peractâ penitentiam impeditur: cum si omnes quos arguit conscientia cuiuslibet culpe cederent, pauci vel nulli in illo ministerio remanerēt: & infra. Alia verò causa, est debilitas corporis, quæ vel ex infirmitate, vel ex senectute: \* procedit: nec tamen omnis, sed illa solummodo per quam impotens redditur ad exequendum officium pastorale. nam si pro qualibet corporali debilitate, susceptæ seruitutis officium possit deserui, frustra fateretur se Apostolum in suis infirmitatibus gloriari: cum interdum non plus hortetur senilis debilitas aliquem cedere, quam moralis maturitas (quæ in senibus esse solet) ipsum in suo suadet officio permanere. pro talibus enim de se dicit Apostolus: Cum infirmor, tunc fortior sum. quia non nunquam corporis infirmitas, fortitudinē cordis augmentat. Pro defectu quoque scientiæ plerunque potest quis perere cessionem: quia cum ipsa circa spiritalium administrationem sit potissimum necessaria, & circa curam temporalium opportuna: \* præsul, qui commissam sibi debet ecclesiam regere in vtrisque, salubriter ei renunciat, si scientiam (in qua ipsam regat) ignorat. Tu enim (inquit dominus) scientiam repulisti, & ego te repellam ne sacerdotio fungaris mihi. eo quamquam & si desideranda sit eminens scientia in pastore, in eo tamen sit competens toleranda: quia secundum apostolum, Scientia inflat, \* charitas autem ædificat: & ideo imperfectum scientiæ, potest supplere perfectio charitatis. Propter malitiam autem plebis cogit interdum prælatus ab ipsius regimine declinare, quando plebs adeo duræ cruciæ existit, vt proficere nequeat apud ipsam, sed

propter

propter eius duritiam, quo magis satagit, eò magis iusto iudicio deficere permittatur: dicente domino per prophetam: Inquam tuam adherere faciam palato tuo: quia domus exasperas est. Et apostoli leguntur dixisse Iudæis: Ecce conuertimur ad gentes: quia verbi dei vos indignos fecistis. Non tamen pro qualibet culpa pastor debet gregem deserere, ne mercenario comparetur, qui videt lupum venientē, & dimittit oues, & fugit: sed de superioris licentia, tunc demum potest non tam timide fugere, quam prouidē declinare, cum oues conuertitur in lupos: & qui debucrant humiliter obedire, iam irreuocabiliter contradicunt: cum etsi tales sint grauius pro crimine puniendi, sunt tamen pro tempore vt iliter tolerandi: quia sanguinem elicit, qui nimis emungit. Pro graui quoq; scandalo euitando (cum aliter sedari non potest) licet episcopo petere cessionem: ne plus temporalem honorem, quàm æternam videatur adfectare salutem, memor illius quod dicit Apostolus: Si esca scandalizauerit fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. Sed inter scandalum & scandalum est subtiliter distinguendum: sic dominus ipse distinxit, cui cum dixisset apostoli: Scis quia Pharisæi auditu hoc verbo scandalizantur? Respondit: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Alibi verò dixit: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspē datur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Personæ verò irregularitas (vt si forte sit digamus, vel viduæ maritus) est causa, propter quam petere potest licentiam aliquis resignandi, adtestante Apostolo, qui dicit: Oportet episcopum esse vnus vxoris virum. Non tamen propter quamlibet irregularitatem personæ debet ei, qui regulariter ministravit, cedendi licentia indulgeri, vt pote si de legitimo matrimonio non sit natus: quia licet irregularitatem huiusmodi non potuerit subtercere, si tamen & culpa laet & causa, cum eo, qui laudabiliter suum impleuit officium (inianctâ sibi penitentia competenti) potest non iniuste vitare, quàm miser corditer dispensari. Ego sum, inquit, deus, zelotes, vindicans peccata patrum in filios, vsque in tertiam & quartam generationem, in his, qui oderunt me, id est, in illis, qui contra me paternum odium imitantur. Vnde patet quod illis, qui paterna vitia non sequuntur, proprie possunt in talibus suffragari virtutes, illo discretionis adhibito moderamine, vt inter nothos & manzeres, naturales & spurios distinguatur: & infra. Verum \* si propter alias causas cessionem adfectes, nõ est in hoc tibi postulanti fauendû: cum huiusmodi postulatio videatur nõ esse discreta, quoniã (vt id tã-

f iiii quam

Exec. 5

Acto. 13.

Joan. 10.

1. Cor. 8.

Matt. 15.

Matt. 18.

1. Tim. 3.

Exo. 20.

\* al. verū tamen.

quam notissimum omittamus, quod ociositas & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseris animas captiundas) propter laboris angustias, aut persecutionis incursum non debes deserere sponsam tuam, cui desigendo manum apud extraneum te fide

*Matth. 5.* media copulasti, sciens quod, Beati sunt illi, qui persecutionē patiūtur propter iusticiā: quoniam cū probati fuerint, accipient coronam vitæ, quam repromisit deus diligētibus se. Sed

*Ioan. 3.* dices: Spiritus ubi vult spirat, & nescis vnde veniat, aut quō vadat, & ideo nō est, qui possit vias illius spiritus persequari, qui verō spiritu dei aguntur, non sunt sub lege: quoniā ubi spiritus dei, ibi liberat. quare si cedendi tibi licentia data ab homine non fuerit, nihilominus tamē cedes: quia data est tibi libertas cedendi à deo. Certè desipis, si sic sapias. nam quomodo spiritu dei agitur, qui cōtra spiritū dei agit? si enim vera sunt, quæ præmissimus (imō quia indubitanter sunt vera) proculdubio contra spiritum dei agit, qui aliquid contra veritatem adtentat, quoniam ipse est spiritus veritatis. Porro si dicas, quod forsan alia est causalatens, propter quam cedendi voluntas tibi cœlitus inspiratur: & nos si quidem respondemus, tu quomodo scis quod talis inspiratio sit cœlestis? nonne recolis quid ille gloriosus pontifex dixit, cū cœpisset viribus corporis repente destitui: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua. illius exemplum secutus, qui dixit: Cupio dissolui, & esse cum Christo, manere autem in carne necessarium est propter vos: & infra.

*Philipp. 1.* Quippe si quancumque virtutum flore refulgeas, & in te non habeas charitatem, nihil te comprobaris habere. nulla si quidem maior poterit esse charitas, quā ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Cū autem propter hęc te deceat animam tuam pro subditis tuis ponere, nulla occasione (dummodo proficere illis possis, & si non omnibus tamē multis) ab eorum regimine te conuenit excusare: quoniam si laboris causam prætendis, exemplum te Apostoli subleuabit, qui suadet tibi laborem huiusmodi non refugere, dum se adserit pro cōmuni salutē plus cæteris laborasse: quia licet nō semper sequatur laborem effectus, nihilominus tamen, ipse labor est meritorium apud deum: iuxta quod legitur: Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum: & infra. Nec putes quod ideo Martha malam partem elegerit, quæ circa plurima sategebat: quia Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea: quoniam licet illa sit magis secunda, ista tamen licet magis fructifera: & licet illa sit magis suavis, hęc tamen magis utilis: cū in fecunditate sobolis lippitudo Liæ, Rachelis pulchritudini

*Ioan. 15.* sit prælatā: quamuis simul in vnum & contemplatiuum esse valeas, & actiuus, legislatoris exemplo, qui nunc ascendebat in montem, ut ibi gloriam domini cum maiori cerneret libertate: nunc verō discēdebat in castra, ut cum utilitate maiori necessitatibus populi prouideret. \* quapropter facilius indulgetur ut ascendat monachus ad præfulatum, quā præful ad monachatum descendat: & infra. Monemus itaque ut laborem pastoralis regiminis non recuses, ne fortassis ad pedes suos cum Maria sperneret te accipere, qui tibi apud te diuertenti spreuiffes cū Martha sollicita ministrare: & infra. Quia verō in postulando cedendi licentiam institisti, tibi te duximus relinquendum, ut distinctis causis, propter quas cedere oportet: si propter aliquam causam vtilē & honestam in huiusmodi proposito perseueres, de licētia nostra cedas: alioquin cedendi licentiam auctoritate apostolica tibi scias esse penitus interdictam: quoniā si penas habēas, quibus latagas in solitudine volare, itā tamen strictæ sunt nexibus præceptorū, ut liberum non habeas absque nostra permissione volatum.

Idem episcopo Fauenti in archiepiscopum Rauē. electo.

*Episcopus, qui propter crimen renunciauit episcopatu, & ad religionē transiit, ad episcopatū readsumi nō potest. Secus si renunciauit propter persecutionē, infirmitatē, defectū scientiæ, simoniam ipso ignorante commissam, vel aliā similem causam. Cap. xi.*

Post translationē tuā ad ecclesiā Rauennatē. cū præpositus & canonici Fauenti in I. corū cōcanonicū liberā eligendi auctoritatē vnanimitè contulissent, \* ipse I. sancti Fridiani Lucan. canonicū olim episcopū Sartan. in Fauenti. episcopum postulādū elegit. Porro à sancti Fridiani priore super hoc requisito & obtento consensu, \* præpositus & alij postulationem eandē adprobari à nobis humiliter petierunt. Verū postulationi huiusmodi videbatur cōcilij Constantinopolitani capitulū obuiare, in quo statutū est, ut quicumq; de pontificali dignitate ad monachorū vitā & penitentia locum descēderit, nequaquam ulterius ad pontificatū resurgat. vnde cōtradictum consilium (cū sit vnū ex quatuor principalibus, quæ sicut quatuor euangelia ecclesia catholica veneratur) nullatenus videbatur eorum postulato admittenda. cæterum speciales quidam casus inueniuntur, in quibus (prædicto concilio nō obstante) is, qui vitam monachalē elegit, rursus licitè potest ad episcopatū adsumi. si enim quisquam persecutionis rabie sciente, vel prædicte inualitudine corporis: cū proficere nequeat in regimine pastoralis, de superioris auctoritate ad monastium

*\* Vide. l. in emptio- ne. cū glo. in vers. referet. ff. de adu. edic. c. l. iustissime in glo. eo. situ.*

*\* Vide. l. itē. §. i. C. qd cuius. vii. c. au then. de quest. §. i. colla. vii. \* Vide. l. ob as. C. de act. & obliga.*

naſticam vitam deſcendat: perſecutionis vel aſtutinis impedimento ceſſante, ad epiſcopalem poterit reſurgere dignitatem. Item ſi quis propter literaturæ defectum (ne tanquam cæcus cæco ducatum præbeat) \* locū \* regiminis autoritate apoſtolica deſerendo, ad ocium ſe cōtulerit monachale, ac per exercitiū leſionis, ſciētiæ repererit margaritam, proculdubio poterit denuo vocatus à domino cathedram reſcendere paſtorale. Rurſus, ſi quis cupiditate parentum (eo tamen penitus ignorante) fuerit epiſcopatum adeptus, & hoc cōperto epiſcopatum de licentiā ſuperioris dimittens, obſervantiā elegerit regularem: etſi ad epiſcopatum eundem redire poſtmodum nequeat, iuxta canonicas ſanctiōnes, ad alium tamen poterit licite readſumi. Quanquam autem in his & conſimilibus caſibus is, qui epiſcopatu dimiſſo monaſticam vitā elegit, reſurgere valeat ad officiū paſtorale, nihil tamen in his contra præſcriptum \* intelligitur concilium adtentari, quod in eolo quirit caſu, cūm propter aliquod crimē epiſcopatum quis deſerens, ad vitam monaſticam, pœnitentiæ cauſa, deſcēdit. Unde quidam in eo caſu loqui dixerunt capitulum ſuprà dictum, cūm quis pro crimine, de quo conuictus fuerat vel conſeſſus, ab epiſcopali dignitate deſoſitus in monaſterio exitit ad pœnitentiā agendā inclufus: vel cūm aliquis propter graue crimen, pro quo epiſcopatum retinens pœnitentiā dignē agere non valebat, cedendi obſentia licentiā vitam monachalem elegit. Aliis adſerentibus ſic intelligendum eſſe capitulum aut dictū, vt per ſe reſurgere nequeat, id eſt repetere quaſi debitum, quod tali modo dimiſit, quanquam eligi poſſit, præſertim ſi locum tantum, & non ordinem reſignauit. Cūm ergo nobis conſtare nequiuert, ob quam cauſam prædictus I. epiſcopatu olim ceſſerit, mādamus, quatenus ſi tibi conſtiterit, quod propter aliquam ex præmiſſis cauſis, ſeu conſimilibus, idem I. epiſcopatu ceſſerit memorato, tu autoritate noſtra (dummodo neceſſitas, vel utilitas id expoſcat) licentiā ei tribuas ac dēdi ad regimē eccleſiæ Fauentine nſis, maxime ſi veritate ſubnititur, quod dictus I. loco tantūmodo ceſſerit memorato, & nō ordini, vel etiam dignitati. \* tunc enim eſſet \* vehementiſſimē præſumendum, quod non propter crimen aliquod ab ipſo commiſſum, ſed cauſa pœnitentiæ ad vitam miſt grauerit regularem, præſertim cūm Apoſtolica ſedes poſt ceſſionem multo minus, quam antea permiſſet eidem tali crimine irretito, in poſtſonali ordine miniſtrare, alioquin (cūm durum nimis exiterit, contra tam ſolenne conſilium huiusmodi poſtulationē admittēre) præpoſito & canonicis memo-

ratis

ratis iniungas, vt aliam perſonam ſibi idoneam eligant in paſtorem.

Idem in concilio generali.

*Qui petit cedendi licentiā, ex quo illam obtinuit, cedere compellitur.* Capitulum. xxi.

**Q**uidam cedendi licentiā cum inſtantiā poſtulantēs, ea obſentia, cedere prætermittunt. Sed cūm in poſtulatione huiusmodi, aut eccleſiarum commoda, quibus præſunt, aut ſalutem videatur propriam adteſſiſſe (quorum neutrum ſuaſionibus aliquorum quaerentium, quæ ſua ſunt, ſeu etiam leuitate qualibet \* nolimus impedire) eos ad cedendum decernimus compellendos.

Honorius. iij. maioris eccleſiæ decano, & magiſtro. R. Cant. ſancti Dionyſij Leodiēſis.

*Nō renūciat iuri ſuo, qui gratiā aduerſarij ſe ſubmittit. Ca. xiii.*

**V**eniens ad Apoſtolicam ſedem I. ſubdiacono, propoſuit, quod cūm bonæ memoriæ I. papa. p. n. abbati de Emēco & maioris eccleſiæ ac ſancti Pauli cantonibus Treuerſibus, ſuis dederit literis in mandatis, vt ſi nihil canonicū obuiaret, præbendam in eccleſia ſancti Florentini in Conſtuentia, quā iacobus decanus ipſi eccleſiæ reſignauit, ſublato adpellationis obſtaculo adſignarent: & infra. Cūmque iudices apoſtolicū vellet adimplere mandatum: quidam ſe oppoſuerūt canonici eccleſiæ memorata, dicentes ſubdiaconum antē dictum renun-  
ciaſſe iuri, quod ſibi ex ipſis literis competebat. Dicto igitur ſubdiacono hoc negante, iam dicti canonici ad hoc probandū teſtes aliquos produxerunt: per quos, cūm videretur probatum ipſum ſe gratiæ capituli commiſſiſſe: duo iudices prædictorum ſententialiter decreuerunt eundem non poſſe vti literis ſuprà dictis, pro eo, quod idem aduerſarij ſe gratiæ commiſſiſſet, per quod viſus eſt renun-  
ciaſſe iuri ſibi ex ipſis literis competenti. \* A qua ſententia idem adpellans, in vigiliam epiſiphaniæ terminum ſuæ adpellationis præfixit. Ad quē cūm veniſſet P. de Colle medio, capellanū noſtrum ſuper hoc ſibi conceſſimus auditorem. Sed cūm eius aduerſarius non acceſſerit per duos meſes & ampliùs expectatus, nec vllus compareret pro ſufficiens reſponſalis, tandem quidam literas habens ad contradicendum & impetrandum coram eodem cōparuit: qui cūm ad tractandum cauſam minus ſufficiens crederetur, idem auditor ſententiā prædictorum iudicum ſententialiter (iuſticia exigente) caſſauit. Nos igitur ratam & firmā habemus capellani ſententiā memoratā.

\* Vide. l. Sed & ſi. §. i. ff. ad leg. Aq. & l. i. §. Sciendū. ff. de ad. l. edic.

\* Vide. l. i. ſi quis ſcō ſcribēdo. cū ibi not. C. de pac.

Idem

\* Concor. tex. l. i. ii. cū gloſ. in ver. venit. & ibi B. ff. de dec. \* al. baculum.

\* al. præſertum.

\* Vide. l. Iubemus. cū gloſ. in verſi. promiſſa. C. de ſac. ſū. eccle. \* al. eſt.



Idem archiepiscopo Treuerensi.

*Si pralatus ab obedientia subditos absoluit: non propter hoc pralatura renunciat.*

*Capitulum. xiiii.*

**L**etæ coram nobis. f. c. literæ, continebant, & abbas sancti Petri Tulen. tibi humiliter est confessus, quod cum adeo graui ægritudine laboraret, & de vita desperaretur ipsius: ad cuiusdam æmulum sui consilium, de quo ipse (cum non crederet eum æmulum) confidebat, monachos suos ab obedientia, in qua sibi tenebantur, absoluit, vocato diocæsano episcopo, vt abbatiam in eius manibus resignaret: quod tamen vsus consilio saniori non fecit: & eidem abbati postmodum restituto sanitati vniuersi & singuli de conuento obedientiam & reuerentiam requisiti ab eo in capitulo promiserunt: & infra. Nos autem ex tali facto eundem abbatem suo resignasse regimini nõ videmus.

\* al. qui.

\* vide. l.

Quãuis

ff. de i ius

vocan. &

l. si pami-

tuerit. ff.

de diuor.

\* al. C.

Gregorius. ix. Agathensi & Vticensi episcopis.

*Abbas exemptus, sine licentia Papæ renunciare non potest.*

*Capitulum. xv.*

**D**ilecti filij cõuentus monasterij sancti V. \* immediate ad Ro. pertinentis ecclesiam, intimauerunt, quod abbas eorum sentiens se insufficientem oneri regiminis abbatie, celsit in manibus eorundem: ipsi quoque G. monachum sancti Victoris elegerunt canonicè in abbatem: & infra. Cum igitur dictus abbas cedere sine licentia nostra nequiuisset: nos tam electionem, quam celsionem prædictas decernentes irritas & inanes: mandamus, quatenus abbatem ipsum loco suo restitui faciatis: quo integrè restituto, vice nostra recipiatis celsionem ipsius.

De supplenda negligentia prælatorum,

Tirulus. x.

Alexander. iij. Cisterciensibus.

*Si diocæsanus requisitus benedicere nolit Cisterciensem abbatem, ipse monachos suos benedicere poterit.*

*Capitulum. i.*

\* vide. l.

Liberto -

vñ. S. i. ff.

de his qui

no. infra.

et. l. Cho-

rus. S. fi.

ff. de leg.

iii.



Tacimus præterea, vt si episcopus tertio cum humilitate ac deuotione (sicut conuenit) requisitus, substitutus abbates vestros, benedicere fortè renuerit: eisdem abbatibus liceat proprios monachos benedicere, & alia, quæ ad officium huiusmodi pertinent, exercere, donec ipsi episcopi, suã duriciam recogitèr\*, & abbates benedicere, non recusent.

Clemens. iij.

Regularis

*Regulares in suos vsus conuerti non possunt ecclesias, in quibus ius obtinent patronatus: & si intra tempus Lateranensis concilij, quando vacant, non presentent rectores ad eas, superior ordinabit easdem.*

*Capitulum. ii.*

**S**icut nobis tua fraternitas intimauit, monachi quidam & canonici regulares ecclesias, quæ ad præsentationem eorum pertinent, in tuo episcopatu habentes, propriis vsibus deputare nituntur: nec volunt ad eas cum vacauerint vocare personas: quin potius occasione cõcessionis quorundam episcoporum, vicarios in eis pro sua instituunt & destituunt voluntate, admissos ita pensionibus onerantes, quod nec ecclesias compe- tenter possunt in paupertate nimia deseruire, \* nec episcopo in episcopalibus respondere, neque hospitalitatem (sicut conuenit) transeuntibus impertiri. Nolentes autem, vt status ecclesie debitas & antiquas, per insolentiam alicuius subuertatur: mandamus, quatenus (nisi à iurisdictione tua exemptæ sint ecclesie supradictæ) prædictos excessus studeas rationabiliter emendare. Et nisi prædictæ personæ intra tempus Lateranensis concilij constitutum, ad vacantes ecclesias tibi personas idoneas presentauerint: extunc tibi liceat (adpellatione remota) in eisdem ordinare rectores, qui eis præesse nouerint & prodesse, ita tamen, quod ex hoc nullum patronis præiudicium in posterum generetur.

Innocentius. iij.

*Supplet superior inferioris negligentiam in beneficiis conferendis, si tempus Lateranensis concilij lapsum sit: & collatio per inferiorem postea facta, non valet.*

*Cap. iij.*

**L**icet magister H. & R. procurator R. de sancto Cadimundo, super archidiaconatu Richemundie diutius litigauerint coram nobis: & infra. Ne igitur ius nostrum negligere videamur, qui alios in sua iustitia confouemus: mādamus, quatenus si vobis constiterit archidiaconatū Richemundie vacasse per annum (tempore semestri, quo vel ad archiepiscopum, vel ad capitulum donatio pertinebat, non à vacatione, sed à notitia cõputato) cum pro eo, quod Eboracens. archiepiscopus alii superioriorem non habet, extunc fuerat ad nos donatio deuoluta, vtrique super eo silentium imponatis.

Idem magistro P. de Castro nouo, & R. monacho Fontis frigidi apostolicæ sedis legato:

*Si is, ad quem spectat beneficii collatio, lapsò tempore Lateranensis concilij conferat: non valet collatio, nisi de misericordia tolleretur.*

*Capitulum. iij.*

Literas

\* vide. l.

Societate.

ff. p. Socio.

et Bal. v. l.

Accepta.

C. de vsu.

\* alias, in

solèiam.

\* *Alias, deuotiōis.* **L**iteras vestrae discretionis accepimus, quod cum in quibusdam ecclesiis legationi vestrae subiectis quaedam beneficia & dignitates tanto tempore vacauissent, quod tam praelati, quam capitula secundum tenorem Lateranensis concilij essent iure instituendi priuati: postquam aduentus uester innotuit, in beneficiis illis personas minus idoneas instituere praesumpserunt: & infra. Disc. v. mandamus, quatenus si beneficia & dignitates noueritis personis idoneis assignatas: & eas de patientia permittere ab ipsis pacifice possideri: alioquin personas amouentes prorsus ab ipsis, eas de personis idoneis auctoritate nostra suffulti, non differatis quanto cyus ordinare.

Idem episcopo Samo.

*Is, ad quem primo loco spectabat collatio beneficii, lapsa tempore Lateranensis concilij, conferre non poterit.* Cap. v.

**D**ilecto filio P. ti. sancti Marcellini presbytero cardi. S. & R. procuratoribus P. & G. apud sedem apostolicam constitutis, auditore concessio: & infra. Quia nobis constitit a Salamantino decano & eius sequacibus, post elapsam sex mensium spacium, intra quos episcopus & capitulum (prout communiter spectabat ad eos) procedere ad electionem cantoris neglexerant, electionem supradicti P. minus canonicè celebratam, eadem decernimus irritam & inanem: & adpellationem a decano & suis fautoribus interpositam, factum archiepiscopi (ad quem iam erat eligendi auctoritas deuoluta) nequiuisset aliquatenus impedire: & infra. Mandamus, quatenus nisi dicto G. aliquid canonicum obuiet: electionem de ipso factam, sublato adpellationis obstaculo, confirmetis.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinatorum. Tit. xj.

Alexander. iij. Londonensi episcopo.

*Diebus dominicis, vel sabbato Pentecostes, sacri ordines ab alio, quam a Papa conferri non debent.* Cap. i.



**S**ubdiaconos autem nulli nisi Romano Pontifici liceat diebus dominicis ordinare. Quauis consecrandi deo dicatas virgines, & minores ordines his diebus habeant licentiam celebrandi. Sabbato quidem Pentecostes, non liceat alicui sacros ordines celebrare, cum in sequenti septimana (recepta spiritus sancti gratia) celebrentur.

Idem episcopo Herfordensi.

*Nov*

*Non valet consuetudo, quod extra statuta tempora, sacri ordines conferantur.* Capitulum. ii.

**S**ane super eo, quod moris esse dixisti in ecclesiis quibusdam Scotiae & Valliae in dedicationibus ecclesiarum vel altarium extra ieiunia quatuor temporum clericos ad sacros ordines promouere. Significamus, quod consuetudo illa (ut pote institutioni ecclesiasticae inimica) est penitus improbanda: & nisi multitudo & antiqua consuetudo terrae esset, taliter ordinati non deberent permitti in susceptis ordinibus ministrare. nam apud nos sic ordinati deponerentur, & ordinantes priuarentur auctoritate ordinandi.

Idem eidem.

*Minores ordines conferri possunt diebus festis. Sacri vero, conferri debent in quatuor temporibus, vel sabbato sancto, vel sabbato de passione.* Capitulum. iiii.

**D**e eo autem, quod quaesisti, an liceat extra ieiunia quatuor temporum aliqui in ostiarios, lectores, exorcistas, vel acolythos, aut etiam subdiaconos promouere: Taliter respond. q. licitum est episcopis, dominicis & aliis festiuis diebus, unum, aut duos ad minores ordines promouere. Sed ad subdiaconatum, nisi in quatuor temporibus, aut sabbato sancto, vel sabbato ante dominicam de passione, nulli episcoporum, praeterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare.

Idem.

*Criminosus occultus moneri potest, ne promoueat ad ordines: sed prohiberi non debet.* Capitulum. iiii.

**E**x tenore tuarum literarum accepimus, quod N. clericus, de adeo deliquit, quod si peccatum eius esset publicum, degradaretur ab ordine, quem suscepit, & amplius non posset ad superiores ordines promoueri. Verum quoniam peccatum ipsum fore occultum dixisti: mandamus, quatenus poenitentia ei condignam imponas, & suadeas, ut parte poenitentiae peracta, ordine suscepto utatur: quo contentus existens, ad superiores amplius non ascendat. Veruntamen quia peccatum occultum est: si promoueri voluerit, eum non debes aliqua ratione prohibere.

Lucius. iij. archidiacono Turonensi.

*Religiosus contra prohibitionem praelati sui, ordinari non debet.* Capitulum. v.

**A**d aures nostras peruenit, quod religiosi quidam ad superiores desiderant ordines promoueri, sed praelati eorum desiderijs contradicunt. Tuę igitur quaestioni taliter respond. quod

\* *al. ex lib. terarum suarum tenore. \* Adde, quando dicitur peccatum occultum, quando manifestum. in l. cu. fra. tit. f. Bal. C. de his, quibus ut indignis.*

quod honestius & tutius est, subiectis debitam præpositis obedientiam impendendo in inferiori ministerio deseruire, quam cum præpositorum scandalo, graduum adpetere dignitatem, nec est in hac parte subiectorum desiderium conuolendum: quoniam esse potest, quod prælati eorum commissa secreta no uerint, ex quibus constat eis, quod salua conscientia nequeunt sublimari: quia nō in sublimitate graduum, sed in amplitudine charitatis, adquiritur regnum dei.

Idem.

*Metropolitano, ab omnibus suffraganeis consecratur. Suffraganeus uero à tribus, metropolitano iubente.*

Cap.vi.

**S**I archiepiscopus obierit, & alter fuerit ordinandus: omnes episcopi eiusdem provincie, ad sedem metropolitana cōueniant, ut ab omnibus ordinetur. Reliqui uero comprouinciales episcopi (si necesse fuerit) ceteris consentientibus, à tribus iussu archiepiscopi poterunt ordinari: sed melius est, si ipse cum omnibus eum, qui dignus est, elegerit, & cuncti pariter pontificem consecrauerint.

Ex concilio Arela.

*Dicit idem, quod in precedenti.*

Cap.vii.

**N**EC episcopi sine metropolitani permisso, nec metropolitano sine tribus vel duobus episcopis comprouincialibus præsumat episcopum ordinare, ita ut alij episcopi comprouinciales admoneantur epistolis, ut se suo responso significent consensisse. Quod si inter partes aliqua dubitatio fuerit: maiori numero metropolitano consentiat.

Urbanus. iij. archiepiscopo Pisano.

*Ordinatus extra tempora, suspenditur, donec dispensetur cum eo: ordinans puniatur.*

Capitulum. viii.

**C**VM quidam: & infra. Episcopum, qui die, quo non debuit, ordines celebravit: canonica disciplina corrigere, & ordinatos à susceptis ordinibus tamdiu reddere debes expertes, donec apud nos restitutionis gratiam consequantur.

Celestinus. iij. Hidronensi archiepiscopo.

*Græci à Latinis ordinari non debent: nec è contrà, si in ritu ordinandi sunt diuersi.*

Capitulum. ix.

**C**VM secundum regulas ecclesiasticas: & infra. Quia uero (sicut dicitur) in partibus Calabrie Latini à Græcis, & Græci à Latinis secundum alterutrius institutionis obseruantiam ordinantur, nolumus decetero commixtiones & confusiones rituum in ordinibus obseruari.

Innocentius. iij. abbati & conuentui Cariloci.

*Si monachum*

*Si monachus unius ordinis, in secundo ordine, ad quem transfuit, recipit sacerdotium, ad primum ordinem rediens, in eo liberè ministrabit.*

Capitulum. x.

**E**X parte uestra, nostro fuit apo. referatum, quod quidam monachus uester, se ad nigros monachos trāsferens, & habitum eorum adsumens, ad sacerdotij ordinem in ipso habitu est promotus. unde quia dubitasti, utrum in adsumpto taliter ordine, ministrare debeat: Mandamus, quatenus (nisi canonice aliquid obuiet) ipsum monachum, officium sacerdotis liberè exequi permittatis.

Idem. C. presbytero cardinali, apostol. sed. legato.

*Si Græcus episcopo Latino subiectus ordinatur, sine Latinitate à Græco, interdicatur sibi executio. Si uero de licentia, tunc toleratur.*

Capitulum. xxi.

**Q**UOD translatione pontificis: & infra. Consultatione tue taliter respondemus, quod cum clericus Græcus, episcopo Latino subiectus, à Græco pontifice ordinatur: nisi de mandato vel licentia sui episcopi fiat, interdicenda est ei ordinis executio sic suscepti, tanquam ab alieno pontifice sine mandato vel licentia sui episcopi ordinato. Si uero de mandato vel licentia sui præsulis, à Græco pontifice, secundum morem Græcorum fuerit ordinatus, licet culpandus sit episcopus Latinus, qui clericos suos à Græco facit antistite ordinari: quādiu tamen talis mos ab ecclesia toleratur, impediri non debet ab executione ordinum taliter susceptorum.

Idem Mutinensi episcopo.

*Ordinatus à Papa, sine licentia Papæ, ad superiores ordines non promouetur.*

Capitulum. xxii.

**C**VM in distribuendis: & infra. Meminimus à nobis fuisse suppliciter postulatum, & clementer indulcum, ut quia præfatus A. ecclesia Romana subdiaconus erat: mandarem ipsum per Bononiensem episcopum promoueri.

Idem eidem & magistro H. subdiacono nostro.

*duo sacri ordines non possunt conferri eidem uno die, vel duobus, continuato ieiunio.*

Capitulum. xxiii.

**L**ITERAS uestras recepimus sup inordinata ordinatione Immolesis electi, quem Bonon. episcopus præcedenti sabato in diaconum, & sequenti die dominico (continuato ieiunio) in presbyterum ordinauit. In quo, quantum uterq; deliquerit, euidenter intelligit, qui prudenter adrexit. Si enim utrumque ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione, unum ordinem uno die, & alium altero, (ieiunio continuato)

g cōtinuato)



\* *Vide. l. continuato) confertur: \* cum propter continuationem ieiunij*  
*1. cū glos. fitione canonica siue mane diei dominicæ trahatur ad sabba-*  
*is ver. se. tum, siue vespera sabbati ad diem dominicam referatur: profecto manē cum vespera, seu vespera cum manē ad eūdem diem*  
*paratim. pertinere dicitur. \* nam si quantum ad hunc necessitatis ar-*  
*ff. de vsuf. culum pertinet, manē ad vnum diem, & vespera referatur ad*  
*ac. et istis. alium, cur esset cōtinuatiō ieiunij necessaria; cū & sabbato ante*  
*de leg. §. cœnam, & dominica ante prandium intelligantur esse ieiunij*  
*si eadē. v. Præfatum itaq; Bonon. episcopus (vt puniatur in quo deli-*  
*gloss. quit) à collatione ordinum, diaconij scilicet & presbyterij, al-*  
*\* vide. l. Titius. ff. manere suspensos, donec de illis aliter disponamus.*

Honorius. iij. episcopo & archi. Legi.  
*posthu. & Ordinans puerum tredecim annorum in diaconum, suspendi-*  
*l. hac ver. tur à collatione ordinum: & ordinatus ab ipsius executione vsque*  
*ba. i. ff. ad ætatem legitimam. Capitulum. xliii.*

**V**el non est compos sui episcopus Conuentren. vel nimis videtur à se scitiam repulisse, qui M. puerū laborē presencium adhuc. xij. annorum cōtra sacrorum canonū instituta inordinatē in diaconū dicitur ordinasse, in ludibrium ordinis clericalis: & infra. Dignitati vestræ mandamus, quatenus si rem inueneritis ita esse, prædictum episcopum à collatione ordinum suspendentes, ipsum vt eidem M. quem ab executione officij diaco. vsque ad ætatem legitimam in iniuriam suspendimus ordinantis, prouideat in ecclesiastico beneficio competēt: per censuram ecclesiasticam compellatis.

Idem Leonen. & Sal. ab.

*Episcopus conferens eidem vna die plures sacros ordines, etiā si de mandato metropolitani hoc fecerit, ab ordinandi potestate suspenditur. Capitulum. xvi.*

**D**ilectus filius G. Humilien. canonicus, nostro dudum apostolatu referauit, quod Humilienis ecclesia suo viduata pastore, canonici ipsum vnanimiter elegerunt: qui cum esset circa sacros ordines constitutus, archiepiscopus Cassalen. metropolitani eorum episcopo Treceñ. mādauit, vt eum vno & eodem die ad tres sacros ordines promoueret: quod ille (non ausu proprio, sed ipsius archiepiscopi mandato) perfecit. Cū ergo nobis constiterit supradictum episcopum in pluribus deliquisse, tum quia sine mandato archiepiscopi (vt ipse confessus extitit) \* ad huiusmodi ordinationem inordinatē processisset: tum quia si de mandato archiepiscopi constaret, cum illi huiusmodi dispensatiō à canone minime sit permissa, ipsi obtemperare

perare non debet in hac parte: tum etiam quia reatum periuurij sapius variavit, iurando prius, quod archiepiscopus id præceperat, & postea quod illud non mādauerat in iudicio cōfiterendo: ipsum tamdiu ab ordinandi suspendimus potestate, donec nostram meruerit gratiam obtinere.

Gregorius. ix. archiepiscopo Baran.

*Ordinatus ad sacros extra tempora statuta, ordinem recipit, & post penitentiam cum eo dispensat episcopus. Cap. xvi.*

**C**onsultationi tuæ taliter respōd. q̄ eos, qui extra tēpora statuta sacros ordines receperunt, characterem nō est dubium recepisse: quos pro transgressione huiusmodi (primō eis penitentia imposita competenti) sustinere poteris in susceptis ordinibus ministrare.

Idem.

*Oculcus criminiosus, prater homicidam, post penitentiam, in susceptis ministrat, & ad superiores ascendit: ante penitentiam monetur, vt etiam in susceptis non ministrat. Cap. xvii.*

**Q**uestū est de sacerdotibus, vel aliis clericis, qui per reatum adulterij, periurij, homicidij, vel falsi testimonij, & num conscientia rectē perdiderunt: & infra. Respōdemus, q̄ si proposita crimina, ordine iudiciario comprobata, vel aliā notoria non fuerint, non debent hi (prater reos homicidij) post pœnitentiam in iam susceptis, vel suscipiēdis ordinibus impediri: qui si non pœnituerint, monendi sunt, & sub interminatione diuini iudicij, obtestandi, vt in testimonij sui damnationis, in susceptis etiam ordinibus non ministrent.

De scrutinio in ordine faciēdo. Tit. xij.

Innocentius. iij.

*Episcopus interrogatus in scrutinio episcopi ordinandi, potest respondere illum dignum, si non nouit illum indignum. Cap. vnicū.*



**H** parte tua fuit propositum: & infra. F. t. r. ref. quod cum aliquem in diaconum vel presbyterum promouemus: prior diaconorum, qui nobis adstitit, dicit: Postulat sancta mater ecclesia hunc diaconum vel subdiaconum, ad onus presbyteratus vel diaconatus adsumi. & nobis interrogatibus, si eum cognouerit esse dignum, idem respondet, quod quantum humana fragilitas nosse sinit, & scit, & testificatur illum ad huiusmodi onus officij esse dignum. Vnde in tali responsione aliquem peccare non credimus, dummodo contra conscientiam non loquatur: \* quia non simpliciter illum adferit esse dignum, sed inquantū humana fragilitas nosse sinit: cum illum, quem in-

g ij dignum

\* *Vide. l. Presenti. cū no. C. de his qui ad eccles. confug.*

Decretaliū Gregorij Lib.j. Tit.xij.

dignum esse non nouit, dignum debeat aestimare. Huiusmodi ergo responsione securē vti poteris, nisi fortē de indignitate tibi confiteri conserandū. Si autem illum indignum esse cognoscis: metropolitano (prius quā ad huiusmodi scrutinium veniat) secretē studeas nunciare, vel intimare: quāuis nos interrogationem huiusmodi, non in consecratione Pontificis, sed in ordinatione diaconi vel presbyteri faciamus.

De ordinatis ab episcopo, qui renūciauit episcopatu. Tit.xij.

Alexander.iiij. Toletan archiepiscopo.

Episcopus qui renūciat loco tantum ciuitatis: conferre potest ordines sicut prius. Si verō dignitati, cum ordinato per eū ad minores, vel ignorāter ad sacros dispensat episcopus suus, cum ordinato vero, sciēter ad sacros non dispensat.

Capitulum primum.

\*al. refignationē.



Equiuit a nobis tua fraternitas, vtrū clerici, qui post renūciationem factam a prædecessore tuo ordines receperunt, in ipsis debeant remanere: & infra. Respondemus igitur distinguendo, vtrū renūciauit loco tantum, an loco simul & dignitati. nam in primo casu, ordines (sicut antea) rogatus ab episcopo aliquo poterit de ratione conferre. In secundo verō casu, distinguendum putamus, vtrum sacros contulerit, an minores. Si enim a tali ordines vsq; ad subdia. aliquis acceperit, quia & huiusmodi ordines a non episcopis quandoque conferuntur, & in illis deseruire poterit, & ad maiores (si idoneus fuerit) promoueri. Sanē si ab eodem sacros ordines sciēter quis receperit, quia indignum se fecit, executionem officij non habebit. vbi autem non sciēter, poterit, (nisi crassa & supina fuerit ignorantia) discretus pontifex dispensare.

Gregorius nonus.

Capitulum.ii.

Breue est.

Cum clericis, qui ab excommunicato episcopo ignorantiter ordines receperunt, per suos poterit episcopos dispensari.

De ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum. Tit.xiiij.

Ex concilio Picauensis.

Non summatur.

Capitulum.3.

Vt

De ætate & qualitate ordine præficiendorū. 51



Abbatē, decanū & prepositū, qui presbyteri non sunt, presbyteri fiant: qui archidiaconatus tenent, diaconi: qui verō archipresbyteratus, presbyteri: aut amittant honorem. Quod si aliqua iusta causa prohibente, presbyteri aut diaconi esse non poterint, prælationes amittant.

Alexander.iiij. Cantuariensis archiepiscopo.

Ecclesia dispensatiōe minori concessa, non per laicos, sed per clericos regi debet, donec ille perueniat ad ætatem. Cap.ii.

Ex ratione: & infra. Accepimus, quod Conuentren. episcopus pueri, qui sunt intra decennium constitui, in archidiaconatu R. archidia. Cistren. ecclesias plures concessit, quæ non per clericos, sed per laicos disponuntur. Vnde quoniam non debet hoc aliquatenus tolerari: mandamus, quatenus prædictum episcopum super his corripis, & clericis idoneis administrationes, & custodiam præscriptarum ecclesiarū, donec prædicti pueri ad congruam veniāt ætatem (laicis amotis) committas. Eidem episcopo prohibens, ne decetero ecclesia, nisi personis, quæ ætatem & scientiam habeant, regendas concedat. Quod si secus egerit, ei debitam pœnam infligens, institutionem & concessionem ipsius, omnino viribus caret decernas.

Idem Cantuarien. archiepiscopo, & eius suffraga.

Regimen ecclesie minori. xiiii. annis committi non debet.

Capitulum.iii.

Indecorum est, vt hi debeant ecclesias regere, qui non noverunt gubernare seipfos: cum ad ecclesiarum regimen tales personæ sint admittendæ, quæ discretionē præelegant, & morum fulgent honestate. Nolentes itaque sustinere, vt parulis ecclesie regimen committatur: mandamus, quatenus nemini intra annum. xiiij. constituto personatum, cuiuslibet ecclesie concedere præsumatis. Scituri pro certo, quod si contra ire præsumperitis: quod inde feceritis, irritabimus, & inobedientiam vestram grauter puniemus.

Idem,

Ad regimen ecclesiarum non debet institui indignus scientia, moribus, vel ætate: qui habet duas ecclesias, alteram dimittere cogitur, nisi causa subsit.

Capitulum.iiii.

Am te decet: & infra. Arcius in hibemus, ne personas, quæ in ecclesiis tui episcopatus ad curam animarum fuerūt ordinandæ, in ipsis instituas, nec aliqua occasione vel etiam licentiarum nostrarum obtentu institui patiaris, quæ scientia, moribus, &

\*aut plationes amittat. secundum Host. \*al. dimittant.

\*vide. l. 64. Ho. oēs. C. de his, quire. 5. g. l. ata. impe. C. l. fina. C. de iur. om. ind. \*quis dicat parvus, vide i. l. f. S. vbi aut. C. de iure deli. & per gl. xxii. q. v. parvuli.

leg. 63. H. 5. p.

\*vide. l. indebitis. C. de condic. inde. C. l. sed. C. si quis. S. ff. si quis cau.

bus & etate, concilij non congruant institutis. Sed etiam habentes plures ecclesias, quæ ex vna non pendant, tibi licet app. postposita cogere ad vnam ipsarum, quam maluerint, dimittendam, nisi ita fuerint tenues in substantia, quod proprios sacerdotes non possint conuenienter alere.\*

\*Vide. l. paupas.

ff. de exc. tut. & l. nōnulli, ff. de acc.

Idem. *Is, qui nondum est in sacris, si alius est idoneus, ad regimen parochialis ecclesie dispensatiue potest adsumi.* Cap. v.

Parochia licet ad regimen parochialis ecclesie non debeat aliquis, nisi subdiaconus sit ad minus, admitti. Dispensatiue tamen in minoribus ordinibus constituti consueuerunt adsumi. Dum tamen tales sint, qui intra breue tempus\* possint in presbyteros ordinari.

\*Qd dicitur rep. breue vi-

de in. l. si qua. ff. de arbi. & in l. si logi. ff. de iud.

\*Alias, sacros.

Idem. *Propter necessitatem & utilitatem ecclesie, compelluntur clerici ipsius recipere ordines, suis beneficiis non adnexos.* Cap. vi.

Quæritur a vobis, quid agendum sit de clericis tuæ iurisdictioni commissis, qui cum beneficiis ecclesiasticis multis abundent, à te commoniti nolunt ad maiores\* ordines promoueri, se tale quid secreto commississe dicentes, quod eos talia conscientia ordinari non sinit. Cū igitur super hoc casu videantur sacri canones discordare ( cū quidam dicant eos minimè compellendos, alij verò contrarium adseuerent) omnis contrarietatis vinculum præsentis pagina enodamus.\*

\*Vide. l. vnic. c. de inoffi. do. & au. thē. de ex. re. §. si. cū not. col. v.

Statuentes, vt si prædicti clerici perceptione maiorum ordinum propter occulta sua peccata se indignos esse fateantur, inferiores in ecclesia, quorum sit vita probabilis, præferantur eisdem. Et nisi fortè illi, qui ordinari pro iâ dicta causa recusant, in aliis ecclesie seruitus valde vtilis fuerint: auferantur eis beneficia, & aliis canonicè conferantur. Quòd si pro sola voluntate renuerint ordinari, & fuerint utilitas ecclesie aut necessitas, ipsos (dummodo idonei sint) ad maiores ordines recipiendos: per amissionem locorum, & beneficiorum subtractionem appellatione cessante compellas.

Clemens. iij. R. Colōn. can.

*Euentus mortalitatis infirmi, non impedit promoueri eius medicum peritum, sollicitum, & traditiones artis obseruantem.*

Capitulum septimum.

Ad aures nostras te significante peruenit, quòd cū in arte Physica eruditus sis, pluribus iuxta ipsius artis traditionem exhibuisti cum diligentia medicinam, licet pluries in contrarium successerit: & quibus putabas adhibere melam, medicinis

medicinis perceptis, mortis periculū incurrerunt. verūm quia ad sacros ordines desideras promoueri, super eo nos consulere voluisti. Tibi breuiter respon. quod si super præmissis conscientia tua te remordeat, ad maiores ordines de nostro consilio non ascendas.

Celestinus tertius.

*Qui stetit per annum in suspensione, priuatur beneficio, quod prius habebat, & quod interim acquisiuit.*

Capitulum. viii.

Cum bonæ memoriæ Clemens papa præ. n. I. Buccarum, & quosdam alios Baran. clericos vocauisset, vt ad præsentiam ipsius accederent, H. archi. suo, quem grauitè leserat, responsuri: quia venire iuxta mandatum apostolicum contempserunt, in eos fecit sententiam suspensionis promulgari: in qua triennio permanentes, quidam ex ipsi suspensioni aliud beneficium ecclesiasticum sunt adepti. Et quia vtrū beneficia sic recepta possint rationabiliter retinere, nos consulere voluisti.

A. b. h. i. r. t. m. d. b. i. s. t. e. t. a. q. u. e. s. t. i. o. n. e. s. i. n. t. e. r. i. o. r. u. m.

Respondemus, quòd non licet eis illa, quæ habuerunt beneficium, vel quæ postmodum sunt adepti, aliquatenus retinere. Vnde Baranen. archiepiscopo dedimus in mandatis, vt eos pro tanta pertinacia, & contemptu apostolico, \* beneficiis quæ

\*Vide. l. i. ff. si quis ius di. nō

Innocentius tertius.

*Subdiaconus in episcopum eligi potest.*

Capitulum. ix. obrem. &

Multis multoties. an subdiaconus in episcopum eligi valeat, hæsitatur. Si quidem Urbanus papa primus decreuit, vt nullus in episcopum, nisi in sacris ordinibus religiose viuens inuenus fuerit, eligatur. sacros (inquit) ordines diaconatum dicimus, & presbyteratum. hos siquidem solos primitiua ecclesia legitur habuisse. subdiaconus verò (quia etiam ipsi ministrant altaribus) opportunitate exigente concedimus in episcopos eligi, si tamen præclaræ scientiæ, ac religionis existant. quod ipsum non sine Romani pontif. vel metropolitani licentia fieri permittimus. In quibus verbis innuitur, quod Urbanus ad statum primitiua ecclesie se referens ( in quo subdiaconatus ordo sacer minimè dicebatur ) instituit vt de subdiacono (nisi utilitatis causa, & tunc etiam de permissione metropolitani, vel Ro. pontificis) non posse electio celebrari.

ff. de post. l. i. xxx. dist. vi. quibus extra.

Verūm cum hodie subdiaconatus inter sacros ordines compute- tur, sicut Urbanus papa secundus, sub his verbis expressit: Erubescant impij, & intelligant iudicio spiritus sancti eos, qui in sacris ordinibus presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt po-

\* Alias, spectate.

fiti: si caste non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. Et iterum: Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probata castitatis existat, & qui vsque ad subdiaconatum vnicam, & virginem habuit uxorem. Et ad similitudinem diaconi & presbyteri, subdiaconus debet continentiam obseruare: sicut & in sexta synodo constitutum est, vt si quis eorum, qui ad clerum accedunt, nuptiali iure mulieri voluerit copulari, hoc ante subdiaconatus ordinem faciat. Et beatus Gregorius statuisse legitur, vt nullum facere subdiacono. præsumant episcopi, nisi qui se caste victurum promiserit. \* Nos volentes super hoc articulo disceptationis materiam amputare, statuimus, vt subdiaconus in episcopatu valeat libere eligi, sicut diaconus vel sacerdos.

Idem ti. sanctæ Crucis presbytero cardinali.  
*Irregularis, & in minoribus potest dispensatiue in abbate institui.*  
 Capitulum.x.

**T**Vam in domino diligentiam commendamus, quam super monasterio sancti Quirici reformando dignosceris adhibere. Mandamus, quatenus si non potes eidem monasterio de persona idonea melius providere, tu monachum illum, quæ literis tuis de honestate ac industria commendasti, per quem status eiusdem loci creditur reformandus ( nullum proforsu habens respectum ad petitionem illicitam, \* quam quidam laici faciebant, sed ex tuæ duntaxat prouisionis officio) instituas in abbatem: ita videlicet, quod ad sacros ordines non ascendat, cum instante necessitatis articulo possit in abbatem adsumi, etiam in minoribus ordinibus constitutus, & laici memorati non sint consanguinitate, vel adfinitate cõiuncti monacho memorato, vt ex ipsorum petitione debeat contra eum aliqua sinistra suspicio suboriri.

Idem Rothomageñ. archiepiscopo.

*Abbas, si est presbyter, & est benedictus, conferre potest ordinem clericalem.*  
 Capitulum.xi.

**C**Vm contingat interdum, quod laici ad monasteria conuolantes, à suis abbatibus tonsurentur: requisiti, an clericatus ordo in tonsura huiusmodi conferatur. Super hoc tibi. respon. quod cum in. viij. synodo sit statutum, vt lectores per manus impositionem licentia sit vnicuique abbati in proprio monasterio solummodo faciendi, dummodo ipsis ab episcopo (secundum morem præficiendorum abbatum) manus impositio facta noscatur, & constet eum existere sacerdotem: per primam tonsuram, iuxta formam ecclesiæ datam, à talibus clericis

ricalis ordo confertur.

Idem.

*Si canonicus regularis factus monachus, iuxta de causa ad canoniam reuersus, ibi postea præficiatur, licite tenere poterit prælatum.*  
 Capitulum.xii.

**I**ntelleximus, quod cum in monasterio tuo fueris laudabiliter conuersatus, ad monasterium sancti Innocentij talis ordinis accessisti: vbi cum aliquandiu in ipso ordine permanisses, demum ad eor reuersus, de metropolitani & aliorum consilio ad primam domum redire curasti: in qua tandem sub regularis obseruantia disciplina taliter deo & hominibus placuisti, quod pertuorum exigentiam meritorum fratres tui præfererunt te vnanimitè in abbatem. Ne igitur occasione moræ, quam in præscripto monasterio contraxisti \* (quasi conscientia tua te remordeat) in susceptæ administrationis cura tepescas, ad tendens quod cautum est in canone, ne quis canonicus regularis, nisi fortè publicè lapsus sit (quod absit) efficiatur monachus: & si factus fuerit, ad canonicatus ordinem reuertatur vltimus in choro manendo, cucullam ad memoriam delaturus.

Di. t. mandamus, quatenus circa curam tibi commissam sollicitudinem exercere studeas indefessam, & taliter sequentia bona continuare prioribus, quod dignum à deo possis meritum expectare.

Idem.

*Ordinatus ad sacros sine titulo, ab ordinatore iuste petit beneficium.*  
 Capitulum.xiii.

**A**ccepimus, te nostris auribus intimante, quod quidam clerici, qui ad sacros ordines sine titulo sunt promoti, te ad ecclesiam Bracarensem super beneficiis obtinendis inuestit: & infra,

Licet igitur in ordinationibus clericorum illam tu ac prædecessores tui diligentiam debueritis adhibere, vt minus idonei non ordinarentur à vobis, ac ideo post promotionem eorum exceptionem non poteris prætereundere contra illos, nisi forte postquã promoti fuerint, reddiderint se indignos: ex superabundanti tamen, quando scribere pro talibus nos oportet, facimus in literis nostris adponi, vt si ordinatus, pro quo scribimus, idoneus habeatur, & ecclesiastico beneficio non indignus, ei ab ordinatore vel successore ipsius competens beneficium tribuatur: cum & si tecum de iure agere vellemus, te possemus merito ad prouisionem eorum compellere, quos à te vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret, eo præsertim quod ad obtinendum ecclesiasticum beneficium eos debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti. Vnde grauius sustinere nõ debes, sed nobis potius deuote inclinare teneris, si illos examinari

Vide Cam.  
 cum qe  
 77. hujus.

\*Vide. l.  
 ii. cõ. not.  
 p. Bar. S.  
 cõ. pla.  
 cuius. ff.  
 de origi.  
 iuris.

\*Vide. l.  
 xxori. ff.  
 de do. in.  
 ter. vi. cõ.  
 xxor.

\*Vide. l.  
 mor. 2. ff.  
 de vsur.

aminari per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, antequam ad provisionem eorum te compellere velimus. Mandamus igitur, quatenus eis, pro quibus te contigerit recipere nostra mandata in forma cōmuni, in maiori ecclesia, vel alijs dīccēsis, Bracaren. providere non tardes.

*\*vide. l. si cui fundus. ff. de fun. i. struc. et. l. illi cū silo. ff. de i. i. leg. a.*  
 Exceptiones autem, si quas contra tales proposueris, præcipimus audiendas. Idem in concilio generali.

*Minus idoneus in sacerdotem promoveri vel ad regimen animarum adsumi non debet.*

*Capitulum. xiiii.*

**C**um sit ars artium regimen animarum, districte præcipimus, vt episcopi promouendos in sacerdotem diligenter intruant & informēt vel per seipfos, vel per alios idoneos viros super diuinis officijs, ecclesiasticisque sacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare. Quoniā si decepto rudes, & ignaros ordinare præsumperint, (quod quidem facile poterit deprehēdi) & ordinatos vltioni graui decernimus subiacere. Sanctius enim est (maxime in ordinatione sacerdotum) paucos bonos, quam multos malos habere ministros: quia si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam dilabuntur.

*Matt. 15.*

*\*vide. l. qui duos. ff. de vul. & pupil. sub.*

Honorius tertius, capitulo Bremen.

*Defectus scientiæ deticit iam promoium. Capitulum. xv.*

**Q**uanis multa proposita fuerint contra episcopum Calinensem, quia tamen confessus est coram nobis se nunquam de Grammatica didicisse, nec etiam legisse Donatū, & per euidentiā facti vsq; adeo de illiteratura & insufficientia sua constat, quod cōtra deum esset & canonicas sanctiones, tantum in episcopo tolerare defectum, ipsum a pontificali officij executione, & ab administratione Calinē. ecclesiæ penitus duximus amouendum.

De sacra vnctione. Tit. xv.

Innocentius tertius.

*Ecclesia Gregorum in ordinationibus & cōsecrationibus seruare debet vnctiones, quas seruat ecclesia Romana. Episcopus autem cū cōsecratur, inungitur chrismate in capite & manibus: quod si fuerit prætermisissimum, per tres episcopos est supplendum. Cap. i.*



Um venisset ad apostolicam sedem Bracarensis episcopus, qui in consecratione sua sanctam non acceperat vnctionem, quoniā apud vos non conlueuerunt pontifices cum cōsecrantur inungi, nos quod illi defuerat, mandauimus in ipso suppleri, facientes caput eius & manus per Alban. episcopum (adisten-

tibus

tibus ei duobus episcopis, secundum morem ecclesiasticum) sacro chrismate deliniri: & infra. Scire te volumus duas esse species vnctionis, exteriorē, quæ materialis est & visibilis: & interiorē, quæ spiritalis est & inuisibilis. Exteriori visibiliter inungitur corpus, interiori inuisibiliter inungitur cor. De prima Iacobus apostolus ait, Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesie, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmū. De secunda Ioan. apostolus ait, Vos vnctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis: & non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio vos docet, de omnibus ita faciatis. Vnctio visibilis & exterior signum est interioris & inuisibilis vnctionis. Vnctio verò inuisibilis & interior non solum est signū, sed etiam sacramentum: quia si digne sumitur, vel agit vel auget absq; dubio quod defignat. Ad exhibendum autē exteriorē & visibilem vnctionem, benedicitur oleum, qd dicitur catechumenorū vel infirmorū: & cōficitur chrisma, quod ex oleo fit & balsamo, mystica ratione. Per oleum enim nitore conscientie designatur: iuxta qd legitur, Prudentes virginis acceperunt oleum in vasibus suis cum lampadibus. Per balsamū, odor famæ exprimitur: propter quod dicitur, sicut balsamū aromatizans, odorē dedi. Hoc ergo chrismate vngi debet episcopus non tam in corpore, q̄ in corde: vt & interius nitorem conscientie, quantum ad deum, & exterius habeat odorem famæ quō ad proximum. De nitore conscientie dicit apostolus, Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ. nam omnis gloria filii regis ab intus. De odore famæ idem apostolus ait, Christi bonus odor sumus in omni loco, & aliis sumus odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortē. Debet enim episcopus bonum habere testimonium, & ab his, qui sunt intus, & ab his, qui sunt foris, vt carcina cortinam trahat: & qui audit, dicat, veni. Hoc vnguento caput & manus episcopi cōsecrentur. Per caput enim mēs intelligitur, iuxta illud, Vnge caput tuum, & faciem tuā laua. Per manus opera intelliguntur, iuxta illud, Manus meæ distillauerunt myrrham. Manus igitur inungitur oleo pietatis, vt episcopus operetur bonum ad oēs, maxime autem ad domesticos fidei. Caput autem vngitur balsamo charitatis, vt episcopus diligat deum ex toto corde & ex tota anima, & ex tota mente sua, & proximum suum sicut seipsum. Caput inungitur propter auctoritatem & dignitatem, & manus propter ministerium & officium. Caput enim vngitur, vt ostendatur illius representare personam, de quo dicitur per prophetam: Sicut vnguentum in capite, & c. caput enim viri Christus, caput Christi deus: qui de se dicit, Spiritus domini

*Iaco. 5.*

*i. Ioan. 2.*

*Matt. 25.*

*Ecc. 24.*

*2. Cor. 1.*

*Psal. 44.*

*2. ad Ti.*

*Math. 6.*

*Cantic. 5.*

*Psal. 132.*

mini



**1. Cor. 7. 11.** .mini super me, eo quod vnxit me, euāgelizare pauperibus mi  
**Luca. 4.** fit me. Manus episcopi inunguntur, vt ostendatur accipere potestatem benedicendi & consecrandi. Vnde cum eas consecrator inungit, cōsecrare, inquit, & sanctificare digneris domine manus istas per istam vnctionem & per benedictionem nostram: vt quæcunq; consecrauerint, consecrentur: & quæcunq; benedixerint, benedicantur in nomine domini.

*Tractat de vnctione regum, & de differentiis in vnctione inter reges & pontifices. Panor.*

Vnde in veteri testamento non solum vngebatur sacerdos, sed etiam rex & propheta: sicut in lib. Reg. dominus præcepit Helia. Vade & reuertere in domum tuam per desertū in Damascus: cumque perueneris illuc, vnge Azabel in regem super Syriam: & Iehu filium Naui vnge in regem super Israel. Helisæum autem filium Saphat, qui est de Abel, vnge propheta

**Acto. 10.** tam pro te. Sed vbi Iesus Nazarenus (quem vnxit deus spiritu sancto, sicut habetur in actibus apostolorū) vnctus est oleo pietatis præ confortibus suis: qui secundum apostolum est caput ecclesie, quæ est corpus ipsius: principis vnctio à capite ad brachium est translatā, vt princeps extunc non vngetur in capite, sed in brachio, siue humero, vel in armo, in quibus principatus congrue designatur: iuxta illud, quod legitur, Factus est principatus super humerum eius. &c. Ad quod etiam significandū Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locū in capite ante eos, qui fuerant inuitati. In capite verò pontificis sacramentalis est delinitio \* conseruata, quia personam capitis in pontificali officio repræsentat. Refert autem inter pontificis, & principis vnctionem: quia caput pontificis chrismate consecratur, brachium verò principis oleo delinitur: vt ostendatur quanta sit differentia inter authoritatem pontificis, & principis potestatem.

**Ephes. 1.** tatis præ confortibus suis: qui secundum apostolum est caput ecclesie, quæ est corpus ipsius: principis vnctio à capite ad brachium est translatā, vt princeps extunc non vngetur in capite, sed in brachio, siue humero, vel in armo, in quibus principatus congrue designatur: iuxta illud, quod legitur, Factus est principatus super humerum eius. &c. Ad quod etiam significandū Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locū in capite ante eos, qui fuerant inuitati. In capite verò pontificis sacramentalis est delinitio \* conseruata, quia personam capitis in pontificali officio repræsentat. Refert autem inter pontificis, & principis vnctionem: quia caput pontificis chrismate consecratur, brachium verò principis oleo delinitur: vt ostendatur quanta sit differentia inter authoritatem pontificis, & principis potestatem.

**Colos. 2.** tatis præ confortibus suis: qui secundum apostolum est caput ecclesie, quæ est corpus ipsius: principis vnctio à capite ad brachium est translatā, vt princeps extunc non vngetur in capite, sed in brachio, siue humero, vel in armo, in quibus principatus congrue designatur: iuxta illud, quod legitur, Factus est principatus super humerum eius. &c. Ad quod etiam significandū Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locū in capite ante eos, qui fuerant inuitati. In capite verò pontificis sacramentalis est delinitio \* conseruata, quia personam capitis in pontificali officio repræsentat. Refert autem inter pontificis, & principis vnctionem: quia caput pontificis chrismate consecratur, brachium verò principis oleo delinitur: vt ostendatur quanta sit differentia inter authoritatem pontificis, & principis potestatem.

**Esa. 9.** tatis præ confortibus suis: qui secundum apostolum est caput ecclesie, quæ est corpus ipsius: principis vnctio à capite ad brachium est translatā, vt princeps extunc non vngetur in capite, sed in brachio, siue humero, vel in armo, in quibus principatus congrue designatur: iuxta illud, quod legitur, Factus est principatus super humerum eius. &c. Ad quod etiam significandū Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locū in capite ante eos, qui fuerant inuitati. In capite verò pontificis sacramentalis est delinitio \* conseruata, quia personam capitis in pontificali officio repræsentat. Refert autem inter pontificis, & principis vnctionem: quia caput pontificis chrismate consecratur, brachium verò principis oleo delinitur: vt ostendatur quanta sit differentia inter authoritatem pontificis, & principis potestatem.

**1. Reg. 9.** tatis præ confortibus suis: qui secundum apostolum est caput ecclesie, quæ est corpus ipsius: principis vnctio à capite ad brachium est translatā, vt princeps extunc non vngetur in capite, sed in brachio, siue humero, vel in armo, in quibus principatus congrue designatur: iuxta illud, quod legitur, Factus est principatus super humerum eius. &c. Ad quod etiam significandū Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locū in capite ante eos, qui fuerant inuitati. In capite verò pontificis sacramentalis est delinitio \* conseruata, quia personam capitis in pontificali officio repræsentat. Refert autem inter pontificis, & principis vnctionem: quia caput pontificis chrismate consecratur, brachium verò principis oleo delinitur: vt ostendatur quanta sit differentia inter authoritatem pontificis, & principis potestatem.

\* al. de libitio.

*Tractat de Christianorum omnium vnctione.*

Quia vero Christus fecit nos in sanguine suo deo nostro regnū, & sacerdotes propter quod Apostolus ait: vos estis genus electum, regale sacerdotium (idcirco in nouo testamento non solum reges & sacerdotes vnuntur, sed etiā omnes Christiani, bis ante baptismum, scilicet oleo benedicto: primum in pectore, deinde inter scapulas: & bis post baptismū, scilicet chrismate sancto, primum in vertice, demum in fronte. In pectore nanque baptizandus inungitur, vt per sancti spiritus donū abiciat errorem & ignorantiam, & suscipiat fidem rectam, quia iustus ex fide viuit. Inter scapulas, vt per spiritus sancti gratiā excutiat:

excutiat negligentiam & torporem, & bonam operationem exerceat: quia fides sine operibus mortua est: vt per fidei sacramentum sit mundicia cogitationum in pectore, & per operis exercitium sit fortitudo laborum. In scapulis, quatenus fides per dilectionem, secundum Apostolum operetur. In vertice verò baptizandus inungitur, vt sit paratus omni peccati de fide redere rationem: quia per caput intelligitur mens, iuxta quod legitur: Oculi sapientis in capite eius, cuius superior pars est ratio, & inferior est sensualitas. vnde bene per verticem, quæ est superior pars capitis, intelligitur ratio, quæ est superior pars mentis. In fronte vngetur baptizatus, vt liberè cōfiteatur, quod credit: quia corde creditur ad iusticiam, ore verò fit confessio ad salutem: memor eius quod dominus ait: Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. Ante baptismum ergo vngetur oleo benedicto: & post baptismū chrismate sancto, quia chrismasoli competit Christiano. Christus enim à chrismate dicitur, vel potius à Christo dicitur chrisma: non secundum nominis formā, sed secundū fidei rationē. A Christo verò Christiani dicuntur, tanquā vncti deriuētur ab vncto: vt omnes cōcurrant in odorem illius vncti, cuius nomē oleum est effusum.

*Tractat de vnctione chrismatis post baptismum, quæ dicitur confirmatio.*

Per frontis chrismationē, manus impositio designatur: quæ alio nomine dicitur cōfirmatio, quia per eam spiritus sanctus ad augmentū datur & robur. vnde cum cæteras vnctiones simplex sacerdos, vel presbyter valeat exhibere, hanc non nisi summus sacerdos, id est, episcopus debet conferre: quia de solis apostolis legitur (quorum vicarij sunt episcopi) quod per manus impositionem spiritum sanctum dabant: quemadmodū actum apostolorum lectio manifestat. Cum audissent, inquit, apostoli qui erant Hierosolymis, quia receperat Samaria verbum dei: miserunt ad eos Petrum & Ioannem: qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum. nōdum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. cuius aduentus per vnctionis ministerium designatur: quia columba in qua spiritus sanctus super Christum in baptismo descendit, ad vespertum in cataclysmo reuertens, ramum retulit virentis oliuæ, cuius vtiq; sacramentum Dauid propheta prænoscens, exhilarandam faciem in oleo prædicauit.

*Tractat de consecratione altaris. Abbas.*

Vngetur

*Iacobi. 2.*

*Gala. 5.*

*Eccles. 2.*

*Rom. 10.*

*Matt. 10:*

*& Mar. 8*

*Acto. 8.*

*Matth. 3:*

*Marci. 1.*

*Luca. 3.*

*Gene. 8.*

*Psal. 108*

**Apoc. 1.**

**1. Pet. 2.**

**Heb. 10.**

**Abac. 1.**

Exo. 30.

Vngitur præterea, secundum ecclesiasticum morem cum consecratur altare, cum dedicatur templum, cum benedicitur calix, non solum ex mandato legis diuinæ, verum etiam exemplo beati Siluestri, qui cum consecrabat altare, illud chrismate perungebat. præcepit enim dominus Moysi, vt faceret oleum vntionis, de quo vngeret testimonij tabernaculum, & arcam testamenti, mensamque cum vasis. Verum vntionis sacramentum aliud quidem efficit, & figurat, tam in nouo, quam in veteri testamento. vnde non iudaizat ecclesia, cum vntionis celebrat sacramentum, sicut antiqui menriuntur, qui neq; scripturas, neque dei nouere virtutem. Monemus igitur, vt illi in ordinandis presbyteris, & consecrandis episcopis morem serues, & facias obseruari, quem apostolica sedes obseruat: & infra. Licet Romanus pontifex non vtatur baculo pastoralium propter historiã, tum propter mysticam rationem: tutamen ad similitudinem aliorum pontificum poteris eo vti.

De sacramentis non iterandis. Tit. xvij.

Innocentius tertius.

*In ordinato in subdiaconum sine manuum impositione, & confirmato non chrismatis, sed olei vntione, non fiet iteratio, sed supplebitur prætermisum.* Capitulum. i.

\* al. diaconatus.

**R**ationalis: & infra. Præterea nos consulere voluisti, an permitti debeat ministrare, qui sine impositione manuum fuerit ad ordinem subdiaconatus \* adsumptus. Et si confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorẽ fuit non chrismate, sed oleo delinitus. Ad quod breuiter diximus respondendum, quod in talibus non est aliquid iterandũ, sed caute supplendum, quod incaute fuerat prætermisum.

Honorius. iij. archiepiscopo London. & eius suffragan.

*Prohibet sepultos à schismaticis exhumari, vestimenta cũ quibus celebrarunt, iterum benedici: & altaria, in quibus celebrarunt, iterum consecrari.* Capitulum. ii.

**A** Nobis humiliter quasiuistis, quid fieri debeat de mortuorum corporibus, qui tempore schismatici & reprobi Vualdemarij à schismaticis sunt sepulti: & de indumentis sacerdotalibus, cum quibus necnon de altaribus, in quibus degradati presbyteri celebrarunt. Nos autem inquisitioni vestra breuiter respond. quod non credimus ob hoc duraxat sepultos huiusmodi exhumandos, aut debere indumenta talia iterum benedici, vel reconsecrari altaria supradicta.

Grego.

Gregorius. ix. archiepiscopo London.

*Si in ordinatione presbyteri, vel diaconi manus impositione fuerit prætermisum: statutis temporibus supplebitur.* Cap. iij.

**P**resbyter & diaconus cum ordinantur, manus impositionem tactu corporali (ritu ab apostolis introducto) recipiunt. quod si omisum fuerit: non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad huiusmodi ordines conferendos caute splendendum; quod per errorem exitit prætermisum \*. Sursus \* autem manuum debet fieri; cum oratio super caput effunditur ordinandi.

\* Vide. l. qui testamento. ff. de excu. tuto.

De filiis presbyterorum ordinandis, vel non. Tit. xvij.

Ex concilio Pictaueñ.

*Illegitimus non ordinatur, nisi vt religiosus fiat: nec tunc præficiatur, id est ad pralaturam non habilitatur.* Cap. i.



**V** filij presbyterorũ, & ceteri ex fornicatione nati, ad sacros ordines non promoueatũ. Nisi autem monachi fiant, vel in congregatione canonice regulariter viucentes: pralaturam verò nullatenus habeant. Sed neque serui: nisi à dominis suis libertate donentur. \* Alexander. iij. Lincoln. electo.

*Illegitimus filius sacerdotis, qui hoc tacito per rescriptũ apostolicum paternam ecclesiam impetrauit, remouetur ab illa.* Cap. ii. *si quis aliam*

**A**d præsentiam nostram accedens R. presbyter, tacito, & S. si cũ ius in qua pater eius ministravit, existeret capellanus. Ideoque mandamus, quatenus, si tibi constiterit, quod memoratus R. sit in sacerdotio genitus, & q̄ pater in eadẽ ecclesia ministravit: nõ obstitibus prædictis literis nostris ipsum amoueas ab eadẽ. Idem.

*Non potest filius sacerdotis ecclesie paternæ præesse. hoc dicit, cum sequen.* Capitulum. iij.

**P**resentium autoritate iubemus, vt filios sacerdotum in ecclesiis paternis ministrare, vel eas qualibet occasione obtinere nullatenus patiaris: sed ipsos ab ecclesiis; in quibus patres eorũ ministrasse noscuntur, studeas penitus amouere.

Idem Vigoreñ. episcopo:

Idem dicit.

Capitulum. iij.

**C**onquerente nobis M. clerico: & infra. Frat. t. mada- mus, quatenus; si publicus est; & notorium patre R. clerico habuisse

habuisse in prædicta ecclesia personatum, filium eius ibidem ministrare, aut eiusdem ecclesiæ personatum habere nullatenus patiaris: & si iam institutus est ibi, cum inde non differas amouere.

Idem London. episcopo.

*Episcopus, qui scienter contulit filio sacerdotis paternam ecclesiam, exinde eum remouere non potest.* *Capitulum.v.*

**V**eniens ad præsentiam nostrā N. clericus nobis proposuit, quod cū illū ad capellā sancti L. quam ei concessisti, in presbyterū ordinasses, ipsum ea postea spoliasti, eo q̄ pater eius in præscripta ecclesia ministravit. Ideoq; fra. t. mādam⁹, quatenus si tibi innotuerit quando eam sibi dedisti, q̄ pater eius presbyter in dicta ecclesia ministrasset, ipsam ei restitua, & in pace dimittas, amoto alio, si quē instituisti forsitan in eadem. Verum si hoc ignorans fecisti, \* ex quo ad ecclesiam ipsam eum in presbyterum ordinasti: eam sibi restitua, donec in alia ecclesia sibi prouideas, vnde honeste valeat sustentari.

Idem Oxon. episcopo.

*Gratiam continere, & h. d. Ex quo filius sacerdotis est ordinatus, non debet carere beneficio.* *Ioan. And.* *Cap. vi.*

**P**roposuit nobis R. Lator præsentium, quod cū ad ecclesiam de Sabel à domino fundi fuerit præsentatus, tu curam animarum noluisti sibi committere, pro eo quod esset filius sacerdotis. Cæterum quia indignum est, vt ipse postq̄ est in subdiaconum ordinatus, omnino debeat ecclesiastici beneficii prouisione carere: mādamus, quatenus aliquē honestū presbyterum cū ad sensu eiusdē clerici inuenire studeas, qui ecclesiæ seruiat supradictæ, ita q̄ præfatus R. medietatē omnium beneficiorū prædictæ ecclesiæ, eidē in suo ordine seruiendo, pacifice debeat obtinere. Non enim solus presbyter missarū solennia, vel alia diuina officia, potest sine ministri suffragio celebrare.

Idem archiepiscopo Cantuarien.

*Filius præesse potest ecclesiæ, cui pater præfuit mediate.*

*Capitulum. vii.*

**E**X transmissa cōquestione G. clericis percepimus, quod ad abbatem de Castris præsentationem, in quodā beneficio ecclesiæ de H. cum in præsentem recipere distulisti, eo quod pater eius in præfata ecclesia ministravit: quo defuncto media intercessit persona, cui prædictum beneficium est collatum. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, prænominationum Gu. ad præfatum beneficium admittere non postponas, non ideo minus obseruato apostolici rescripti decreto, quod successione in ec-

in ecclesia dei hereditariam detestatur.

Idem Vigoren. episcopo.

*Filius præesse potest ecclesiæ, in qua pater sine titulo ministravit.* *Capitulum. viii.*

**C**onstitutus in præ. no. G. clericus, supplicat nobis insinuatione monstrauit, quod cum capellam de Storton, canonicè fuisset adeptus, & eā pluribus annis pacifice possedisset: R. miles ipsum ea sine iudicio spoliasti. Cūmq; memoratus clericus exinde apud te deposuisset querelam, obiectum fuit ei, quod pater suus in capella ministravit eadem: & infra. **F.** tuæ mādamus, quatenus si tibi constiterit, quod idem clericus à capella fuerit prædicta per potentiam laicalem eiectus, & q̄ pater eius præfata capellæ persona seu perpetuus vicarius nō fuerit (licet in eadē nomine eiusdē G. quandoq; ministrauerit) ipsam sibi cum redditibus perceptis restituere non omitras.

Idem Eboracen. archiepiscopo.

*Si is cui concessum est à papa vt possit dispensare cum filio sacerdotum, circa ecclesias paternas immediate tenēdas, cum aliquo dispensat: ille per literas iustitiæ postea cōtra eum impetratas remoueri non poterit.* *Capitulum. ix.*

**E**X tua nobis parte est propositum, quod cū olim ad tuā consultationem super filiis sacerdotum tales à nobis literas recepisses, vt eos posses in ecclesiis, quas patres eorū nullo mediante possederant, sustinere, quos probatæ vitæ & sanæ conuersationis cognosceres, vel quos longo tempore illas tenuisse constaret: quidam ad iudices literas impetrauerūt, vt si constaret eos esse filios sacerdotū vel clericorum, qui in proximo ante eos ecclesias tenuerūt, super his imponatur eis appellatione silentium, & ecclesias istas ipsis assignent, quamuis in eis se ostendere nequeant per missas institutos. Super quo tib. t. respō. quod si per priores literas cum aliquibus clericis dispensasti, dispensationem tuam posteriorum literarum intuitu nolumus irritari. Alios vero clericos laicæ donationis intuitu in ecclesiis sine autoritate pon. sui institui, aut institutos remanere, autoritate apostolica prohibemus.

Idem Cantuarien. archiepiscopo & eius suffraganeis.

*Si manifestum est, quod filius in ecclesia immediate successit patri, sine aliqua testium receptione ab illa remouebitur.* *Cap. x.*

**Q**uoniam est sacris canonibus prohibitū: & infra. **P.** præcipimus, quatenus si manifestum & publicum fuerit patres in ecclesiis personatus gessisse, filios ab eisdem (si etiam eas adepti sunt) penitus excludatis: nec ad earum gubernationem ulterius adsumantur. Nolumus enim vt causa

h in iudi-

\* vide. l. ii. ff. de iur. & su. i. gno. & l. si res obligata. ff. de lega. i.

in iudicium deducatur, ve testes etiam admittantur, si hoc manifestum existat.

Idem Cantuariē. archiepiscopo.

*Filius etiā legitimus remouetur ab ecclesia, in qua in media-  
tē successit patri vicario vel rectori.* Capitulum. xi.

**A**D extirpandas successiones: & infra. F. tuā mandamus, quatenus, si qui filij presbyterorum prouincie tuæ teneant ecclesias, in quibus patres eorum tanquam personę vel vicarij nulla persona media ministrarunt: eos (siue geniti sint in sacerdotio, siue nō) ab eisdem ecclesiis nō differas amouere.

Clemens. iij. Cassel. archiepiscopo.

*Filius episcopi legitime natus, promoueri potest ad ordines: &  
in paterina ecclesia beneficiari.* Capitulum. xii.

**A**D hęc ex parte tua nostris auribus est relatum: & infra. Quod ā nobis. f. tu requisiiuit, an ā pontificibus generati valeant ad sacros ordines promoueri, si scientia fuerint & morum honestate probabiles. Sciāt. f. t. quod si ex legitimo sunt matrimonio procreati, nec aliud canonicum obuiat: licite possunt ad sacros ordines ascendere, & in eisdem ecclesiis in quibus præsunt vel præsuerunt genitores eorum, beneficium obtinere.

Idem.

*Nō potest filius esse vicarius illius ecclesie, in qua pater proximus fuit rector.* Capitulum. xiii.

**M**ichael presbyter de sancto Germano transmissa nobis cōquestione monstrauit, quod cum ecclesiam sancti I. de Corona tuæ dioc. canonicē sic adeptus: M. filius Antonij, qui proximo ante ipsius ecclesie habuit personatum, ad se vicariam ipsius adferit pertinere: & infra. F. tuā mandamus, quatenus si constiterit tibi ipsum M. fuisse filium Antonij, qui eiusdem ecclesie habuit proximo personatum, ei super eadē vicaria perpetuum silentium imponere nō postponas.

Idem.

*Illegitimē genitus etiam de vxore, sine dispensatione ad ordines vel beneficia promoueri nō potest.* Capitulum. xiiii.

**L**iteras: & infra. Intelleximus, quod H. in sacerdotio genitus, de vxore legitima natus & conceptus, adfēctauit ā pueritia ministrare domino in officio clericali: Verum licet ā filiis paterina incontinentia modis omnibus propellēda nō scatur: si tamen aliās dignus inuentus fuerit, permittimus ipsum ordinarī in clericum, & ad ecclesiasticum beneficium (vnde de commode sustentari valeat) promoueri:

Innocentius. iij.

*Illegitimus in ecclesia paterina præbendari nō debet.* Capitulum. xv.

**C**um decorem domus dei: & infra. Filiis canonicorum præbendas in eisdem ecclesiis conferri nō sinatis, quorum \* sunt canonici patres eorum. Cum indecorum sit, vt \* in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret, \* in quo vnigenitus dei filius æterno patri pro salute humani generis victimatur. \* *al. aliis, quorum. \* vide no. per. B. in. l. generaliter. C. de isti. & sub sub condi. fac. \* al. sed.*

Idem in concilio generali.

*Si illegitimus maxime filius spurius instituitur in ecclesia, in qua institutus est pater, institutio nō valet, & institutus ā suis beneficiis suspendatur.* Capitulum. xvi.

**A**D abolendam pessimam (quæ in pluribus inoleuit ecclesiis) corruptelam: Firmiter inhihemus, ne canonicorū filij, maxime spurij, canonici fiat in secularib⁹ ecclesiis, in quibus instituti sunt patres eorum. Et \* si fuerit contra præsumptum, decernimus nō valere. Qui verō tales (vt dictū est) canonicare præsumpserint, ā suis beneficiis suspendantur.

Honorius tertius.

*Alius, quā papa nō dispensat, vt filius in ecclesia paterina immediate succedat.* Capitulum. xvii.

**D**ilectus filius G. præpositus sanctæ M. transmissa nobis peditone monstrauit, quod cum Vergilius presbyter quādam ecclesiam curam animarum habentem, quam nullo medio habuit pater eius, obrineat, ipsum monuit vt resignaret eandem: sed idem adserens quod H. Remē. archiepiscopus tunc apo. sed leg. dispensauit cum eo, id efficere contrā dicit.

Quocirca mandamus, quatenus nō obstante dispensatione aliqua, quæ ā se. apo. nō manauerit: quod canonicum fuerit (appellatione postposita) statuatis.

Gregorius. ix. Turon. archidiacono.

*Illegitimus absque dispensatione papæ ad dignitatē, vel personatum, vel beneficium curatum, promoueri nō potest.* Cap. xviii. \* *al. diffamatur.*

**N**imis in tua prouincia ecclesie deformatur \* honestas, ex eo, quod filij sacerdotum & alij nō legitime nati, ad \* dignitates & personatus \* & alia beneficia curam animarū habentia, sine dispensatione sedis aposto. promouentur. Quocirca mandamus, quatenus prædictis personis ā personatibus, \* circa mandamus, quatenus prædictis personis ā personatibus, \* dignitatib⁹, & huiusmodi beneficiis prorsus amotis, ea personis idoneis conferri facias per illos, ad quos collationem ipsum forum de iure noueris pertinere. Et ne id decretō præsumatur, districtius inhihemus. \* *al. diffamatur. \* vide. ff. de ali. C. ciba. lega. l. pe. C. l. si filius. ff. de dona.*

De seruis non ordinandis, & eorum manumissione. Tit. xviii.

Ex concilio Toletano.

*Seruus ante plenam manumissionem ordinari non debet.*

*Capitulum primum.*



**N**struendi: & infra. Forte dicit aliquis: Clericus fieri non permittitur, nisi ante clericatum ingenuitatis dignitate potiatur. Re vera verum dicit. Et ideo quod infirmari vel vituperari potest, præcaueri debet.

Ex eodem.

*Seruus sine licentia domini ordinatus deponitur, & domino restituitur.* *Capitulum. ii.*

**D**E seruatorum ordinatione: & infra. Statutum est, ut nullus episcoporum deinceps ad sacros ordines eos, promouere præsumat, nisi prius à dominis libertatem fuerint consecuti. Et si quilibet seruus fugiens dominum suū, qualibet calliditate, aut fraude ad gradus peruenerit ecclesiasticos, decretum est ut deponatur: & eius dominus cum recipiat.

Ex eodem.

*Seruus ab ecclesia manumissus ordinari potest: & quod adquisit, post suum obitum, erit ecclesie manumittentis: quam si aduersat, vel contra eam testificatur, libertate & ordine priuatur.* *Cap. iii.*

**D**E famulis ecclesie constituere presbyteros & diaconos per parochias liceat, ita tamen ut antea manumissi statum recipiant libertatis. Quicquid autem talibus extiterit debitum, aut quolibet modo collatum: eis in personas extraneas transmittere non licebit, sed omnia ad ius ecclesie, à qua manumissi sunt, post eorum obitum debeant pertinere.

Quibus (sicut cæteris ecclesie libertis) aduersarij vel testificandi aduersus ecclesiam aditus præcludatur: ad quod si aspirauerint: non solum libertatis beneficio careant, sed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, sed necessitate temporis promeruerunt.

Ex concilio apud Alich.

*Dominus in seruo, quem manumittit, potest spirituales operas retinere.* *Capitulum. iiii.*

**N**ullus: & infra. Si quis de seruis suis quenquam donauerit libertati, & ipsum in presbyterū fecerit ordinari, ille autem postea in superbiam elatus, domino suo canonicas horas psallere noluerit: aduersarij apud episcopum, qui ordinauerit eum,

ric eū, degradetur. *Alexād. iij. archiepisc. Turoñ.*

*Spuri, vel serui, ordinari non debent.* *Capitulum. v.*

**C**onsuluit: & infra. Consecr. c. respō. quod neq; spurius neque seruus ordinare debet: & si memor es, in consecratione tibi dictum fuit, vide ne quilibet seruilis conditionis ad ordines promouere præsumas.

*Innocentius. iij. Variñ. episcopo.*

*Manumissus ab ecclesia ut fiat clericus, & ipsi ecclesia perpetuo seruiat in diuinis, ad aliam ecclesiam se transferre non potest: secus si pure fuerit manumissus. Vel sic, secus si fuerit manumissus ut seruiat.* *Ioan. And.* *Capitulum. vi.*

**E**O libentius: & infra. Adieciſti aliam quæſtionem, an illorum filij, qui ecclesie seruii conditione tenentur, traditi à parentibus militie clericali cum suorum conuictia dominorum, ut in eadem ecclesia debeant deferuire, adsequentes propterea libertatem, post tempus ea relicta possint ad aliam se transferre? In quo credimus distinguendum, vtrum eo tenore fuerint manumissi & obligati ordini clericali, quod manumittenti ecclesie, dum vixerint, deberent impendere famulatum in obsequiis diuinorum: & tunc transferendi se ad aliam, est eis licentia deneganda, vel manumissi extiterint absolute: \* sicque libertate habeant ad aliam transeundi. *Idem.*

*Ius, quod est de seruo facto diacono, etiam de subdiacono deſeruitur intelligi.* *Capitulum. vii.*

**M**ramur non modicum cum certum \* sit in constitutionibus antiquorum, quando serui in gradus ecclesiasticos ordinati, debeant in seruitutem vel non debeant reuocari: & infra. De subdiaconali ordine, quia de eo non fit mentio in patrum statutis expresse, videtur nobis, quod & is cum diaconali gradu priuilegio gaudet eodem. Nam licet sacer ordo non reputaretur in ecclesia primitiua, tamen à constitutione Gregorij atque Urbani secundum moderna tempora sacer gradus esse minime dubitatur.

*Gregorius. ix. archiepiscopo Neapo.*

*Natus ex patre seruo & libera matre, liber est, & licite promouetur.* *Capitulum octauum.*

**D**ilectus filius G. diaconus proposuit: q. I. miles ea occasione quod patrem ipsius hominē suū esse proponit (licet mater sua cuius debet imitari conditionē, \* libera esse nascatur) ne promoueatur in presbyterū, impedire præsumit. Quocirca mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, eundem militem ab huiusmodi impedimento cessare compescas.

*h iij De obli-*

\* *vide. l. manumissiones. ff. de instr. iur. & l. liberis. ff. de adop. \* al. cautum.*

\* *vide. l. idē Poponni. S. idē scribit. ff. de rei vind. & isti. de inge. S. i.*

De obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non. Tit. xix.

Ex concilio Cartha.

Obligatus ratiocinis, deposito onere & reddita ratione, ordinari potest: prius vero non. Capitulum vnicum.



Magnus episcopus Aug. dicit procuratores, actores, executores seu curatores pupillorum si debet ordinari. Gratus episcopus dixit: Si post deposita onera & reddita ratiocinia actus vite ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent cum laude dei (si postulati fuerint) honore munerari. \* si enim ante libertatem negociorum vel officiorum fuerint ordinati, ecclesie sit infamatur. Vniuersi dixerunt: Recte statuit sanctitas vestra, ideoque ista est nostra sententia.

\* al. munerari.

De corpore viciatis ordinandis, vel non. Tit. xx.

Alexander tertius.

\* vide. l. Presbyter, qui in duello digiti partem amisit, ex dispensatione obseruari sui episcopi potest in suo ordine ministrare. Capi.



Dum presbytero Campania, qui duellum sponte obtulit, & oblatum suscepit, & in eo partem digiti amisit: respondemus, quod cum ipse non perdidit tantum de digito, quin sine scandalo possit solenniter celebrare, satis potes post peractam penitentiam cum eo misericorditer agere, \* & permittere ipsi in suo ordine ministrare, licet eius excessus grauis admodum extitisset.

Idem Cisterciens. elec.

Habens in oculo maculam, que non inducit magnam deformitatem, etiam ad episcopatum potest promoueri. Capitulum secundum.

Cum de sua \* electione questio mota fuisset: & infra. Tibi, quod in oculo maculam habebas, & filius canonici fueris, est obiectum: Vnde Cantuariens. archiepiscopo dedimus in mandatis, vt pro eo quod canonici filius diceris, in promotione tua ex multa dispensatione procedat. De macula vero archiepiscopo predicto mandauimus, vt cum consilio suffraganeorum suorum quod exinde visum fuerit, exequatur, \* in quo tibi ex maxima dispensatione curauimus providere.

Clemens. iij. Variens. episcopo.

Secus

Se. In in cunabulis, licite promouetur.

Cap. iij.

Ex parte B. monachi petitorii fuit nostro apostolatu presentatum, quod cum ipse in cunabulis lectus fuerit, postmodum sub regula & abbate deuote deo militans, in diaconatus ordinem est promotus: & infra. Sanè cum secundum statuta Niceni concilij, illi ad clericatus ordinem prohibeantur accedere, & si etiam in clero fuerint, debeant cessare, qui seipos sani absciderint vel adfectauerint, vt ab alijs abscindatur, non credimus ei impedimentum adferre, quo minus possit prohi, qui in cunabulis lectus fuit, quia non videtur hoc eo tempore adfectasse, quo iudicium animi non habebat: presertim cum in canonibus Apostolorum sit manifestè sancitum, quod eunuchus, si per insidias hominum factus, vel ita natus sit, aut etiam in persecutione sint ei amputata virilia, & dignus est, possit in episcopum promoueri.

Idem Rauenna. archi.

Sacerdos, qui sine causa virilia sibi fecit abscindi credens inde mereri de dispensatione episcopi suum officium, prater altaris ministerium poterit exercere. Cap. iiii.

Significauit nobis R. archipresbyter sancti Stephani, & B. presbyter (credens se obsequium prestare deo) fecit sibi virilia amputari: & infra. Quocirca mandamus, quatenus si iam dictum presbyterum alijs deo dignum inueneris, ei sacerdotale officium absq; altaris ministerio autoritate nostra fretus & tua, prout uideris expedire concedas.

Innocentius. iij.

Sacerdos, qui ex iusta causa fecit sibi virilia abscindi, potest vt prius sacerdotale officium exercere. Cap. v.

Ex parte M. presbyteri fuit propositum, & cum sibi sentiret lepre periculum imminere, de consilio medici virilia fecit sibi abscindi, vt posset a tam graui infirmitatis vitio liberari: & infra. Quoniam igitur canones sanctorum patrum hunc a sacri altaris administratione non prohibent, madamus, quatenus si est ita, & memoratus M. est alijs idoneus: vt sui ministerij officium exequatur, liberam ei tribuas facultatem.

Idem Militen. episcopo.

Mutilatus manus, si promotus fuerit in abbate, ab abbatis deponitur. Capitulum sextum.

Exposuisti nobis, & predeceffor tuus H. in abbatem promotus, nesciens & ipse esset manu altera mutilatus: & infra. Nos igitur. f. e. t. respõ. quod cum pro tam enormi defectu sacros non possit ordines promoueri, & in promotione sua h iij id ta-

\* vide. l. sed & questio. S. i. cu no. ff. de lib. & postl. et. l. spadone. ff. de ver. signifi.

\* vide. l. Presbyter, qui in duello digiti partem amisit, ex dispensatione obseruari sui episcopi potest in suo ordine ministrare. Capi. dum. ff. de offi. presb. c. 50. di. c. pöderet. \* al. Cum in tua. \* Hec verba put tibi videbitur in istis, quid ipotent. vide. l. quedã. ff. de leg. ii. c. l. si deiusfor. S. si sit. ff. de leg. iii.

id tacuerit fraudulenter, ab abbatix officio est non immeritō amouendus.

Honorius.iiij.episcopo Engolismēn.

*Carens vngula pollicis, dummodo sit fortis in pollice, licitē ad sacerdotium promouetur.* *Capitulum.vii.*

**T**homas monachus proposuit, quōd cū in annis puerilibus esset constitutus, quēdam barra ferrea super dextrę suę pollicem fortuitō cadens, vngulam auulsit ab eo. Quocirca mandamus, quatenus si ad frangendum Eucharistiam sit in pollice ipso potens, & aliud canonicum nō obstat, propter deformitatem huiusmodi non dimittas, quin eum ad ordinem promoucas sacerdotis.

De digamis non ordinandis. Tit.xxj.

Ex concilio Aurelianensi.

*Breue est.*

*Capitulum primum.*



**M** digami, pœnitentes, vel repudiatarum mariti, ad sacerdotium non ascendant.

Lucius.iiij.Spalen.archiepiscopo.

*Cum digamo, qui ordinatus est ad sacros, nō dispensatur: & ordinator priuabitur potestate ordinandi, nisi cum eo fuerit dispensatum.* *Capitulum.ii.*

**S**peremus q̄ ordinatores eorum potestate & officio ordinandi, & ordinati si ad sacros ordines fuerint promoti, eis ideo sunt priuandi, quia in digamis contra Apostolū dispensare non licet vt debeāt ad sacros ordines promoueri, vel in eis si promoti fuerint remanere. In ordinatore autem potest dispensatio adhiberi, vt ordinandi potestate & officio non priuetur.

Celestinus.iiij.

*Digamus vxore viuente, vel mortua, non ordinatur.* *Cap.iiij.*

**D**e digamis presbyteris, & viduarum maritis, idem fancimus omnino, vt nec uiuentibus vxoribus, nec defunctis, ad diuinorum debeant celebrationem admitti: maximē cū doctrina sit Apostoli, & institutionibus ecclesię alienum.

Innocentius.iiij.Ratispa.episcopo.

*Qui mortua vxore promotus ad sacros, cum secunda de facto contraxit & cognouit, digami.e penam incurrit, licet non sit digamus..* *Capitulum.iiii.*

**N**uper a nobis: & infra. Tertius articulus videbatur habere non modicū questionis: quoniam cū in matrimonio contrahendis non iuris effectus, sed animi destinatio attendatur,

tendatur, vnde illum comitatur infamia, qui duas simul vxores habet: quod partim ad factum conuenit retorqueri: sicut in canone legitur de presbytero, qui non legalibus nuptiis detinetur: eadem censura tales videntur inter digamos reputandi.

Licet obuiet ex aduerso quōd opinioni sit veritas præferenda, & quōd iuxta præmissa, qui nullam vxorem habuit, foret digamos reputandus: quod contingeret, si quis de facto contraheret cum diuersis, quibus de iure non posset matrimonialiter copulari. Nos autem in hac quæstione. e. rñ. quōd cum huiusmodi clericis, qui quantum in ipsis fuit, se cūdas mulieres sibi matrimonialiter coniunxerunt, tanquam cum digamis non liceat dispensari, licet in veritate digami non existant, nō propter sacramenti defectum, sed propter adfectum *\* intentionis cum opere subsecuto.*

*\* Vide. l. si in emptione. ff. de mi. l. si equo. ff. de le. i.*

Idem Metensi episcopo.

*Qui contraxit cum virgine: licet prius ab alio fuerit desponsata, digamus nan censetur.* *Capitulum. v.*

**D**ebitum pastoralis officij: & infra. F. t. duximus respondendum, quōd cū duo sint in coniugio, videlicet contentus animorum, & commixtio corporum, quorū alterum significat charitatem, quæ consistit in spiritu inter deum & iustam animam, ad quod pertinet illud quod dicit Apostolus: Qui adhæret deo, vnus spiritus est cum eo: reliquum verō designat conformitatem, quæ consistit in carne inter Christum & ecclesiam, ad quod pertinet illud quod euangelista testatur: verbum caro factum est, & habitauit in nobis: profectō coniugium illud, quod non est cōmixtione corporum consummatū, non pertinet ad illud coniugium designandū, quod inter Christum & ecclesiam per incarnationis mysterium est cōtractum, iuxta quod Paulus exponens illud quod dixerat protoplastus: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: & propter hoc relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. statim subiungit, hoc autem dico magnum sacramentum in Christo & ecclesia. Cū ergo propter sacramenti defectum inhibitur sit, ne digamus, aut maritus viduæ præsumat ad sacros ordines promoueri, quoniam nec illa est vnica vnici, nec iste vnus vnus: profectō vbi deficit inter huiusmodi coniuges commixtio corporum, non deest huiusmodi signaculum sacramenti. Vnde is, qui mulierem ab alio viro ductam, sed minimē cognitam duxit vxorem: quia nec illa, nec ipse carnem suam diuisit in plures: propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoueri.

*1. Cor. 7.*

*Ioan. 1.*

Idem

Idem Lugdunē archiepiscopo apo. se. legato.

**Q**ui plures habuit concubinas, ex eo digamus non est. *Cap. vi.*  
 Via circa minima: & infra. Sane postulasti per se. apo.  
 edoceri, si presbyteri plures concubinas habentes, digami  
 censentur. Ad quod duximus respondendum,  
 q̄ cū irregularitatem non incurrerint digamiæ: cum eis tanq̄  
 simplici fornicatione notatis, quo ad executionem sacerdotia-  
 lis officij poteris dispensare.

Idem.

Subdiaconus qui cum vidua contraxit, & eam cognovit, di-  
 gamiæ penam incurrit, licet digamus non sit. *Cap. vii.*

**A** nobis fuit: & infra. Ille autem, qui in subdiaconatus or-  
 dine constitutus de facto tantum (quia de iure non po-  
 tuit) duxit viduam in vxorem, profecto digamus nō existit: sed  
 nec vidua potest in veritate dici maritus, cū inter ipsum &  
 illam non fuerit vinculum maritale contractum: cū eo tamē  
 contra doctrinam Apostoli tanquam cum marito viduæ dispē-  
 sare non licet, non propter sacramenti defectum, sed ad defectum  
 intentionis cum opere subsecuto.

De clericis peregrinis. Tit. xxij.

Alexander. iij. Cœnoman. episcopo.

*Utramq̄ valde remoti ordinationē suam probare de-  
 bent per quinque episcoporum sigilla. Capitulum. i.*



**P**ra nos duxit. f. consulendos, quid sit agendum de  
 clericis, qui in remotis regionibus ordinati, lite-  
 ras eorum ostendunt, à quibus sibi proponit mi-  
 nus impositas: & vtrum episcoporum sigilla sint,  
 quæ repræsentant, incertū existit. \* Tuæ igitur  
 cons. r. tutius esse, vt in his statuta patrum veterū obseruentur,  
 q̄ nouum aliquid statuatur. statutum autem est de trāsamarinis,  
 vt ad minus quinque episcoporum super ordinatione sua testi-  
 monio muniantur: quod in aliis (si similiter sunt incogniti) cre-  
 dimus obseruandum, ita tamen vt in suspensione aliquanto tē-  
 pore habeantur, in quo plenus de actibus instruat̄ ipsorum.  
 sed & de inferioribus ordinib⁹ inquiri oportet, quia posset cō-  
 tingere, vt aliquibus prætermisissis saltem fecissent. His autem  
 peractis, si digni inuenti fuerint, circa eos poterit dispensari.

Innocentius. iij. Constantinop. patriarcha.

Clericus peregrinus, qui iurat se ordinatum: nisi aliter probet,  
 in illo ordine non suscipietur, nec ad superiores promouebitur.

*Capitulum secundum.*

\* Quod ad  
 modū &  
 quādo si-  
 gillo crede-  
 di sit, vi-  
 de. l. Lu-  
 ci⁹. & ibi  
 Bart. ff.  
 de. fi. istr.  
 & v. l. ad  
 testiū ff.  
 de test.

**I**nter quatuor: & infra. Vtrum clericos ad te sine suorū  
 dinatorum literis venientes, & offerentes iuramentū, quod  
 sicut in quouis ecclesiasticorū ordinum constituti, debes ad su-  
 periores ordines promouere. Inquisitioni. t. r. q̄ nisi de ip-  
 sorū ordinatione canonica, per idonea tibi constitit argumē-  
 ta: eos nec in illis suscipere, nec ad maiores debes ordines pro-  
 mouere, præsertim aneq̄ conuersatio eorū fuerit adprobata.

Idem patriarchæ Hierosolymitano.

Peregrinus de cuius ordinatione non constat, non permittitur  
 celebrare in publico, sed in occulto sic. *Cap. iij.*

**T**u fratrenitatis: & j. Vtrum clericos, qui ad partes  
 Hiero. sine commendatitiis literis veniunt, permittere  
 debeas celebrare diuina: & j. Respondemus q̄ nisi legitimē  
 tibi constitit, siue per literas, siue per testes, de illorū ordi-  
 natione canonica, qui penitus sunt ignoti, nō debes ipsos per-  
 mittere in tuis plebibus celebrare: sed si forsitan eorum aliqui  
 secreto ex deuotione celebrare voluerint, poteris sustinere.

Honorius. iij. Regi. episcopo.

Inferiores prælati sine ducesanorum consensu, in ecclesiis suis  
 peregrinos non possunt instituere. *Cap. iiii.*

**T**e nobis proponente didicimus, quod quidā prælati ec-  
 clesiarum tuæ iurisdictionis, in ecclesiis sibi commissis sine  
 scientia \* tua clericos de alienis episcopatibus \* instituere non  
 verentur. Attēdentes igitur id eis nulla ratione licere, cū  
 sit honestati contrarium, \* & à sanctorum patrum institutioni-  
 bus alienū: & infra. Inquisitioni. t. r. quod tibi licet eos ex-  
 inde remouere, nisi aliquos ex dispensatione in eisdem eccle-  
 siis duxeris dimittendos.

\* alias cō  
 scientia.  
 \* Alias  
 partibus.  
 \* Vide. l.  
 quod vul-  
 go. ff. de  
 statu ho.

De officio archidiaconi. Tit. xxiiij.

Ex libro Romani ordinis.

Ponit quæ spectant ad officium archidiaconi. *Cap. i.*



**V**archidiaconus post episcopum sciat se vicariū  
 esse eius in omnibus, & omnem curam in clero  
 (tam in vrbe positorem, quam eorum, qui per pa-  
 rōcias habitare noscūt) ad se pertinere, siue de  
 eorum conuersatione, siue honore \* & restaura-  
 tione ecclesiarum, siue doctrina ecclesiasticorum, vel caterarū  
 rerum studio: & delinquentium rationem coram deo redditu-  
 rus est. Et ve de tertio in tertium annum si episcopus non po-  
 test parōciam vniuersam circūcat, & cuncta, quæ emēdatione  
 indigent, ad vicem sui episcopi corrigat & emendet.

\* l. si cū  
 dies. §. cō  
 promissio.  
 ff. de arb.

\* Alias  
 onere.

Ex concil-

Inter



Ex concilio Toletano.

*Non summatur, sed ponit quedam quæ spectant ad officium archidiaconi.*

*Capitulum.ii.*

**O**fficium vero archidiaconi est euangelium quando voluerit legere, vel alicui de diaconis præcipere: & quando episcopus missam canit, ad iusionem illius induant se leuite & vestimentis sacris: qualiter cum pontifice ad missam procedant: & infra. Omne ecclesiasticum officium prouidendo. Lectiones aut responsoria in matrice ecclesia dare debet, & auscultare, in tantum vt nullus euangelium, aut epistolam, responsoria, vel quamlibet in ecclesia lectionem legat vel cantet, donec auscultetur ab ipso. Acolythos quoque ipse ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum deferre, quisve minorum in ecclesia aliqua officia agere debeat.

Gregorius. iij. archidia. Salonipano.

*Custodia vasorum ecclesie spectat ad archidiaconum. Cap. iij.*

*\* Alias, continet.* **E**A quæ contra: & infra. Scire vero te volumus quod & te districte quaesituri sumus, quia vel propriæ ecclesie, vel ea quæ de diuersis ecclesiis cimilia sunt collecta, non sub omni sollicitudine & fide seruantur. Quod si quid ex eis, vel negligentia, vel cuiusquæ fraude deperit: tu hoc reatu adstringeris, qui per archidiaconatus ordinem custodiæ eiusdem ecclesie actius deputaris.

Alexander. iij. Elieñ. archidiacono.

*Archidiaconus sine mandato episcopi, non committit curam animarum, id est non habet institutionem authorizabilem.*

*Capitulum. iiii.*

**C**um satis sit absurdum: & infra. Quoniam igitur obtinetur alicuius consuetudinis, non debes contra sanctorum patrum constitutiones venire, & quod ad tuum non spectat officium vindicare. Mandamus vt nemini sine licentia & mandato episcopi curam præsumas committere animarum.

Idem Vigoriens. episcopo.

*Archidiaconus de iure communi non potest excommunicare.*

*An. de Bu.*

*Capitulum. v.*

**A**rchidiaconis non videtur de ecclesiastica institutione licere ( nisi auctoritas episcoporum accesserit ) in aliquos sententiam promulgare.

Idem episcopo Conuentren. & abati Cestren.

*Archidiaconus semel in anno ( nisi necessitas exigat plus ) visitat suam prouinciam, id est parociam.*

*Capitulum. vi.*

Mandamus

**M**andamus quatenus prohibeatis Cestren. archidiacon. ne ad ecclesias sui archidiaconatus visitandas, nisi semel in anno, accedat. Nisi fortè talis causa emerferit, propter quam ipsum oporteat præfatas ecclesias sæpius visitare.

Innocentius tertius.

*Dicit primo quod sit officium archidiaconi: & in quo per illud releuetur episcopus. Et secundo dicit decanos rurales per episcopum & archidiaconum eligendos & amouendos, si illorum vices communiter gerant.*

*Capitulum. vii.*

**A**D hæc nos dicimus: & infra. Sane consuluit nos tuæ fraternitatis deuotio, quid ad officium archidiaconi debeat pertinere, & in quibus per ipsum cura episcopalis sollicitudinis debeat releuari: & nos prout possumus respondemus: Archidiaconus (secundum statuta beati Isidori) imperat subdiaconis & leuitis: parociarum sollicitudo & earum ordinatio ad ipsum pertinet: & audire debet iurgia singulorum: archipresbyteri, qui a pluribus decani nuncupantur, eius iurisdictioni se noverint subiacere. Secundum vero Romani ordinis constitutionem maior post episcopum, & ipsius episcopi vicarius reperitur: omnem sollicitudinem & curam, tam in clericis; quam in ecclesiis eorum (prout melius secundum deum poterit) impetendo, cum super his sit redditurus rationem in districti examinis iudicio. Item in epistola beati Clementis papæ. p. n. oculus episcopi archidiaconus appellatur, vt loco episcopi per episcopatum prospiciens: quæ corrigenda viderit corrigat, & emendet: nisi a deo fuerint ardua negocia, & absque maioris sui presentia nequeant terminari. In quadam vero nostra constitutione iam alta vice nos meminimus expressisse, quod institutio corporalis, tam super beneficiis, quam etiam dignitatibus ad ipsum debeat pertinere, examinatio etiam clericorum si fuerint ad sacros ordines promouendi: & hoc idem in collationibus beneficiorum credimus obseruandum, vt qui beneficiis ecclesiasticis præficiendi fuerint, a suo prius examinentur archidiacono, & per ipsum postmodum episcopo presententur.

*vide Cap. 15  
de off. archidiaconi  
quod loquitur*

Subsequenter postea quaesiuisti, vt rum decani rurales, qui pro tempore statuuntur, ad mandatum tuum solum, vel archidiaconi, vel etiam veriusque institui debeant vel destitui, si fuerint amouendi. Ad hoc breuiter respondemus, quod cum ab omnibus, quod omnes tangit, adprobari debeat, & communem decanum officium exerceat: communiter est eligendus, vel etiam amouendus.

Idem.

*Archidiaconus non dat cõmendatitias ad ordines. Cap. viii.*

*Significasti:*

**S**ignificasti & infra. Interdicas archidiacono tuo ne sine conscientia tua & auctoritate literas suas promouendis tō cedat. Et eis etiam diſtrictē\* prohibeas, ne ad ordines audeant conuolare. Qui ſi contra prohibitionem tuam venire præſumpſerint, executionem eis ordinum ſuſceptorum totaliter interdicas.

\* Aliās, diſcrete.

Idem.

*Archidiaconus examinatus & præſentat ordinandos, & ponit prælatos in ſede.*

**V**T noſtrum: & infra. Nec fuit ſufficiens probatum, quod cancellarius ex officio ſuo exerceat ſpiritualia memorata, cum ea potius de iure communi ad archidiaconi ſpectent officium, repræſentare videlicet ordinandos epifcopo, & illos examinare, ponere abbates & abbatiffas in ſede.

Honorius tertius abbati Ariminē. Treceñ. diœceſis & archidiacono & decano ſancti Stephani Treceñ.

*Archidiaconi in monaſteriis iuriſdictionem non habent, niſi quantum tribuit eis generalis vel ſpecialis conſuetudo.* Cap.x.

**D**ilecto filio: & infra. Ad petitionem archidiaconi Senon. conuerſentis, quod abbas & conuentus monaſterij ſancti Petri Senonē. procuracionem annuam, & quãdam alia, ratione ſui archidiaconatus ad ipſum ſpectantia, exhiberi ſibi contra iuſtitiam denegabant, abbati ſancti Crispini & collegi eius dedimus in mandatis vt adirent cauſam, & ſine debito terminarēt. Coram quibus petiit prædictus archidia. vt cum monaſterium intra metas ſui archidiaconatus ſit ſitum, abbas & monachi ſibi obedirent in his, quæ pertinet ad iuriſdictionem, correctionem, & viſitationem ad ius (vt dicebat) archidiaconale ſpectantes, videlicet vt coram ſe conuerſentibus reſponderent, citati etiam venirent ad eius præſentiam: & eius mandata honeſta & ſancta ſecundum deum, de correctione exceſſuum, & aliis, quæ archidiaconi ſolent & poſſunt rationabiliter iniungere, audiri, & (ſaluâ ſua regula, & abbatis ſui debita obedientia) ſequari. Petiit inſuper ne deceterò facerent aliquos de Senonē. balliuâ, eo prætermiſſo, coram officiali Senonē. archiepiſcopi conueniri, adſerens illos prius debere conueniri ſub ipſo, quàm coram officiali prædicto: ſpecialibus ipſius archiepiſcopi & hominum, ac familiarum ſuarum cauſis duntaxat exceptis: & infra. Ideoque di. v. manda. quate. per maiores eccleſiæ Senonē. canonicos, qui habere debent de huiusmodi conſuetudine noticiam pleniorē, ſuper his ſolicite veritatem in-

quiratis: & niſi vobis conſiterit præfatum archidia. vel prædeceſſores ipſius de pacifica ſic obſenta cōſuetudine iuriſdictionem aliquam in ipſo monaſterio, vel in huiusmodi abbatibus hætenus habuiſſe: præfatum monaſterium ab eius impetitione penitus abſoluatis, perpetuum ſuper hoc ipſi archi. ſilentium imponentes. Si vero de præmiſiſ conſiterit per eodem, eandem iuriſdictionē duntaxat adiudicantes eidem in monaſterio ipſo, quam ipſum vel prædeceſſores ſuos in monaſterio ipſo, vel in eiſdem abbatibus habuiſſe conſiterit: ſuper aliis perpetuum eiſilentium imponatis.

De officio archipreſbyteri. Tit.xxiiij.

Ex concilio Toletano.

*Archipreſbyter ciuitatis ſubſeſt archidiacono: & principaliter præſt præbyteris, & præbyteralibus officiis.* Cap.i.

**V**T archipreſbyter ſciat ſe ſubſeſte archidiacono, & eius præceptis ſicut ſui epifcopi obedire, & quod ſpecialiter ad eius pertinet miniſterium, ſuper omnes præbiteros in ordine præbyterali poſitos curam agere animarum, & aſidue in eccleſia ſtare, & in epifcopi ſui abſentia ad vicem eius miſſarum ſolemnia celebret, & collectam dicat, aut cui ipſe iniunxerit.

Leo papa.

Ad idem.

Capitulum.ii.

**M**iniſterium archipreſbyteri in eo conſtituitur, vt diligenti cura provideat miniſterium ſacerdotum cardinalium, qui ſolenne debent agere officium in communicatione corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, à ſacroſancto die dominico incipiendo, per omnes horas canonicas indeclinabiliter perſeuerent, vt opus dei digne & ſanctè pſiciatur ab eo, cui committitur: & infra. Provideat etiam archipreſbyter vitam ſacerdotum cardinalium, præceptis ſui obtemperando epifcopi, ne aliquando cedant, aut ſcurrilitate torpeant: & infra. Si epifcopus defuerit (exceptis his, quæ prohibita ſunt) archipreſbyter provideat cuncta, quæ in ſacerdotum miniſterio perfici debeant, fontes benedicere, inſfirmum oleo perungere, poenitentem inſfirmum (conſulto epifcopo) reconciliare, poenitentiam cunctis aliis ſacerdotibus iniungere. In præcipuis feſtiuitatibus, aut ipſe celebrationem miſſæ ſolemniter impleat, aut ad ſui iuſſionem, cui committitur, peragat veneranter.

Idem.

*Declarat quod ſit officium archipreſbyteri ciuitatis. Anto. de Bnt.*

Capitulum.iii.

Officiari.

**O**fficiū archipresbyteri de vrbe cōstat, quando sibi prae-  
iul defuerit vice eius officium inchoare, benedictiones  
presbyterales in ecclesia dare, missam quando voluerit canere,  
vel cui de sacerdotibus iusserit. Quando verò episcopus missam  
canit, debet præcipere sacerdotibus vt induāt se vestimen-  
tis sacris, & qualiter ad missam procedant. debet enim præcipere  
custodi ecclesiæ, vt in sacratio Eucharistia Christi propter  
infirmos non desit, debet infirmis prouidere & prouidendo  
præcipere sacerdotibus, ne forte sine confessione, vel confirma-  
tione corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi mori-  
antur: confessiones peccatorum \* corum, qui à foris veniunt,  
recipere cum omnibus sacerdotibus, & exinde per prouisionem  
pontificis magnam debet illis adhibere curam, ad Christianos  
quoque faciendos, & baptizandos infantes, & ad succurrendum  
omnia à sacerdotibus per iulsionem \* illius fiant.

\* *Alias, diftorum.*

\* *Alias, quisionē.*

Idem ex synodo Rauennæ habita.

*Archipresbyter ruralis presbyterorum & laicorum plebania  
sua curam gerit: contra decretum tamē episcopi nihil ordinare pre-  
test.*

*Capitulum. iiii.*

**V**T singule plebes archipresbyterum habeant, propter af-  
siduam erga populum dei curam, qui non solum imperiti  
vulgi sollicitudinem gerāt, verū etiam presbyterorum, qui per  
minores titulos habitant: vitam iugi circumspectione custo-  
diunt, & qua vnusquisque industria diuinum opus exerceat, epi-  
scopo suo renunciet. Nec cōtendat episcopus non egere ple-  
bem archipresbytero, quasi ipse eam gubernare valeat, quia cri-  
si valde idoneus sit, decet tamē vt sua onera partiatur: & sicut  
ipse matrici ecclesiæ præest, ita archipresbyteri præ sint plebi-  
bus, vt in nullo titubet ecclesiastica sollicitudo: cuncta tamen  
referant ad episcopum, nec aliquid contra eius decretum or-  
dinare præsumant.

De officio primicerij. Tit.xxv.

Idem in libro Romani ordinis.

*Posit ea, quæ spectant ad officium primicerij. Anto. de Bu.  
Capitulum primum.*



**P**rimicerius sciat se esse sub archidiacono, sicut & ar-  
chipresbyter, & ad eius curam specialiter perti-  
nere, vt præsit in docendo diaconis, vel reliquis  
gradibus ecclesiasticis in ordine positus, vt ipse di-  
scipline & custodię insinat, sicut pro animabus eo-  
rum coram deo rationem est redditurus, & vt ipse diaconis do-

net

net lectiones quæ ad nocturna officia clericorum pertinent, &  
de singulis studium habeat\* vt in quacunque re capace m sen-  
sum habuerit, absque vlla vacet negligentia, aut à quo ipse ius-  
serit instruantur.

\* *Vide au-  
thē. vt ex-  
ac. instā.  
dot. S. fi.  
col. vii.*

De officio sacristæ. Tit.xxvj.

Ex concilio Toletano.

*Capitulum. i.*



**V**sciat se sacrista subiectum archidiacono. & ad eius  
curam pertinere custodiam sacrorum vasorum,  
vestimentorum ecclesiasticorum, seu totius the-  
sauri ecclesiastici, necnon quæ ad luminaria per-  
tinent, siue in cera, siue oleo.

De officio custodis. xxvij.

Ex libro Romani ordinis.

*Posit, quæ spectant ad officium custodis. hoc dicit. Cap. i.*



**C**ustos ecclesiæ, cui ea, quæ ecclesiæ competunt, cus-  
todienda committuntur, oportet vt sui archid.  
iulsioni in cunctis obediat, in canonicis horis si-  
gna tinnabulorum pulsanda, ipso archidiacono. iu-  
bente ab eo pulsentur, pallia vel lineamenta alta-  
ris, seu cuncta vt in sila ecclesiæ indefinenter custodiat, lampar-  
& laternas in accendēdo, seu extinguendo peruigil existat:  
ne aut supra modum lucendo oleum depercat, aut minus lucen-  
do obscurior sit ecclesia: sed omnia cum discretione agantur:  
quæ noscitur omnium virtutū esse mater. Si verò is minus ido-  
neus ad hoc peragendum extiterit, ab archid. coarceatur vt se  
emendet. Si autem indomitus permanerit, archidiacono. episcopo  
denunciando prouideat, vt indecente eiecto, aptus domui dei  
constituatur minister, vt omnia in laudem dei fiant.

Ex concilio Toletano.

*Ad idem.*

*Capitulum. ii.*

**C**ustos sollicitus debet esse de omni ornamento ecclesiæ,  
& luminariis siue incenso, necnon panem & vinum omni  
tempore præparatum ad missam habere debet, & per singulas  
horas canonicas signum ex consensu archid. sonare, & omnes  
oblationes seu elemosynas, seu decimas (cum eiusdem tamen  
consensu absente episcopo) inter fratres diuidat. In his tribus  
ecclesiæ columnis (vt sancta sanxit synodus) consistere debet  
alma mater ecclesiæ: vt ad hoc opus tales ordinentur, quales me-  
liores & sanctiores esse viderint, vt nulla negligentia in sancta  
dei ecclesia videatur: hi tres, archidiaconus, archipresbyter, cu-  
stos,

Decretaliū Gregorij Lib.j. Tit. xxviii.

stos, simul iuncti, vno animo prouidē peragant & perfectē, & non sit inuidia, neque zelus inter illos.

De officio vicarij. Tit. xxviii.

Alexander. iij. episcopo Noruic. & G. archidia.

*Vicarius si beneficium curatum postea sit adeptus, vicaria priuabitur. Capitulum primum.*

**A**udientiam nostram peruenit quōd V. presbyter monachos de Ramefia petendo vicariam ecclesie de Burnel. à qua vincti annis retrocessit, in diuersis postea ecclesiis personatū adeptus, fatigare præsumit. Quia igitur nō est canonicum, vt qui curam animarum in diuersis habet ecclesiis, vicarius in alienis existat: mandamus quatenus (si est ita) prædictum presbyterum à petitione supradictæ vicariæ desistere compellamus.

Idem Eliensi episcopo.

*Plures vicarias quis habere non potest. Capitulum. ii.*

\* Vide. l. i. ff. de test.

**P**rouideas ad reneus, ne in episcopatu tuo patiaris aliquem plures vicarias habere\*: Quia cum vicarij teneantur personis & ecclesiis deseruire, alienum est ab ordine iuris, vt vicarium quis habeat præter vnam.

Idem Vintoniensi episcopo.

*Perpetuus vicarius per episcopum institutus, per rectorem remoueri vel portione sua fraudari non potest. Capitulum. iii.*

**A**d hæc si persona alicuius ecclesie, vicario, quem in eadem ecclesia instituit, de adfensu & authoritate diuini episcopi certam assignauerit portionem, is, qui persona illa defuncta in personatum illius substituitur, non potest eundē ab ecclesia remouere, vel assignatam sibi minuire portionē. Nisi aliquid committat, propter quod per iudicem in vicaria sit vel beneficio condemnandus. Idem Nor. episcopo.

*Vicarius non potest substituere vicarium. Capitulum. iiii.*

\* Alias, tua nobis. \* Vide. l. fi. cum ibi not. C. Si à non cōper. iudi.

**C**lericos in presbyteratu vel in aliis inferioribus ordinibus constitutos, in vicariis ecclesiarum, quas adepti sunt, alios sibi substituere non permittas, cum id satis sit absurdum & absurdum.

Innocentius tertius abbati sancti Euge. & plebano sancti Petri.

*Vicarius Papa in vrbe iurisdictionem habet, nō extra urbem. Capitulum. v.*

**S**ua nobis\*: & infra. Nos igitur vicarij literas æstimantes per surreptionem obtētas\*: Quoniam iurisdicctio vicarij,

De officio & potestate iudicis delegati. 66

rii, quem Romanus pont. in vrbe reliquit, non extenditur extra illam, nisi ei specialiter sit concessum. Præsertim cum ipse moratur in sua provincia speciali, videlicet inter Capuanam provinciam & Pisanam. Mandamus, quatenus quicquid occatione literarum actum est, in irritum reuocetis.

Honorius. iij. Vigor. episcopo.

*Compelluntur vicarij ordinarij, ecclesias deseruire, per subtractionem prouentuum & vicariarum. Capitulum. vi.*

**E**x parte tua fuit propositum coram nobis: & infra. Mandamus, quatenus perpetuos vicarios, vt in ecclesiis, in quibus vicarias obtinent, refideāt, & se in presbyteros (vt eorum cura exigit) faciant promoueri, per subtractionem prouentuum vel ipsarum vicariarum compellat\*.

De officio & potestate iudicis delegati. Tit. xxix.

Alexander. iij. London: nsi episcopo.

*Delegatus Papa, potestatem habet nō solum in partes, sed etiā in alios, qui suam iurisdictionem impediunt. Capitulum. i. famofos. ff. de pœ.*



**V**ia quæsitum est quid faciendum sit de potestatis, quæ cum præcipimus alicui iustitiam exhiberi, minis ac terroribus conuolentes silere compellunt, & sic mandatum nostrum eluditur: sic tibi respondemus, quōd sicut agentes & consentientes pari pœna (scripturæ testimonio) puniuntur: sic etiam eos, qui trahuntur in causam, quādam principales eorum fautores (si eos manifeste cognoueris iustitiam impedire) districtione ecclesiastica poteris coercere.

\* Vide. ff. depositi. l. bona fides. C. l. capi. talium. S. famofos.

Rom. i. c. \* Vide. l. i. Subemus. S. cono. cum. m. l. C. de epis. & cleri.

Idem Bononiensi episcopo.

*Cum diuersa litera sub eadem data & forma contraria impetrantur, & presentantur à diuersis ad eosdem iudices, super sedetur visisque, donec consulatur Papa. Capitulum. ii.*

**S**ane si à nobis super aliqua causa litera impetrantur, & alia postea (non facta mentione priorum literarum) literæ opponuntur, si iudicibus innotuerit donec Romanum pont. consulant, & suam exinde cognoscant plenius voluntatem, executioni supersecedant vtrarumque. Ne pro varietate literarum, causarum fines valeant impediri. Idem episcopo London.

*Delegatus Papa impediens, subdelegare potest causam, quæ sine ipso commode terminari potest. Capitulum. iiii.*

**S**i pro debilitate, vel pro qualibet alia gravi causa, vel necessitate tractandis causis, quæ tibi à sede Apost. committuntur,

i ij tur,

tur, interesse non poteris liberum tibi sit personis discretis & idoneis vices tuas committere. Ita tamen, quod si res tanti est, consulere te debeant. Nisi forte causæ ita graues sint, & sine præsentia tua non possint commode terminari.

Idem. V. Carnoten. electo.

*Si causa committitur intra certum diem decidenda: nisi partes prorogent, per lapsum diei expirat iurisdictio. Cap. iiii.*

**D**E causis, quæ intra certum terminum decidendæ committuntur, hoc tuam volumus cognitionem tenere: quod nisi dies \* præfixus de communi consensu partium prorogetur, eo transacto mandatum expirat.

\* Alias, sequitur, ab apostolico.

\* Alias contempserint.

*Ubi certa pœna per ius statuta non est, delegatus imponit arbitriam, hoc dicit.*

Illis etiam qui pro causis tibi commissis ad citationem tuam venire, aut tuo super his parere iudicio neglexerint \*: si tale fuerit negocium, quod certa exinde pœna in canonibus exprimitur, eandem instigas, alioquin ipsos pro delicti qualitate & causæ secundum tuum arbitrium punire procures.

Idem archiepiscopo Senonensi.

*Per simplicem commissionem causæ, potest delegatus citare, contumacem punire, & reliqua facere, quæ spectant ad causam. Capitulum. v.*

**P**Ræterea super hoc, quod nos consulere voluisti, vtrum liceat iudici delegato non ordinario cogere contumacem ut veniat, aut dānare, si non venerit? Hoc tibi auctoritate presentium innotescat, quod postquam ei causa, licet simpliciter delegatur, satis potest nostra auctoritate partes compellere, & etiam contumaces seueritate ecclesiastica coercere: etiam si litteræ commissionis id non contineant, aut partes mandatū nostrum non habeant ut accedant. Quia ex eo, quod causa sibi committitur, super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.

Idem Vintoniensis episcopo.

*Si causa pluribus etiam simpliciter est commissæ, quilibet subdelegare potest. h. d. & quotidie allegatur. Capitulum. vi.*

\* Alias, quæuis sit vni.

**Q**uanuis simus \*: & infra. Si vero duobus causæ committitur, etiam si non adponatur, vt vnus sine altero procedat in ea: nihilo minus vnus ex ipsis, siue suo coniudici, siue alij, vices suas potest committere in hac parte.

Idem Norui. episcopo.

*Delegatus Papa sequitur sententiam suam, quam exequi non potest, aut non vult is, cui eam commiserat exequendā. Cap. vii. Significasti*

**S**ignificasti nobis: & infra. Con. t. t. r. quod si iudex ordinarius ad mandatum iudicis delegati a nobis non vult aut non potest (aliis resistentibus) sententiā ab eo latam, suo effectui mancipare, delegatus iudex eam auctoritate nostra sibi commissam potest executioni mandare: & si qui sibi resisterint, eos sententiā ecclesiastica coercere.

Idem.

*Si ordinarius scit eum non canonice institutum, quem delegatus Papa mandat in possessionem induci, non resistet violenter. sed precibus instabit ut differat, donec Papa consulatur. Cap. viii.*

**S**I quando clerici coram iudice delegato prælatos ecclesiarum, super ecclesiis, quas tenent, in causam traxerint, & coram eodem iudice transactione vel alio modo ecclesias obtulerint, in quibus certum sit eos institutionem canonicam nullatenus habuisse, nec possessionem etiam corporalem: Ordinarius iudex, non debet iudicis delegati mandato resistere violenter, \* sed apud ipsum instare, vt differat eos in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.

\* Vide. l. Nec magistratib\*.

Idem Brixienſi episcopo.

*Post definitiuam executionis mandatam expirat delegati iurisdictio. Capitulum. ix.*

**I**N literis: & infra. Con. t. t. r. quod ex quo iudex delegatus per se vel per alium, sententiam executioni mandauit, vel mandari præcepit, eius auctoritas & iurisdictio cessat: Quia semel est officio suo functus.

Idem abbati sancti Albini.

*Rego absente, non per contumaciam delegatus datus etiam ad diem, non restituet actorem: licet possessionem & deiectionem probare volentem. Capitulum. x.*

**C**onsultationibus: & infra. Quæsitum est, vtrum si aliquis ecclesia vel possessione qualibet se adseuerans absq; iudicio & causa rationabili spoliatus, a nobis ad iudices literas obtinuerit, vt intra certum tempus restituatur sibi possessio, si cõfiterit iudici, eum esse taliter spoliatum, possessio debeat ei restitui: cum is, qui tenet ecclesiam vel possessionem, quam ipse requirit, antequam de literis ipsis aliqua mentio fieret, studiorum peregrinationis, vel alia huiusmodi causa se absentauerit, nec intra tempus præfixum, \* iudici possit suam præsentiam exhibere? Super quo respondemus, quod nec potest, nec debet restitutionem habere, quanuis paratus sit corā iudice delegato, testibus idoneis possessionem & deiectionem suam probare: nisi is, qui possidet, se per contumaciam absentasset.

\* Alias, præmissu.

Idem Carnotensi episcopo.

*Delegatus Papa in causa sibi commissa, iurisdictionem habet super ordinarium, & quencumque maiorem. Capitulum.xi.*

**S**ane quia nos: & infra. Tuæ questioni duximus respondendum, quòd iudex à nobis delegatus, vices nostras gerit: in de in causa illa superior est: & maior illis, quorum causam susceperit terminandam. \* Ideoque si episcopus vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione illius in causa, quam ei delegamus rebellis aut contumax fuerit, secundum qualitatem facti poterit vel interdicti, vel suspensionis sententia, à iudice delegato compelli: Ita quòd iudex secundum negocij qualitatem temperate procedens, episcopo vel ingressu ecclesie, vel sacerdotale officium interdicit, aut etiam terram illius, quæ ad iurisdictionem suam pertinet, specialiter interdicto supponat.

Idem Eboracensi archiepiscopo, & episcopo Conuentren.

*Si primus impetrauit primam dignitatem in ecclesia vacatam, secundus impetrauit certam dignitatem ipsius ecclesie cum vacaret, & illa postmodum vacat: debetur primo, & non secundo. h.d. & est notabilis decisio. Capitulum.xii.*

**E**x parte N. nobis innotuit, quòd cum ad te, frater Conuentren. episcope, nostras literas impetrauerit, vt ei archidiaconatum, quem in ecclesia tua primò vacare contingeret, assignares: R. aduersarius eius alias à te frater Eboracen. literas impetrauit, nulla de prioribus habita mentione, vt si auunculus suus archidiaconatum, quem habebat in ecclesia eadem, vellet omninò dimittere ipsum, ei faceres assignari. Quoniam igitur si memores fuissetis nos pro prædicto N. literas direxisset, pro aduersario nullatenus scripsissetis: mandamus, quatenus præfato N. archidiaconatum ipsius ecclesie (si vacat) non obstantibus posterioribus literis assigneris.

Idem Eboracensi archiepiscopo.

*Vbi contraria voluntas Papa non adparet, delegatus iuri formam seruare debet, & rationabiles exceptiones admittit. Ioan. And. Capitulum.xiii.*

**E**x parte tua: & infra. Questioni tuæ taliter responderemus, quòd si quando iudici delegato expediat formam sibi statutam seruare, debet tamen rationabiles exceptiones admittit: & in causa iuxta iuris æquitatem procedere: Nisi exprimat in literis nostris, quòd nullæ debeant exceptiones admitti. Quod nec nos, nec antecessores nostros credimus vnquam expressisse.

Idem ab-

Idem abbati & conuentui maioris monasterij.

*Delegato facta dignitati non expressa nomine proprio, transit ad successorem. Capitulum.xiiii.*

**Q**uoniam abbas Leicest. qui susceperat mandatum nostro partibus diem ad agendum præfixit, abbatem Vincestrie de nouo substituit iudici præmortuo, illi mandato nostro porrecto: quia sub expressis nominibus locorum & non personarum commissio emanauit, sibi socium in causæ cognitione adiunxit. Nos sententiam illorum (sicut est iusta) ratam & firmam habemus.

Idem.

*Si questionem de iure presentandi Papa delegat adpellatione remota, & sub ea forma, vt delegatus ad presentationem eius, ad que viderit pertinere, ordinet ecclesiam: per hoc non habet instituire, sed pronunciare: & is, ad quem pertinet, instituet: & si iuri suo detrahitur, licite appellat. Capitulum.xv.*

**S**uper eo vero, quòd subiungere voluisti, si de præsentatione presbyteri inter aliquos questione suborta causam contigerit delegari alicui sub hac forma, vt si cõstitit ius de quo agitur, ad partem alterutram pertinere, ad presentationem eiusdem \* de persona idonea ordinet ecclesiam ap. re. an liceat delegato iudici, in scio diocesis episcopo, archidiacono vel archipresbytero reclamante, præsentatum sibi clericum in possessione ecclesie mittere: & an si archipresbyter, vel archidiaconus, vel episcopus ad que institutio pertinet, adpellauerit, eorum sit adpellationibus deferendum. Hoc tuam volumus discretionem tenere, quòd licet questionem, quæ de præsentatione vertitur, ap. re. committamus alicui terminandam: non tamen est nostra intentionis diocesis episcopo, vel archipresbytero, vel archidiacono præiudicium generare: ideoque presentandus est illi, qui instituendus fuerit, & tenebit eorum adpellationem, si videntes iuri suo detrahi duxerint adpellandū, quia non illis \* sed partibus inter quas causa commissa est, adpellationis remedium est sublatum.

Idem.

*Si causa simpliciter est delegata duobus, sententia vnius non tenet. Capitulum.xvi.*

**C**ausam matrimonij, quæ inter I. mulierem, & Blanchacium agitari dignoscitur, Forolic. & Vapicen. episcopis nos meminimus commississe: quibus eam viro restitui mandauimus, vir mulierè cruciatibus & flagellis adeo adfectus, q. inuita & coacta inter se & virum suum cõfessa est parentem, sicq; factum

i iiii est,

\* Vide. l. Generaliter. c. no. ff. de fidelibus. & ff. de solu. l. si duo.

\* Vide. l. ii. §. si quis a principis. ff. Ne quid in publico.

\* al. illi.

Decretaliū Gregorij Lib.j. Tit.xxix.

est, quòd ad iudicium vnus eorum dimisit eandem : & infra. Discretionis vestræ mādāmus, quatenus si inueneritis, quòd præfatus B. dictam I. ad iudicium solummodo alterius prædictorum à se separasset \* (quia cum causa duobus committitur, sententia vnus non tenet) ipsum vt eandem mulierem sicut vxorem suā benigne recipiat, & maritali adfectione pertractet, monitione præmissa cogatis. Si qui tamē adparuerint, qui (postquam ab eo recepta fuerit) matrimonium ipsorū velint, & legitime possint impetere : causam audiat, & sine canonico terminetis.

Idem Oxonenſi & Vintoniē. episcopis, & abbati Herfor. Delegatus, qui est dominus impetratis, recusari potest. Ca. xviii.

**C**Ausam, quæ inter F. & R. de natiuitate Agathæ vertitur, vobis fratres episcopi, & London. episcopo committimus terminandam. Verum quoniam idem F. præfatum Londonen. episcopum habebat suspectum, pro eo, quòd dominus est prædicti F. ipsum amouendum, & te fili abbas loco ipsius duximus subrogandum.

Idem.

*A subdelegato delegati Pape, qui subdelegauit non in totum, non ad Papam, sed ad ipsum delegatū appellari debet. Cap. xviii.*  
**C**um te consulente : & infra. Si super causa, quæ tibi ex nostra delegatione committitur, à personis ecclesiasticis vna vel pluribus, quibus (vt parcas laboribus partium & expensis) cognitionem ipsius causæ & testium examinationem (sententia tibi reseruat) cōmittas, appellatio fuerit interposita, huiusmodi appellationis intuitu causam ipsam indefinita relinquere non teneris.

Lucius. iij. Cantuariēsi archiepiscopo, & eius suffraganeo. Morte delegantis non expirat iurisdictio delegati, coram quo ius erat contestata.

**R**elatum est, & infra. Nos itaque consult. vestræ resp. quòd si lis fuerit ante præ. n. obitum contestata, mandatum morte mādatoris nullatenus expirauit. Si vero ante litis contestationem decessit, nō est à iudicibus, quos delegauerat, ex delegatione huiusmodi procedendum.

Urbanus. iij.

*Si delegatus citauit ante mortem delegantis, perpetuata est eius iurisdictio. Et appellatiōi renunciat, qui coram iudice, à quo appellauit, litem persequitur.*

**C**onstitutum est, & infra. Sane consuluit nos deuotio vestra, an ante obitum delegantis proposito citationis edicto,

De officio & potestate iudicis delegati. 69

dicto, lite vero post mortem cōtestata nihilominus minus debeat in causa procedere delegatus. Et vtrū is intelligatur adpellationi renunciaſſe, qui ea interposita ad producendos testes iudicias postulauit, & demum productioni & allegationi renuncians, adtestationes petiit solenniter publicari. Nos autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd cum in casu prior citatione facta, negocium sit quasi cœptum, & maxime si delegatus nō sit certus de obitu delegantis, potest & debet in causa procedi, tenebitque, quòd iustitia fuerit præuia definitum. In secundo vero casu videtur ab adpellatione recessum, si secundum ea, quæ præmissa sunt, eum, qui adpellauerit, constiterit processisse.

Celestinus. iij.

*Si causa committitur tribus delegatis cum clausula, quod si nō omnes. &c. prius quàm adpareat de impotentia tertii, duo procedere non possunt. Et si procedant, nihil agunt. hoc dicit vsque ad. §. adiciamus.*

Capitulum. xxi.

**P**rudentiā tuā: & infra. Quinto loco supplicas informari, vtrum cum tribus causa committitur, ita, quòd si omnes interesse nequiverint, duo eam nihilominus exequantur: si reus à duobus tantum fuerit conuocatus, \* venire necessario teneatur. Et si citatus à pluribus coram duobus comparuerit, tertio nec veniente per se, vel \* per literas (vt solet fieri) excusante, an duo presentes in causa possint procedere, & eā sententiæ calculo terminare? In hoc casu taliter respondemus, quòd cum aliquis delegatorum iudicium, per certum nuncium, vel excusatorem literatorie destinatum non ostenderit se interesse non posse, vel aliās de eodem canonicè constare non poterit, residui procedere ad causæ cognitionem non debent: \* quòd si processerint, nihil reputabuntur egisse. Illa quippe fuit antiqua sedis Apostolicæ prouisio, vt huiusmodi causarum recognitiones duobus, quàm vni, tribus, quàm duobus libentius delegaret, cum (sicut canones adtestantur) integrum sit iudicium, quòd plurimorum sententiis confirmatur, \* Mandati si quidem excedere fines probaretur, si quis citra formam rescritti accepti præsumeret iudicare.

*Clausula, si non omnes poterint, sub impotentia includit voluntatem, quòd ad purificandam iurisditionem conuicium. Idem in duobus datis cum clausula, quòd si ambo. h. d. vsque ad. §. sexta.*

Adiciamus etiam, quòd vbi fuerit in cōmissione adpositū, vt si omnes interesse nequiverint, duo eam nihilominus exequantur: si aliquis ex ipsis cum possit, noluerit interesse, duo nihilomi-

a = iudicium a citate inchoatum  
 b = actus in pag. in gra. fol. 6. h.  
 1140 =

\* Alias, advocat.  
 \* Al. nec

\* Vide. l. Magistros C. de prof. f. & me. lib. 10.  
 \* Al. roboratur.

*v. m. granta. de n. l. fol. fol. 636. a. n. 357. cy. 1000.*

\* *alias ad de merito Hosti.* nihilominus in causa procedant, licet ille tertius \* grauisime sit arguendus pro eo, quod mandatu[m] apostolicum exequi subterfugiat, aut contemnat. Idem quoque per omnia dicimus obseruandum in causa, qua[m] committitur duobus, eo adposito, vt si ambo interesse nequiuerint, alter nihilominus exequatur.

*Si reus coram delegato obiicit excommunicationem actori, quae non probat intra tempus debitum, auditur actor. si vero probat, delegatus absoluet actorem, si excommunicatus est propter causam sibi commissam, si propter aliam, ad excommunicatoris suum illum remittet: qui si non vult eum absolueret, delegatus Papa eum absoluet, nisi sit de casibus Papae reseruatis. h. d.*

\* *alias, per titio.*

Sexta nobis proposita ex parte tua quaestio \* continebat, quod cum aliquibus iudicibus causa committitur, & quandoque contingit, quod reus actori obiicit, quod stare non potest in iudicio: vtpote vinculo excommunicationis adstrictus, si reus non velit statim eum probare excommunicatum, siue non possit: an actor nihilominus audiri debeat, donec super eo, quod obiicitur, rei veritas fuerit patefacta? Hanc dubitationem taliter remouemus, quod si ille, qui tale quid obiicit, statim vel intra terminum competentem non probauerit legitime, quod in eum dicitur, actor permitti debet, vt sine officulo quolibet, audiat. Ceterum, si vel ex confessione actoris, vel alio quolibet modo legitime constiterit esse actorem vinculo excommunicationis adstrictum ad iudicibus delegatis secundum formam ecclesiae valet absolui, ita, vt si propter aliam iustam causam & eundem ab ordinario iudice vel delegato excommunicatus fuerit, ad excommunicatoris debet absolueret remitti: qui si malitiam adhibuerit, delegati iudices id ritu ecclesiastico libere exequantur, dummodo non sit tale genus excommunicationis illius, cuius absolutio sc. Apost. referuetur. Explorati siquidem iuris existit: vt delegatis iudicibus, quibus principale committitur, & accessorium committatur.

*Absolutus a delegato super causa pro qua fuerat excommunicatus, coram excommunicatore parebit seu respondebit super illa causa, nisi sit alteri delegata: & si excommunicator maliciose distulerit, delegatus, qui absolutus, cognoscat. h. d.*

Si vero ab his fuerit praestito iuramento, quod stabit mandato ecclesiae absolutus: rursus interrogans, an coram eiusdem delegatis, vel ordinario, a quo excommunicatus extitit, teneatur super eadem causa, pro qua excommunicatus fuerat respondere, & quorum debet iudicio vel mandato stare? In quo casu taliter

licet respondemus, quod coram ipsis excommunicatoribus super illa causa pro qua fuerat excommunicatus stare debet, & eorum seruare mandatum: nisi specialiter fuerit illud aliis iudicibus a se. apo. delegatum. Quod si excommunicatores maliciose distulerint, tunc delegati eandem iurisdictionem, quam in principali & accessorio exercebunt.

Innocentius tertius, Rhegino archiepiscopo & episcopo Cephadulenti.

*Si causa simpliciter delegatur tribus, duo sine subdelegatione terti procedere non possunt. Quod si fecerint, ab eis poterit adpelari. Idem si sint dati cum clausula, quod si non omnes, non enim vult processus duorum tertio inconsulto, hoc dicit. comprehendendumque intellectum.*

*Capitulum. xxii.*

Cum causa, qua[m] vertitur inter Montis regalis, & Resan. archiepiscopos, super quibusdam decimis Panormitano & Capuano archiepiscopis & tibi fratri Rhegin. commissa fuisset a nobis sine debito terminanda, praedictus archiepiscopus Montis regalis (sicut accepimus) ad primam Panormitanam & Capuani archiepiscoporum citationem accessit, in quorum praesentia excipiendo proposuit, quod pro duabus causis eorum non deberet stare iudicio: tum quia ipsa causa tribus fuerat iudicibus delegata, & idem ab illis duobus tantum (re fratre Rheginen. inconsulto, nec vices tuas super hoc committente) ad iudicium fuerat euocatus, tum quia ante ipsorum citationem & notitiam literarum, pro eadem causa nuncium suum ad apost. sedem transmisserat, in quo decretalem Alexandri Papae praen. sibi adfirmabat apertius suffragari. At iidem archiepiscopi exceptiones ipsius nolentes admittere contra eum vt responderet, interlocutoriam sententiam protulerunt: propter quod ad sedem Apostolicam appellauit, & infra. Fraternitati vestrae mandamus, quatenus si vobis constiterit praedictos archiepiscopos exceptiones praedictas nullatenus admisisse: non obstante eo, quod per ipsos factum est, decimas ipsas, quibus praedictus Montis Regalis archiepiscopus te postquam nuncius suus propter hoc ad sedem Apostolicam accesserat, adserit spoliatum, praecipue cum eisdem, tam sibi, quam ecclesiae suae a sede Apostolica adserit confirmatas, siue per laicalem potentiam, siue per eosdem iudices factu[m] sit, cum fratribus inde perceptis restitui facias, \* *audientes postmodum quantum de iure poteritis quicquid fuerit quaestiois.*

*Idem conuenit de Conchis.*

*Si duo sunt delegati cum clausula, quod si ambo etc. non recu si lib. xi.*

*fatio,*

\* *vide. l. quoadmodum. C. de agri. & de*



*fato: alter solus procedere potest, nec tenet processus, si cum recusato procedat.*

*Capitulum. xxiii.*

**C**um super abbacia monasterij vestri, inter vos & s. quōdam abbatem vestrum, fuisset quæstio agitata, demū super ea ad Lesionē. episcopum & abbatē, de Becco nostrā fuerant literæ destinatæ: & infra. Quamvis solus abbas antequā appellaretur ab eo, iuxta formam literarum nostrarum procedere potuisset, quia tamen pro eo, quod cum ipso episcopo interlocutus est adpellationem prius ab eodem episcopo interpositam nō tenuisse: de iure sine ipso cum posset & nollet negotio interesse, per consequentiam confessus est, se non posse mandatum apostolicum adimplere, nec suæ intencionis exitiū, vt sine coniudice suo aliquid definiret, & cum eo, qui iam iudex esse desiderat, aliquid super prædicto negotio ritè disponere non valebat, voluntate ac potestate sibi mutuo aduersariis, cum noluerit, quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequieuit: \* quod à duobus factum fuerat, effectum non potuit de iure obtinere. \*

Idem archiepiscopo Tolera.

*Si iurisdictioni delegati expirat in termino peremptorio, quem partibus assignauit, post congruam horam peremptorii iudex non expectabit contumacem. Si non expirat, potest expectare in diem alteram, & iterum citare, si vult.*

*Cap. xxiiii.*

**C**onsuluit nos. t. f. vtrum cum ad recipiendos testes, depositiones publicandas eorum, vel sententiam proferendam peremptorie citatas partes, & earū altera se absentat contumaciter die datā, an circa vltimam partem saltem diei sit in negotio procedendum, vel in diem expectandum potius subsequentem. & si expectaueris, vtrum contumax iterum sit citandus, cū non fuerit die partibus assignata processum? Nos autem credimus distinguendum, vtrum iurisdictioni duret post terminum peremptorium, an expiret in illo. Si durat, in diem alteram æquitate suadente poteris expectare: nec erit pars contumax peremptorio elapsa citanda, nisi gratiā fecerit ei benignitas iudicantis. Si autem expiret, nisi partes, cum id nouerint, se tibi præsentauerint ea hora, qua congruè possis procedere ad exequendum id, propter quod eis legitime terminum peremptorium assignasti: ex tunc exequi poteris quod intendis, ne frustra iudicialis instantiā euanescat. Ne vero iudicium ecclesiasticum exercentur in tenebris, quia iuxta testimoniū veritatis, qui male agit, odit lucē. licet enim secundū cōsuetudinem & constitutiones legitimas more Romano dies à medietate

\* vide. l. sicū tuā pecuniā. ver. negotiorū gestorū. C. de contra. & comit. \* al. adimplere.

Joan. 3.

dietate noctis incipiat, \* in medio noctis desinat subsequē-  
tis (vnde quod in duabus dimidiatis noctibus agitur, perinde sanxit habendum legalis auctoritas, ac si qualibet parte lucis agatur) nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua possis ante noctis tenebras perficere quod incumbit. Porro discretus iudex in assignatione peremptorii, non debet iurisdictionem suam (nisi necessitas exigat) ad coartare. \*

Idem abbati de Bordellis, & priori sancti sepulchri.

*Ex noua causa remouetur delegatus, etiam post litem contestatam, & alius subrogatur.*

*Capitulum. xxv.*

**I**nnuante R. rectore sancti Saldati, ad audientiam nostram peruenit, & cum causam, quæ super iure parocchiali inter ipsum & T. vertebatur Vigori. episcopo & cōiudicibus suis à nobis obtinuerit delegari, postmodum (licet fuerit in eadē quæstione processum) tractu temporis ante definitiua sententiæ calculum idem episcopus dictum R. in familiarem admisit: sine quo alij coniudices (secundum quod in nostris literis mandabatur) in causa procedere non valebant, & alter ipsorum cōiudicum officialis est episcopi supradicti: propter quod aduersa parti poterat suspectus haberi. vnde cum tã episcopus, quã officialis prædictus (vt pote quos idem R. in iudices postularet, & ipse familiaris eorum postmodum est effectus) ab aduersa parte possent merito recusari, decisionem ipsius causæ vestre petiit discretioni committi. Quocirca mandamus, quate nus si est ita (nisi postquam familiaris eius est effectus, litigare consenserit corā illo) in causa, secundum priorum continentiam literarum (ratione præuia) procedatis, alioquin partes ad priortum iudicium reuertantur examen.

Idem priori sancti Phridiani.

*Delegatus Papa sententiam suam exequi potest vsque ad integrum annum. h. d. & est casus singularis.*

*Cap. xxvi.*

**Q**uærenti quid per censuram ecclesiasticam: & infra. Si verò delegatus à nobis excommunicet illum, qui rei iudicata parere contemnit: licet aliquibus videatur, suo sit functus officio, vt ulterius non habeat ex delegata sibi iurisdictione processum: alij autem dicāt, quod iurisdictioni eius duret donec sententiæ pareatur: vt interim absoluerē possit parere volentem. Nos tamen per æquitatis fœmitam incedentes præsentium auctoritate statuimus, vt delegatus à nobis non solum vsque ad quadrimestre tempus, quod ad solvendum debitum à lege reo conceditur, sed vsque ad integrum

annum

Decretalium Gregorij Lib.j. Tit.xxix.

annum iurisdictionem sibi commissam, ad exequendum sententiam valeat exercere: sicut observatur in illo, qui ante litem contestationem contumax invenitur.

Idem Cantuarien. archiepiscopo.

*Delegatus Papa potest principium, medium, & finem cause coniunctim & divisim subdelegare. h. d. vsque ad S. verum.*

Capitulum xxvii.

**S**uper questionum articulis, de quibus nos consulere voluisti, t. respond. quod per constitutionem nostram constitutioni Alex. papa nullatenus derogatur, sed illa per istam exponitur, imò in ista verius, quæ in illa fuerant prætermissa suppleantur. Ipse nãque respondit, quod si super causa, quæ alicui ex apostolica delegatione committitur, à personis ecclesiasticis vna vel pluribus, quibus delegatus (ve parcat laboribus partium & expensis) causæ cognitionem ipsius, & testium examinationes, sententia sibi reservata, committit, appellatio fuerit interposita: huiusmodi appellacionis intuitu causam indefinitam relinquere non tenetur. Nos autem statuimus, quod licet is, cui causa committitur remota app. non possit eam aliis sine prouocationis obstaculo delegare, si tamen delegatus à nobis vel iudex quicunque non tam cognitorem, quàm executorem ad aliquem certum articulum, quempiam deputauerit, ab eo (nisi modum excedat) nõ hec adpellari, dumodo de partium deputetur, vel recipiatur ad sensu. Quod si delegatus à nobis vel litis exordium vel caute finem, necdum totum negocium ei duxerit committendum, ab ipso tanquam à iudice licite prouocetur: cum & lis ante iudicem debeat contestari, & causa per iudicem definiri. Intentionis igitur nostræ fuit (sicut ex tenore constitutionis præmissæ potest liquide deprehendi) quod vbi iudicialis autoritas liberius valeat exerceri, delegatus à nobis licite possit, & principium & finem, & medium causa sibi commissa, non solum coniunctim, sed etiam divisim alij delegare, \* non obstat quod dicitur, quod iudex debet cognoscere per seipsum in principio, in medio, & in fine: cum antequam ferat sententiam, vniuersa, quæ acta sunt in iudicio, inuestigare debeat diligenter.

\* vide. l. à indice. c. de iud. c. gl. in l. sepe audi. in. ff. de offi. i. f. d.

*Subdelegatus cum iurisdictione adpellari potest: secus si sine iurisdictione, nisi modum excedat: tunc enim potest recusari, nisi datus sit de partium consensu. Abb.*

Verum cum totam causam committit alicui, vel principium aut finem ipsius: ab eo, tanquam à iudice potest licite prouocari. Cum autem alicui modicum tantum committit, ab ipso tanquam

De officio & potestate iudicis delegati. 72

quam ab auditore prouocari non potest: nisi mandati fines excedat, \* vel merito sit suspectus, vnde ne valeat recusari, prouidè statuimus, vt de partium detur vel recipiatur ad sensu.

*Subdelegatus nõ in totum adpellatur ad subdelegatam, nõ autem ad primũ delegantem: secus si in totũ. h. d. vsq; ad S. Quæ verò. c. nõ. C. vbi de cri. mi. ag. op.*

Porrò cum delegatus à nobis iurisdictionem suam in alium transferi totam, si fuerit adpellandum, non ad eum, sed ad nos adpellari debet. Cum autem sibi aliquid de iurisdictione reteruat: si causa sit ei adp. re. commissã: non ad nos, sed ad eum potest de iure adpellari. Vnde si forsan adpellaretur ab eo, cui media causæ committit, siue cognitor vel executor dicatur, vel (quod melius est) auditor pro eo quod mandati fines excedat, vel merito sit suspectus: nihilo minus tamen delegatus à nobis iuxta consultationem præmissam, causam poterit definire: vt parcat laboribus partium & expensis.

*Auditor datus sine partium consensu, recusari potest vt suspectus, non tamen sine causa. Abbas.*

Quæ verò delegatus à nobis deputauerit auditorẽ, neutra partium poterit recusare, nisi coram eo iustam recusationis causam ostendat. \*

*Si vnus ex duobus delegatis principis cum clausula adpel. re. subdelegat alteri acceptanti, non potest acceptans subdelegare, nec adpel. re. procedere, quod tamen ante acceptationem poterat: Et si ab isto fuerit adpellandum, adpellabitur ad papam etiam si fuerit subdelegatus non in totum. hoc dicit secundum intellectum veriorum.*

Si verò duo sunt à principe delegati, & vnus committit vices suas alteri, ille nec potest nec debet adpel. re. procedere, nec causam alij delegare, \* quamuis in commissione facta duobus contineatur, exprellum, vt adp. re. alter possit procedere sine relicto, si nõ possunt ambo pariter interesse. Quia quod potest ex sola iurisdictione sibi à principe delegata; nõ potest cum iurisdictione sibi à condelegato commissa. Vnde si ab eo fuerit adpellatum, licet aliquibus visum fuerit, quod ad cõdelegatum valeat adpellari: nobis tamen videtur, quod ad primũ duntaxat adpellandum est delegantem, propter rationem superius assignatam.

*Si delegatus papa subdelegat non in totum, pars à subdelegato non poterit adpellare, ex eo, quod datus sit sine suo consensu; potest tamen recusari in ostendendo causam iustam: coram delegato: tunc delegatus definit: à quo etiam si noluit recusationemmittere:*

\* vide au. th. qua. p. puincia. c. nõ. C. vbi de cri. mi. ag. op. ad yac. p. r. in. n. appellatio delegati. vel delegati. Ma. ranta de ord. iud. fol. 640. n. 375. et fol. 636. n. 357. c. leg. bart. in cor. sig. tract. differen. \* vide. l. in iud. civil. et canon. c. de iud. c. de iud. c. de iud. c. de iud.

*admittere, adpellatur ad Papam. hoc dicit.*

Eius ergo adpellatio, de quo tua fraternitas nobis scripsit, si nostræ constitutionis occasione ad nostram audientiam adpellauit, pro eo quod delinquit nobis reseruata sibi definitiua sententia, audientiam causæ commisit quibusdam, qui de partium adfensu nec dati sunt, nec recepti: nisi contra eos iustam recusationis causam ostenderit, vel paratus fuerit ostendere eorum iudice delegato: non debuit impedire, quo minus procederent auditores. Qui etiam si tanquā suspecti fuissent merito recusati: delegatus tamen à nobis nihilo minus potuisset, sublato adpellationis diffugio, causam iudicialiter expedire. Quod si iustam recusationis causam noluit admittere delegatus, sed coram suspectis eum litigare cogebat, à tali grauamine licite potuit ad nostram audientiam adpellare: quodq; post adpellationem huiusmodi est præsumptum, iudicari debet irritū & inane.

*Idem episcopo Helicē.*

*Delegatus Papa, nisi maliciose se exoneret, subdelegatum cōpellit ad suscipiendam subdelegationem: in coactione tamen desinit sua dignitati & personæ. h. d. vsq; ad. §. Item cum totum.*

*Capitulum. xxviii.*

**P**astoralis officij: & infra. Consult. t. duximus respondendū, quod cum delegata à principe iurisdictio dādi iudicem sit à lege concessa ( dummodo ipse exonerare seipsum maliciose non quarat ) potest compellere renitentem, eo quod iurisdictio illa nullius videretur momenti, si coercionē aliquam non haberet. Delegatus tamen debet sollicitè prouidere, vt si personis superioribus ( exigente necessitate ) negociū duxerit delegandum: in coactionibus inferendis dignitati deferat & personæ.

*\* vide. l.*

*capitaliū,*

*& ibi*

*Bart. ff.*

*de pe. fa.*

*quod not.*

*bet ( discretione præuia )*

*dem. l. i. ff. temptorem.*

*eod.*

*Delegatus Papa sicut potest committere totam causam, ita potest citationem, & punire contemnentem acceptare. h. d. Ab.*

Item cum totum negocium alij possit committere delegatus, sicut superius est expressum: citationis officij potest cuiuslibet ( discretione præuia ) demandare, ac punire merito contemptorem.

Si Papa scienter commisit adpellationem interpositā à suo delegato dato cum clausula, adpellatione remota, iurisdictio primi delegati est interim suspensa quo ad executionem. hoc dicit secundum verum intellectum.

Præterea postulat, si cum à sententia lata autoritate litterarum nostrarum, in quibus adpellatio est inhibita, fuerit adpellatum, & literæ post adpellationem ad iudices alios emanauerint

nauerint: an ad mandatum posteriorum iudicum executio sententiæ à prioribus delegata debeat retardari, vt priores iudices ipsam neq; per se neq; per alios exequantur. Nos autem inquisitioni. r. t. r. q. cum adpellationis causam ex certa scientia iudicibus aliis committimus cognoscendam, adpellationem videmus recipere, ac iurisditionem priorū iudicum reuocare, vt interim executio sententiæ suspendatur, donec adpellationis merita plenius sint discussa: & infra.

*\* vide. l. i. cū ibi not. ff. ad Turpil.*

*ordinarius ad mandatum delegati exequitur sententiam, etiā si fiat eam iniustam. Abb.*

Quia verò sæpe contingit, quod executio sententiæ ordinario demandatur: quæsiuisti, an sit ipsam iniustā esse cognouerit, debeat eam executioni mandare: an sit ei porius subfistendum?

Attendentes itaque, quod non cognitio sed executio tantum demandatur eidem, respondemus, quod cum ordinarius teneatur obsequi delegato, etiā sciat sententiam illam iniustam, exequi nihilo minus tenetur eandem, nisi apud eum efficere possit, vt ab hoc onere ipsum absoluat. & infra.

*Delegatus qui impeditur die statuta procedere, parte hoc procurantem puniet: & quantum ad diem illam causam committet, adpellatione remota in odium procurantis, nisi partes negocium prorogent. Abbas.*

Cum autem sæpe contingat, ad diem, quam iudex delegatus à nobis partibus assignauit: earum altera procurante, vt negocium prorogetur, iudicem ipsum à rege vel archiepiscopo euocari. Nos peruerforum volentes malignitatibus obuiare, decernimus vt si delegato cōstituerit hoc fuisse alicuius partis malitia procuratum, ipsam puniat animaduersione condigna: & ( ne aliquod lucrum ex huiusmodi fraude reportet ) personæ neutri parti suspectæ, quantum ad diem illum, committat ipsum negocium audiendum: quæ in ipso, adpellatione remota, procedat: nisi forte partes confenserint negocium prorogari.

*Idem abbati sancti Hilarij. & magistro G. ca. Teruij.*

*Subdelegatus à delegato papa iurisditionem habente, potest coercere impediendam. hoc dicit comprehendendo vtrumque intellectum. Capitulum. xxxix.*

**E**x litteris patriarchæ Granden. & infra. Mandamus, quantum, nisi vobis constiterit, quod literæ quæ secundo loco ad archipresbyterum Paduanum impetratæ dicuntur, de prioribus literis ad primicerium Granden. & plebanum sanctæ Sophiæ obtentis expressam fecerint mentionem, vt per secundas primæ adpareant reuocatæ: cum primos iudices auctoritate litterarum

terarum nostrarum iurisdictionem non sit dubium habuisse, quam potuerunt postmodum patriarcha, quo ad executionem sententiae demandare, ex qua coercionem etiam idē patriarcha receperat: cum huiusmodi demandata iurisdictione delictoria videretur, si subdelegatus huiusmodi coercionē aliquam non haberet: interdicti sententiam ab eodem patriarcha in Castellā. archi. promulgatam pro eo quod eiusdem patriarcha executionem impediens, eius literas, quibus mandatum praedictorum iudicum nunciabat, legi in publicum nō permisit: tamdiu faciatis inuiolabiliter obseruari, donec eidem patriarcha de iniuriis irrogatis sufficienter fuerit satisfactum. Si vero constiterit primas literas, per secundas legitime reuocatas: cum adpareat primos iudices iurisdictionem nullam penitus habuisse, & ita constet per consequentiam patriarcham ipsum non recepisse iurisdictionem, vel coercionem aliquam ab eisdem, praedictam interdicti sententiam denuncietis irritam & inanem.

\*Vide. l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iudi.

Idem episcopo Picta.

Iurisdictione delegati re integra morte mandantis expirat.

Capitulum. xxx.

Contra. Cap. Si iurisdictione per gratiam eisdem. tit. in b.

Incet vndique: & infra. Cum igitur duxeris requirendū, si causam tibus iudicibus delegamus adponi in literis nostris illam clausulam facientes, quod si non omnes his executionis poteritis interesse, duo vestrum nihilominus eam exequatur: & vnus postquam commiserit cuidam ex aliis, vices suas, de medio sit sublatus, tertius vt suspectus merito recusatur: ad collega superstes suo nomine ac defuncti possit negotium definire? Inquisitioni. t. r. quod si iurisdictione a suo sibi collega delegata eo viuentē vti non cōperit, quia mandatum huiusmodi re integra morte mandantis expirat: non habet locus officium iudicandi. si verō ante mortem illius iurisdictione vti cōperit taliter demandata: vices suas & alius poterit adimplere.

Idem episcopo Baiocēn.

Nō creditur quis delegatus, nisi delegationē probet. Ca. xxxi.

\*Vide. l. quicūq. ff. de pub. & nota. i sciendū. ff. de ver. oblig.

Cum in iure peritus: & infra. Præterea quaesiuisti, cū tibi ab aliquo sub hac forma mādatur: auctoritate qua fungor iniungo, vt talem denuncies excommunicationis sententiæ iubiacerē, ac tibi super mandato apostolico hæsitanti, ab aliquo non sit facta fides: an mandatum huiusmodi exequi tenearis? Super quo tibi huiusmodi damus responsum, q̄ nisi de mandato se. apo. certus extiteris, exequi nō cogaris quod mādatur.

Idem

Idē Pari. & Treceñ. episcopis, & abbati sanctæ Genouesē.

Per procuratorem non habentem mandatum, de re ad rem iurisdictione prorogari non potest. Capitulum. xxxii.

Cum olim abbas & conuentus Vergiliacē. sua nobis cōquestiōe monstrasset, quod comes Aluissiodoreñ. quoddam stagnum, molendinum & domum in terra eorum cōstruere nitebatur in ipsorum præiudicium & grauamen, episcopo & thesaurario Niuernē. commissimus causam ipsam. Per quorum literas accepimus, quod lite super petitionibus ecclesie cōtestata, receptis vtrinq̄ testibus, & adtestationibus publicatis, cum super dictis testium inter partes fuisset postmodum disputatum: Tandem pars comitis proposuit, quod de damnis in memoribus & rebus aliis datis, super quibus testes deponere videbantur, cognoscere non debebant, cum in rescripto nostro nulla de dānis mencio haberetur: & infra. Iudices autem interlocuti sunt, quod super damnis datis a comite, ad eos cognitio pertinebat. Quo audito, comes ad adpellationis beneficium conuolauit. Vnde ipsum iudices euocatum, & nec per se nec per responsalem idoneum comparentem, excommunicationis vinculo adstrinxerunt: & infra. Quia verò super damnis datis, antequam lis fuerit contestata, nequaquam ad dictos iudices cognitio pertinebat, cum in rescripto nulla de illis mencio haberetur, nec ad ipsos potuerit iurisdictione prorogari, cum procurator ad illa solummodo intelligatur constitutus, quæ in commissionis literis inueniuntur expressa, & postquā comes publicatis adtestationibus intellexit super his fuisse depositū, protinus contradixit: non eisdem iudices pronunciauimus minus iultē interlocutos fuisse, ac sæpe dictum comitem qui ob hoc ad apel. beneficium conuolauit. excommunicationis sententia non fuisse ligatum.

\*Vide. l. 2. ibi Bas. in ff. si cer. pet.

Idem Senon. archiepiscopo.

Qui acta causa relationis iudicum delegatorum sigilla violando aperuit, non auditur postmodum contra illa. Cap. xxxiii.

Cum olim magister S. & B. archidiaconatū & præposituram adiuuicem cōmutassent: & infra. Verum dictus B. delegatis nostris nō deferens, imō verius delegati, sigilla violauit illorum, & scripta quæ nobis fuerant præsentanda, non erubuit aperire. Qui postmodum in nostra præsentia constitutus, aduersario presente in excusationem suam proposuit, q̄ iudices perperam processerant cōtra ipsum, cū acta in scriptis minus fideliter redegissent: vnde timens ne literas portaret vitæ, illorū scripta aperuit, & quod suspicatus fuerat, adinuenit.

\* Adde quod talis fecerit per nam falsi glo. et ibi Bal. s. x. col. de pa. consl. in glo. i. ver. si sigilla.

h ij Sanc

Sanè si quod expediret melius notauiſſet: vel non recepiſſet ſcripta ſuſpecta, vel recepta nobis fideliter præſentaffet, & oſtēdiſſet cauſam ſuſpicionis propoſitæ coram nobis: præterea cū non conquereretur de iudice, quem ei proprio motu conceſſimus, ſed de illo potius, quem ipſe duxerat eligendum: & iudices ſuas nobis per eum literas deſtinaffent, de ipſo pariter cōquerentes: verbis ipſius fidem non duximus adhibendam. Sed vt in hoc ſaltem puniretur, in quo peccauerat: contra actū iudicū, quæ temere violarat, ipſum (ſicut nec debuimus) nolimus exaudire: ne videretur dolus ſuus ei patrociniū aduuliſſe.

Idem abbati, & capellano ſanctæ M. Bon.

*Delegatus non tenetur admittere collegam ſibi adiunctum per literas ſubrepticias, nec ipſus ſudelegatum. hoc dicit ſecundum vnum intellectum, vel ſic: Delegatus ſubdelegatum collegæ impediti, non tenetur admittere, ſi in reſcripto eſt clauſula, quod ſi ambo &c. hoc dicit, ſecundum alium intellectum.*

*Capitulum. xxxiiii.*

Coram dilecto filio M. diacono cardinali, quem tibi & H. nuncio, & clerico ſanctæ Agathæ aduerſario tuo, qui cum inſtrumentis eiufdem eccleſiæ, ſed abſque literis de ratiſhabitione, ad apo. ſe. acceſſerat: ſed de rato cauerat, ſub fideiuſſoria cautione, \* cōceſſimus auditorem: proponere curauim, quod cūm quidam in parœcia ſanctæ M. in honorem beate Agathæ eccleſiam conſtruxiſſet, Alexand. papa præde. no. cauſam ſuper hoc abbati ſancti Stephani, & priori ſancti Victoris commiſſit terminandam: qui pro eccleſia ſanctæ M. definitiuam ſententiam protulerunt: verum capellanus ſanctæ Agathæ, ſententiæ parere contempſit. Cūmque ſuper eadem cauſa coram Ferrarien. epifcopo, per annum diſceptatum fuiſſet, pars eccleſiæ ſanctæ Agathæ horum veritate ſuppreſſa, magiſtrum L. Bon. canonicum obtinuit eidem epifcopo in cauſæ diſpoſitione adiungi: qui cūm cauſæ intereſſe non poſſet, prædictus epifcopus, cui per ſequentes literas mandabatur, vt ſi ambo intereſſe non poſſent mandatis apoſtolicis exequendis, ea ipſe nihilo minus adimpleret: ſententiam prædictam confirmauit: & infra. Nuncius verò eccleſiæ ſanctæ Agathæ inter alia propoſuit, & cūm dictus magiſter L. vices ſuas alij delegaſſet, epifcopus admittere noluit ſubdelegatum, ſed poſt adpellationem ad nos interpoſitam ſolus, in cauſæ cognitione proceſſit: & infra. Sed è contra fuit reſponſum, quod Ferrarien. epifcopus ſolus procedere potuit, cūm in vltimæ commiſſionis literis fuiſſet inſertum, quod ſi ambo intereſſe non poſſent, prædictus epifcopus

\* vide  
auth. generaliter.  
C. de epif.  
& cler.

ſcopus nihilo minus exequi procuraret: quod non intelligitur, vt ſi per ſe, vel per alios intereſſe non poſſent: quia id raro, \* *vide. l. iura. cum l. ſeq. C. de poſtu. et. l. nã ad ea. ff. de legi.* vel nunquam contingeret, ſed ſi non poſſet perſonaliter intereſſe. Idem igitur cardinalis latam ab eodem Ferrarien. epifcopo ſententiam confirmauit, & aduerſæ parti ſuper hoc perpetuum ſilentium duxit imponendum. Nos ergo, quod ab eo factum eſt, auctoritate apoſtolica confirmamus.

Idem præpoſito ſancti Dominici ſubdiacono noſtro.

*Locus ad quem reus ſecurè accedere non poteſt, & canonicus in cauſa conanonici delegatus, reſuſari poterunt. Cap. xxxv.*

Cūm R. canonicus Ianuën. cauſam, quæ inter ipſum ex vna parte, ac P. ciuem Ianuën. vertitur, tibi obtinuerit delegari: & idem ciuis propter præſentiam comparere. Mādamus, quatenus ſupradicto R. huiuſmodi optionem relinquant, vt (exceptis canonicis Ianuën. quos cum ſint eius ſocij, merito habet pars aduerſa ſuſpectos) in ciuitate, vel diœceſ. Ianuën. in qua ſunt multi viri prouidi, iudicem eligat, coram quo quaſtio terminetur: cui auctoritate noſtra diſtrictè præcipias, vt eandem cauſam iuxta reſcripti ad te obtenti tenorem adpel. re. ſine debito terminare procuret.

Idem Rothomagen. archiepifcopo.

*Si mandatur iudici delegato, vt illum abſoluat, qui dicit ſe iniuſtè excommunicatum, ante probationem illum abſoluere debet. Si autem dicat excommunicationem nullam: probationem nullatatis ante prononciationem admittet. Cap. xxxvi.*

Cūm contingat interdum, quod laici: & infra. Inſuper requiſiti ſumus, cūm quis conqueritur in ſe à ſuo epifcopo poſt adpella. ad nos legitime interpoſitam, vel alijs iniuſtè excommunicationis ſententiam promulgatam, & nos iudicibus damus in mandatis, vt ſi eſt ita, iuxta formam eccleſiæ abſolutionis beneficiis illi impendant, vel eandem ſententiam denuncient eſſe nullam, ac epifcopus paratus ſit probare ſe in illum, antequam vocem adpellationis emitteret, vel alijs iuſtè huiuſmodi ſententiam protuliſſe, an probationibus non admiſſis liceat iudicibus excommunicatum abſoluere, vel denunciare ſententiam eſſe nullam? Ad quod. t. r. quod cum quis conqueritur ſe poſt adpella. ad nos legitime interpoſitam excommunicatione fuiſſe innodatum, ſemper vtriuſque partis probationes ſunt admittendæ, antequam ad decernendum ſuper hoc aliquid procedatur, per quæ denique adparebit, an

absolutione indigeat conquerens, vel denunciandus sit potius non ligatus. In eo vero casu, cū excommunicatum quis se adserit iniuste, vix vel nunquā est eius (anteq̄ absolutus fuerit) probatio admittenda, nisi tunc tantum, cū adserit in excommunicationis sententia intolerabilem errorem fuisse patenter expressum: ad quod probandum admittitur antequam absolutionis gratiam consequatur. Verum si proponat se simpliciter excommunicatum iniuste, ac episcopus ad probandum, iuste ipsum excommunicavit, suas postulet probationes admitti, non est ante absolutionem ipsius aliquatenus audiendus, cū et si pro certo constaret rationabiliter in illum excommunicationis sententiam promulgatam, nihilo minus esset ei absolutio impendenda humiliter postulanti: & ideo in hoc casu illum credimus iuxta formam ecclesie proximius absolendum: ut sic demum probationibus utriusque partis admissis, verum iuste vel iniuste ligatus fuerit, decernatur.

Honorius. iij. Messan. & Regiū. archiepiscopis.

*Si subdelegatus delegati papae iurisdictione uti ceperit, a delegato remoueri non potest: & si fecerit contra mandatum, sine excessu: forma rescripti, processus est nullus.* Cap. xxxvii.

\* Vide. l. videam. §. i. Fania na. ff. de resur. et. l. cū p̄ter. ff. de ver. signi.

Venerabili fra. no. archiepiscopo Cusentini. dedimus in mā datis, vt Cephaludē. episcopū restitui \* faceret ad episcopatum, & ad alia, quibus fuerat spoliatus: quo restituto plenarie, & corporalem ac pacificam possessionem adeptus, si episcopus merito esset de dilapidatione suspectus, virum prouidum & honestum prouideret coadiutorem eidem adiungere, sine cuius consilio nihil eorum faceret, quæ ad administrationē pertinent temporalem, quō adusque veritate comperta duceremus aliter prouidendum, interim omne alienationis genus eorum utriq; autoritate nostra districtius interdicens. Porro idem archiepiscopus corporis infirmitate grauatus, commisit in huiusmodi negotio vices suas, primo abbati sancti spiritus de Panormo, ac demum thesaurario Cusentini. Quoru processus nobis exhibitos, de fratrum nostrorum consilio causauimus iustitia exigente: quia videlicet abbas contra mandati nostri tenorem \*, ad inquirendum virum de dilapidatione suspectus esset episcopus, eo non restituto processit, & archiepiscopus ipse (cū iam suo functus esset officio: dicto abbati committendo in integrum vices suas) huiusmodi negotium dicto thesaurario non potuit demandare.

\* Vide. l. i. cū not. C. de ad. pel.

Gregor. ix. s. præcatori & magistro N. cano. Ambian. Si delegatus pronuncianerit se iurisdictionem non habere, ipsam

ipsam etiam de consensu partium non readsumit. Cap. xxxviii.

Significantibus M. muliere, & I. nato eius: nos noueritis accepisse, quōd cum nobilis mulier Iuliana vidua mentiens se pauperem \* contra eos super terris & rebus aliis ad iudices, non sras literas impetrasset, iidem corā eis \* excipiendo proponere curauerunt, quōd cū dicta litera suggestio rændacio imperate fuissent, cum prædicta Iul. (quæ nobilis est & diues) pauperem se dixisset in eis coram ipsis (nisi requisito prius domino, sub cuius iurisdictione ipsi consistunt, & coram quo parati erant eidem exhibere iustitiæ complementum) non debebant de iure per tales literas conueniri. vnde dicti iudices interloquendo pronunciarunt se per eadem literas procedere non debere: & infra. Demum fuit a partibus in quosdam tanquā in arbitrio taliter compromissum, quōd si intra terminum in compromisso expressum causam non deciderent, partes ad eorundem iudicum redirent examen. Verum arbitris causam intra terminum negligentibus terminare, dicti iudices iurisdictionem per formam compromissi huiusmodi resumperunt: a quibus iidem se sentientes grauari, quōd super his, super quibus ab eis fuerant absolui, litigare compellebant eosdem, ad postram audientiam adpellarunt. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, reuocetis in irritum.

Idem.

Arbitri electi ad causam recusationis assignant partibus terminum ad probandum causam suspensionis, & iudex recusatus compellit arbitros ad causam finiendam. Capitulum. xxxix.

Suspicionis causa contra iudicem assignata, non ipse (qui forsitan prouocatus obesset) sed arbitri potius coram quibus probatio est facienda, & ad quos omnia, quæ ad hunc articulum faciunt, pertinere noscuntur: possunt ad hoc terminum assignare. Ab ipso quoque iudice (cui sicut iurisdictione, sic & cætera sine quibus explicari non potest, intelliguntur esse commissa) iidem vt conueniant, si discordes fuerint, in vnam sententiam, vel tertium concorditer aduocent \*, cum quo duo vel alter eorum id faciat, sunt cogendi, ne huiusmodi occasione principale negotium plus debito prorogetur.

\* Vide. l. ite si vno. ff. de arbi.

Idem abba. sanctæ Genouæ.

Delegata iurisdictione ad personas non expressas in rescripto, etiam de ipsarum consensu prorogari non potest. Capitulum. xl.

P. & G. per literas apostolicas conquerentibus coram te de episcopo London. quōd concessum ab eis mutuum compromisso loco & termino non persoluit: pendente iudicio I. laicus, qui k iij in

in quantitate quadam eisdem mercatoribus tenebatur, se in  
 tuam iurisdictionem (sicut adserit) voluit prorogare\*: vt  
 iii. ff. de intra terminum constitutum prædictam non solueret quanti-  
 tatem, excommunicationis & interdicti sententias in personam  
 eo qd cer. & terram eius promulgares. Quas huiusmodi occasione à te  
 lo. & l. r. latas, decernimus non valere: cum & si aliàs iurisdictioni præf  
 ni. & ibi se dicaris: quia in dictum I. nullam iurisdictionem habebas, iur-  
 Bar. C. de iurisdictionis prorogatio nulla noscitur extitisse, cum huiusmodi  
 sen. qua delegata iurisdictione ad alias personas nequeat prorogari.  
 p eo, quod Idem.

Maiores. xxx. annis potest à quocumque dari delegatus. Idem in  
 maiori. xviii. dummodo interveniat consensus partium. Minor. vt  
 rō. xviii. non potest dari, nisi à principe. Capitulum. xli.

\*Vide. l. i. C. Vm vigesimum annum peregeris\*, dari potuisti in atate  
 ff. de min. huiusmodi delegatus. Cæterum constituto intra atate  
 & l. filius. tem eandē (nisi partes scienter consentirent in eum, qui annū  
 fa. et. l. cū xviii. transcendisset) facta delegatio ab alio, quam à principe,  
 non teneret. Idem.

Potestas plurium delegatorum vel arbitratorum simpliciter da-  
 torum expirat per mortem vnius. Capitulum. xlii.

\* Alias, V No delegatorum vel arbitratorum (sicut proponis) rebus  
 illud. humanis exempto, eorum officii expiravit. Nisi aliud\*  
 in delegatione aut compromisso fuisset expressum.  
 Idem.

Delegatus Papa subdelegare potest, licet datus sit ex officio  
 vel de partium consensu, vel cum clausula præelectionis, videlicet,  
 quod si non omnes, tu cum alio exequaris & cetera. hoc dicit, vs-  
 que ad. §. Is autem. Capitulum. xliii.

Q Vonia apostolica sedes intendit providere negociis &  
 non personis, quibus eadem committuntur, si index ter-  
 tius licet ex officio nostro, vel de assensu partium  
 pro communi à nobis datus eisdem, alij delegaverit vices suas  
 (cum delegato à principe id concedatur à iure)\* delegatio va-  
 lebit ipsius. Idem quoque dicendum est, cum mandatur epi-  
 scopo vt cum altero suorum coniudicum mandatum apostoli-  
 cum exequatur, & tunc sine subdelegato ab ipso episcopo re-  
 liqui duo procedere non valebunt.

\*Vide. l. à indi. & ibi Pet. de bel. pti. & Cyn. C. de Bar. in. l. Is, cui committitur negocium, vt personaliter exequatur, potest  
 et quia. ff. si partes consentiunt, alteri subdelegare. Fallit in casibus hic ex-  
 de iurisd. premissis. hoc dicit, vsque ad. §. Ceterum.  
 om. indi. Is autem, cui iniungitur vt personaliter negocium exequatur.

tur, potest (dummodo partes consentiant) hoc aliis delegare.  
 Præterquam si inquisitionem fieri, vel ecclesiis de prælatis,  
 vel aliis ministris provideri mandarem, cum in his omnibus  
 casibus industriam & fidem personæ, cui talia committimus,  
 eligere videamur.

Is, cui committitur nudum ministerium exequendum, non potest  
 vices suas alteri committere. fallit in legato sedis apostolica. Et  
 est text. notabilis, & multum allegatur. Ab. Sicu.

Cæterum (salua legatorum sed. apo. autoritate) nulli cui cō-  
 missum fuerit prædicare crucem, excommunicare, vel absolvere  
 aliquos, dispensare cū irregularibus, vel iniungere pœnitentias,  
 liceat hæc de cætero aliis demandare: quia non sibi iurisdictione,  
 sed certum ministerium potius committitur in hac parte.

De officio legati. Tit. xxx.

Alexander tertius vniuersis suffraganeis  
 Cantuarien. ecclesie,

Legatus Papa etiam per simplicem querelam adiri potest.  
 Capitulum primum.



Vm non ignoretis Cant. archiepiscopus vobis  
 non solum metropolit. sed etiam legationis iure  
 præesse: & infra. Sane licet idem archiepiscopus  
 metropolitico iure audire non debeat causas de e-  
 piscopatibus vestris, nisi per adpellationem defe-  
 rantur ad eum: legationis tamen obtentu vniuersas, que per  
 adpel. vel querimoniam perueniunt ad suam audientiam, au-  
 dire potest & debet, sicut qui in prouincia sua vices nostras  
 gerere comprobatur.

Celestinus tertius.

De causa specialiter delegata à papa, legatus se introumittere  
 non potest. Capitulum. ii.

S Tuduisti à nobis querere, vtrum de causa, quam alicui de-  
 legamus, alius qui sit generalis in prouincia legatus, ante co-  
 gnitionem vel postea cognoscere valeat, vel commissionis no-  
 itre processum, quem iudici delegato transmittimus, taliter im-  
 pedire. Respondemus, quod cum mandatum speciale dero-  
 get generali, legatus commissionem alij factam specialiter im-  
 pedire non potest, & si secundum formam mandati nostri sen-  
 tentia iam fuerit promulgata, non poterit ipse legatus (nisi su-  
 per hoc mandatum speciale receperit) eam quomolibet ir-  
 ritare: ipsam tamen (si rationabiliter laza fuerit) confirmare va-  
 lebit, & executioni demandare.

Innocentius

Innocentius tertius ti. sancti Laurentij in Lucina presbytero cardinali sed. apo. legato.

*Legatus etiam de latere ex generali legatione non potest transferre episcopos, vel unam ecclesiam cathedralem alteri subicere, & alteri concedere ius primatiae, vel duos episcopatus unire, vel unum dividere: excommunicatos tamē propter manuum iniectionē in clericos, absolvere potest. h. d. cum. c. seq. Capitulum. iiii.*

**N**isi specialis illa dilectio, quam ad personam tuam habuimus & habemus, iustum motum animi nostri temperaret, *\* vide. §. pōna dōcente, cognosceres, quantum excefferis, \* qui spreis iū lex in canonicis functionibus, & cōsuetudine generali, motu proprio lia. de vi præsumpsisti Trojanum episcopum de Trojana ecclesia ad Pa-normitanam de facto transferre.*

Idem eidem.

*Summatum fuit supra in cap. precedenti. Capitulum. iiii.*

**Q**uod translationem: & infra. Licet in regno Sicilia generalis sit tibi commissa legatio, ad eam tamen sine speciali mandato nostro non debuisti manus extendere, quae in signum privilegij singularis sunt tantum summo pontifici reseruata: *\* & si quaedam ex his, quae de speciali concessione saepe fuere legatis indulta, ut illorū videlicet absolutio, qui propter sacrilegas manuum iniectiones in clericos, incidit in canonem promulgatā sententiae, videantur ex ipso legationis officio iam licere legatis: An existimas, quia vices nostras tanquam legato tibi commisimus exequendas, quod Panormita. ecclesiam potes subicere Messan. ut illam praeficeres illi, concesso sibi privilegio primatiae: An putas ex eadem causa tibi licere, duos episcopatus unire, vel unum dividere sine licentia speciali: \**

Idem Bonoñ. episcopo & M. capellano subdiac. nostro.

*Ex quo legatus retulit causam Papae, illius desinit esse index.*

*Capitulum. v.*

**L**icet Trañen. canonici ab initio dissentissent, eadem unanimiter consenserunt, G. fratrem Calsinen. abbatis in archiepiscopum eligentes, cuius electionem Portuen. episcopus tunc legatus, examinari praecipit: & infra. Nuncius praefatis abbatibus nobis literas praesentavit, grauem contra iam dictum legatum querimoniam continentes, quod postquam *\* electionem examinauerat, & eam ad nostrae deliberationis examen transferat, nunciis iam directis, electionem eadem maliciose nimis examinare praesumpsit: & infra. De concilio fratrum nostro- rum examinationem secundam, tanquam a non suo iudice factam, postquam negotium ad nostrum fuerat translatum exam-*

men, conuimus irritam & inanem.

Idem sancti P. & sancti Leonis abbatibus, & R. archi. Tullo.

*Legatus de latere confert beneficium vacans, licet illud spectet ad praesentationē alicuius clerici. hoc dicit. & est casus notabilis.*

*Capitulum. vi.*

**D**ilectus filius R. Methensis canonicus intimaui, quod cum Prænestinus episcopus apo. sed. legatus ecclesiam sancti Trudonis contulisset eidem: Methen. archi. ad quem illius ecclesiae praesentatio pertinebat, adserens quod eodem inconsulto conferri non potuit a legato, canonicum ipsum super eadem ecclesia molestare praesumpit. Cum igitur plus iuris habeat in concessione praelatus, quam in praesentatione patronus, *\* nec praediceatur praelato, si quando per apost. sed. legatum eo inconsulto concedatur: mandamus, quaeuis dictum archi. vt ab eius super hoc molestatione desistat, adpel. re. cogatis.*

Idem illustri regi Francorum.

*Legatus in pluribus locis potest in quolibet dictorum locorum iurisdictionem suam exercere: ita quod facta vnus loci potest in alio explicare. hoc dicit Panormi. Capitulum. vii.*

**N**ouit ille, qui nihil ignorat: & infra. Ex parte tua querimoniam accepimus, quod cum tibi legatus esset certa ratione suspectus, extra fines regni Francorum in terrā tuam interditi sententiam promulgauit: & infra. Tuae magnificentiae respondemus, quod etsi fines regni Francorum exierat, nondum tamen fuerat terminos suae legationis egressus: cum non solum in regno Francorū, sed in Vien. Lugdun. & Bisuntin. prouinciis iniunctam sibi a nobis legationis sollicitudinem suscepisset.

Grego. ix. patriarchae Hierosolymitano.

*Præsentate legato de latere, minor legatus executionem officij sui dimittere debet. Capitulum. viii.*

**V**olentes: & infra. Fraternitati. t. legationis officium in prouincia tua duximus committendum, ita tamen quod si legatum ad partes illas de latere nostro contigerit destinari, executionem ipsius officij, quandiu legatus ipse ibi fuerit, pro *ibē. mul-* sedis apost. reuerentia omnino dimitteas. *\* Idem. to magis.*

*Legatus non de latere, sed ratione personae extra prouinciā sibi. C. de sac. decretam absoluerit nequit excommunicatos pro iniectione manuum sac. eccl. in clericos, nec etiam in prouincia si tales excommunicati aliunde sac. l. ii. veniant. Legatus vero ratione dignitatis nullus tales absoluit. hoc C. de se. dicitur secundum communem intellectum. Capitulum. ix. int.*

Excommu-

*\* vide. §. pōna dōcente, cognosceres, quantum excefferis, \* qui spreis iū lex in canonicis functionibus, & cōsuetudine generali, motu proprio lia. de vi præsumpsisti Trojanum episcopum de Trojana ecclesia ad Pa-normitanam de facto transferre. sit. de publi. iudi.*

*\* Papa multa sui reseruata.*

*\* Facit ad hoc tex. in. l. i. cū no. per Bart. ff. de itin. actus priuat. & ff. de pcura. l. Pomponius. \* Adde, eiusdē fra-*

*\* vide. l. si commu- ne. ff. quē- ad. ser. amit.*

*\* vide. mul- ibē. to magis.*



**E**xcommunicatis pro iniectione manuum violenta, ecclesie Romanæ legati, qui de ipsius latere non mittuntur extra provinciam sibi commissam, vel ibidem si huiusmodi manuum iniectores illuc cōtingat aliunde accedere. Et qui ecclesiarum suarum prætextu legationis sibi vindicant dignitatem, etiam subditis (quæ in provincia sua existentes) beneficium absolutionis impartiri non possunt. Nisi de speciali gratia illis & itis amplius a sede apostolica concedatur.

Idem.

*Durant legati statuta etiam legatione finita, finitur tamē sui delegati iurisdictio, si citatio non præcessit.* Capitulum. x.

**N**emini dubium esse volumus, quin legatorum sedis apostolice statuta ædita in provincia sibi cōmissa durent tanquā perpetua, licet eandem postmodum sint egressi. Secus autem si causas duxerint delegandas aliquibus, \* cum iurisdictio istorum expiret, si ante illorum discessum horum citatio non præcessit.

**De officio iudicis ordinarij. Tit. xxxj.**

Ex synodo Ioannis papæ.

*Episcopi in suis diocesisibus possunt crimina inquirere & punire, & cum opus fuerit invocare brachium seculare.* Cap. i.

**P**erniciosam: & infra. Habeant igitur episcopi singularum urbium in suis diocesisibus liberā potestatem adulteria & scelera inquirere, vlcisci, & iudicare \* secundū quod canones censent absque impedimento alicuius. Et cum opus fuerit, publicum conuocent auxilium, non ad præiudicandum, sed potius ad ea, quæ deo sunt placita, prosequendum.

Eugenius papa,

*Ordinarius, qui scit non vt index vel homo, sed vt deus subditum esse criminis reum, indeterminate poterit, sed non nominatim eum arguere vel punire.* Capitulum. ii.

**S**i sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum alicuius criminis, vel si cōfessus fuerit, & emēdare noluerit: nisi iudicario ordine quis probare possit. Non debet eum arguere nominatim, sed indeterminate. Sicut dixit Christus, Vnus vestrum traditurus est. Sed si ille, cui damnum illatum est, petierit iusticiam, potest excommunicare auctorem damni, licet etiam ei confessus sit, sed tamen non nominatim potest eum remouere a communione, licet sciat eum esse reum: quia non vt index scit, sed vt deus: sed debet eum admonere ne se ingerat quia nec Christus Iudam a communione remouit.

Alexan.

Alexander. iij. Floren. episcopo.

*Si ordinarius subiectus episcopo profert in sibi subiectum istam censuram ecclesiasticam, episcopus illam seruare debet, & illam sine satisfactione & conscientia proferentis relaxare non debet.* Capitulum. iij.

**C**um ab ecclesiarum prælati ecclesiastica sententia in malefactores aliquos promulgatur, rata debet & firma consistere, & vsque ad dignam satisfactionem inuiolabiliter obseruari. Quapropter mandamus, quatenus si quando plebanus sancti P. in clericos vel laicos parœcianos suos interdicti vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit, ipsam facias inuiolabiliter obseruari, & eam sine congrua satisfactione, & absque eiusdem plebani conscientia non relaxes.

Idem Cantuarien. archiepiscopo & eius suffraganeis.

*Si ordinatio vacantis ecclesie etiam patronata ex iusta causa differtur, est tibi per episcopum œconomus ponendus.* Cap. iij.

**C**um vos plerumque oporteat ordinationem ecclesiarum differrere, pro eo, quod quandoque personæ vobis minus idoneæ præsentatur, aut inter vos & præsentatores alia de causa radix dissensionis emerferit: & infra. Fraternitati vestre mandamus, quatenus si quando in vacantibus ecclesiis, in quibus ecclesiastica persona præsentationem non habet, vel quia personæ minus idoneæ præsentatur, vel alia de causa de iure personas non potueritis in eis instituire: adpellatione remota ponatis œconomos, qui debeant fructus percipere, & eos aut in ecclesiarum vtilitatem expendere, aut futuris personis fideliter referuare.

Idem Cantuarien. archiepiscopo.

*Si constat ordinario, quod absolutus a papa suppressit veram causam quare fuerat excommunicatus, debet illum remittere ad papam. Si vero sibi non constat, est tamen sibi irgens suspicio contra eum, debet cogere eum se purgare.* Capitulum. v.

**E**x parte tua: & infra. Quia nos consulere voluisti, vtrum illorum absolutio teneat, qui (occultatis excessibus, pro quibus excommunicati fuerāt) absolutionis beneficiū per sedem apostolicam meruerunt, suæ excommunicationis causam aliam prætendentes? Taliter. r. quod si ita tibi constiterit, debes eos ecclesiastica censura compellere cum literis tuis rei veritatem continentibus, ad sedem apostolicam redire.

Si vero id tibi non constiterit, & eos suspectos habueris, quod confessi non fuerint veritatem, ipsos compellere debes exinde coram te: quod si veritate confessi fuerint, purgatio-

*plebanus  
in sibi subiectum  
illam sine satisfactione  
& conscientia proferentis  
relaxare non debet.  
Capitulum. iij.  
Cum ab ecclesiarum  
prælati ecclesiastica  
sententia in malefactores  
aliquos promulgatur, rata  
debet & firma consistere,  
& vsque ad dignam  
satisfactionem inuiolabiliter  
obseruari. Quapropter  
mandamus, quatenus si  
quando plebanus sancti P.  
in clericos vel laicos  
parœcianos suos interdicti  
vel excommunicationis  
sententiam rationabiliter  
tulerit, ipsam facias  
inuiolabiliter obseruari,  
& eam sine congrua  
satisfactione, & absque  
eiusdem plebani conscientia  
non relaxes.  
Idem Cantuarien.  
archiepiscopo & eius  
suffraganeis.  
Si ordinatio vacantis  
ecclesie etiam patronata  
ex iusta causa differtur,  
est tibi per episcopum  
œconomus ponendus.  
Cap. iij.  
Cum vos plerumque  
oporteat ordinationem  
ecclesiarum differrere,  
pro eo, quod quandoque  
personæ vobis minus  
idoneæ præsentatur, aut  
inter vos & præsentatores  
alia de causa radix  
dissensionis emerferit:  
& infra. Fraternitati  
vestre mandamus,  
quatenus si quando in  
vacantibus ecclesiis,  
in quibus ecclesiastica  
persona præsentationem  
non habet, vel quia  
personæ minus idoneæ  
præsentatur, vel alia de  
causa de iure personas  
non potueritis in eis  
instituire: adpellatione  
remota ponatis  
œconomos, qui debeant  
fructus percipere, & eos  
aut in ecclesiarum  
vtilitatem expendere,  
aut futuris personis  
fideliter referuare.  
Idem Cantuarien.  
archiepiscopo.  
Si constat ordinario,  
quod absolutus a papa  
suppressit veram  
causam quare fuerat  
excommunicatus, debet  
illum remittere ad  
papam. Si vero sibi non  
constat, est tamen sibi  
irgens suspicio contra  
eum, debet cogere eum  
se purgare.  
Capitulum. v.  
Ex parte tua: & infra.  
Quia nos consulere  
voluisti, vtrum illorum  
absolutio teneat, qui  
(occultatis excessibus,  
pro quibus excommunicati  
fuerāt) absolutionis  
beneficiū per sedem  
apostolicam meruerunt,  
suæ excommunicationis  
causam aliam prætendentes?  
Taliter. r. quod si ita  
tibi constiterit, debes  
eos ecclesiastica censura  
compellere cum literis  
tuis rei veritatem  
continentibus, ad sedem  
apostolicam redire.  
Si vero id tibi non  
constiterit, & eos  
suspectos habueris,  
quod confessi non  
fuerint veritatem, ipsos  
compellere debes  
exinde coram te: quod  
si veritate confessi  
fuerint, purgatio-*

\* Vide. l. vnicā. C. qui p. sua iurij. E. l. iij. C. de offi. præc.

\* Vide. l. imperiū. cū not. ff. de iurisd. om. iudi.

Matt. 26. Marc. 14. Luca. 22. Ioan. 13.



*a = nemo archi episcopus si si in uocare lites, omnia me die,  
quia in ius cognoscit ab ordinario & conuenerit. 2. in act. cap. 9.  
par. 6.*

## Decretaliū Gregorij Lib. j. Tit. xxxj.

das, dummodo catholicus habeatur: & impedimentum eius subtractione gratiæ apo. se. non obstat.

Idem episcopo Heliensi.

*Archiepiscopus causam ad se per adpellationē delatam, subditus suffraganei committere potest, non tamen ad ipsam suscipiendam compellere potest. h. d. vsque ad. S. Præterea. Capitulum. xi.*

**P**Astorialis officij: & infra. Ex parte tua fuit in super quitum, utrum si aliqua causa fuerit ad archiepiscopum per adpel. delata, possit eandem iure ordinariæ potestatis suffraganei sui subdito delegare, vel animaduertere in eundē \* si causam reuenerit suscipere delegatam? Ad quod respondemus, quod archiepiscopus ipsum ad suscipiendam delegationē huiusmodi compellere nequit inuitum: cum in eū (exceptis quibusdam articulis) nullam habeat potestatem, licet episcopus suus eidem sit metropolitana lege subiectus: & infra.

\* Ratio est: quia in dicare est publicum ius. l. muneris. S. in dicadi. ff. de mu. & ho. & l. vnica. C. qui p. sua im.

*Mortuo delegato Papa, qui excommunicauit reum, vel alium in possessionē induxit: si eius successor in delegatione succedit, ab soluere & restituere possessionem poterit, alias solus papa restituere & absoluet, præterquam in mortis articulo, ne tamen curat annualis prescriptio, reus coram ordinario, vel publicis personis stando iuri cautionem præstabit, hoc dicit.*

Præterea postulasti, an alicui ordinario liceat sine speciali mandato apo. se. (delegato, qui reum propter contumaciā manifestam excommunicationis vinculo innodauit, vel petitionem causa rei seruandæ in possessionem petitorum induxit, rebus humanis exempto) eidem volenti iuri parere absolutioni beneficium impartiri, & possessionē restituere intra annum: sufficienti recepta primitus cautione. \* Ad quod dicimus, quod cum delegatus quantum ad illud sit maior ordinario: sine mandato summi pont. excommunicatus ab huiusmodi delegato non potest per alium (præterquam in mortis articulo) absolutionis gratiam obtinere, nisi forsan delegatus talis extiterit, cui alius succedat in onere & honore. Nec per alium, quam per summum pont. recuperare poterit possessionem amissam. verum tamen ne alius post annum versus efficiatur possessor: coram ordinario, vel si eius copiam habere nequiverit, coram publicis & honestis personis (ut quasi prescriptionem interruptat annalem) offerre ac præstare, quod iuri parebit, poterit cautionem: ut sic post annum recuperare possessionem per se dem apo. mereatur.

\* Vide. l. iubemus cauere. ff. de iurif. om. iudi.

Idem archiepiscopo Senonensi.

## De officio iudicis ordinarij.

81

*Papa per rescriptum, quo mandat ordinario ut subditos suos corrigat, non facit ex hoc ipsum delegatum, ideo ab eo poterit appellari ad proximum superiorem, sicut si papa nullum mandatum fecisset, hoc dicit. Capitulum. xii.*

**L**icet in corrigendis excessibus iuxta canonicas sanctiones adpellationis sit diffugium interclusum, & ideo Parisien. episcopus cum a nobis receperit in mandatis, ut tam circa viros religiosos, quam etiam clericos seculares suæ iurisdictioni subiectos, qui multa & grauius crimina committere proponunt, inquirat & corrigat ap. re. quæ viderit corrigenda, statuens ad reformationem eorum, quod regulare fuerit, & honestum.

Quia tamen intencio nostræ nec fuit, nec esse debuit iurisdictioni tuæ, per mandatū huiusmodi derogare præsentium auctoritate duximus declarandum, quod si in inquisitionibus ab eodem episcopo, non tanquam delegato, sed tanquam ordinario faciendis, aliquis casus emerferit, in quo licitum sit ad sedem metropolitanam adpellare, prædicti occasione mandati auctoritati tuæ, quo minus ad te tanquam ad metropolitanū adpellari valeat, nolumus aliquatenus derogare.

Idem in concilio generali.

*Prælati subditos corrigunt & reformant adpellatione remota, vel consuetudine non obstante. Si tamen capitulum consuevit corrigere excessus canonicorum, si intra terminum ab episcopo præfigendum non facit, ipse episcopus hoc faciet, hoc dicit, vsque ad. S. Caterum. Capitulum. xiii.*

**I**refragabili constitutione sancimus, ut ecclesiarum prælati ad corrigendum subditorum excessus, maxime clericorum, & reformandos mores prudenter ac diligenter intendat, \* ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. Ut autē correctionis & reformationis officium liberè valeant exercere, decernimus ut executionem ipsorum nulla consuetudo, vel adpellatio valeat impedire, nisi formam in talibus excesserint obseruandam. Excessus tamen canonicorum cathedralis ecclesie, qui consueuerunt corrigi per capitulum, per ipsum in illis ecclesiis, qui talem hactenus consuetudinem habuerunt, ad comunionem vel iurisdictionem episcopi corrigantur, intra terminum competentem ab eo præfigendum: alioquin ex tunc episcopus deum habens præ oculis, ipsos ut animarum cura requirit, per cens. eccle. corrigere non postponat.

*Si canonici sine manifesta & rationabili causa (maximè in contemptum episcopi) cessant à diuinis: episcopus cessationem non serua-*

\* Vide. l. filius, cum not. ff. de cōdi. & de i. C. de test.

seruabit, & metropolitānus vice Papæ cognoscat. h. d.

Cæterum si canonici absque manifesta & rationabili causa (maximè in contemptum episcopi) cessauerint à diuinis: episcopus, si uoluerit, nihilominus celebret in ecclesia cathedrali, & metropolitānus ad querelam ipsius, tanquam super hoc delegatus à nobis taliter eos per cen. ecclē. cognita veritate castiget, quòd pœnæ metu \* talia de cætero non præsumant.

\* Vide. l. i. in prin. C. ad leg. Jul. repet. & ist. de excep. S. hodie au. th. in fi.

*Prælati in impositione pœnæ, cauere debet à questu pecuniæ, & ab omni alio grauiamine. h. d. usque ad finem.*

Prouideant itaq; diligenter ecclesiarum prælati, ut hoc salutare statutum ad questum pecuniæ vel grauiamen aliud non conuertant, sed istud studiose ac fideliter exequantur, si canonicam uelint effugere ultionē: quoniā super his se. apo. auctoritate domino ad tenacissimè uigilabit.

Idem in eodem.

*Cum in ciuitate vel diocesi sunt populi diuersarum linguarū, episcopus debet providere eis per viros idoneos, qui secundum uarietatem linguarum officia eis celebrent, & sacramenta ministrant. Et si uirgens est necessitas, constituet sibi vicarium pontificem illius lingue, non tamen propter hoc eadem diocesis debet habere duos episcopos.*

Capitulum. xliii.

**Q**uoniam in plerisque partibus intra eandem ciuitatē atque diocēsim permixti sunt populi diuersarum linguarum, habentes sub vna fide varios ritus & mores: districte præcipimus, ut pontifices huiusmodi ciuitatū, siue diocēsum provideant viros idoneos, qui secundum diuersitates rituum & linguarum, diuina illis officia celebrent, & ecclesiastica sacramenta ministrant, instruendo eos uerbo pariter & exemplo. Prohibemus autem omnino ne vna eadēque ciuitas siue diocēsis diuersos pontifices habeat, tanquam vnum corpus diuersa capita quasi nonstrū. Sed si propter prædictas causas uirgens necessitas postulauerit, pontifex loci catholici præulem nationibus illis conformem, prouida deliberatione constituat sibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia sit obediens & subiectus: Vnde si quis aliter se ingesserit, excommunicationis se nouerit mucrone percussū: & si nec sic resipuerit, ab omni ministerio ecclesiastico deponendum, adhibito (si necesse fuerat) brachio seculari ad tantam insolentiam repellendam.

Idem in eodem.

*Episcopi, qui per se non possunt, tenentur adsumere idoneos, qui suppleant suo loco, quo ad prædicationes, uisitationes, & confessionum auditiones, & ut possint episcopi reperire tales, præcipit in ecclesiis*

clesiis cathedralibus & collegiatis tales institui. Cap. xv.

**I**nter cætera, quæ ad salutem spectant populi Christiani, pabulum uerbi dei permaximè sibi noscitur esse necessarium: quia sicut corpus materiali, sic anima spirituali cibo nutritur, eo quòd non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quòd procedit de ore dei. Vnde cum sæpe contingat quòd episcopi propter suas occupationes multiplices, vel inualiditines corporales, aut hostiles incursum, seu occasiones alias (ne dicamus defectum scientiæ, quòd in eis reprobandum est omnino, nec de cætero tolerandum) per se ipsos non sufficiunt ministrare uerbum dei populo, maximè per amplas dioceses & diffusas: generali constitutione sancimus, ut episcopi viros idoneos ad sancte prædicationis officium salubriter exequendum adsumant, potentes in opere & sermone, qui plebes sibi commissas vice ipsorum (cum per se iidem nequierint) sollicitè uisitantes, eas uerbo ædificent & exemplo: quibus ipsi cum indigerint, congruè necessaria subministrant: ne pro necessariorum defectu compellantur desistere ab incepto. Vnde præcipimus, tam in cathedralibus, quàm in aliis conuentualibus ecclesiis viros idoneos ordinari, quos episcopi possint coadiutores & cooperatores habere, non solum in prædicationis officio, uerum etiam in audiendis confessionibus, & pœnitentiis iniungendis, ac cæteris, quæ ad salutem pertinent animarum. Si quis autem hoc adimplere neglexerit, districte subiaceat ultioni.

Matth. 4. Luca. 4. Deute. 8.

Honorius. iij. episcopo Afsiniani.

*Episcopus in ecclesiis diocesis suæ debet esse contentus iuribus episcopalibus: & que sint iura episcopalia declarat. Cap. xvi.*

**C**onquerente æconomio monasterij sancti Benedicti monachis Subasij nobis innouit, quòd tu iuribus episcopalibus non contentus, quæ in ecclesiis seu capellis eiusdem monasterij debes habere, à quibusdam earum procuracionem exigis, quas ad dandam procuracionem minimè sufficere proponebat, petens ut specificares, quæ tibi ratione iuris episcopalis competere in eisdem, quorum quibusdam specificatis, tibi legitime contestata. Nos autem inspectis probationibus, & quæ ab utraque parte fuere proposita intellectis, decreuimus ut in ecclesiis seu capellis tuæ diocesis, ad monasterium ipsum spectantibus, habeas canonicam obedientiam, subiectionem & reuerentiam, institutionem & destitutionem, correctionem & reformationem, ac celsuras ecclesiasticas, iurisdictionem quoque causarū omnium ad forum ecclesiasticum

l ij de iure

de iure spectantium, pœnitentias, & sacramentorum omnium, quæ ab episcopo sunt recipiēda collationem, synodum & synodatici seu cathedratici nomine duos solidos, quartam decimationum & mortuorum, visitationem quoq; annuam: ita quod cum ad eas visitandas accesseris, non amplius procurationis nomine requiras ab eis, nisi quantum (pensatis facultatibus earundem) moderate poterunt exhibere, ne plus ceteris capellis eiusdem diœcesis in procurationibus oneretur: & infra. Tu autem his iuribus in præfatis ecclesiis contentus existens, non amplius ab eis exigas præter moderatum auxilium, quod iuxta formam Lateranen. concilij, si manifesta & rationabilis causa extiterit: cum charitate postulandū, sicut ab aliis ecclesiis eiusdem diœcesis pro necessitate temporis sustinemus.

Idem abbati & conuentui sancti Remigij.

*Episcopus visitans monasterium, non introducat seculares, sed duos aut tres canonicos suos, cum aliquibus religiosis. Cap.xvii.*

**V**T iuxta: & infra. Attendentes igitur, quod indecens est vt Remen. archiepiscopo, in monasterio vestro visitationis officium exercente, seculares intersint, per quos possit in claustrum dissolutionis materia prouenire. Firmiter inhibemus, vt nullos decetero seculares in capitulum (nisi duos vel tres de canonicis ecclesiæ suæ in decenti habitu, alijs quos expedire viderit religiosi adiunctis) secum visitationis tem-

\* vide. l. pore introducat. \*

quid tamē Idem episcopo Brocen. & archidiacono Rothomagen.

*ibi B. Lex diœcesana, & lex iurisdictionis, sunt diuersæ: vnderis indicata in vna, non obstat agenti in alia. Cap.xviii.*

*S. si arbit. ff. de arbit.* **D**ilectus filius abbas monasterij Rothomagen. nobis exposuit, q̄ tertia pars emendarū, quas homines quindā; parciarum pro suis excessibus soluere compelluntur, ad frum spectant monasterium ab antiquo: & infra. Cūmq; I. papa præ. n. vobis dederit in mandatis, vt auditis hinc inde p̄p̄ositis, causam remitteretis ad eum sufficienter instructam: dictus episcopus processum vestrum diutius impediuit occasione cuiusdam sententiæ, quæ super quibusdam ecclesiis, quo ad legem diœcesanam promulgata extitit pro codē. Vnde præfatus abbas nobis humiliter supplicauit, vt cū citatio, causarū examinatio, & decisio, ac emendæ ad legem iurisdictionis pertinere noscantur, non sineremus sententiæ memoratæ prætextu negocij processum vltius impedi. Cū igitur prædicta de lege iurisdictionis existant: mandamus quatenus huiusmodi sententia non obstante, procedatis in negotio iuxta traditam

gam vobis formam.

Gregorius. ix. episcopo Suañ.

*Per rescriptum, quo papa mandat ordinario, vt corrigat clericos sua diœcesis, non datur ei iurisdiclio super exēptos. Cap. xix.*  
**C**Rauer gerimus, quod cum in ecclesiā sanctæ Mariæ de Orbicello, & quasdam alias existentes in tua diœcesi ad monasterium sancti Anastasi de vrbe spectantes nullam iurisdictionem habeas ordinariam, aut etiā delegatam, occasione litterarum nostrarū, quas super correctione clericorum tibi transmissimus: in eas interdicti, ac in clericis earundem suspensionis sententias promulgasti: quanquam abbas eiusdem monasterij eos corrigere sit paratus: & infra. Mandamus quatenus si est ita, prudenter corrigens per teipsum, quæ minus prouidē attestasti, prædictas sententias sine difficultate relaxes.

Idem.

*Ordinarius cui competit absolueri ab excommunicatione, potest alijs absolutionem demandare. Capitulum. xx.*

**H**is, quibus ex officio in certis casibus competit illos absolueri, qui pro violenta manuum iniiectione incidunt in canonē sententiæ promulgatæ, licet alijs huiusmodi absolutionem committere cū viderint expedire.

De officio iudicis. Tit. xxxij.

Honorius tertius archiepiscopo sancti Leonardi, & abbati Salernitano.

*Ad officium iudicis etiam delegati, spectat prouidere aduocatum parti, quæ non potest habere, & poterit dare domesticū. Ca. v.*

**H**is literis vestris accepimus, quod cū causam, quæ inter abbatem & conuentum Fossæ Nouæ ex parte vna, & abbatem & conuentum monasterij Canen. ex altera, super quibusdam possessionibus monasterij sancti Petri de Almaphia vertebatur: & infra. Quia pars prædicti monasterij proposuit, quod habere non poterat aduocatum, vestrum super hoc implorando officium, tu frater archiepiscope eidem de magistro R. clerico tuo ad exhibendum in causa ipsa patrocinium prouidisti. Verum fater S. Can. monachus proposuit in prejudicium eiusdem monasterij factum esse, eo quod dictus R. clericus domesticus tuus erat: & infra. Mandamus quatenus hoc non obstante, in negotio ipso (ratione præuia) procedatis.

Gregorius nonus.

*Cum imploratur officium nobile, fit litis contestatio, secus in l. iij merce-*

mercenario.

Capitulum.ii.

**I**udicis officium vbicunque pro actione proponitur, veluti cum restitutum in integrum principaliter postulat, litis contestationem exposcit: alius ante & post ingressum cause potest ad hoc sine litis contestatione haberi recursus.

De maioritate & obedientia. Tit. xxxij.

Gregorius Augustino Anglorum episcopo.

Primus ordinatus, ceteris paribus, prior: & maior habendus est.

Capitulum primum.

**C**um certum: & infra. Sit honoris ista distinctio, ut ipse prior & maior habeatur, qui prius communitalis consilio, & concordia fuerit actione ordinatus. \* Idem.

\* Vide. l. honores. ff. de decur.

Veniens contra decretum vel constitutionem episcopi, debet excommunicari.

Capitulum.ii.

I. Reg. 13. Deu. 17.

**S**i quis venerit contra decretum episcopi, ab ecclesia abiciatur. In lib. Reg. legitur: Qui non obedierit principi, morte moriatur. Et in concilio Agathen. & anathematizetur. Ieo papa.

Clericus administratione carens, non tenetur ad iuramentum obedientie, vel ad faciendum scripturam super ea. Cap. iiii.

\* alius, Hæticus.

**L**egebatur in literis tuis quod frater Atticus chartulam de obedientie sponcione conscripserat, in qua signum predebatur iniuriæ. Non enim necessarium fuerat ut obligaretur scripto, qui obedientiam suam, ipso iam voluntarij aduentus officio comprobabat.

Clemens papa. iij.

Ab omnibus de diocesi obediendum est episcopo. Cap. iiii.

**O**mnes principes terræ, & ceteros homines, episcopis obedire, beatus Petrus præcipiebat.

Innocentius. iij. capitulo Herbipollæn.

Non obediens canonicis institutis, incurrit inobediencie notam, id est, insaniam.

Capitulum.v.

\* Vide. l. in notatione & ibi B. C. de sacr. sac. ecle.

**I**llud dominus in beato Petro: & infra. Cum spiritualia sunt temporalibus digniora, & obedientia melior sit quam victima, & auscultare magis, quam adipem arietem auferre: non debuerat Hildefemenis episcopus pro temporali commoda inobediencie notam incurere, & apostolicis iusionibus contraire.

Idem illustrissimo Constantino imperatori.

Imperium non præest sacerdotio, sed subest, & ei obedire tenetur. Vel sic: Episcopus non debet subesse principibus, sed præesse. h. id.

& est multum allegabile.

Capitulum sextum.

**S**olæ benignitatis affectu: & infra. Mirata est imperialis sublimitas, quod te nisi fuim? in nostris literis increpare. Huic autem tuæ admirationi, non causam, sed occasione prebuit quod legisti beatum Petrum apostolorum principem sic scripsisse: \* Subditi estote omni humane creature propter deum, siue regi tanquam præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: & infra. Verum si personam loquentis, & eorum ad quos loquebatur, ac vim locutionis diligentius adtendisses, scribentis non expressisses taliter intellectum. Scribente enim Apostolus subditis suis, & eos ad humilitatis meritum prouocabat. nam si per hoc, quod dixit, Subditi estote: sacerdotibus voluit imponere iugum subiectionis, & eis prælationis auctoritatem adferre, quibus eos subiectos esse inuebat: sequeretur ex hoc etiam quod seruus quilibet in sacerdotes imperium accepisset, cum dicitur, Omni humane creature. Quod autem sequitur, Regi tanquam præcellenti, non negamus quin præcellat imperator in temporalibus illos duntaxat, qui ab eo incipiunt temporalia: sed pontifex in spiritualibus antecellit: quæ tanto sunt temporalibus digniora: quanto anima præfertur corpori: \* licet non simpliciter dictum fuerit, subditi estote: sed additum fuit, propter deum: nec purè sit subscriptum, regi præcellenti: sed interpositum forsitan non sine causa, tanquam. Quod autem sequitur, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, intelligendum non est, quod Rex vel Imperator super bonos & malos gladij acceperit potestatem, sed in eos solummodo, qui vtentes gladio eius sunt iurisdictioni commisi: & infra. Potuisses autem prærogatiuam sacerdotij ex eo potius intelligere, quod dictum est, non a quolibet, sed a deo: non regi, sed sacerdoti: non de regia stirpe, sed de sacerdotali prosapia descendenti, de sacerdotibus videlicet, qui erant in Anachor: Ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas & disipes, ædifices & plantes: & infra. Præterea nosse debueras, quod fecit deus duo magna luminaria in firmamento cæli, luminare maius, vt præesseret diei: & luminare minus, vt præesseret nocti: vtrūque magnum, sed alterum maius. Ad firmamentum igitur cæli, hoc est vniuersalis ecclesiæ, fecit deus duo magna luminaria, id est duas instituit dignitates, quæ sunt pontificalis auctoritas, & regalis potestas. Sed illa, quæ præest diebus, id est spiritualibus, maior est: quæ verò carnalibus, minor: vt quanta est inter solem & lunam, tanta inter pontifices & reges

I. Pet. 2. \* Vide. l. I. S. ff. de ac. ept. & l. 3. ff. de testa.

\* Vide. l. sancimus. c. de epis. & cler.

Hiere. 1. Gene. 1. Psal. 135.

I iij differentia

differentia cognoscatur. Hæc autem si prudenter attende-  
ret imperatoria celsitudo, non faceret, aut permitteret Constā-  
tinopolitanam patriarcham, magnum quidem & honorabile  
membrum ecclesiæ, iuxta scabellum pedum suorum in sinistra  
parte sedere: cum alij reges & principes archiepiscopis & epi-  
scopis suis (sicut debent) reuerenter assurgant, & eis iuxta se ve-  
nerabilem sedem assignent: & infra. Nos autem etsi non in-  
crepando scripserimus, potuissimus tamen rationabiliter in-  
crepare: & infra. Nobis autē in beato Petro sunt oues Chri-  
sti commissa, dicente domino: Pasce oues meas, nō distinguēs  
inter has oues & alias\*: vt alienum à suo demonstraret ouili,  
qui Petrum & successores ipsius magistros non recognosceret  
& pastores: vt illud tāquam notissimum omittamus, quod do-  
minus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad successores ipsius:  
Quodcūque ligaueris super terrā, erit ligatum & in cælis &c.  
nihil excipiens, qui dixit: Quodcūque: & infra. Vtrum autem  
imperatoriam excellentiam ad bonum & vtile per literas no-  
stras duxerimus inuitandam, vtrum tibi iusta suggerimus & ho-  
nesta: tua sollicitudo discernat: cum non nisi ad vtilitatem eccle-  
siæ & terræ Hierosolymitanæ subsidium nos te meminimus  
inuitasse.

Idem episcopo Floren̄.

*Ordinatus per papam, non per hoc eximitur à iurisdictione sui  
episcopi.* Capitulum.vii.

**P**ER tuas nobis literas: & infra. Postulasti per sedis aposto-  
licæ oraculum edoceri, vtrum quis per ordinem subdiacono-  
natus à Romano pōtifice susceptum, à debita tibi reuerentia  
subtrahatur. Ad quod breuiter respondemus, quod etsi de-  
cens sit vt illis quantum conuenit à te inter alios tibi subdi-  
tos deferatur, quos benignitas apostolica collatione ipsius or-  
dinis honorauit, per eam tamen ab obedientia, quam alijs tibi  
debent, minimè absoluuntur.

Idem Constant. patriarchæ.

*Quando de obedientia vel subiectione agitur, nihil adentari  
debet in præiudicium rei, vel possessoris non citati.* Cap.viii.

**I**Nter quatuor: & infra. Petitionem contra ecclesias, quas  
tibi subiici postulabas, quæ prius quàm Constantinopolis ci-  
uitas caperet, Constanti. patriarchæ minimè respondebant:  
duplici ratione non duximus admittendam. Iuris nāque ratio  
postulat, vt in eorum præiudicium, quibus eadem ecclesie sunt  
subiectæ, nihil ordinemus de ipsis, cum nec citati sint, nec cō-  
uicti, nec per contumaciam se absentent: & infra. Super obe-  
dientia

dientia verò, quam vt tibi impendi faceremus ab archiepisco-  
po & episcopis regni Cyprī similiter postulasti, ferè idem du-  
ximus respondendum, cum & ipsi ante tuam promotionē fue-  
rint exempti, quando videlicet Constantinopolis ecclesia erat  
inobediens & rebellis: & in eorum absentia contra statum eor-  
um non debuimus aliquid immutare. Iustitiam tamen non  
negabimus tibi, cum eam duxeris postulandam.

Idem.

*Abbatēs & sacerdotes, qui sunt diocesanī episcopi: ad eius sy-  
nodum venire, & sibi obedire compelli possunt per censuram eccle-  
siasticam.* Capitulum. ix.

**Q**UOD super his: & infra. Abbatēs & sacerdotes diocē-  
sanā tibi lege subditos, qui ad tuam synodum venire cō-  
temnunt. (Dummodo in ipsa synodo non ducas ali-  
quid statuendum, quod canonicis obuiet institutis) per cen. ec-  
cle. ad synodum illam venire compellas: & debitam tibi obe-  
dientiam & reuerentiam exhibere.

Idem sancti Stephani & sancti Proculi abbatibus Bon̄.

*Canonici regulares inobedientes priori suo, per ipsum excom-  
municari possunt: & si fuerint incorrigibiles, de fratrum consor-  
tione expelli debent.* Cap. x.

**C**UM in ecclesiis sancti Victoris & sancti I. de monte: & in-  
fra. Nos igitur ad reformationem earundem ecclesia-  
rum diligenti sollicitudine intendentes, vniuersis canonicis de-  
dimus in mandatis, vt priori suo, in his, quæ ad eum pertinent,  
obedirent. Cum q; omnes (quatuor dūtaxat exceptis) se obe-  
dire velle concorditer respondiissent, prædicti quatuor se cō-  
tra priorem in superbiam erigentes, licet de obedientia suo  
priori præstanda præstitissent iuramentum corporaliter: tamen  
exhibiti iuramenti immemores, suo priori per omnia resistē-  
runt: & cum pro contumacia sua nequiuissent ad debitam obe-  
dientiam reuocari, dictus prior in eos excommunicationis sen-  
tentiam promulgauit. Cum igitur præfati canonici ad apo-  
stolicam sedem accessissent, per scripturas authenticas ex mul-  
torum testimonio prælatorum effecti, de ipsorum contumacia  
certiores, recepto secundum formam ecclesiæ ab eisdem cor-  
poraliter iuramēto, ipsi fecimus absolutionis beneficium impē-  
ndi, præcipientes eis sub debito iuramento, vt ad suum clau-  
strum de quo exierant redeuntes, priori suo secundum deum  
deuotè ac humiliter obedirent. Ideoque mandamus quatenus  
præfatos canonicos, vt ad prioris sui obedientiam reuertan-  
tur, per cen. eccle. compellatis: & ne de sua possint cōtumacia  
vel

Joan. 21.  
\* vide. l.  
1. ff. de al.  
iudi. c. l.  
quos pbi-  
bet. cu. si-  
mi. ff. de  
imperatori-  
um postul.  
Matt. 16.

vel malicia gloriari, cogatis eos (si videritis expedire) vt iuramentū, quod de parendo mandatis prioris pro absolutionis beneficio impetrādo superbe negauerāt, humiliter præstare procurent, alioquin eos de fratrum consortio penitus excludatis.

Honorius. iij G. presbytero cardinali. & capitulo sancti Laurentij in Damaso.

Presbyteri & clerici capellarum subditarum titulo cardinalatus, debent cardinali obedientiam. & reliqua de quibus hic. Et vacante titulo, succedit capitulum illius ecclesie, nisi pro bono pacis aliquid sit exemptum.

Capitulum. xi.

Hic, que pro ecclesia sancti Laurentij in Damaso ex parte vna, & capellis sibi subiectis ex altera super scrutinio alii. que articulis fuere proposita, diligenter auditis: sententiando decreuimus, vt earūdem capellarum presbyteri & clerici, cardinali, qui nunc est in ipsa ecclesia, & qui fuerint per tempora, manuale obedientiam, & reuerentiam, & honorificentiam omnē exhibeant, & ad ecclesiam ipsam pro scrutinio, baptismo & capitulo celebrandis conueniant temporibus consuetis, correctionem ipsius cardinalis recipientes humiliter, & excommunicationis, interdicti, vel suspensionis sententias, quas tulerit in eos & ecclesias eorundem, inuiolabiliter obseruantes. Quando autē ecclesia ipsa cardinali vacabit, capellani & clerici memorati, eidem ecclesie reuerēter exhibeant omnia supradicta, excepto, q̄ de correctione, & excommunicatione, & suspensione ipsorum pro bono pacis nostrae prouidentie reseruamus.

Idem abbati sancti Michaelis Abradensis diocesis.

Licet abbatis subditos excommunicare non possit, ipsi tamen sibi obedire tenentur.

Capitulum. xii.

\* Alias, Lumburgen.

Dilecta filia in Christo abbatisa de Bubrigē. \* transmissa nobis petitione monstrauit, q̄ cum ipsa plerūq; canonicas suas, & clericos sue iurisdictioni subiectos, propter inobedientias & culpas eorum officio beneficioq; suspendat, iudem cōsiliū ex eo, q̄ eadem abbatisa excommunicare eos non potest, suspensionem huiusmodi non obseruat, propter quod ipsorum excessus remanent incorrecti. Quocirca mandamus, quatenus dictas canonicas & clericos, vt abbatisa præfatæ obedientiam & reuerentiam debitam impendentes, eius salubria monita & mandata obseruent, ecclesiastica censura compellat.

Gregorius. ix. patriarchæ Grand.

Si metropolitanus a suffraganeo iuramentum exigit vltra for mam statutam a canone: in eo, quod est vltra, suffraganeus non tenetur.

Capitulum. xiii.

Dilecti

Dilecti filij archiepiscopi & capitulum Castellā. suam ad nos querimoniam detulerunt, quod cum a Castellā. episcopo exigeres iuramentum præter formam canonicam, quam ceteri suffraganci metropolitanis suis consueuerunt præstare, iudem conspicientes ex hoc ecclesie sue præiudicium generari, ad sedem apostolicam appellarunt: & infra. Cum igitur non deceat alij te fecisse, quod ab alio fieri tibi nollis: mandamus, quatenus contentus forma canonica, quam nos a coepiscopis nostris nobis immediate subiectis recipimus\*, nil amplius a Castellā. episcopo obtentu alicuius consuetudinis exigas præter præstiti iuramenti, sciens nos eundem episcopum ab huiusmodi iuramento, quo ad alios articulos absoluisse, vel deuenialle potius non teneri.

\* Vide. l. i. C. de fidei. tri. & fidei. ca. ho. & l. i. C. de emā. libe.

Idem priori fratrum prædicatorū, & archid. Rhegin. Vacante episcopatu, Capitulum confirmat & infirmat electio.

Capitulum. xiiii.

Vm olim causa. & infra. Quocirca mandamus, quatenus licet conuentus monasterij sancti Saluatoris Messin. sine ipso iure hac vice eligendi potestate priuati: de gracia tamen eligendi seu postulandi detis ipsis autoritate nostra liberam facultatem. Mandantes eisdem, vt cum ecclesia Messin. vacet ad præsens, electionem suam confirmandam, prout de iure fuerit, vel etiam infirmandam, præsentent capitulo Messin.

Idem archipresbytero sanctæ M. maioris de vrbe.

Qui maior est ordine, licet in ecclesia posterius receptus, in loca & portione præferatur. h. d. secundum veram lect.

Cap. xv.

Satuius, vt presbyteri primum locum, diaconi secundum, subdiaconi tertium\*. Et sic de reliquis obtineant ordinatim, etiam si posterius admittantur. Et qui maior est ordine: etiam si postea sit receptus, & in portione percipienda potiore esse volumus, ac minores facere seruitia consueta.

\* Vide. l. si. C. de v. ro. & istit. tu. de bo. pos. §. ali. ian. v. ro.

Idem archiepiscopo Colocenſi. Si ecclesia sita in aliquo archidiaconatu erigitur in cathedralem, a iurisdictione archidiaconatus eximitur.

Cap. xvi.

Vm inferior potiorē soluere nequeat vel ligare\*, sed potior inferiorē liget regulariter & absoluat, & satis ablonum videatur, vt filius potestatem habeat in parente: imramur, quod cum tu monasterium de Cheur. cōstitutū in Firmienſi archidiaconatu tuæ diocesis ecclesiam erexeris cathedralē: archidiaconatus Firmicē. in tantam prorupit temeritas audaciam, vt in episcopum ibi consecratum & ecclesiam, suā iurisdictionem exercere præsumat: & infra. Mandamus, quatenus

\* Vide. l. de curio. C. de dec. li. xii. no. f. l. b. m. n. ff. manda.

\* Vide. l. a diuo Pio. ff. de ro. ind.



quatenus præfato archidiacono, à cuius iurisdictione dictum episcopum denunciamus exemptum, id districte studeas inhibere. Prouiso vt si ex hoc archidiaconi Firmien. iuraladuntur, in diacesi tua (vbi expedire videris) absq; alieni iuris præiudicio recompensationem illi facias congruentem.

Idem Lemouicē. archi. & priori sancte Radegundis Picta.

*Compositionem super iure primatiæ vnus solus, cuius interest, poterit impedire. Capitulum. xvii.*

**H**vmilis doctrina magistri: & infra. Mandamus, quatenus prælatorum Burdegalen. prouinciæ in ea præsentium, & cathedralium capitulorum eiusdem, necnon & Bicuricē. capituli, super prouisione, quam inter Bituricē. & Burdegalen. archiepiscopos in causa primatiæ duximus faciendam, requiratis ad sensum, quo habito, prouidentiam nostram solenniter publicetis. Si qui vero cōsensum præstare noluerint, vos supersedentes publicationi prædictæ, districte præcipiatis eisdem, vt personaliter, si prælati fuerint, vel si alij, per procuratores idoneos, nostro se conspectui repræsentent, profecturi coram nobis ius, si quod habere contendunt, & satisfacturi parti alteri, si succubuerint, in expensis.

De treuga & pace. Tit. xxxiiij.

Alexander. iij. in concilio Lateranensi.

*Statuit tempora treugarum, & penas violentantium. Cap.*

**R**eugas, à quarta feria post occasum Solis, vsque ad secundam feriam in ortu Solis, ab aduentu domini, vsque ad octauas Epiphaniæ, & à septuagesima vsque ad octauas Pasche, ab omnibus inuolubiliter obseruari præcipimus. Si quis autem treugas frangere præsumperit, post tertiam admonitionem, si non satisfecerit, suus episcopus sententiam excommunicationis dictet in eum, & scriptam vicinis episcopis adnunciet, quorum nullus excommunicatum in communione recipiat, imò scriptam sententiam quisque confirmet. Si quis autem hoc violare præsumperit, ordinis sui periculo subiaceat.

*Psal. 138*

Et quoniam funiculus triplex difficile rumpitur, præcipimus, vt episcopi ad solum deum, & ad salutem populi habentes respectum, omni trepidatione seposita, ad pacem firmiter tenendam, mutuum sibi consilium & auxilium præbeant, neque hoc alicuius amore\* vel odio prætermittant. Quod si quis in hoc opere trepidus inuentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

*\* Aliàs, timore.*

Idem.

*Persona*

*Persona hic enumerata, plena securitate gaudent tempore guerræ. Capitulum. ii.*

**I**nouamus, vt presbyteri, monachi, cōuersi, pergrini, mercatores, rustici, euntes vel redeuntes, \*vel in agricultura existentes, & animalia, quibus arant; & semina portant ad agrum, congrua securitate latentur.

*\* Vide. l. si cui. ff. ex q. cau. maio. & l. i. v. timur. ff. de sepul. chro. vi.*

De pactis. Tit. xxxv.

Ex concilio Aphricano.

*Pacta quantuncunque nuda seruanda sunt. Capitulum. i.*



**A**ntigonus episcopus dixit: & infra. Aut inita pacta, suam obtineant firmitatem, aut conuentus (si se non cohibuerit) ecclesiasticam sentiat disciplinam. Dixerant vniuersi, pax seruetur, & pacta custodiuntur.

Gregorius.

*Conuentio inualida, per consensum superioris validatur. Capitulum. ii.*

**Q**uotiens in conuentionibus noster expectatur ad sensum, ne in dubium veniant, quæ geruntur, rati habitio eas debet pro securitate partium solidare. Idem.

*Iudex debet studiose agere, vt promissa adimpleantur. Capitulum. tertium.*

**Q**ualiter in Sardinia: & infra. Studiose agendum est; vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur. Alexander Exonen. & Vuig. episcopis.

*Non valet pactum, per quod beneficium ecclesiasticum debet per cunia resignari. Capitulum. iiii.*

**C**um pridem S. clericus procurator prioris & monachorum de Acra, & P. clericus pro causa, quæ inter eos & prædictum P. ac fratrem eius, cuius vicem se gerere dicebat super ecclesia, & capella de L. vertebatur: ad nostram præsentiam accessissent, inter se (non tamen nobis mediātibus) conuenerunt; quod eidem P. pro expensis, quas fecerat, tres marchæ argenti soluerentur, & idem P. liti cederet; & à monachorum infestatione cessaret. Cumq; compositionem istam auctoritate Ap. peterent confirmari, nos eam non duximus admittendam, pro eo quod videbatur prauam illicitæ pactiois speciem continere: & infra. Ille igitur nostris monitis adquiescens, & eide-

*demi*

dem liti pro se ac fratre suo renuncians, authentica instrumenta, quæ super hoc habebat, in nostris manibus resignauit: que nos priori & monachis destinantes, mandauimus, vt eidem P & fratri eius in aliquo studerent beneficio prouidere, de quo maius lucrum valeret apostolica intercessione percipere, quam eis deberet ex illa pactione illicita prouenire. Cæterum quia prior & fratres ad quiescere noluerunt: mandamus, quatenus moneatis eosdem, vt præfato P. & fratri eius competens beneficium conferant & assignent: alioquin si vobis constiterit dictos clericos à prænominata ecclesia & capella absque ordine iudiciario violenter eiectos: ipsas eisdem restitui faciat: \* non obstantibus literis nostræ confirmationis, quas prædicti prior & monachi à nobis impetrasse noscuntur.

\* vide. l. ii. ff. ad. l. Int. de vi. & vi. ar. l. i. §. ne quis.

Idem archiepiscopo Eboracensi. *Non valet pactum de succedendo post mortem pralati in ipsius ecclesia.*

Accepimus, quod quædam sunt ecclesiæ clericis taliternore concessa, quod post eorum obitum alij nominatim succedant. Verum quoniam hoc iniquum est, & sacris canonibus inimicum, & ideo non debet aliquatenus tolerari: mandamus, quatenus huiusmodi successiones tam detestabiles & iniquas adpellatione cessante prohibeas, & omnino friuolas & inanes esse dicernas.\*

\* vid. l. si quis. ff. de inof. testa. §. l. pe. §. si. ff. de iustu. & iur. \* Alias, additur, intendentes.

Idem Cantuariensi archiepiscopo & eius suffraganeis. *Qui per pactum anglicæ pensionis consecutus est ecclesiam, debet ea priuari, & alias canonicè puniri.*

Cum clerici vestræ iurisdictionis (sicut accepimus) decedentibus ecclesiarum personis: paciscantur ex ipsis ecclesiis maiores solito soluere pensiones, vt facilius possint eisdem ecclesiis adipisci. Nos \* ad tam detestabile vicium extirpandum, fraternitati vestræ mandamus, quatenus ne id adtentare præsumant, districtius prohibentes (si contra prohibitionem vestram venire præsumperint) adpellatione cessante eos taliter adeptis ecclesiis spoliatis: alias pro tantæ presumptionis excessu, seueritate ecclesiastica punientes eosdem.

Innocentius tertius in concilio generali. *Si ecclesia rem suam locando, vel in feudum concedendo, adpmit pactum in præiudicium iuris parocialis alterius ecclesiæ, non tenet: & quicquid hac occasione perceperit, reddere cogitur illi ecclesiæ.*

Plerique (sicut accepimus) regulares clerici & seculares interdum cum vel domos locant, vel feuda concedunt, in præiudicium

iudicium parocialium ecclesiarum pactum adiiciunt, vt conductores & feudatarij decimas eis soluant: & apud eosdem eligant sepulturam. Cum autem id de auaritiæ radice procedat, pactum huiusmodi penitus reprobamus, statuentes, vt quicquid fuerit occasione huiusmodi pacti perceptum, ecclesiæ parociale reddatur. *Gregorius. ix.*

*Non valet pactio in spiritualibus, vel quæ pactum inducit, vel turpis, seu de re turpi, vel impossibilis de iure, vel de facto. Cap. viii.*

Pactionibus obtinendis: cum in huiusmodi omnis pactio, omnisque conuentio debeat omnino cessare, nullius penitus sunt momenti. Quod etiam de aliis est dicendum, quæ obseruata, vergunt in animæ detrimentum. Nam etiam iuxta legitimas sanctiones, pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis de iure, vel de facto, nullam obligationem inducit.\*

\* vide. l. Inter stipulâtes. §. sacrâ. & l. impossibilis. ff. de verb. obli.

De transactionibus. Tit. xxxvj.

Gregorius. iij. A. subdi. & domi. ab.

*Instrumenta, & alia iura partium; contraria transactione tolluntur.*

Icut graue: & infra. Post salubrem decisionem de controuersia vestra factam, decreuimus, vt omnia instrumenta, vel quicquid aliud est, quod partibus quoquo modo, aut ex temporis prescriptione, seu aliter opem de lege, aut quocumque privilegio ferre poterat, sit vacuû, & omni virtute cassatum, & sola pactionum inter vos nunc habitorum pagina validum perpetuumque robur obtineat. Cui si quid forte incuria vel imperitia minus firmitatis insertum est, vires plenissimæ notionis ex hac nostra autoritate suscipiat.



ad h. res. l. 10. ab. v. cap. 30.

Alexander tertius.

*Tenet compositio super decimis facta cum ad sensu superioris.*

Statuimus, vt si super decimis inter vos & aliquam personam ecclesiasticam de ad sensu episcopi vel archiepiscopi sui compositio facta fuerit: rata & inconcussa persistat.

Idem Dulmenis episcopo.

*Si capitulum consensit transactioni, quam fecit praelatus nonne ecclesiæ, vltius dissentire non potest.*

Coningit interdum, quod licet abbas vel prior alicuius conuentualis ecclesiæ, cum ecclesiastica vel seculari persona super his, de quibus inter eos controuersia veritum, coram delegato

*Capitulum. iiii.*

delegato vel ordinario iudice transigat, capitulum tamen eandem transactionem nititur reuocare. Vnde quia nos consilere voluisti, tibi respondemus, quòd si abbas vel prior à capitulo suo de rati habitatione literas habuerit, transactionem, quam fecit (si fuerit aliquot annis seruata) capitulum ac si non con-

\* *Alia li-  
tera habet  
Ac si con-  
fenserit.  
Ho.  
\* Vide. l.  
i. ff. de no.  
ope. nūc.*

ferit \* in eam, non poterit reuocare. \*  
Idem abbatu de Stra. & priori sancti Eusebij.  
*Super ecclesiastico beneficio transigi non potest, etiam cum in-  
ramenti interpositione. Capitulum. iiii.*  
**C**onstitutus in nostra præsentia G. clericus sua nobis ad-  
sertione monstrauit, quòd cum inter ipsum, & A. cleri-  
cum super capella de stratis controuersia emerisset, tandem  
per transactionem sopita fuit: & licet hinc inde fide præstita  
firmata fuisset, eam tamen præfatus A. seruare recusat. Quia  
igitur huiusmodi transactiones speciem continent simoniæ:  
mandamus, quatenus reuocata transactione in irritum, causam  
audiatis. &c.

Idem Carnotensi episcopo.  
*Per transactionem factam sine auctoritate episcopi potest pra-  
latus, sed non ecclesia constitui censuatis. Capitulum. v.*

**D**ecetero noueris, quòd cum aliquis ad extraordinarium  
iudicem literis impetratis cum aduersario suo componit,  
postmodum in ecclesia, de qua agitur, ius aliquod habiturus:  
Si compositio non est iuri contraria: non est à loci episcopo  
reprobanda. Sed census absque episcopali auctoritate, cui  
præest ecclesiæ sub hoc prætextu solutus vitam eius, qui solue-  
rit, non excedit.

Idem Eboracensi archiepiscopo, & Vigoreñ. episcopo.  
*Si beneficium, quod per transactionem habetur, impetratur in  
vacans ab eo, qui fuit transactionis mediator: non ualet impetra-  
tio. h. d. quo ad titulum. Capitulum. vi.*

**E**x literis uestris accepimus, quòd cum olim inter R. & A.  
clericis super ecclesia de Vult. coram te frater episcops,  
qui iudex, fueras delegatus auctoritate G. qui tunc eidem A.  
patrocinabatur in causa, & testis inscriptus fuerat, transactio fa-  
cta fuisset, postmodum idem G. se mentiens clericum, cum non-  
dum esset in clericum tonsuratus: super eadem ecclesia tacito  
de transactione literas nostras impetrauit. Cum autem idem  
G. non inficiaretur se transactioni interfuisse, & nondum fuisse  
tonsuratum, cum literas istas obtinuit, ei super prædicta eccle-  
sia silentium duximus imponendum.

Idem.

*Super*

*Super ecclesiastico beneficio non potest transigi, sed amicitabiliter componi. h. d. & quotidie allegatur. Capitulum. vii.*

**S**uper eo, quod quaesiuisti, utrum de ecclesiastico beneficio  
in litigium deducto, possit fieri transactio: Tale damus  
respondum, quòd transigi super re sacra \* & litigiosa non po-  
test. etenim res sacra, ut possideantur aliquo dato, vel recente, \* *Alias*  
seu promissio, speciem credimus habere simoniæ. Alias si gratis, *sup. re re-  
ligiosa &*  
& amicitabiliter inter se litigantes se componant, sacris canonibus *sacra.*  
nequaquam dicimus obuiare.

Idem abbatu de Strapho. & priori de Phœbi.  
*Transactio facta de rebus ecclesie per pralatum, sine superioris  
consensu, non obligat successorem. Capitulum. viii.*

**V**eniens ad Apost. sedis clementiam magister G. de Faul.  
sua nobis insinuatione monstrauit, quòd monachi excolunt  
monasterij, terras in parocia sanctæ M. de Marchia maioris,  
& ab eadem ecclesia coloni eorum omnia ecclesiastica, tam ne-  
cessaria, quam uoluntaria suscipiunt sacramenta, & tamen eidem  
ecclesiæ decimas soluere contradicunt: & infra. Arbitrantur  
autem se posse tueri cuiusdam trāfractionis prætextu inter præ-  
fatos monachos, & quandam sacerdotem memorati Guil. præ-  
decessorē factæ, ut de duabus carrucatis terre, quas in dominio  
suo monachi tenent, tertiam tantū decimarum partē exsoluat:  
& infra. Mandamus, quatenus nisi præfati monachi transac-  
tionem præscriptam, auctoritate Apost. confirmatam esse do-  
cuerint, cum aliās inter personas facta potius, quam inter ec-  
clesias uideatur, ne pacta inter alios acta aliis obesse patiamur:  
ipso & agricolas decimationes ex quibuslibet rebus proueniē-  
tes ex integro & illarum, quas illicitē detinuerant iustam æsti-  
mationem restituere eidem ecclesiæ compellatis.

Lucius. iij. Ormenis episcopo.

*Sicut super iure presentandi, ita super adnexo non potest  
transigi ut recedatur à iure, interueniente aliqua temporalitate.*

*Capitulum. ix.*

**P**raterea, quando inter laicos & viros religiosos de præsen-  
tatione alicuius ecclesiæ quaestione suborta transigitur, ita  
quòd præsentationem laicus obtineat: religiosi uero nouam vel  
maiorem percipiant in ecclesia, in qua prius nullam vel mino-  
rem habere consueuerant portionem, an huiusmodi transactio  
teneat, quaesiuisti. Cum igitur ipsa pactio simoniaca merito  
uideatur, Respondemus, quòd de iure non tenet, nec ex ea re-  
ligiosi vllum debent commodum obtinere.

Celestinus tertius.

*m Super*

*Super spiritali subiectione, non licet transigi.*

*Cap. x.*

**P**raterea quarto loco questio talis accessit, quod quadam cella eximi voluit a subiectione, qua matrici domui tenebatur: & infra. Fratres illius cellae, se contentes in iure illi domui quondam fuisse subiectos, referebant questionem olim de hac subiectione fuisse motam, & transactione sopitam, eatenus vt quendam annum centum ecclesie matrici reddendo essent a subiectione principalis domus exempti: & infra. Prior consequenter pro maiori ecclesia proponebat, quod de spiritali subiectione transigere non liceret. Respondemus igitur, qd ex praedicta fratrum confessione, contra eos sententia procedere debeat, praesertim cum illa transactio (licet nobis de illo, quod cella determinate reddere tenebatur, constare nequiverit) iniquitatem simoniacam continuisse putetur.

Honorius tertius I. tituli sanctae Praxedis presbytero cardinali.

*Index potest, & debet se interponere pro transactione inter partes faciendam, praeterquam in casibus, in quibus iura hoc non admittunt, vt super matrimonio. h. d.*

*Capitulum. 8.*

*\*Vide. l. Et te, prout (statu imperij, & excedentium multitudinis, provida deliberatione pensatis) videris expedire: exceptis nimirum casibus, qui compositionis, seu dispositionis remedium non admittunt, vt potest coniugij sacramentum, quod cum non solum apud Latinos & Graecos, sed etiam apud fideles & infideles existat, a severitate canonica circa illud recedere non licebit. In his vero, super quibus non inuenitur expressum, procedas (aequitate seruata) semper in humaniorem partem declinando, secundum qd personas & causas, loca & tempora, postulare videris.*

**E**x parte tua: & infra. Poteris ad componendum interponere partes tuas, & interdum aliquid severitatis detrahere. *Et te, prout (statu imperij, & excedentium multitudinis, provida deliberatione pensatis) videris expedire: exceptis nimirum casibus, qui compositionis, seu dispositionis remedium non admittunt, vt potest coniugij sacramentum, quod cum non solum apud Latinos & Graecos, sed etiam apud fideles & infideles existat, a severitate canonica circa illud recedere non licebit. In his vero, super quibus non inuenitur expressum, procedas (aequitate seruata) semper in humaniorem partem declinando, secundum qd personas & causas, loca & tempora, postulare videris.*

**De postulando. Tit. xxxvij.**

*Ex concilio Lateranensi.*

*Clericus, in sacris vel minoribus beneficiatus, in seculari foro postulare non debet, nisi pro se, vel sua ecclesia, vel miserabilibus personis.*

*Capitulum. 1.*



**C**lerici in subdiaconatu, & supra in ordinibus quoque minoribus, si stipendiis ecclesiasticis sustententur, coram seculari iudice aduocati in negotiis secularibus fieri non praesument: Nisi propriam causam, vel ecclesiae suae fuerint profecti, aut pro miserabilibus forte personis, quae proprias causas administrant.

*\*Vide. l. et ibi Bar. so. de pat. qui si. dist.*

se non possunt.

Innocentius. iij. Compostella archiepiscopo.

*Canonici regulares postulare non possunt sicut monachi, nisi pro utilitate ecclesiae, vel sui monasterij, & praeepto abbatis. Capitulum. ii.*

**E**x parte tua nobis fuit propositum, quod quidam canonici regulares non solum in ecclesiasticis, verum etiam in forensibus causis praesument aduocati officium exercere. Cumque obicitur eis, quod non debent esse forensis, vel ecclesiastici negotij susceptores vel executores, nisi forte id monasterij expolcat utilitas, abbate nihilo minus imperante, ad suam proponunt insolentiam excusandam, quod capitulum illud, per quod praedicta prohiberi videntur, de monachis non de canonicis regularibus loquitur manifeste. Unde consultationi tuae taliter respondemus, quod idem iudicium de canonicis regularibus, quod & de monachis, quantum ad supra dicta, credimus obseruandum, licet de monachis in canone specialiter sit expressum.

Gregorius nonus.

*Se summat.*

*Capitulum. iij.*

**C**um sacerdotis sit officium nulli nocere, omnibus autem velle prodesse: Non nisi pro seipso, vel ecclesia sua, vel (si necessitas imminet) pro personis coniunctis, aut miserabilibus sibi licitum est postulare: & infra. Clericus autem qui contra ecclesiam, a qua beneficiu obtinet, pro extraneis aduocatus vel procurator esse praesumit, tanquam ingratus potest (maxime si clericus sit eiusdem ecclesiae) beneficio huiusmodi spoliari.

**De procuratoribus. Tit. xxxvij.**

Gregorius Maximo Salonensi episcopo.

*Non auditur quis tanquam alterius procurator, nisi habeat mandatum legitime factum.*

*Capitulum. i.*

**A**lia quidem: & infra. Scripsisse te quibusdam comperimus, quod praedictos viros tunc ad causam non miseris, & ideo, quae cum ipsis facta sunt subsistere non debere: sed & Thomas sibi hoc a te dictum perhibuit: ex qua re nec praesentium portitoribus iudicauimus esse credendum, ne de ipsis similiter diceretur. Quia ergo hoc cautiore nos esse praemonuit, instruatam personam cum mandato legitime facti, & presbyteros, seu diaconorum testiumque subscriptionibus roborato, gestisque ex more iudicis transmittere: vt quicquid cum ea actum fuerit, iure subsistat.

*\*Alia, munc.*

*\*Vide. l. No solu. S. Qui alienum.*

m ij. Alexan-

Alexander tertius.

*Non valet sententia, etiam expensarum condemnatoria, lata contra absentem ex probabili causa legitime per nūcium excusatum. h. d. quantum ad verum intellectum.* Capitulum.ii.

**Q**uerelam A. clerici accepimus: & infra. Mādamus, quatenus si constiterit vobis, quod Vigor. episcopus, praesentem A. in restitutione expensarum, pro nulla alia rationabili causa condemnauerit, nisi pro eo tantum, quod termino constituto ad eius praesentiam non accessit, infirmitate detentus, \* cum non possit quis cogi, nisi velit in grauius causis procuratorem constituere, & ipse ad probandum infirmitatem suam, presbyterum & diaconum destinauerit, eum absoluerit ab eadem sententia minimè differatis.

Clemens tertius.

*Sententia lata cum procuratore reuocato, & de hoc certificato, non praesudicat domino. hoc dicit secundum communem intellectum.*

Capitulum.iii.

**E**X insinuatione archidiaconi Sag. accepimus, quod cum inter ipsum & magistrum G. super quadam praebenda Lexo. ecclesiae controuersia mota fuisset: & infra. Licet ab eodem archidiacono procuratori suo duobus clericis praesentibus expressè fuisset inhibitum, ne causa cognitionem susciperet, ipse nihilominus in causa procedens, sententiam contrariam reportauit. Ceterum, quia aliter de praedictis clericis dicitur obiisse, mandamus quatenus si per archidiaconum & superstitios clericum iuramentum constiterit de praemissis, \* sententia contra eum lata nequaquam obstante, praedictae praebendae possessionem, cum fructibus inde perceptis (si eius restitutioni aliud canonicum non obstat) autoritate nostra restitui faciatis eidem. Restitutione vero facta, si archidiaconus ipse suam canonicam institutionem probare potuerit, ipsam ratam permanere adpel. postposita decernatis.

Innocen. iij. Cabilon. & Cathalañ. episcopis.

*Rescriptum super consecutiuis iudicii impetratum a procuratore reuocato, & de hoc certificato non valet, nec processus, vel sententia lata per ipsum, si reuocatio peruenit ad aduersarium, hoc dicit secundum glossam.* Capitulum.iiii.

**I**n nostra praesentia Tullen. episcopus est conquestus, quod cum ad causam, quae inter episcopum & decanum Tullen. in per dilapidatione, excommunicatione, & periurio, ac quibusdam aliis criminibus vertebatur, T. & G. presbyteros procuratores instituens, ipsos ad sedem aposto. duxerit destinandos, cum

cum de ipsorum fide postmodum titubasset, mandatum quod eis dederat, intra modicum temporis spacium reuocauit: sed ipsi licet mandati literas reuocatorias recepissent, nihilo minus in negotio processerunt, & procuratoribus se gerentes, cum aduersario ingressi iudicium cum eo, ad Parisien. archidiaconum & collegas suos in eiusdem praedictum nostras literas impetrarunt: & infra. Cumque praedictus episcopus ad probandum, quod falsi procuratores fuerant, ab ipsis iudicibus inducias postulasset, ipsi exceptionem oppositam inutilem & superuacuum reputantes, propter quod ad adpellationis beneficium cedere noluerunt: propter quod ad adpellationis beneficium conuolauit. Sed iidem nihilo minus lite non contestata, & iuris ordine praetermissis testes contra eum recipere praesumpserunt, ipsum a Tullen. ecclesia per sententiam remouendo. Nos vero licet vix fidem adhibere potuerimus, quod dicti iudices, utroque viri literati, prouidi & honesti taliter processissent, maxime cum in sua relatione, quam ad nostram praesentiam transmissere, de huiusmodi exceptione nullam fecerunt mentionem: quia tamen episcopus per viros religiosos, prouidos & honestos, de quibus non est verisimile, quod suae salutis oblitus, ac iuramenti religione contempta, falsum testimonium tulerint, nobis fecit super his, quae sunt proposita plenam fidem, adtendentes etiam, quod falsi procuratoris exceptio, non solum ante sententiam, verum etiam postea potest obici: \* utpote quae probata iudicium nullum & nullius momenti controuersia reputantur, processum supradictorum iudicum sententialiter duximus irritandum.

Idem Brixien. episcopo.

*Si agitur de adulterio coram iudice seculari ad poenam legalem, non interuenit procurator: secus si coram ecclesiastico ad separationem tori.* Capitulum.v.

**T**ra. & infra. Consul. t. r. quod si vir aduocat vxore de crimine adulterij coram iudice seculari ad poenam legitimum infligendam, quia tunc inscriptionis vinculum debet adripere, sequae ad poenam talionis adstringere: non per procuratorem, sed per seipsum praesentè oportet praesentialiter aduocare. Si vero vir aduocare velit vxorem de adulterio coram ecclesiastico iudice, ut ab eius cohabitatione discedat, quia tunc etiam forsitan oporteat eum inscribere, ut designet in scriptis nomen, locum & tempus, & omnia quae comprehenduntur in lege ciuili: \* ad talionem tamen non debet se aliquatenus obligare: ne fortè cum in probatione defecerit, intentionis suae consequatur

\* vide. l. licet. & de indi.

\* vide. l. libellorū. ff. de adu. & l. p. tor edixit. & ibi Bart. ff. vii. pos.

\* vide. l. Quasi. ar. a contrario se. ff. de re iudic.

\* vide. l. si bona fidei. C. eo. et. l. admo. nendi. ff. eod.

consequatur effectum: sustineri potest, si necessitas id postula-  
uerit, vt per procuratorem adsculet, quoniam huiusmodi adscu-  
satio, etsi de crimine fiat, non est tamen criminalis, sed quasi  
mixta inter ciuilem & criminalem, quamquam in presentia prin-  
cipalium personarum securius procedatur. Idem.

*Qui de mandato domini causam procurauit, ab eo repetit ex-  
pensas propter hoc factas.*

Capitulum. vi.

**C**um pro causa, quæ inter G. & F. Gabion. ecclesiæ archi-  
diac. vertebatur: & infra. Dif. v. mandamus, quatenus  
expensas archidiacono restitui faciatis, si legitime probare po-  
tuerit se de mandato capituli suscepisse prædicta negocia pro-  
mouenda, & propter hoc ad sedem apost. accessisse.

Idem scholaribus Parisien.

*Vniuersitas, etiam scholarium potest ad agendum, & defenden-  
dum procuratorem constituere.*

Capitulum. vii.

**V**ia in causis, quæ contra vos, & pro vobis mouentur, ve-  
stra vniuersitas ad agendum & respondendum commo-  
dè interesse non potest, postulatis à nobis, vt procu-  
ratorem instituere super hæc vobis de nostra permissione li-  
cetur. Licet igitur de iure communi hoc facere valeatis, \*  
vnicæ. C. instituendi tamen procuratorem super his autoritate præsen-  
tium vobis concedimus facultatem.

\* vide. l. ceret. licet igitur de iure communi hoc facere valeatis, vnicæ. C. instituendi tamen procuratorem super his autoritate præsentium vobis concedimus facultatem.

hi. to. et. l.

Honorius. iij. episcopo Aegitanensi.

*Si citatus ad totam causam constituit procuratorem, quem po-  
de autho. stea reuocat, potest nihilominus contra eum procedi in quantum sta-  
prestan. tus causa patitur sine alia citatione. hoc dicit, quò ad intellectum.*

Capitulum. viii.

**A**vditis & intellectis, quæ super delegatorum nostrorum  
processibus fuerit proposita: processus ipsos, & quæcum-  
que secuta sunt ex eis vel ob eos, noueris nos irrita iudicasse,  
non obstantibus literis, quas de reuocatione mandati procura-  
tori suo Colubrien. episcopus destinauit: cum antequam ad il-  
lum literæ huiusmodi peruenirent, fuisset super eisdem proces-  
sibus, hinc inde conclusum. Ceterum memoratum Colubrien.  
episcopum, qui procurauerat totum negocium ad examen sed-  
is apo. aduocari: & postmodum mandatum factum procura-  
tori non sine nostro contemptu, & tuo dispendio reuocauit:  
condemnamus tibi duximus in expensis, quas fecisti à tem-  
pore, quo ad procuratorem ipsi reuocatoriæ literæ peruene-  
runt, \* & facies etiam vsquequo per se idem episcopus, vel per  
procuratorem idoneum se nostro conspectui præsentabit, in  
principali negotio legitime processurus.

\* vide. l. si quis iſciatus per Bart. ff. depo.

Idem M.

Idem M. & R. canonicis Mutinen.

*Procurator episcopi causas episcopatus agit & defendit, licet  
non fuerit datus sub nomine syndici vel actoris. Capitulum. ix.*

**P**etitio vestra nobis exhibita continebat, cum Mutinen. e-  
piscopus in Liouoniam profecturus, vos vicarios & procura-  
tores suos constituit generales, vobis volentibus agere con-  
tra detentores bonorum episcopi Mutinen. vel contra illum  
agentibus respondere: frequenter opponitur, quòd facere nõ  
potestis, pro eo, q̄ in instrumento vicarij, siue procuratoris  
huiusmodi non exprimitur, q̄ episcopus ipse constituit vos  
syndicos vel actores: \* & infra. Nos igitur ex tenore ipsi-  
instrumenti liquido cognoscetes, q̄ intentio fuit ipsius episco-  
pi dare vobis agendi & respondendi pro ipso episcopo liberam  
potestatem, exceptionem huiusmodi penitus reprobamus.

\* vide. l. fi. C. de do. na. & l. i. & ii. C. de

Gregorius. ix. nobili viro Vbaldo cui Pisano.

*Providere debet iudex, maxime in causa matrimoniali, quod formu. &  
constituens procuratorem gaudeat plena libertate. Cap. x. l. ii. ff. cõ. de leg.*

**A**ccedens ad apo. se. & infra. Mandamus, quatenus D.  
nobilem mulierem, quæ sub tua potestate tenetur, plene  
restituas libertati, faciens ipsam ad castrum de Massa Lucanæ  
diocesis secure perducere, vt existens ibidem libera, procurato-  
rem liberè ordinare valeat, qui suam coram nobis iustitiã pro-  
sequatur. Tu ergo super sponsalibus, quæ inter natam tuã  
& filium eiusdem nobilis contracta proponuntur, procurato-  
rem idoneum ad presentiam nostram mittas, qui ad agendum  
& respondendum plenam habeat potestatem.

Idem Cantuarien. archiepiscopo.

*Si procuratori generali denegantur induciæ ad consulendum  
dominum ex causa probabili absentem, poterit procurator ad pe-  
lary. Capitulum. xi.*

**D**ilectus filius magister L. rector ecclesiæ de Auna tranſ-  
missa nobis petitione monstrauit, quòd cum R. presby-  
ter contra ipsum causa studij Bononiæ commorantem super  
eadem ecclesiã ad iudices nostras literas impetrasset, earũ au-  
thoritate à iudicibus ipsis eodem rectore citato, procurator  
ipsum generalis ad omnia eius tractanda negocia, pro eo, quòd  
competentem terminum, intra quem rectorem ipsum consu-  
leret, vtrum deberet contedere vel cedere quæstioni: sibi cõ-  
cedere denegabant, pro eodem nostrã auocentiam adpellauit.

Quocirca mandamus, quatenus si est ita, reuocatio in irritu & c.  
Idem episcopo Lixonen.

*Si reus recedit à iudicio dimisso procuratore sub modo ad a-  
m iiii gendum,*

gendum, contumax est, & condemnatur in expensis. Cap. xii.  
**C**onstitutis in præ.n.H. priore Sagien. & T. laico, dilecti filium O. subdia. nostrum super causa, quæ inter ipsos super quadã summa pecuniæ vertitur, cõcessimus auditore: & infra. Quia prior super ipsa pecunia, in qua dictus T. eum sibi suæ vxoris nomine teneri dicebat, recepto libello illicitiatus recessit, quendam procuratorem dimittens solummodo ad agendum, quem cum auditor ipse per mandatum procuratorium sibi datum ad defendendum priorem sufficientem nõ viderit, eum ex hoc reputans contumacem, ipsum præfato T. in vnam marcham sterlingorum condénauit, taxatione præhabita in expensis: \* & infra. Nos autem finem litibus imponere cupientes, & quod ab auditore præfato factum esse dignoscitur adprobantes, mandamus, quatenus partibus conuocatis &c.

\* Vide. l. i. cum not. sibi. ff. qd cuius. rmi. uer.

Idem.

Tenet iudicium agitatum, cum procuratore reuocato, si reuocationem iudex & aduersarius ignorauerunt. h. d. secundum communem intellectum & verum. Capitulum. xiii.

**M**andato procuratoris post litem contestatam à domino reuocato: si hoc ignorante iudice, vel aduersario factum fuerit: iudicium quod idem quasi procurator postmodum expertus est, ratum esse debet.

Idem.

Filius familias potest esse procurator in iudicio, etiam ad futuras lites: & procurator datus cum pluribus simul in solidum, præfertur si præoccupauit negocium: secus si diuerso tempore fuit datus. Item procurator adpellare debet à sententia, nisi ex causa excusetur: quo casu debet domino nunciare de sententia: adpellationem tamen prosequi non tenetur. Capitulum. xiiii.

**N**õ iniuste iudex processit, qui filiumfam. in procuratorrem admisit. Quamuis ad futuras controuersias constitutum. Qui licet simul cum aliis datus fuerit, prius tamen procurationis officium occupauit. Quod fieri nequiuisset in procuratoribus diuersis temporibus constitutis, quoniam dato posteriori, prioris esset procuratio reuocata. \* Porrit quoque is, & debuit à sententia in eo, quod lata extitit contra ipsum, nostram audientiam adpellare, vel (si iusta causa excusabat eundem) saltem domino contestari, vt ad adpellationis beneficium conuolaret. Licet adpellationem prosequi non teneretur iniuitus.

\* Vide. l. si quis eib. s. ff. eo.

Idem

Idem.

Procurator vniuersitatis, cuius maiores & iurati sunt excommunicati, non repellitur ab impetrando, nisi illi in procuratorio sint expressi, vel eorum auctoritate factum sit, vel ad id scienter sint admisi. hoc dicit, & est decisio notabilis & subtilis. Cap. xv.

**C**onsulti sumus, an constitutus ad impetrandum à communitate aliqua procurator, ab impetrando deberet excludi pro eo, quod maiores & iurati, \* per quos eadem communitas regebatur tempore, quo iniunctum fuit procurationis officium, erant excommunicationis sententia innodati.

T. r. quod nisi esset illi in literis procuracionis expressi, vel aliàs eorũ auctoritate procuratoris institutio facta fuisset, aut sciens eos esse tales, ipsa communitas vnã cum eis constituisset eundem, non est procurator huiusmodi repellendus.

\* Vide. l. i. ff. quod cuiusque vni. &c. cum nõ ignores. de præben.

Desyndico. Tit. xxxix.

Gregorius papa subdia. defensori Siciliæ.

Religiosi debent habere syndicum, qui causas monasterii agat & defendat, etiam (si oportuerit) constituto illi salario. Cap. i.

**I**cut studij nostri esse debet à litigijs forẽtib⁹ monachos submouere, ita necesse est nostra provisione, quemadmodũ negocia eorum disponi debeant ordinare. Pro qua re tibi præcipimus, quatenus cum Fauſto loqui debeas, cui (si voluerit) constituto salario, monasterij generaliter debeas negocia commendare. Expedi enim pro paruo incommodo à strepitu causarum seorsus dei esse quietos.

De his, quæ vi, metusye causa fiunt. Tit. xl.

Alexand. iij. Exon. episcopo, & priori sanctæ Mariæ Casarra.

Si quis timore mortis postea ratum non habens, religionẽ proficitur: exire, & matrimonium contrahere potest: secus si à principio, vel ex post facto liberè consensisset. Capitulum. i.

**P**erlatum est ad audientiam nostram, quod cũ quidam nobilis & potens M. vxorem suam suspectã haberet, milites sui eius præcepto eam ad quandam sylvam ducentes, euaginato gladio occidere voluerunt: sed tandem pietate ducti, sub tali cõditione pepercerunt eidẽ, quod in monasterio de Calobris habitum susciperet monachalẽ: & infra. Episcopi verò missi à viro, vt ei velum imponerent: quia iuuenis erat, & filiũ parvulum habebat, mutationẽ vitæ suæ suspectã habentes, seorsum conue-

conue-





**S**uper eo, quòd aduersarius vester se còquerebatur à vobis super violentiam spoliatum, arbitramini còtra vos fuisse iniuste processum, cum non nisi proprio iuramento probauerit singula, quæ amisit. Verum postquam de violentia per testes, & de amissis rebus per ipsius constiterit sacramentum: potuit iudex taxatione ab ipso facta pro personarum ac negotij qualitate, vos in æstimatione rerum amissarum iuramento aduersarij declarata, rationabiliter condemnare. \*

\* Vide Abb. & Brixi. in suo dictio nario. in ver. æstimatione.

De in integrum restitutione. Tit.xlj.

Alexand. iij. Alphanen. episcopo.

*Si in contractu venditionis vel locationis ecclesia fuit enormiter læsa, potest aduersus talem contractum petere restitutionem in integrum: emptor tamen sine conductor non debet fraudari in precio suo, vel in sumptibus per eum factis.*

Cap. i.



**R**equiritur. t. f. quid agendum sit de possessionibus laicis, sub modico censu còcessis. Noueris itaque, quòd si ecclesia læsa est, & manifestè adparet detrimentum ipsius (cum episcopo eius conditionem facere deteriore non liceat, & ecclesia iure minoris debeat semper illæsa seruari) quæ in damnium eius data constiterit, ad ipsius conuenit ius, & proprietatem redire: Prouidendum est tamen, ne si forte coloni possessiones illas expensis ac labore suo reddiderint meliores, sumptibus, quos bona fide fecerunt, debeant fraudari.

Innocentius tertius sancti Georgij, & sancti Sergij abbatibus.

*Restituitur ecclesia læsa propter negligentiam procuratoris, qui iura ecclesie non produxit.* Capitulum. ii.

**C**um venissent ad apo. se. electus & monachi Rothon. pro se ac pro monasterio suo, ac magister A. pro episcopo Venet. eis sancti Georgij diaco. cardi. dedimus auditorem. Coram quo idem magister pro episcopi parte proposuit, quod cum monasterium Rothon. esset situm in diœce. Venet. & ecclesiæ Venet. subiectum, prædictus episcopus possessione subiectionis vsus est hactenus inconcusse: sed cum occasione cuiusdam electionis. quæ ibidem facta fuerat, partes de communi adensu ad Nat. episcopum & eius collegas commissionis lites impetrassent, duo eorum ad monasterium accesserunt: quorum aduentum intrusus præsentens, renunciauit huiusmodi electioni, & se à monasterio absentauit. Sed iudices auctoritate apost. monachis iniunxerunt, vt syndicum vel procuratorem eligerent, qui in causis monasterij & consultè ageret, & vti-

& vtiliter responderet: districtius inhibentes eisdem, ne aliqui eligerent in abbatem donec plenius agnosceretur de iure, quod episcopus se habere in abbatis electione dicebat. Monachi vero etsi procuratorem ad mandatum iudicum elegerint, abbatem tamen contra inhibitionem eorum eligere præsumserunt: cuius electionem episcopus petiit infirmari, & se ad possessionem restituui, qua cum monachi spoliarent. Deinde iudices definitiuam sententiam protulerunt; electionem cassantes eandem, quam sententiam dictus magister petiit confirmari. Ad hoc fuit responsum, quòd licet per procuratorem ex parte monachorum fuisset propositum, quòd monasterium ipsum ad Ro. eccle. nullo medio pertineret, dicti tamen iudices contra eos procedere nimis animosè cœperunt: & infra. Nos igitur inspectis priuilegiis præ. no. Leonis, Grego. & Cle. quæ monasterium illud ad ius & proprietatem indicant. se. apo. pertinere, intelligentes, quòd monasterij procurator, etsi eadem priuilegia coram prædictis iudicibus exhibere omiserit negligenter, ius tamen non tam suum, quam nostrum fuerit protestatus, videlicet, quod monasterium ipsum ad Ro. ec. nullo medio pertinere, ne ipsius negligentia in damnium, tam nostrum, quam monasterij redundaret, ad audientiam restituimus monachos Rothon. & infra. Electionem autem à monachis (sicut dicitur) còcõditer factam, pendente controuersia ex qua pendet, nec cõfirmandam duximus, nec etiam infirmandam.

\* Vide. l. mandato. cū not. ff. de mino.

Idem Helien. & Floren. episcopis:

*Ecclesia læsa in probatione necessaria omissa, potest petere restitutionem in integrum, non obstante termino iuris probationis exclusio. Et restitutionem petere potest non solum contra priuatū, sed etiam contra ecclesiam. h. d.* Capitulum. iiii.

**A**vditis & intellectis causæ meritis in questione, quæ vertitur inter Vigoric. episcopum & abbatem de Euescam super ecclesiis in valle de Euescā, quas episcopus adseruit ad se diœcesana lege spectare: abbas autem eas ab eius iurisdictione prorsus esse exemptas, cognouimus euidenter ecclesias illas per priuilegia illa Ro. pon. nō esse ab episcopali iurisdictione substractas, nisi forte vallis de Euescā sit ille locus, qui fuit à duobus regibus Ro., videlicet & Offa libertati donatus, & quæ bonæ memoriæ Celestinus papa libertati donauit, sicut in ipsius priuilegiis continetur. Verum tanto tempore probatur per testes ab abbatibus de Euescam pleno iure possessa, vt videatur in eis ius episcopale legitime præscripsisse, nisi forte per tantum temporis spaciū Vigoric. ecclesia interim vacauisset, vt temp-

vt tempore vacationis subducto, præscriptio minime sit cõpleta: & infra. Licet autem vtrinq; sit in causa conclusum, quia tamen vtraque pars necessariam (vt adferit) probatione omisit: nos adtendentes, quòd vtraque ecclesia fungatur iure minoris\*, æquitate pensata vtrâque restituimus contra reliquam,

\* Vide. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecun. Et l. xvi. in ff. de mino.

Idem priori sanctæ M. ad carceres, & L. canoñ. sanctæ M. de Mandria.

*Restitutio ex iusta causa etiam maiori est concedenda, dimissa iusta causa petendi probetur. Si autem non probatur plene vel semiplene, conceditur restitutio in causa favorabili.* Cap. iiii.

**E**x literis abbatis de Caluen. didicimus, quòd cum Ramifina & Grimol. archiepiscopi inter I. virum & L. mulierem ex delegatione nostra sententiam diuorij protulissent, & adpel. interposita cognitione sententiæ ipsi abbati & archiepiscopo bycero Paduano duxerimus committendam, quia pars mulieris ad preceptorium terminum non accesserat, abbas ipse, cui alter coniuDEX commiserat vices suas, allegationibus diligenter inspectis latam à iudicibus prædictis confirmauit sententiam: sed post octo dies pater puellæ accedens ad ipsum, intellectu & sententiam protulisset, firmavit proprio iuramento, & quidam ad eum & filiam eius accedens, fraudulenter sub ipsius abbatis nomine falsas eis literas præsentauit, quibus mandabatur eidem, vt quia iudex ad diem, quam assignauerat, venire non poterat, post octo dies à termino cõstituto, ipsius se cõspectui præsentaret: & postmodum adpellauit ad sedem apo. & etiam supplicauit. Licet autem de fraude taliter perpetrata per huiusmodi iuramentum non constet ad plenum, in fauorem tamen matrimonij\* de beniguitate canonica contra fraudem propositam supplicationem mulieris admisimus, & ad audiendam restituimus eam pro matrimonio postulantem. Ideoq; mādauimus, quatenus de causa prioris adpellationis ordine iudiciario cognoscentes, confirmetis vel infirmetis, sicut iustum fuerit, sententiam à primis iudicibus promulgatam.

\* Vide. l. 1. c. si mō ci. ita fue. abe. Et l. seruus. ff. de ser. ex. par.

Idem episcopo & capitulo Oscenē.

*Etiam contra sententiam papæ restituitur ecclesia: hoc primo. Et censa restitutio in integrum debet præsentibus partibus tractari. hoc secundo. hæc duo dicit quo ad titulum.* Cap. v.

**T**vm ex literis C. papæ præ. no. tū ex his, quæ ipsius temporibus gesta fuerunt, graue illerdē. eccl. esse intelleximus questionem per sententiam Eugenij papæ super ecclesijs quibusdam

busdam prolatā, se læsam enormiter, & olim & nunc etiam cõquerētis. vnde cū idem Cel. tempore Anastasij papæ proximi successoris eiusdem Eugenij in minori adhuc officio cõstitutus, in partib⁹ Hispaniæ legationis officio fungeretur, & de delegatione ipsius cognoscere cepit de cõtrouersia memorata, cui etiam Alexan. successor ipsius Anastasij, officio legationis denuo in partibus eisdem fungenti, causam commisit eandem: idem quoq; Celestinus ad apicem summi pontificatus promotus, G. sancti angeli diaco. cardi. tunc apo. le. leg. dictam cõtrouersiam sub eo tenore cõmisit, vt inspectis illerdē. ecclesie priuilegijs, auditis etiam partiū rationibus, & memorata sententia nō obstante definitiuam proferret sententiam, eamq; faceret obseruari: verū quoniam per ipsum legatum, aut per alios, quibus sub eodem tenore causa eadem cõmissa extitit (licet producti testes ex parte illerdē. episcopi recepti fuerant) mandatum apo. non extitit adimpletū, magister A. eadonicus illerdē. postulauit per officium nostrum dictam sententiam in melius reformari, & cõtra eam restitui ecclesiam illerdē. Nos igitur cū fratribus nostris & alijs deliberauimus diligenter: nonnullis adferentibus, q̄ cū prædictus C. præ. n. contra iam dictam sententiam visus fuerit illerdē. ecclesie restitutionis beneficium indulsisse, cū ea non obstante duxerit negocium committendū, & nos supplicationem eiusdem ecclesie admittere debebamus, præsertim quia sententia Rom. sed. non negatur potestatem in melius commutari, cū aut subreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro cõsideratione ætatum & temporum seu grauium necessitatum dispensatiue quicquam ordinare deereuit. Et secundum iura ciuilia principes etiam cõtra res bis iudicatas in auditorio suo examinari, restitutionem in integrum permiserūt. Perpeximus quoque ex data sententiæ in registro dicti Eugenij papæ repta: quòd primo mense sui pontificatus fuerit promulgata: quando non plene de meritis ipsius causæ videbatur instructus, illa nitens præcipue ratione, quod priuilegium Urbani secundi ex parte vestra productum, subiectum fuerat falsitati, cuius tenorem nos in registro ipsius inuenimus incorruptum. Tandem deliberatio nostra in hoc resedit: vt an data sit restitutio, an danda contra præmissam sententiam, partibus præsentibus decernatur, quarum adferentibus merita causarum panduntur. Quocirca mandamus, quatenus vsque ad festum beati Luca, vel in proprijs personis, vel per idoneum responsalem nostrum vos cõspectui præsentatis, quòd dicta sententia retractari non debeat (si poteritis) ostentari: vel si forte exigente iustitia fuerit retractanda, vel per vos

vel per responsalem idoneum adpareatis sufficienter instru-  
cti: vt in principali negotio canonicè procedatur: pro certo  
scituri, quòd cum propter multam locorum distantiam non  
possit ad vos sine magnis laboribus & expensis sapius haberi  
recursus, si ad præmissum terminum, quem vobis perempto-  
rium assignamus, iniuncta vobis cõtempseritis adimplere: non  
nihilominus in ipso negotio, quãtum de iure poterimus, pro-  
cedemus.

Idem.

*Petitio restitutionis in integrum contra sententiam suspendi  
regulariter executionem sententiæ in euentu istius causæ resti-  
tutionis, fallit si contra petentem restitutionem est præsumptio ma-  
litiæ, quòd causâ differendi executionem hoc petat: quo casu ex-  
cutio fit præstita cautione de restituendo, si petens restitutionem ob-  
tinebit in causâ. hoc dicitur, secundum mentem iuncta gl'f. pe. & in  
hoc ultimo est iste text. valde singularis respectu vtriusque iuris.  
Capitulum sextum.*

**S**ciatata super diuersis articulis inter Burgen. episcopum  
& Ouien. monasterium questione: & infra. Nos intelle-  
ctis, quæ vtraque pars proposuit coram nobis super quatuor ar-  
ticulis prænotatis; monasterium Ouien. iustitia condemnauit  
exigente. Sententia verò lata procurator monasterij ad  
probandam præscriptionem factam tam super quatuor articu-  
lis prænotatis, quam etiam super quibusdam decimis per ual-  
actionem adquisitis, restitutionem in integrum nomine mo-  
nasterij postulauit; quam eidem duximus indulgendam: & j.

Ne verò per excogitatum malitiam (sicut ex præsumptio-  
nis pluribus videbatur) effectum sententiæ in damnum epi-  
scopi contingeret impediri, nè monasterium per executionem  
sententiæ propter diuersas suspensiones incurreret detri-  
mentum, nos æquitate pensata, iure duximus prouidendum, vt  
ante omnia supra dicta sententia executioni maderet: & infra.  
Volumus nihilominus & mandamus, vt ab episcopo ipso reci-  
piatis idoneam cautionem: quòd si monasterium in causa ipsa  
præualuerit, vniuersa, quæ medio tempore sententiæ ipsius oc-  
casionè perceperit, monasterio restituat memorato.

Honorius. iij. archiepiscopo & capitulo Brachar.

*Post peremptorium non auditur ecclesia de iure communi, au-  
ditur tamen per beneficium restitutionis in integrum. Cap. vii.*

**C**oram felicis me. I. papa præ. n. lite inter archiepiscopum  
Toletan. & te fratrem archiepiscopum super primatia solè  
niter contestata, fuit peremptorium terminus assignatus: & j.

Verum

Verum elapso termino constituto, post expectationem non  
modicam comparuerunt procuratores vestri: sed quia nõ actu-  
lerant depositiones testium & alia munimenta, dilationem cum  
instantia postularunt. Postquam verò contra eos\* interlocuti  
fuius super dilatione petita, tandem indulgeri ecclesiæ Bra-  
charen. dilationem propter instructionem causæ per auxilium  
restitutionis in integrum postularunt, exhibentes super hoc  
ex parte vestra speciale mandatum. Nos autem vsque ad octa-  
uas Pentecostes per restitutionis beneficium id vobis duxi-  
mus indulgendum.\*

Gregorius nonus.

*Restituitur minor in eo, quod contraxit vel omisit, si probat ex-  
inde se lesum, & sit intra tempora restitutionis petenda. Cap. viii. per Bart.*

**C**onstitutus in nostrâ presentia magister Guil. p se ac fra-  
tre suo I. canonico Parrosien. exhibita nobis petitione  
monstrauit, quòd eis in minori constitutis ætate, ac eorum ma-  
tre (cuius successores existunt) rebus humanis exempta, quon-  
dam G. pater ipsorum quasdam possessiones vtrique cõmunes  
quibusdam vendidit pro quadam pecuniæ quantitate, ac (vt hu-  
iusmodi venditio robur firmitatis haberet) emancipauit eor-  
dem,\* & fecit eos contractui cõsentire. Quare supplicauit  
vel venditionem eandem mandarem nunciari nullam, vel cū  
adhuc existant intra tempus ad obtinendum beneficium in in-  
tegrum restitutionis indultum, & intra annum & diem à tem-  
pore contractus ipsis tanq̃ proximioribus cõpeteret super illa  
portione ius offerendi emptoribus præcium: iuxta municipij  
Parrosien. consuetudinem adprobatam, quod hætenus omi-  
serunt, dignaremur eis super vtroq; (cū in hoc non modicum  
læsi noscantur, & emptoribus portione eiusdem, vel eorū suc-  
cessoribus præcium sint offerre parati) per idem beneficij sub-  
uenire. Quocirca mandamus, quatenus si præmissa inuenieris  
veritate subnixâ, vel venditione prædictâ, quòd ad partem  
ex successione materna, ipsos contingentem nullam nunciare  
curetis, si in ea debita iuris solennitas est omissa: vel si forsitan  
intergenerit, & eos laesos esse cõstiterit, tam super ea, quam su-  
per residua portione, dum tamen quod offerunt duxerint faci-  
ciendum, auctoritate nostra in integrum restituere studeatis.

Idem.

*Restitutio in integrum postulanda est ab ordinario, administra-  
tionem habente vel à delegato ab eo, siue hæc causa sit specialiter  
delegata, siue incidat in causâ generaliter commissa. Ab ordina-  
rio verò administrationem non habente, vel à delegato peti nõ de-  
bet.*

n bet,

\* Alias,  
inter eos.

\* vide. l.  
si quãdo.

C. de dila.

per Bart.

deri uis habet, qd te

trahendi qd infra tem

poris sic. de finitio d. 400.

de j. p. t. u. r. p.

\* Hic in-  
ferri quali-  
tate cleri-  
catu & ca-  
nonicatu

nõ libera-  
re quem à  
patria po-  
testate, sed  
solâ epis-  
copali, vide au-  
th. cõsti-  
tu. qua de  
digni. S.

palam. &  
auth. di-  
gnitas. C.  
de epis. &  
de cler.

bet, nisi veniat incidenter in causa. Arbitr autem de causa restitutionis nō cognoscit, nec potest adsumi in maiorib⁹ causis. Ca. in.

**C**AUSA restitutionē in integrū, coram iudicibus ordinariis administrationē habentibus, vel delegatis ab eis tractari poterit & finiri \* siue hoc ipsis delegatis specialiter demandatum fuerit, siue in commisso eis negotio cōtingat incidere huiusmodi quæstionem. Delegati vero ab ordinariis, qui administrationem non habent, sed tantūmodo facultatē iudicandi, seu arbitri de hac causa cognoscere nequeunt, nisi corā eis mota fuerit incidenter. In matrimoniali quoq; causa, liberali vel criminali, cū maiores iudices exigant, arbitrē nequit adsumi. Idem.

*Restitutio denegata ecclesie, ulterius sibi non conceditur, nisi ex noua causa: restituitur tamen ad appellandam a sententia denegationis.* Capitulum. x.

**B**eneficio restitutionis in integrum ecclesie tue in alio iudicio denegato \* restitutio (præterquam ad appellandam omisam) videtur eidem ecclesie posse denegari, nisi nouis defensionibus ad huiusmodi sit beneficium admittenda.

**De alienatione iudicij mutandi causa facta. Titulus. xlij.**

Alexander tertius.

*Is, in quem facta est alienatio rei causa mutandi iudicij, conuenitur per rescriptum impetratum contra alienantem.* Cap. ii.

**X** quorūdam relatione audiimus, quōd cū aliqui literas à nobis commissionis impetrāt: aduersarij (vt mandatum nostrum eludant) antequam litteræ ad iudicem perueniant, vel etiā postea priusquam citētur ab eis, \* in vocē adpellationis prorumpunt: & infra. Nos igitur contra prædictam calliditatem & versutiam prouidere volentes, mādamus, quatenus si aduersarij corum pro euacuando nostro mandato taliter adpellauerint, aut de possessione, de qua controuersia vertitur, commutationem fecerint, \* vel se malitiosē duxerint absentandos eos, qui in possessione se ingesserint, adpel. cels. cogatis sub vestro examine iuris æquitati parere.

Greg. ix. abbati s. Nicolai, & de cano Faren. Morin. dice. Clericus causa mutandi iudicium, non debet recipere cessionem à laico. Capitulum. ii.

**E**x parte Scabinorum Hipretis fuit propositum, quōd in cels. laicos eiusdem loci quæstionibus emergentibus dirimēdi

per iudicium secularē, quidam clerici sibi dono vel precio ab aliquibus laicorum ipsorum cedi faciunt actiones, vt aduersarios ad ecclesiasticū forum trahant, & prædam ex huiusmodi cōmercio adsequantur: & infra. \* Cū igitur cessiones & emptiones litū legitimæ prohibeāt sanctiones, ita q; iactura cause adficiant illos, qui sibi potentiorū patrocinium taliter aduocare presumūt, \* & ex cō sint etiam odiosa, q; ex fonte cupiditatis videntur procedere: mādamus, quatenus clericos memoratos à præsumptione huiusmodi per cen. ecclē. compescatis.

**De arbitris. Tit. xlij.**

Ex concilio Aphrico.

*Arbitri sunt in dispari numero adsumendi, & eis discordantibus statuitur sententia maioris partis.* Capitulum. i.



**S**ane: & infra. Si autem ex communi placito episcoporum, inter quos causa versatur, arbitros elegerint: aut vnus eligatur, aut tres: vt si tres elegerint, aut omniū sequatur sententia, aut duorū. \* Alexander. iij. Eboracē. archiepiscopo.

*Nullum est arbitrium seu arbitrumentum continens peccatum per partes non remissibile.* Cap. ii.

**N**on sine multa necessitate A. presbyter nobis proposuit, q; cū in ecclesia sancti Alphridi per manum R. archi. de Suella personæ illius ecclesie capellanus institutus fuisset, eodem R. mortuo M. nepos eius, qui sibi in ecclesia iā dicta successit, eundem presbyterum capellanum ibidem iterum ordinauit: & infra. Cū autem idem presbyter extra prouinciā exulans, de suo beneficio non posset iustitiam obtinere, nec suam vlcerius inopiam sustinere, per dolū & fraudē ipsius M. ab eo est sacramentum extortum, vt arbitrium clericorū duorum exinde susciperet & seruaret: qui iam dicto M. fauente presbytero præceperunt vt quinq; marchas pro eodem susciperet, & toti cederet quæstioni. Quoniā igitur non deceat aliquatenus sustinere, vt quod perperam arbitrati sunt, debeat incorrectum relinquī, mandamus, quatenus si se cognouerint præfati clerici tam nequiter arbitratos fuisse, dictum presbyterum ab obseruantia iuramentis auctoritate nostra prorsus absoluas: vel si arbitrium ipsum noueris æquitatē subnixum, ad obseruantiam ipsius utrāq; partem adpel. cels. compellas. Idem.

*Arbitrē adsumptus in patrimoniali causa clerici, non potest adiudicare rem ecclesie possidendam, etiam ad iram clerici. hoc per*

\* Vide. l. fin. C. vbi et apud quem. per Bart.

\* Vide. l. cū queritur. cū. l. seq. ff. de excep. rei iudi.

\* Alias, à iudicibus.

\* Vide. l. fi. cū glos. et not. C. de litig.

\* Vide. l. per diuersas. C. mād. da.

\* Vide. l. pen. ff. de alien. iudi. mu. cā. fac. et. l. i. et. 2. C. ne lice. pot. per Bar.

\* Vide. l. iij. ff. de i. si in res. ff. co.

De hoc Cas. 16 05107. Cap. 16.

*dicat. & est casus notabilis.*

*Capitulum tertium.*

**P**ruenit ad nos, quod cum G. de Cal. sororem G. clerici duxisset in uxorem, idem G. fidei interpositione firmavit, quod v. sol. sterlingorum annuatim daret eidem. unde cum super eisdem v. sol. inter ipsos controuersa mota fuisset, in quatuor compromissere personas, quae taliter arbitrate fuerunt, quod idem G. decimas, quas in parocia de Cal. praefatus G. habere dignoscitur, pro v. pretaxatis sol. perciperet annuatim. Unde quonia huiusmodi arbitrium ecclesiae posset in posterum perniciosum existere, mandamus, quatenus si ita inueneris, praenominatum G. diligenter commoneas, & cc. di. copellas, ut praebitas decimas liberas omnino dimittat, nec sibi occasione huiusmodi aliquid ulterius vindicare praesumat. Clericum vero monetas, ut cum eodem G. amicabiliter studeat conuenire.

Innocentius tertius cancellario & magistro  
Lorh. canonico Parisien.

*In mulierem singularem tanquam in arbitratricem compromitti non potest, secus si mulier habet alias iurisdictionem de iure communi vel consuetudine. nam tunc etiam super rebus temporalibus ecclesia potest in eam valide compromitti. h. d. clare. Cap. iiii.*

**D**ilecti filij Abbas & coenventus de Scarduna Cisterciens. or dnis, sua nobis querela monstrarunt, quod cum inter eos ex vna parte, & hospitalarios ex altera, super vsuario cuiusdam nemoris questio verteretur, in reginam Francorum fuit compromissum vtriusque. quae cause meritis intellectis, arbitrium duxit per definitiuam sententiam promulgandum: & infra.

Quamuis autem secundum regulam iuris ciuillis foemina a publicis officiis sint remota, & alibi dicatur, quod licet summae opinionis existant, si arbitrium in se susceperint, vel si patroni inter libertos suos interposuerint audientiam, ab omni sunt iudiciali examine separanda, ut ex earum prolatione nulla poena aduersus earum contemptores, nullaq; pacti exceptio habeatur: quia tamen iuxta consuetudinem adprobata, quae pro lege seruatur in partibus Gallicanis foeminae praecellentes in subditos suos ordinariam iurisdictionem habere noscuntur, mandamus, quatenus hospitalarios, ut arbitrium ipsum, praesertim cum episcoporum fuerit praesentia & consilio roboratum, sicut prouidetur latum est, & ab vtraque parte sponte receptum, obseruet per poenam in compromisso statutam ad pel. postpo. compellantur.

Idem abbati & conuentui de Pigrauia.

*Ecclesia exempta non potest in praedictum exemptionis compromittere. hoc dicit. & clare.*

*Capitulum v.*

Cum

**C**um tempore C. papae praenot. & infra. Super controuersis, quae inter te & Mesburgen. episcopum & quosdam tuos monachos vertebantur, te promissisti arbitriū Magdeburgen. archiepiscopi seruaturum: & infra. Quia legitime constitit, quod fide hincinde data compromissum est in archiepiscopum memoratum, nos arbitrium ab ipso prolatū decernimus obseruandum, illis duntaxat capitulis exceptis, quae contra libertatem ipsius monasterij, & duarum capellarum eiusdem in arbitrio sunt expressa. Cum etsi sponte uolueris, de iure tamen nequiuersis sine licentia Roma. pontifici. renunciare priuilegijs vel indulgentijs libertatis, quae monasterium illud indicant ad ius & proprietatem Ro. eccle. pertinere.

Idem episcopo sancti Andreae, & abbati de Bechot.

*Arbiter non habet potestatem iudicandi vltra comprehensa in compromisso: ideo coram eo non fit reconuentio. Cap. vi.*

**C**um dilectus filius: & infra. Vtrum coram arbitris reconuentioni sit locus, postulasti per sed. apostol. explicari. Nos igitur respondimus, quod licet in iudicio conuenientem reconuenire valeatis, qui coram iudice conuenitur: coram arbitris tamen reconuenire non potest: cum arbitri iudicare non valeant, nisi de his tantum, super quibus in eos extiterit compromissum.

Idem rectori & fratribus hospitalis sancti Barthol. Lucani.

*Qui per arbitrium tenetur eligere cum aliquorum consilio: tenetur illorum consilium in tractatu electionis requirere, sed sequi non adstringitur. Capitulum vii.*

**C**um olim super eligendo in hospitali vestro rectore & fratribus inter vos & priorem sancti Barthol. Lucan. coram iudicibus delegatis questio verteretur, & vtraque pars in eos compromittens ipsorum arbitrium se promiserit seruaturum: super plato ab ipsis arbitrio vtriusque dubitatio est exorta, qua petistis per sed. apo. declarari. Nos igitur publico instrumeto arbitrium continente diligenter inspecto, cogouimus, quod secundum formam arbitrij prior sancti Barthol. Lucan. tenetur habere consilium cum familia hospitalis eiusdem, & tractare eum ea de inueniendo rectore. Propter quod dicimus, quod nisi prior super inueniendo rectore tractauerit cum familia hospitalis, & ipsius consilium requisierit, non habet potestatem eligendi rectorem: & si alio modo eum elegerit, eius electio haberi debet irrita & inanis. Verum habito cum familia super hoc consilio & tractatu, prior liberè potest rectorem eligere, duntaxat idoneum \* siue concordet siue discordet familia cum ipso super inuentione rectoris.

\* Alii eo dices loco, sup hoc habet de inueniendo rectore, se cū dū Ho. \* Vide. l. ut gradatim. ff. de mune. & hono.

Idem in concilio generali.

**C** De rebus spiritualibus in laicū cōpromitti non potest. *Ca. viii.*  
 Ontingit interdum, q̄ cūm actori: & .j. Ad hoc generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus cōpromittatur in laicum, quia non decet, vt laicus in talibus arbitretur.

Idem Pisano archiepiscopo.

*Authoritate iudicis cause etiā delegati potest de causa spirituali in clericū & laicum cōpromitti: & si arbitrium est à partibus receptū, debet à partibus executionis mādari, licet per generalem procuratorē factum fuerit cōpromissum. Si autē non fuit arbitriū adprobatur, & p̄na fuit adposita, agitur ad p̄nam, alia ad interesse, hoc dicit generaliter inhærendo litera. Cap. ix.*

*\*Vide. l. cū antea. C. eod.*  
**P** Er tuas literas incimasti, quod cūm super executione \*Arbitrii quod inter hospitalarios sancti Ioannis & plebanum de Pifcia super hospitali sancti Allucij latum erat, à nobis literas accepiffes: & infra. Plebanus proposuit, quod ad causam tractandam procuratori dedit generale mandatum, non tamen ei mandauit vt sine speciali mandato compromittere posset, vel transigere super eo. Et præterea procurator iam dictus de adfensu canonicorum suorum non fuerat institutus: & ideo dicebat arbitrium non valere: præsertim cū procurator fines mandati excefferit, & arbitrium fuerit per vnum clericum & duos laicos promulgatum, licet ipsi de adfensu Genuen. archiepiscopi, cui causa commissa fuerat, arbitrium protulissent: & infra.

*\*Vide. l. Plaucius. ff. de pecu.*  
 Super quo fra. t. r. q̄ si ex parte plebani arbitrium receptum fuerit, indistinctè ratum haberi debet, ac per hoc iuxta tenorem mandati adp. executioni mandari. Si verò receptum non fuerit, refert, vt rum fuerit, vel non de obseruādo ipsum p̄na statuta. Et quidem si p̄na adposita fuit, agi potest ad p̄nam, at si nulla statuta fuerit, sed simpliciter fuit, quod staret sententiæ cōpromissum, procurator ad interesse poterit conueniri, \*quia iuramento suo seipsum personaliter, non ecclesiā poterit obligare. Quod autem à duobus laicis & vno clerico dicitur esse prolatum, nequaquam obuiare videtur, cum autoritate dicti archiepiscopi factum sit, cui causa, de qua dicitur cōpromissum, fuerat delegata.

Honorius. iij. archiepiscopo Colonicū.

*Si per duos electos ad eandē prelaturā in discordia cōpromittitur in ordinariū, morte alterius cōpromittentium expirat cōpromissum: ordinarius tamen ex potestate ordinaria procedit super interuentu superstitis, antequā fiat transitus ad aliā electionē. h. d. Cap. x.*

Ex parte

**E**x parte tua nostris est auribus intimatum, quod vacante præpositura sancti Cuneberti in Colonia, canonici eiusdē ecclesiæ vora sua diuiserunt in duos, videlicet H. de Iuliaco, & C. de Lombardia: & infra. Cumque postmodum tractaretur super electione huiusmodi, & partes essent in tua præsentia constitutæ in te demum super hoc fide præstita compromittereauerunt: qui causæ meritis diligenter inspectis, ad proferendam definitiuam sententiam diem ipsis consentientibus præfixisti. Interim vero præfato H. ab vna parte electo sublato de medio, supradictis canonicis inhibere curasti, ne tua pendente sententia procederetur ad electionem aliam faciendam: quorum quidam nihilo minus B. Colonicū. canonicum elegerunt. Die igitur, quo sententia proferri debuit, in tua præsentia partibus constitutis, dictus B. allegauit, quod procedere vltterius non deberes. Quapropter tibi edoceri à nobis humiliter postulanti, breuiter respondemus, quod licet arbitrium sit finitum per mortem ipsius \*H. prius tamen de primæ electionis meritis debuisti cognoscere, quā processus fieret ad secundam. nam si dictus C. superstes in electione ius habet, secunda constat penitus non valere.

Idem electo & abbati sancti Zenon. & C. canonico Vcron.

*Arbiter post rem iudicatam super discordiis nouis adsumptus, non potest per suum arbitrium sententiam immutare, etiam si de componendo inter partes mandatum acceperit à papa. Cap. xi.*

**E**xposita nobis Feltrē. & Belnē. electi petito continebat, qd̄ cūm causa, quæ inter antecessorē suū ex parte vna, & ciues Teruifinos ex altera, super districtu & reb⁹ aliis vertebatur, per sententiā Hostien. episcopi tuæ apost. sed. lega. fuerit terminata: & infra. Tandem super quibusdam discordiis, quæ hinc inde videbantur exortæ, in duces Venetorum tanquam in arbitrum cum parte altera cōpromissit: & infra.

Licet autem eidem literas nostras miserimus, vt ad componendum inter partes laborare deberet, cum tamen intentionis nostræ non fuerit immutare sententiam ipsam, vel sopitas per eam querimonias suscitare, mandamus, quatenus (præfatis literis non obstantibus) quicquid per prenominatū ducis arbitrium contra ipsius legati sententiam inueneritis esse factum, in irritum reuocetis: \*ci districtus inhibentes, ne vltterius in cōpromisso procedat, eundem ad restitutionem obfidum occasione illius cōpromissi sibi datorum, vt ipsius arbitrium feruarctur, per cen. eccle. compellentes.

*\*Vide. l. diē. pferre. S. i. l. sed iterpellatur. ff. eod.*

*\*Ad hūc text. vide Abba.*

Gregorius nonus decano & magistro P. canoñ. sancti Petri Atrebatē. diocēsis.

*Non valet compromissum factum in duos sive plures, hoc adie-  
cto, vt in casu discordia eligatur tertius per eosdem vel alios, h. d.  
Capitulum xii.*

**I**nnotuit nobis Gulielmo laico cōquerente, quòd cum Olai-  
cus ipsum super quadam summa pecunia corā iudicibus au-  
thoritate apostolica conuenisset, eadē fuit à partibus in duos  
arbitros compromissum, sic tamen quòd si illi duo adinuen-  
discordarent, tertium adderent iudices nominati, retenta pe-  
nes se compellendi partes ad obseruandum arbitrium per di-  
ctos arbitros promulgandum nihilo minus potestate. Cumque  
tertius arbiter à iudicib⁹ prædictis electus, cum altero duorum  
ipsum parti alteri condemnasset: idem ex eo sentiens à se pedi-  
ctis iudicibus se grauari, quòd ipsum ad obseruantiam huiusmo-  
di arbitrij compellebant, nostram adpellauit audientiā: sed ipsi  
adpellatione contempta, excommunicationis tulerunt senten-  
tiam in eundem. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, cum  
legali sit prouisione statutum, vt cōpromissum de incerta per-  
sona in arbitrum adsumenda non teneat, dictam excommuni-  
cationis sententiam denunciatis penitus nullam esse.\*

Idem abbatissæ & conuentui Iortren.

\*Vide. l.  
iitē si vn⁹.

*Valet compromissum factum in vnum vel in plures, vt ipsi per  
se causam definiant, vel per alios quos ipsi elegerint, h. d. secundum  
intellectum, quem sensit glo. h. d. & Innoc. in cap. precedenti, qui  
placet mihi. Panor. Capitulum xiii.*

**C**um à nobis petitur: & infra. Ex parte vestra fuit pro-  
positum, quòd olim inter vos & Senoñ. archiepiscopum  
quæstione suborta super eo quòd idem archiepiscopus adierat  
monasterium vestrum metropolitico iure sibi subesse, procura-  
tiones & res alias exigerat à vobis. Tandem in R. sancti angeli  
diaco. cardi. tunc apostolica sedis legatū, à partibus concordi-  
ter cōpromisso, & promisso sub certa pœna quòd arbitrio seu  
ordinationi eiusdem, vel duorum mediatorum, quos idem su-  
per hoc deputaret, præcisè parerent: magister P. capellanus no-  
ster, & I. archidiaconus Senoñ. mediatores ab eodem super  
hoc deputati legato, ordinando & definiendo causam huiusmo-  
di terminauerunt. Nos igitur, quod per prædictos mediatō-  
res super hoc actum est, autoritate apostolica confirmamus.

Idem.

*Compromissum ante sententiam latam, finitur morte alterius  
compromittentium, vnde non transit in heredes compromitten-  
tium,*

*rium, nisi de eis sit cautum in compromisso, hoc dicit, comprehenden-  
do mentem capituli. Capitulum. xiii.*

**C**ompromissum non extenditur in compromittentis hæ-  
redes, si de ipsis non caueatur ibidem.\*

Finit Liber primus.

\*Vide. l.  
veterib⁹.  
C. de con-  
tra. & cō-  
mit. stipu.

# Decretalium episto

## LARVM GREGORII

### Liber secundus.

#### De iudiciis. Titulus primus.

Ex concilio Aphricano.

*Contumax in non comparendo, vel non respondendo, excom-  
municari potest, beneficio autem priuari non debet. h. d. Abbas  
Sicil. Capitulum primum.*



**D**E Quoduuldeco Centuriensi episcopo, quem cum aduersarius ip-  
sius cum petiisset ad cōcilium in-  
troducti, interrogatus, an cum eo  
vellet experiri: primo id promise-  
rat, & altera die respondit hoc si-  
bi non placere, atque discessit.

Placuit vt nullus eidem com-  
municet, donec satisfactione præ-  
missa fuerit absolutus. Nam adi-  
mi sibi episcopatum ante causæ e-  
ius exitum\* nulli potest de iure videri.

Ex synodo Eugenij pa.

*Laici ecclesiastica negocia tractare non debent, sed pralatorum  
iudicio disponuntur. h. d. Abb. Capitulum. ii.*

**D**ecernimus, vt laici ecclesiastica tractare negocia non pre-  
sumant. Sed episcopi, abbates, archiepiscopi & alij ecclē-  
siarū prælati de negociis ecclesiasticis (maximè de illis, quæ spi-  
ritualia esse noscuntur) laicorum iudicio non disponant. Nec  
propter eorum prohibitionem, ecclesiasticam dimittant iusti-  
tiam exercere.

*Vide l. fac  
18. 58.  
cap. 30.*

\* Alias,  
ingressū.

*a = nisi sit in causa  
pecuniaria ex con-  
suetudine ipsi capituli  
sot. h. d. 2. cap. 28. n.  
197. 212*

Alexander.iii. illustri regi Angliæ.

Causa iurispatronatus spectat ad iudicium ecclesiæ. h. d. sp. eificè & ad literam. Capitulum.iii.

Quanto diuina gratia: & infra. Causa vero iurispatronatus ita coniuncta est, & connexa spiritualibus causis: quod non nisi ecclesiastico iudicio valeat definiri.

Idem Salernitano archiepiscopo.

Clericam conuictum vel confessum de crimine coram iudice seculari, ex eo non punit episcopus: sed coram se conuictum vel confessum, punit pena debita, nisi cum illo dispenset, quod potest in adulterio & minoribus: depositum vero non statim tradit curie seculari. hoc dicit vsque ad finem. Abbas Siculus. Capitulum.iiii.

At si clerici coram seculari iudice conuicti fuerint vel confessi de crimine, non sunt propter hoc a suo episcopo aliquatenus condemnandi. Sicut enim sententia a non suo iudice lata non tenet, ita & facta confessio coram ipso. Si vero coram episcopo de criminibus in iure confessi sunt, seu legitima probatione conuicti, dummodo sint talia crimina propter quæ suspendi debeant vel deponi, non immerito suspendendi sunt a suis ordinibus, vel ab altaris ministerio perpetuo remouendi.

Summatus est iste. S. supra in prin. c. tamen quia habet materiam separatam & notabile, ideo dicitur aliter: In adulterio & minoribus potest cum clericis peracta poenitentia episcopus dispensare: depositum autem pro suis excessibus non tradit indifferenter curie seculari. h. d. Abb. Sicu.

De adulteriis vero & aliis criminibus, quæ sunt minora, potest episcopus cum clericis post peractam poenitentiam dispensare. Sed non debet quemlibet depositum pro suis excessibus (cum suo sit functus officio, nec duplici debeat ipsum conditione conterere) iudici tradere seculari.

Idem.

Vasallus coram domino feudi conueniendus est, etiam si dominus feudi sit ecclesiastica persona, dummodo ibi actor possit suam iustitiam consequi: aliàs loci ordinarius poterit adiri. & secundum hoc est casus notus. Capitulum.v.

Ceterum, quia in eos, quos ab ecclesia tua constat possessiones tenere in feudum, occasione ipsarum excommunicacionis seu interdicti sententia promulgatur. Nos id districtius inhibemus. Quamdiu parati fuerint super his in tua presentia iustitiam exhibere.

Idem Exonen. episcopo, & capitulo Londonen.

Nomen

Nomen actionis in libello exprimere pars non cogitur, debet tamen factum ita clare proponere, ut ex eo ius agendi colligatur. h. d. quo ad intellectum. Abbas. Capitulum.vi.

Illi filij prior & clerici de Guiseburnen. contra Eboracen. archiepiscopum ap. se. l. c. grauem querimoniam transmiserunt: & infra. Prouideatis adtentius, ne ita subtiliter, sicut a multis fieri solet, cuiusmodi actio intentetur inquiratis, sed simpliciter & pure factum ipsum, & rei veritatem, secundum formam canonum & sanctorum patrum instituta, inuestigare curetis. Idem Paduano episcopo.

Excommunicatus in iudicio, nisi tanquam reus stare non potest. Capitulum.vii. 4. 12. 20. d. tal. f. 8.

Intelleximus: & infra. Quia postulasti a nobis utrum excommunicatus in iudicio stare possit. Respondemus quod conueniri potest: & debet per alium respondere in iudicio, Ne videatur de sua malitia commodum reparare. \* Lucius. ij. Strigon. archiepiscopo.

Clericus de omni crimine debet coram ecclesiastico iudice conueniri, nec valet consuetudo contraria. Capitulum.viii.

Clerici: & infra. Cum imperator dicat quod leges non dedignantur sacros canones imitari, in quibus generaliter traditur, ut de omni crimine clericus debeat coram ecclesiastico iudice conueniri. \* Non debet in hac parte canonibus ex aliqua consuetudine præiudicium generari.

Clemens tertius.

Index ex officio prouidere debet, ut debite solemnitates seruentur in iudiciis, quibus omnis iudicium redditur frustratorium. hoc dicit. Abbas Siculus. Capitulum. ix.

Causam, que vertitur inter fratres Dulmen. monasterij, & monachos sancti Albani: & infra. Prouideas inter cetera, ut fratres Dulmen. monasterij, cum auctoritate & ad sensum episcopi sui, ingrediantur negocium. Ne si fratres sancti Albani obtineant, episcopus idem abbatem monasterij se proponens, licet sopitam valeat suscitare. Celestinus tertius.

Clericus depositus incorrigibilis, excommunicandus est, & successine anathematizandus: & si sic non respuerit, per iudicem secularem comprimendus est. h. d. Abbas Siculus. Cap. x.

Utrum non ab hoie: & infra. A nobis fuit ex parte tua questum, verum liceat regi vel alicui seculari persone iudicare clericos cuiuscunq; ordinis siue in furto, siue in homicidio, vel periuicio, seu quibuscunq; fuerint criminibus deprehensi. Consultacioni

\* vide l. c. ubi. S. si quis. ff. de transac. et lis cui. ff. de ser. \* vide an then. statutum? C. de episco. & cle.

corroborat leg. 69. ff. s. p. l. leg. 33. 204

5. p. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



tationi tuæ taliter respon. quòd si clericus in quocunque ordine constitutus, in furto, vel homicidio, vel periurio, seu alio crimine fuerit deprehensus legitimè atque conuictus, ab ecclesiastico iudice deponendus est. Qui si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet: deinde contumacia crescete anathematis mucrone feriri, postmodum verò si in profundū malorum veniens contempserit, cum ecclesia nō habeat vltra quid faciat, ne possit esse vltra perditio plurimorum, per secularem comprimendus est potestatem, ita quòd ei deperetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur. \*

Idem.

*Per rescriptum impetratum contra violentum conuenitur, qui scienter succedit in vicium. h. d. secundum communem modum, qui mihi placet. Panor.*

*Capitulum. xi.*

**Q**uia V. qui violèter dicebatur ecclesiam P. clericis occupasse, defunctus est vt accepimus, & R. eam postmodum est ingressus. Præcipimus \* vt secundum formā priorum literarum inter ipsos R. & P. sub eisdē iudiciis mediante ratione, sicut inter eundē P. & præfatum V. si viueret, negocium terminetur.

Innocen. iij. sancti Sergij, & sancti Georgij abbatibus.

*Solus papa cognoscit de dubiis priuilegiorum apostolica sedis, non inferior.*

*Capitulum. xii.*

**C**um venissent. & infra. *Cum super priuilegijs sedis apostolicæ causæ vertatur, nolimus de ipsis per alios iudicari.*

Idem prælatis per Franciam constitutis.

*Index ecclesiasticus potest per viam denunciationis euangelicæ, seu iudicialis, procedere contra quemlibet peccatorem etiam laicum: maximè ratione periurij, vel pacis fractæ.*

*Cap. xiiij.*

**N**ouit ille, qui nihil ignorat: & infra. Non putet aliquis, quòd iurisdictionem illustris regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus, cum ipse iurisdictionem nostram nec velit, nec debeat impedire. Sed cum dominus dicat in euangelio: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripue eum: si te non audierit, adhibe tecum vnū vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum: quòd si non audierit, dic ecclesiæ: si autem ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Er rex Angliæ sit paratus sufficienter ostendere, quòd rex Francorū peccat in ipsum, & ipse circa eū in correptione processit secundum regulam euangelicam, & tandem

tandē quia nullo modo profecit, dixit ecclesiæ: quomodo nos, qui sumus ad regimen vniuersalis ecclesiæ superna dispositio- ne vocati, mandatum diuinum possumus non exaudire, vt nō procedamus secundum formam ipsius: nisi forsitan ipse coram nobis, vel legato nostro sufficientem in contrarium rationē ostendat. Non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipsum spectat iudicium, nisi forte iuri communi per speciale priuilegium, vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractū: sed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus & debemus. Non igitur iniuriosum sibi debet regia dignitas reputare, si super hoc apostolico iudicio se committat, cum Valentinianus inclytus Imperator suffraganeis Mediolancē. ecclesiæ dixisset legatur: talem in pontificali sede cōstituere procureris, cui & nos, qui gubernamus imperium, sincere nostra capita submitramus, & eius monita (cum tanquā homines deliquerimus) suscipiamus necessario velut medicamenta curātis. \* Nec sic illud humillimū omitteramus, quod Theodosius statuit Imperator: & Carolus innouauit, de cuius genere rex ipse noscitur descendisse, quicunq; videlicet litem habens, siue petitor fuerit, siue reus, siue in initio litis, vel decursis temporum curricula, siue cum negocium peroratur, siue cum iam cœperit promi sententia, si iudiciū elegerit sacrosanctæ sedis antistitis, illico sine aliqua dubitatione (etiā si pars alia refragetur) ad episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Cum enim non humanæ constitutioni, sed diuinæ potius innitatur, quia potestas nostra non est ex homine, sed ex deo, nullus qui sit sanæ mentis, ignorat quā ad officium nostrum spectet de quocunque mortali peccato corripere quemlibet Christianum: & si correptionem contempserit, per districtiōnē ecclesiasticam coercere. Sed forsitan dicetur quòd aliter, cū regibus, & aliter cum aliis est agendum. Cæterum scriptum nouimus in lege diuina, Ita magnum iudicabis vt paruum, nec erit apud te acceptio personarum: \* & infra. Licet autem hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccato, vt peccatorem reuocemus à vicio ad virtutem, ab errore ad veritatem, præcipue cum contra pacē peccatur, quæ est vinculum charitatis: postremo cum inter reges ipsos reformata fuerint pacis fœdera, & vtrinque præstito proprio iuramēto firmata: quæ tamen vsque ad tempus prætaxatum, seruata nō fuerint: nunquid non poterimus de iuramenti religione cognoscere, quod ad iudicium ecclesiæ non est dubium pertinere, vt rupta pacis fœdera reformentur? Ne ergo tantam di-

*\* Vide. G. hinc autē nobis. i. au thē. de mō na. col. ii.*

*Deut. i. \* Vide. l. hos accusā re. in fi. ff. de accusa. l. i. mul tis. cū nos. ff. de sta. ho.*

*Cap. 27. de ex. sol. i. g. aliis se- riatur.*

*\* Vide. l. d. ex con- tractibus. c. ibi B. ff. de iudi.*

*6. 27. H. 1. p. 3.*

*Matt. 18.*

*scor.*

scordiam videamur sub dissimulatione fouere, prædicto legato dedimus in præceptis, vt (nisi rex ipse, vel solidam pacem cum prædicto rege reformet, vel saltem humiliter patiarur, vt idem abbas & archiepiscopus Bituricē. de plano cognoscant, vtrum iusta sit querimonia, quam contra eum proponit coram ecclesia rex Anglorum, vel eius exceptio sit legitima, quæ contra eum per suas nobis literas duxit exprimendam) iuxta formam sibi datam à nobis procedere non omittat. \*

\* Vide. l. ea quidē. C. de accus. & l. diuus. ff. de cust. & ex hi. se.

Idem episcopo Helien.

Principalis persona per se non per aduocatū debet factum proponere in iudicio, nisi sit indiscretus.

Capitulum. xiiii.

**P**astoralis: & infra. Statuimus præterea, vt principali personæ non per aduocatos, sed per seipsas factum proponant. Nisi forte sint adeo indiscretæ, vt earum defectus de iudicis licentia per alios suppleatur.

Idem nobili viro Mathæo de Riparia.

Si actio & intentio sunt ineptæ, vel sola intentio, debet rem absolui ab instantia iudicii: iterum tamen actor audietur, si apte egerit. h. d. quo ad intellectum.

Capitulum. xvi.

**E**xaminata causa, quæ vertitur inter te & milites Capanæ & infra. Actionem, quam super iure patronatus eiusdē ecclesiæ contra præfatos milites intentabas incongruentē cognouimus & ineptam. \* Quia cum testes induxeris ad probandum quòd quando præfatus A. vicedominus ecclesiæ eandem tanquam sequestratā accepit, tu ius patronatus ipsius ecclesiæ possidebas: profecto nec rei vindicationem intentare, nec ipsius restitutionem poteras postulare. Vnde intentionem tuā in hac parte pronunciauimus non tenere, absolute eosdem milites ab eadem. Ita tamen quòd si congruentem & aptam intentare volueris actionem, respondere tibi nihilominus teneantur.

\* Vide. l. eū precū. C. de libe. cau. & l. item apud Labeonē. § si quisli bello. ff. de iur.

Idem magistro & fratribus militia templi in Italia constitutis.

Preceptores templi pro domibus suis agere & defendere possunt, nec obstat eis religio, vel quòd ignota sit eorū origo. Cap. xvi.

**C**um deputati: & infra. Accepimus, quòd quidam, tam seculares, quàm ecclesiastici iudices, illos, quos habetis in domibus vestris præceptores in causis ad prosequendā suam iustitiā non admittunt, tanquā licitum non sit eis super litigiosis negociis curā gerere, qui pacificis decreuerūt studiis inhaerere, illud allegantes in repulsione eorum, quòd eorum ipsi generatio non est nota: qui vndeconque venerint gratia diuina vocati,

vocati, dum laudabiliter exequantur officium sui ordinis, ex superabundanti requiritur suæ notio nationis. Ne quis igitur in prosecutione causarum præceptores eosdem ab agendo vel respondendo occasione huiusmodi repellat, auctoritate præsentium inhiibemus.

Idem Vercellē. episcopo, & abbati de Toletō.

Prælati debent laicis de clericis adpellatione frustratoria non obstante, iustitiam facere: ad secularē tamen forum clerici à laicis trahi nō debent, etiā data ipsorū prælatorū negligentia. Cap. xvii.

**Q**ualiter & quando: & infra. Præcipiatis ex parte nostra prælatis, vt laicis de clericis conueneribus plenā faciant iustitiam exhiberi. Non obstantibus adpellationibus frustratoriis, quas in eorū grauamine clerici frequenter opponunt. Ne pro defectu iustitiæ clerici trahantur à laicis ad iudicium secularē: quod omnino fieri prohibemus.

Idem.

Index habens vt priuatus penē consimilem causam, quam habet vt index, à iudicando remouetur. h. d. Capitulum. xviii.

**C**Ausam, quæ inter abbatem & conuentum Vindonē. & archidiaconum Carnotenē. super quibusdam procuracionibus vertitur: vobis & archidiacono Parisiē. meminimus commississe: & infra. Quia vero cum eundem archidiaconum similis pænæ causa contingat, nimis fauorabilis parti alteri videretur, \* nos te fili decanē loco ipsius archidiaconi surrogantes: mandamus, quatenus (non obstantibus prioribus literis) in causa ratione præuia procedatis.

\* Vide. l. litigatores. ff. de arbi.

Hono. iij. archiepiscopo Remensī, & decano Briemē. Colon. diocesis.

Si iudices de principali & exceptionibus præiudicialibus simul cognoscunt, vel super principali lite non contestata testes recipiunt, licite ab eis adpellatur.

Capitulum. xix.

**E**xhibita nobis R. Virdunen. electi petitio, declarauit, quòd cū super factō electionis suæ, H. archidiaconus quorundam canon. Virdunen. aduersariorum suorum procura:ōres ad nostrā audientiā accessissent, Parisiē. episcopo & conuicibus suis, sub certa forma literas nostras direximus inter alia continentes, vt vocatis, qui forent euocādi super propositis & aliis negocium contingētibus inquirere veritatem: & infra.

Cum autem idem electus, quibusdam ex his, qui contra eum agebant, conspirationem, & quibusdam excommunicacionem in modum exceptionis obieceret, se id offerēs probatū: præfati iudices interlocuti fuerunt, quòd de his & principali

cipali negotio simul inquirerent, nolentes, quasi non indices, sed inquisitores existerent, super dictis exceptionibus ipsius electi probationes admittere: sed peruertendo iuris ordinem, de pramissis exceptionibus & principali pariter perse inquirere intendentes, & procedentes etiam ad receptionem testium lite nondum super eodem negotio contestata: quare prefatus electus nostram audientiam adpellauit: & infra. Quia vero non in modum inquisitionis sed commissiois negotium extitit delegatum: mandamus, quatenus si ex dictis grauaminibus vel aliquo ipsorum adpellatum cōstituerit, reuocato in irritum quicquid post adpellationem huiusmodi inueneritis aduentum, in causa ipsa iuxta priorum continentiam litterarum ratione præuia procedatis.

Idem magistro Tancredo canonico Bononiens.

Lapsu triennii non obstante, potest delegatus in causa sibi commissa procedere.

Capitulum. xx.

Venerabilis frater noster archiepiscopus Rauennas proposuit coram nobis, quod cum decisio causa, que inter ipsum & communitatē Ceruix super iurisdictione ciuitatis Ceruix, & quibusdam aliis articulis vertitur, sit per subterfugia & cauillationes eorum per triennium prorogata: dicti Ceruix, adferentes instantiam iudicij per decursum triennij perisse, respondere sub tuo examine recusauerunt: & infra. Mandamus, quatenus exceptione huiusmodi non obstante, in negotio isto procedas iuxta traditam tibi formam. \*

\* Vide. l. ad legatis.

Et. l. ad re mobilē. ff. de procu.

Et. l. ii. ff. de iurisd. fori. h. d. Et est casus notabilis.

om. iud. \* Vide. l. i. de iur. iur. om. iud. d. Et. l. pu blius. c. ff. de condit. & de mon. per Barto.

Idem episcopo & magistris T. & B. Prateñ. Bononiæ commorantibus.

Aktor obtinens in possessio coram indice rei, non tenetur coram eo iudice super proprietate respondere, si est prorsus aliterius fori. h. d. Et est casus notabilis.

Capitulum. xxi.

Significauerunt nobis olim abbas & conuentus sanctæ Mariæ de Florentia, quod Florentina potestas pro eis contra communitatem castri de Signa, super possessione vel quasi iuris ibidem eligendi, rectorem (quod ad se pertinere dicebant) definitiuam sententiam promulgauit. Sed postmodum abbatē & conuentum prefatos ipsa potestas cogit communitatē predictæ super proprietate vel quasi memorati iuris in seculari iudicio respondere. Vnde vobis iniunximus, vt si ita esset, cogeretis communitatem eandem electum à monachis in rectore admittere, \* audituri postea, quæ partes super proprietate vel quasi predicti iuris ducerent proponenda: & infra. Vt pars altera inter alia excipiendo proposuit se tunc responde-

dere coram vobis de iure non teneri, cum tēpus propeet vindemias existeret feriatum: respondēte syndico monasterij hanc maliciose proponi: vt videlicet causa procrastata, tempus regiminis electi predicti inutiliter elabatur: & infra. Mādamus, quatenus hoc nō obstāte in negotio, ratione præuia, procedatis.

De foro competenti. Tit. ij.

Ex concilio Chalcedonen.

Clericus coram suo episcopo conueniri debet.

Cap. i.



I quis clericus aduersus clericum negotium habeat, non deserat episcopum proprium, sed prius apud ipsum actio ventiletur: vel consilio eiusdem apud alios, quos vtraque pars voluerit, iudicium obtinebunt.

Ex concilio Parisiensi.

Index secularis, si clericum per se distringit vel condemnat, excommunicari debet.

Capitulum. ii.

N ullus iudicum, neq; presbyterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut minores ecclesiæ sine permisso pontificis per se distringere aut condemnare præsumat. Quod si fecerit, ab ecclesia dei, cui iniuriā irrogare dignoscitur, eandem sit sequestratus, quousque reatum suum cognoscens emendet.

Ex concilio Aphri.

Ratione rei, de qua agitur, sortitur quis forum ibi vbi res est. Sic communiter summatur.

Capitulum. iii.

Sanc si episcopi inter quos causa versatur, sint diuersarum prouinciarū: ille primas det iudices, in cuius prouincia est locus, de quo contenditur.

Gregorius Bonon. def. niori Corsicæ.

Episcopus vt suspectus recusatus, de cuius suspicione notorie constat, potest dare delegatum paribus non suspectum: cuius sententiam poterit per se executioni mandare.

Capitulum. iiii.

S i quis contra clericum causam habuerit, episcopum ipsius sateat: qui si vt suspectus fuerit recusatus, excusetur ab eo deputetur. Aut si hoc actor refugerit, ab eodem episcopo est deputandus: qui partes sibi mutuo consensu iudices compellat eligere. A quibus quicquid fuerit definitum, ipsius sollicitudine (seruata lege) modis omnibus compleatur.

Alexander tertius.

Super re ecclesiæ vel clerici potest laicus coram ecclesiastico iudice conueniri: sed si probabiliter negat rem esse ecclesiæ vel clerici ad

Handwritten notes in the right margin: "Sicut cap. i. de iur. d. v. c. cap. non. m. f. 23. de i. l. i."

Handwritten notes in the right margin: "Sicut cap. i. de iur. d. v. c. cap. non. m. f. 23. de i. l. i. Sicut cap. i. de iur. d. v. c. cap. non. m. f. 23. de i. l. i. Sicut cap. i. de iur. d. v. c. cap. non. m. f. 23. de i. l. i."

ri ad iurisdictionem ecclesiasticam declinandam, conuenitur etiam suo iudice.

Capitulum.v.

**S**I clericus laicum de rebus suis vel ecclesiæ impetierit & laicus res ipsas, non ecclesiæ esse aut clerici, sed suas proprias adseuerat debet de rigore iuris ad forensem iudicē trahi. Cum actor forum rei sequi debeat: Licet in plerisque partibus aliter de consuetudine habeatur.

Idem.

Si questio feudalī est inter clericum & laicum, cognoscat dominus feudi. sed eo negligente, cognoscat delegatus papæ, etiā ante negligentiam datus. h. d. secundum lecturam gloss.

Cap. vi.

**E**X transmissa nobis insinuatione B. G. & Vu. militum ecclesiæ tuæ intelleximus, quod cum R. de Cassauilla eos super quadam possessione coram Treceu episcopo traxisset in causam, nobilis vir de campis eorum dominus sub debito fidelitatis eis inhiuit, ne de seculari feudo in iudicio ecclesiastico respoderet: & infra. Per dominū feudi causam iubeat terminari. \* Et si ipse maliciose distulerit, tu ei debitū sine ipsis.

Idem.

Per dominum feudi secularum siue ecclesiasticum, questio feudalis terminari debet, etiam si rasalli sint clerici: & si plures pretenduntur domini, nō potest vnus cognoscere, maxime alio absente, an feudum ad eum pertineat. hoc dicit. secundum lecturam māris notabilem.

Capitulum.vii.

**V**erum quoniam de quibusdā feudis aduersus præpositum questio mota fuit: Statuimus, vt ex quo episcopus fuerit in ecclesiā consecratus: de feudis ipsis sub suo iudicio cogholcatur, si ad ecclesiasticam cognitionem pertineant: alioquin beneplacito imperiali (sicut iustum fuerit) relinquatur.

Lucius tertius.

Malefactores ecclesiarum, in vtroque foro conueniri possunt. Capitulum.viii.

**C**um sit generale, vt actor forum rei sequatur: & infra: Verum quoniam seculares iudices in exhibenda iustitia personis ecclesiasticis sæpe in iudicio sunt temisī, in fauorem ecclesiæ est introductū, vt malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum rectores possint sub quo maluerint iudice conuenire. \*

Celestinus tertius.

Causæ clericorum secundum iurā, non secundum consuetudines laicorum terminantur. Vel sic: In loco temporalis iurisdictionis

nis ecclesiæ, causæ clericorum sunt secundum ius canonicum terminanda. hoc dicit. secundum gloss & vtrumque summarium recipit determinationem.

Capitulum.ix.

**Q**uod clericis: & infra. Mādamus, quatenus si quas causas pecuniarias clerici Parisius commorantes, habuerint contra aliquos, vel aliqui contra eos, ipsas iure canonico decidatis. \*

Innocentius. iij. Vercellensi episcopo.

Laicum laicum super re ciuili corā iudice ecclesiastico conuenire non potest, nisi in defectu iustitiæ secularis, vel nisi consuetudo id exposcat.

Capitulum.x.

**L**icet ex suscepto, & infra. Mādamus, quatenus si quādo à laicis Vercellens. literas super rebus precipue, quæ forū seculare contingunt, à sede aposto. contigerit impetrari, sublato adpellationis obstaculo decernas autoritate nostra irritas & inanes, dummodo consules & commune de se cōquerentibus in iudicio seculari exhibeant iustitiā. complementū.

Liceat tamen ipsis, qui sub eisdem consulibus taliter duxerint contendēdū, si se in aliquo senserint prægrauari: ad tuam (sicut hæc tenus seruatum est) vel ad nostram, si maluerint audientiam adpellare, hoc præsertim tempore, quo vacante imperio ad iudicem secularem recurrere nequeunt, qui à superioribus in sua iustitia opprimuntur. Si veto consules iustitiæ tanquam merito suspecti fuerint reclusi, coram arbitrariis communiter electis de causa suspicionis agatur: quæ si probata fuerit esse iusta, ad te vel ad nos pro iustitiā recurratur: sicut superius est expressum.

Idem archidiacono & thesaurario Turonensi.

Vidua laicum corā iudice ecclesiastico conuenire non potest, nisi super causa ecclesiastica, vel in defectu iudicis secularis. Cap. xi.

**E**X tenore literarum comitis Britannia, est nostris auribus intimatum, quod cum causam, quæ inter mulierem nobilem F. & I. de Meduano super hereditate sua poscitū agitari, vobis commisimus terminandam, ipse comes eidem mulieri, cum tam ipsa, quam prædictus I. essent de foro ipsius, mandauit, vt causam deferrent ad ipsum, promittens eidem, quod faceret ei iustitiā plenitudinem exhiberi, \* infra. Nos igitur attendentes, quod sic sumus viduis in iustitiā debitorēs, quod alij iniustitiam facere non debemus: mandamus, quatenus nisi sit talis causa, quæ ad ecclesiasticum iudicem pertinere noscatur, ei super sedere curetis: dummodo per iudicem secularem suam iustitiā possit obtinere, alioquin non

\* Vide. l. i. & ibi Bar. C. de sum. trin.

\* al. successorio.

l. ubi dicitur de iudic. l. ubi dicitur de iudic. l. ubi dicitur de iudic. l. ubi dicitur de iudic.

\* Vide. l. i. S. post. operis. ff. de no. ope. nun. & l. iii. ff. de iudi. per B.

\* Vide. l.

i. S. post operis. ff. de no. op. nū. & Cy. in. l. Si qui ex cōsensu. C. de epi. an.

\* Vide. l. si quis in hoc genus & l. Placet. C. de epi. & cle.



rante matrimonio a viro sibi fuerat in donationem propter nuptias assignatum. Ad hoc autem fuit ex parte ipsius reginae responsum, quod vidua spoliata irrequisito feudi domino spoliatorem seu detentorem rei coram ecclesiastico iudice poterat conuenire, cuius intercessit viduas defendere: & infra. Mandamus, quatenus si vobis constituerit dictum nobilem terram & mansionem habere in Andegauensi diocesi, in qua interdum consuevit commorari, & ipsam diocesim ultra duas a Turon. non distare dietas, & in eadem huiusmodi rem esse: non obstantibus exceptionibus aliis, quae in petitorio potius, quam in possessorio, quod regina contra eundem nobilem intentabat, locum habere videntur, in ipso negotio iuxta priorum continentiam literarum ratione praerua procedatis.

Gregorius. ix. fratri Palmaria canonico sanctae trinitatis.

*Laxi usurpantes iura ecclesiastica, velut sacrilegi per iudicem ecclesiasticum compelluntur.*

**C**onquestus est nobis Bononiensis episcopus, quod potestas & commune Bononiens. temporalem iurisdictionem, quae in quibusdam castris & villis ecclesiae Bononiensis competit pleno iure: & in cuius quasi possessione fuisse ac esse dignoscitur, per violentiam usurpare praesumunt: & infra. Cum autem valde sit iniuicium ea, quae collata sunt, pro remedio peccatorum venerabilibus ecclesiis vel relicta, aut eis iustis modis aliis aduersus, aliis vobis applicari, propter quod merito inuasores ipsarum rerum, tanquam sacrilegi sunt, anathemati usque ad satisfactionem congruam supplicandi: & infra.

Mandamus, quatenus si tibi constiterit de praemissis, monitione praemissa, per censuram ecclesiasticam cessare ipsos ab huiusmodi, & satisfactionem de praeteritis damnis & iniuriis, adpellatione remota, compellat.

Idem episcopo Dulmenfi.

*Privilegiatus ut non teneatur respondere nisi in certo loco: si in alio loco responderet vel soluere promittit, sibi poterit conueniri, & etiam ubi habet domicilium, secundum I. And. Capitulum xvii.*

**D**ilecti filij I. & A. ciues Romani, sua nobis petitione monstrarunt, quod cum abbatibus sanctae Genouesae Parisiensis, super quadam pecuniae summa, contra R. praedecessorem tuum literas impetrassent, tu proponi fecisti, quod omnibus Anglicis est i sede Aposto. indultum, ut super causis pecuniariis, citra mare conueniri non possint: propter quod idem abbas in negotio non processit. Verum, quia & si fuisset privilegium tale concessum, non tamen prodesset illis, qui se certo loco respondere, vel soluere,

uere, aduersariis promiserunt, cum ibi & ubi domicilium habent, valeant conueniri: \* mandamus, quatenus eisdem de pecunia ipsa cum iustis & moderatis expensis, & congrua satisfactione damnorum (vsuris omnino cessantibus) satisfacias, ut teneris. alioquin eidem abbatibus nostris damus literas in mandatis, ut in commissio sibi negotio (proposita ex parte tua iudicentia non obstante) iuxta prioris mandati nostri tenorem sine dispendio more procedat.

Idem abbatibus Treceñ.

*Quaeritur laici possunt iurisdictionem non sui iudicis prorogare, clerici tamen non possunt nisi episcopi diocesani consensus accedat, & iudex, cuius iurisdictionem prorogare volunt, sit ecclesiasticus.*

**I**gnificasti nobis, quod P. clericus ad petitionem C. mercatoris se tuae iurisdictioni subiecit, si in termino nunc elapsus, de pecunia mutuata non satisfecisset eidem: & infra. Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod licet priuatorum consensus eum, qui iurisdictioni praesertim dignoscitur, suum possit iudicem constituere, clerici tamen in iudicem non suum (nisi forte sit persona ecclesiastica, & episcopi diocesani voluntas accedat) consentire non possunt.

Idem.

*Legitime citatus, tenetur coram iudice citate causam prosequi, non obstante, quod post citationem mutauerit forum.* Cap. xix.

**P**roposuisti nobis, quod quidam subditus tuus ad petitionem cuiusdam aduersarij sui, a te legitime citatus ad causam, quia postmodum iurisdictionis alterius esse coepit, tuum intendit iudicium declinare. Porro tuae prudentiae dubium esse non credimus, quod is in praedicta causa ius reuocandi forum non habet, quasi ab illo iam praeventus.

Idem.

*Quis que clericus potest in curia Romana conueniri, licet alias specificet forum ibi non sortiatur: habet tamen ex causa ius reuocandi domum.*

**L**icet ratione delicti seu contractus aut domicilij, siue rei, de qua contra possessorem causa mouetur: quibus forum regulariter quis sortitur, episcopus vester apud sedem apostolicam conuentus non fuerit. Quia tamen omnium ecclesiarum mater est eadem: & magistra, ritè compelli potuit, ut ibi suis aduersariis responderet: nisi pro alia iusta & necessaria causa venisset, quam si tunc allegasset, ius reuocandi domum saluum fuisset eidem.

o iijj

De libeli

\* vide l. Cotraxis. se. ff. de ac. & ob. & l. i. C. de sum. tr. in p. Bar.

L. 13. ad h. l. b. aliud e. iura a. u. l. leg. 2. de sepa. dia.

Causae. 255. Vat. 13. Cap. 11.

Causae. 11061. cap. 13.

o iijj De libeli  
Causae. 22. 255. Cap. 22.  
Causae. 22. 255. Cap. 22.  
Causae. 22. 255. Cap. 22.

De libelli oblatione. Tit.ij.

Ex concilio apud sanctum Me.

*Actor tenetur in scriptis libellum porrigere. Vel sic: Iudex nō debet admittere actorem ad litigandum, nisi prius libellum in scriptis offerat. hoc dicit, per alia verba.*

Cap. i.



**I**gnarus episcopus dixit: Habetis libellum reclamacionis vel postulationis? Illi responderunt, se prae manibus nullum habere libellum. Ignarus episcopus dixit, \* oportet vos secundum ecclesiasticam authoritatem reclamacionem vestram libelli serie declarare, eamq; vestris manibus roboratam, synodo porrigere, ut tunc vobis canonicè valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum conscribentes porrexerunt.

\* vide. l. si quādo. C. unde vi. C. l. si hoc re, ut tunc vobis canonicè valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum conscribentes porrexerunt. C. de accu. & au. l. de in. di. §. oportet. colla. vi.

Innocentius tertius.

*Cum agitur reali, nō sufficit rem generaliter peti, sed debet in specificari, ut evitetur obscuritas & equivoctio.*

Cap. ii.

**S**ignificantibus T. & R. fratribus nostro fuit apostolatus declaratum, q̄ cum inter ipsos ex vna parte, & V. ex altera, super quadam terra coram iudicibus delegatis tracti fuissent in causam, oblatio eis libello: illi ( cum plures terras haberent ) vt terra illa, super qua questio vertebatur, ostenderetur eisdem, à iudicibus postularunt: quod cum ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam prouocarunt. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum si quid post adpellationem huiusmodi noueritis adtentatum &c.

Gregorius. ix. archidiacono ciuitatis Nouæ, & M. canoñ. Culmen.

*Non tenetur reus respondere libello in actione personali, si non exprimitur causa petendi.*

Capitulum iii.

**D**ilecti filij fratres ecclesie sancte Marie de Hispida, sua nobis petitione monstrarunt, quod cum prior & conuentus sancte Marie ad Carceres ipsos super quadā pecunie summa coram priore sancte trinitatis Veron. autoritate apostolica conuenissent, ex parte ipsorum fuit excipiendo propositum, quod cum dicti prior & conuentus nollent exprimere in porrecto libello \* conuentionali, quare sibi dicta pecunia deberetur, super hoc minimè respondere tenebantur: & quia dictus iudex exceptionem huiusmodi admittere denegabat, nostram audientiam adpellauerunt. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum &c.

\* vide. l. fin. C. de an. excep. C. l. i. ff. de eden. per Bar.

De mutuis.

De mutuis petitionibus. Tit. iiii.

Alexander. iij. episcopo & abbati de Spong.

*Iudex etiam delegatus, compellit actorem ad respondendum reo in causa reconuentionis, & vtramque causam ordine successiuo simul audiet: & vna sententia terminabit. h. d.*

Cap. i.



**I**l literis: & infra. Quoniam rationis ordo exigit, \* ve plebanus & clericus Maturen. abbati & fratribus Maturen. monasterij, de iis, quæ aduersus eos proponunt, debeant in vestra presentia respondere, cum sibi ex ipsis coram vobis à sede apostolica delegatis iustitiam postulant exhiberi: Mandamus, quatenus actione plebani & clericorum proposita, & responsione facta: monitione præmissa compellatis eisdem memoratis abbati & fratribus incōtinenti coram vobis super suis questionibus respondere, & vicissim postmodum rationes partium audientes, concordia vel iudicio vtriusq; negocium terminetis.

\* vide. l. cū Papi-mian. in fi. C. de se. & inter. oim iudi.

Celestinus. iij. Rothoma. decano.

*Modus procedendi datus per rescriptum in causa cōventionis, intelligitur repetitus in causa reconuentionis.*

Cap. ii.

**P**rudentiam: & infra. Sanè consuluisti nos, vtrem cum causa adpellatione remota committitur, & reus coram eodem iudice actorem reconuenerit, & actor super reconuentione adpellationis obstaculum interponit, an sit huiusmodi adpellationi deferendum? Nos verò ita sentimus, quod cum actoris & rei eadem sit conditio, & vno eodēque iure circa adpellationis remedium debeat vtique censi, sicut desiderat actor, vt sibi iuxta mandatoris rescriptum iustitia fiat adpellatione remota: eodem modo reconuienti debet in sua iustitia respondere.

De litis contestatione. Tit. v.

Gregorius. ix. abbati sancti Ioannis in vineis.

*Non per positiones & responsiones, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam fit litis contestatio: qua omnia, nullus est processus.*

Capitulum. i.



**I**tem inter episcopum Nouiensem ex parte vna, & capitulum ecclesie sancti Quintini ex altera, super quibusdam iniuriis, & ex communicationum sententiis, & quibusdam aliis articulis orta fuit materia questionis: & infra. Iudices factis quibusdā positionibus, & responsionibus ad easdem: auditis etiam, quæ partes

partes voluerunt proponere coram eis: causam eandē ad examē apostolicum remisērunt. Procuratoribus igitur parū propter hoc in nostra præsentia cōstitutis, quamvis positiones & responsiones hincinde super pluribus articulis factæ fuerint coram iudicibus memoratis: quia tamen litis contestationem non inuenimus esse factam, cū non per positiones, & responsiones ad eas, sed per petitionem in iure propositam & responsionem secutam contestationi litis fiat: \* processum ipsorum de fratrum nostrorum consilio irritum duximus nunciandum.

\*Vide.l.  
mca. C.  
cod. G.l.  
Aurel.  
S. ad circo.  
ff. de libe.  
lega.

Vt lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam definitiuam.

Titulus.vj.

Innocentius tertius abbati sancti Proculi, & L. canonico Bononiensi.

*Si agatur de adulterio ad separationem tori, & ante litis contestationem reus est contumax, potest excommunicari, sed testes recipi non possunt, nec causa definiri.*

Capitulum.i.

**A**D hæc deus: & infra. Cū causa, quæ inter R. & B. vxorē eius vertitur, autoritate apostolica vobis commissā fuisset, tādē procurator eiusdem R. libello vxoris, quo virum ad separationem tori, & vt dotem reciperet, de adulterio accusabat, noluit respondere, donec aduocatus eius veniret, inducias postulando. Qui cū huiusmodi inducias sæpe petendo, vobis illudere videretur, tandem ad præsentiam vestram accedens, dixit se respondere paratum: sed die statuto cū crederetur responsurus libello, restitutionem vxoris primò fieri postulat, ne secus fieret adpellado. \* Verū quia dicebat mulier se virum habere suspectum, & idem procurator nec de mulieris impunitate cauere, nec vestro se curasset postmodum conspectu præsentare, vos testes mulieris recipere studuistis, & j. Cōsultationi vestræ taliter respondemus, q̄ licet ordo iudiciarius in aliis controuersis sit seruandus, & in matrimonialibus causis, non vsquequaq; seruetur: quia tamen in præsentī negotio non est actum de fœdere matrimonij, sed de crimine adulterij (per quod ad separationem coniugij, non ad coniunctionem tenditur) quia lite non contestata, testes fuerūt recepti, & adtestationes etiam publicæ, siue deferendum, siue non deferendum adpellationi fuisset, non est ad definitiuam sententiam procedendum. Potuit tamen præfatus R. propter suam contumaciam, vel etiam procuratoris ( si sciens non purgauerit eandē)

\*Vide au  
thent. qui  
semel. C.  
Quo  
quando in.

dem ) excommunicationis sententia innodari.

Idem Hierosolymit. patriarchæ, & archiepiscopo Cassēn. In causa restitutionis, contra contumacem, lite non contestata: sententia profertur non potest. hoc dicit, comprehendendo omnē modum summādi.

Capitulum.ii.

**A**ccedens: & infra. Cū in iudicium delegatorum præsentia, archiepiscopus Tirenē. restitutionis beneficium postularēt, plebanus sancti Marci de Venetiis (contra quē agebat) nihil ad obiecta respondit, \* sed ad nostram audientiam adpellauit: & licet sæpe fuisset admonitus, vt iuri pareret ( quia eius adpellatio non tenebat) noluit tamē respondere amplius, vel coram eis etiam comparere. Ipsi verò iudices ( cū plebanus in sua contumacia perduraret ) \* testes receperunt ab aduersa parte productos, & depositionibus reductis in scriptis, mandauerunt eidem, vt ad eos accederet, in personas, vel in dicta testium obiecturus. Quod cum facere noluisset, \* in ipsum excommunicationis sententiam protulerunt, profectionem iuris paræcialis adiudicantes archiepiscopo memorato: & eū restituente in integrum, districtius vtuertur, ne quis possessionē Cireneā. ecclesiæ restitutam præsumeret perturbare. Cū igitur \* lis coram eisdem iudicibus non esset contestata, & manifeste pateret literas ipsas per veri suppressionem obtentas, (cū manifestum esset duos prædictorum iudicum, Athoniē. videlicet Beritē. episcopos: eidem archiepiscopo tanquam suffraganeos suo metropolitano subesse ) ac ex his plebanū legitime adpellasse constaret, in quem (etiam si minus legitime adpellasset) licet iudices ipsi propter contumaciam excommunicationis forte potuerunt proferre sententiam, nō tamen debuerunt super principali negotio definitiuam sententiam, licet non contestata, proferre: prædictas cassauimus sententias, imò cassas denunciāuimus & inanes. Vnde Tiren. archiepiscopo dedimus in mandatis, vt ecclesiæ sancti Marci instrumenta restituat: & etiam vniuersa, quæ huiusmodi occasione sententia, per se, vel per alios, occupauit. \*

\*Vide.l.  
1. ff. si quis  
ius di. nō  
obtepe. C.  
l. 2. ff. si  
quis i ius  
no. nō ie.  
\* al ma  
licia pma  
neret.  
\*Vide.l.  
2. §. si  
quis a p̄  
cipe. ff. ne  
quid in lo  
co pu.  
\*ordo est,  
Nos cassa  
uim p̄ d  
ctas sentē  
tias, cū lis  
non esset  
contestata,  
et pateret  
C. C. cō  
test. vret  
C. C.  
\*Vide.l.  
dissolutē.  
C. de con  
di. ex leg.  
inducendus.

Idem episcopo Brixienfi.

*Si lite non contestata reus est contumax: si fieri potest, mittitur actor in possessionem, causa custodia: aliis reus excommunicabitur.*

Capitulum tertium.

**T**va fraternitatis deuotio: & infra. Consultationi tuæ taliter duximus respondendū, q̄ si reus lite non contestata abluentauerit se contumaciter: talisq; causa sit, q̄ actor possit in partiarū rerum possessionem induci, est in eadē causa custodia inducendus.



inducendus. Quod si causa talis fuerit, quod idem in possessionem nequeat introumitti, vt iuri pareat, per censuram ecclesiasticam est contumax compellendus.

Idem de decima & Helemosio abbatibus Aurel. & Carnot. diocē.

*Receptio testium facta contra non contumacem, lite non contestata, in causa matrimoniali est nulla. Capitulum.iiii.*

**A**ccedens ad sōdem apostolicam nobilis vir Gu. vicecomes nobis exposuit, quod cūm Corisopitei. episcopus contra nitem Britannia proxima linea consanguinitatis adingat: & archidiaconus eius sit clericus commentalis (qui eidem vicecomiti est aduersarius principalis, vt pote qui vxorem suam, & terram publicē detinere p̄sumit) & magister P. de terra vxoris suae oriundus, existat nimis fauens eidem, & omnes sub districtū existant comitis memorati, nec nisi per districtum ipsius ei pateat accessus ad eos, & ipsi ( quibus causa inter ipsum & vxorem suam commissā fuerat ) nunquam ei voluerint nisi in terra inimicorum suorum locum & terminum assignare, quō sine mortis periculo accedere non audebat: & licet literas non habuit de conductu, si tamen missae ei fuissent, non debet se credere suis capitalibus inimicis: & infra. Mandamus, quatenus (cūm propinquiores sitis terrae nobilis tam dictae, quam suae: & causa ipsa per vos commodius valeat terminari, cūm ad vos securus pateat accessus) vtrinque partibus conuocatis (si vobis constiterit, quod ante litem legitimē contestatam, vel post adpellationem ex praemissis causis interpositam, testes super consanguinitate contra matrimonium absque culpa contumaciae recepti fuissent) vos adtestationes huiusmodi decernatis irritas & inanes, compellentes dictam nobilem, vt reuertatur ad virum suum (quem inconsultē dimisit) ita quod postquam ipse vir plenariam restitutionem habuerit tam vxoris, quam terrae, causam super matrimonio audiat: eamque sine canonico terminetis.

Idem.

*Lite non contestata non recipiuntur testes regulariter super principali. Fallit in casibus hic annotatis: scilicet cum timeatur de morte, vel absentia diuturna testium, tunc enim seruata solennitate hic posita, possunt etiam lite non contestata testes examinari, hoc dicit vsque ad §. porro. Capitulum.v.*

**Q**uoniam frequenter in dubium reuocatur à multis, an lite non contestata testes recipi valeāt, auctoritate praesentium duximus declarandū regulariter verum esse, quod

quod lite non contestata, non est ad receptionem testium procedendum. Nisi fortē de morte testium timeatur, vel absentia diuturna: in quibus casibus, cūm ciuiliiter est agendum (ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur) (senes, & valetudinarij, & alij testes (de quibus ex aliqua rationabili causa timeatur) etiam lite non contestata sunt procul dubio admittendi, seu pars conuenta sit contumax, seu sit absens absq; malicia, vt conueniri non possit. Sed si actor noti conuenierit aduersarium intra annum, ex quo conueniri poterit, vel saltem receptionem huiusmodi testium non denunciauerit illi. Adtestationes sic receptae nō valeant, ne fortē hoc procuret in fraudem, vt processu temporis exceptiones legitime ad repellendum testes, vel alię locum habere nō possint.

*Cum agitur de matrimonio carnali vel spirituali, possunt contra contumacem etiam lite non contestata testes recipi, & sententia definitiua ferri. Si vero reus est absens, sed non contumaciter, tunc in carnali non proceditur, sed expectatur absens. In spirituali vero, si agatur de contracto: stabitur iuribus antiquis: si de contrahendo, expectatur absens per sex menses. Sed de hoc vltimo, quando agitur de contrahendo, dic hodie vt in capi. quam sit. & capi. cupientes, de elect. in. vi. vbi aliter est promissum. hoc dicit.*

Porro speciales causae possunt occurrere; in quibus casualiter est aliud obseruandum, vt (verbi gratia) si super alioius electione, vel copula maritali quaestio moueatur, tunc etenim (ne propter longam moram in spiritualibus & temporalibus partiatu ecclesiae lesionem, vel viro siue mulieri fornicationis occasio prebeat, maxime cū propinquitatis gradus opponitur lege diuina prohibitus) in huiusmodi casibus (si contumax apparuerit is, in quem fuit actio dirigenda, seu quia peremptoria citatione recepta venire contemnit, seu quia maliciose seipsum occultat, \* seu quia impedit, ne possit ad eum citatio peruenire) testes lite non contestata sunt merito admittendi, & nihilo minus (si de causa liqueat) ad definitiuam sententiam procedendum. Si vero aliter absens fuerit, & agatur de spirituali coniugio inter ecclesiam & praelatum iam contracto, electione maxime confirmata, illud in hoc articulo volumus obseruari, quod super expectatione talium personarum in sacris est canonibus definitum. Quod si forsitan agatur de spirituali coniugio contrahendo: is qui est in praelatum electus, per spacium sex mensium expectetur, nisi (pensatis negociorum circumstantiis) per superioris prouidentiam magis vel minus fuerit expectandus. Si autem de carnali coniugio sit agendum, tandiu alterutrum coniugum

*v. Dicitur in dist. 1. de iur. iudic. et an. in r. 35. vide. l. contumacia. cu. no. ff. de reg. iur.*

coniugum expectetur, donec de ipsius obitu verisimilitudinem presumatur: quia cum sine culpa sit absens, ut si captiuitate, vel aegritudine, aut alio iusto impedimento forsitan teneatur, aut etiam propria, sed non maliciosa voluntate in remotis partibus morantur.

\* De moram facit, \* vt de facili vel in breui citari non possit: ei quidem do p̄badi praeiudicari non debet, cum habeat forsitan exceptiones legitimas ad intentionem contrariam elidendam: eo nequaquam obstante, quod de lapsu carnis possit obponi: quoniam in coniugio casus multi occurrunt, in quibus coniuges sine culpa, sed non sine causa continere coguntur.

§. ad cri- Ad perpetuam rei memoriam, vel cum agitur per viam inquisitionis, possunt testes sine iuris contestatione recipi, & etiam publicari. hoc dicit. usque ad. §. In aliis vero.

Sunt & alij casus similiter speciales, in quibus absq; iuris contestatione legitime: possunt testes produci, vt quando excessiuus inquisitio, vel testium publicatio imminet faciendae.

Si reus lite non contestatus est contumax, & agitur reali, mittitur actor in possessionem rei petita causa custodia: quam tamen recuperat reus veniens intra annum, si offerat cautionem de stando iuri, & restituat expensas. post annum vero hu non seruatis, non auditur, nisi super proprietate. Sed si conuenitur reali, qui nomine alieno possidet, nominabit dominum in iudicio, & statuetur ei terminus, intra quem faciet dominum comparere: qui si intra terminum non venerit, iudex illum citabit, quo adhuc non veniente iudex mittet actorem in possessionem veram. Si vero reus contumax conuenitur actione personali, mittetur actor in possessionem bonorum ipsius rei pro modo debiti declarati, & primo mobilium, secundo immobilium, si mobilia non existant: vel excommunicabitur reus. hoc dicit usque ad finem.

In aliis vero casibus prudenter est attendendum, verum contumax reali actione, an personali conueniatur. Si reali, mittendus est actor in rei petita possessionem, vt ratio adfectus reus veniat responsurus. Qui si venerit intra annum (iudicio

\* vide. l. si tibi praestita cautione, \* ac exhibita satisfactioe congrua expensarum) possessionem recuperet. Quod si cautionem offerre neglexerit intra annum: actor post annum verus constituetur possessor: super proprietate duntaxat aduersae parti defensionem legitima reseruata. Quod si super rebus immobilibus quilibet quam conueniatur, qui eas possidet nomine alieno, debet statim in iudicio dominum nominare, certo dierum spacio a iudice finiendo, eosq; ad eius noticiam perducendo, vt vel ipse veniat,

hiens, vel idoneum dirigens responsalem, actoris intentionem excipiat. Si vero post tempus indultum, quod dispositum est, noluerit adimplere: tanquam lite, quae ingeritur, ex eo die, quo possessor ad iudicium vocatus est, ad interrumpendam praescriptionem longi temporis contestata, dominum possessionis iudex tribus edictis legitimis euocabit: & tunc ipso in eadem voluntate manente, negotium summam examinat, in possessionem ipsarum rerum actorem mittere non tardabit: omni allegatione absentis super principali quaestione reseruata. Si autem super personali actione conueniatur vel mittendus est actor in possessionem mobilium ipsius, vel immobilium, si forte mobilia non habeat, pro modo debiti declarati: vel in contumacem est ecclesiastica sententia proferenda: ita videlicet, & alterutra poena, quae magis timere debeatur, iudex a principio sit contentus: ad alteram nihilo minus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis: qui veniens intra annum, vel post annum etiam auctoretur iuxta distinctionem in alio casu superius adnotatam.

De iuramento calumniae. Tit. vij.

Honorius tertius:

Clericus in causa ecclesiae suae iuramentum calumniae potest alteri committere: & per se iurare non cogitur, nec debet sine superioris sententia.

Capitulum primum.



Nhærentes vestigijs prædecessorum nostrorum dictentium grauiore quaestione per summum pontificem terminari: & infra. Legibus itaque competerimus esse cautum, vt nullus clericus iurare presumat. Alibi vero reperitur scriptum, vt omnes principales personae in primo litis exordio subeant iuramentum calumniae: propter quod plerisque venit in dubium, vt rum clericus iusiurandum praestare debeat, aut alij hoc officium delegare: quia illud constitutionis edictum, vbi clerici iurare prohibetur, a Marco Augusto de Constantinopolitanis clericis promulgatum fuisse videtur, idcirco ad alios non creditur pertinere. Vt ergo dubietas ista auferatur, secundum etiam decisionem filij nostri H. quendam imperatoris, cuius sunt verba hæc: \* Inno. Ho. et 10. An. hallu cinati sunt in interpretatione huius loci.

\* Inno. Ho. et 10. An. hallu cinati sunt in interpretatione huius loci.

stando

\*Vide.l.  
ni dubiū.  
C. de legi.  
et. l. cū pa-  
ter. S. dul.  
cistims.  
ff. de le-  
ga. ii.

stando sit immunis. Præterea statuti principis tenor talis esse dignoscitur. Nos itaq; (diuinæ & humanæ legis irretentione seruata\*) decernimus & imperiali autoritate irretractabiliter definimus, vt non episcopus, non presbyter, non cuiuscunq; ordinis clericus, non abbas, non aliquis monachus, vel sanctimonialis, in causa quacunq; siue controuersia, seu criminali, seu ciuili, iusturādum compellatur qualibet ratione subire, sed alii idoneis defensoribus (si expedire ecclesiæ suæ nouerit) huiusmodi officium liceat delegare. Verū cum hac moderatiōe, vt episcopus inconsulto Ro. ponti. vel quisq; clericus inconsulto prælato suo minime iurare audeat. Omnibus autem episcopis, & vniuerso clero, ita custodiri debere mandamus, vt si quis in illam commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari.

Idem ordinatori, eccle. subdia. & magistro Omnibono.  
In spiritualibus causis, de calumnia non iuratur. Cap. ii.

**L**iteras: & infra. Sanc Ro. eccle. in his casibus, in quibus de ecclesiis, decimis; & rebus spiritualibus tantū agitur iuramentum calumniæ nec daret, nec recipere consuevit: eo, quod tales causæ non ex legum districtione, sed ex canonum æquitate finem debitum fortiuntur: canones autem iuramentum calumniæ in huiusmodi causis, nulli prorsus indicunt. Vnde contentione de iuramento calumniæ præstando omissa, ad vltiora discretio vestra procedat.

Eugenius papa.

Principalis persona non indistincte releuatur ab onere iurandi de calumnia. licet compareat per æconomum: sed sibi vel æconomus est deferendum, inspecta qualitate causa & personarum. h. d.  
Capitulum tertium.

**I**n pertractandis causis sacramentum calumniæ non passim præcipimus exhiberi: sed causæ & principalium personarum qualitate inspecta, quandoque per ipsas principales personas, quandoque per æconomos, qui causam omnino non nesciūt, \* in animam iurantis illud præcipimus præstari.

\*Vide.l.  
ii. S. sin  
autem vel  
dignitas.  
C. seq. C.  
co. arg. ff.  
de testi. l.  
curent.

Idem Magal. & Neumacen. episcopis.  
Vniuersitas tenetur iurare de calumnia, nisi releuet se constituendo æconomum.  
Capitulum. iiii.

**I**mperatorum: & infra. Accepimus, quod ab abbate & fratribus Clareuallis (sicut ab aliis) exigitur calumniæ iuramentum. Ad quod faciendum eos cogere non debemus. Sed (ne aliena iura videantur huiusmodi occasione illicitè detinere, & ipsi à causa sua decendant, si ex parte ipsorum prædictum iuramentum

iuramentum, cum res postulauerit, non fuerit præstitum) eisdem præcipimus, vt in suo monasterio æconomum statuāt: qui pro eis petere & excipere, atque iuramentum de calumnia (cum necesse fuerit) valeat exhibere: & infra. Tu verò frater Neumacen. episcopo æconomum idoneum statuas, qui in tali officio conueniens ipsi monasterio videatur.

Lucius. iij. Elien. episcopo, & archidia. Noruicē.

Clerici etiam in eorum causis iurantes de calumnia, contraria consuetudine non obstante. Capitulum. v.

**C**Aeterum, quia nouis morbis, noua cōuenit antidota præparari: mandamus, quatenus in causa, quæ inter R. clericum de sancto Albano, & \* I. & F. canonicos London. vertitur: ad veritatem eliciendam, adpellatione cessante præstari faciat ab vtraque parte calumniæ iuramentum: consuetudine, quæ legi contraria est, non obstante.

\*Aut hic  
legēdū est  
C. & F.  
aut in ca.  
peruenit.

Innocentius. iij. episcopo Placen.

Procurator vel syndicus vniuersitatis ecclesiastica vel secularis, de calumnia iurare potest. hoc dicit. Capitulum. vi.

**C**um causam, quæ inter Rauennatē. archiepiscopum, & commune Faentinum (super villa Luci ac quibusdam aliis) vertitur: delegatis iudicibus duxerimus committendam, & iidem in negotio minime processissent: nos partibus dedimus in mandatis, vt pro ipsa causa nostro se conspectui præstarent: quorum procuratoribus cum instrumentis de rato, in nostra præsentia constitutis, petitionem ipsius archiepiscopi per procuratorem eius fecimus exhiberi: & ad eam, partem alteram respondere, ac interrogationibus & responsionibus reductis in scriptis, & lite coram nobis plenissime contestata, fecimus calumniæ iuramentum ab ipsis procuratoribus vtrique præstari.

infra de ff.  
de iuratori-  
bus. l. C.  
F. quia i-  
de est ca-  
sus in v-  
troque. c.

Gregorius nonus episcopo Beluacē.

Episcopus iurat de calumnia, si per se ipsum elegit litigare, propositis tantum non tactis euangelis. Si verò per syndicum litigat: per illum poterit iurare. hoc dicit. Capitulum. vii.

**C**um in causa pecuniaria (quam inter te & R. motam esse proponis) non per te sed per syndicum, vel actorem elegeris litigare, per illum quidē præstandum erit calumniæ iuramentum: quod si per te ipsum, propositis tantum, sed non tactis euangelis (sicut in dicendo testimonio) à te videretur huiusmodi iuramentum exhibendum: & infra.

Actor refusando iuramentum calumnia sine causa, cadere debet ab instituta actione, rem autem debet haberi pro confessio. h. d.



Pœna verò recusantis hoc iuramentum cum præstandum fuerit, est vt actor ab instituta cadat actione, reus autem habere debeat pro confessio.

De dilationibus. Tit.vij.

Alexand. iij. Cantua. & Vigori. episcopis.

*Summa sic: (ne videatur conuenire rubri. de adpellationibus.)*  
 Citatio vocatoria cum peremptoria non debet esse nimis breuis, maximè ubi de rebus ecclesiasticis agitur, nisi necessitas aliud suggerat.



Illi filij, abbas & monachi de H. nobis insinuare curarunt, quòd cum causam. que vertitur inter ipsos, & moniales de Leden. super ecclesia de Alcon. decano & archidiacono Lincon. comiserimus terminandam: ipsi timentes se à iudicibus adgruari (eo quòd ad primam citationem terminum sibi nimis breuini & peremptorium statuerunt) \* ad nostram audientiam duxerunt adpellandum: & infra. Quia verò non spectat ad iuris ordinem, diem peremptorium, maximè cum de rebus ecclesiasticis agitur (nisi forte necessitate urgente) taliter maturarè mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum, si quid iaueritis post adpellationem huiusmodi adtentatum: in causa iuxta priorum tenorem literarum procedatis.

Celestinus tertius.

*Induciæ deliberatoriæ denegantur reo, si per literas citatorias plenè potuit instrui, & deliberare sup eo, de quo queritur. Cap. ii.*

Præterea adieciisti, quòd cum causæ tibi à sc. apo. delegatur, literis citatoriis rescriptum apostolicum inseris, vt eo viso deliberare valeat, qui ab altero conuenitur. & infra. Quia igitur quid agendum sit in hoc casu, desideras edoceri, taliter tibi respondemus, quod reo ad iudicium legitime conuocato, si ex rescripto sibi transmissio plenè potuit instrui super eo, de quo in iudicio conuenitur, induciæ deliberatoriæ non sunt vltius indulgendæ, sed procedendum potius est ad examinationem causæ, & finem ei debitum imponendum.

Honorius tertius Ferentino episcopo.

*Ex declaratione verbi generalis, vel ambigui positi in libello, non induciæ deliberatoriæ dandæ non sunt, si per expressa potuit reus deliberare super ambiguitate illa, vel generalitate, hoc dicit. Capitulum. iij.*

\* Ecclesia sancti  
**L**iteræ tuæ ac petitio presbyteri \* sanctarū Priscæ & Aquilæ de vrbe, nobis exhibitæ cōtinēbant: & infra. Idem presbyter

byter contra nobiles viros A. & G. libellum ecclesiæ suæ non in ne obtulit, continentem, quòd pensio de possessionibus soluta non fuerat ipsi ecclesiæ, elapsis iam tribus annis & vltra. Nobilibus verò ipsi petentibus, vt explicaret ipsi spacium; quod per hanc adiectionem, & vltra, significari volebat: & ipso presbytero experiente, quòd septem annis fuerat in dicta pensio solutione cessatum, iidem dicentes libellum esse huiusmodi expressione mutatum, longiores ad deliberandum petierunt inducias: quas quia denegasti eisdem, ad nostram audientiam adpellauerunt. Nos igitur adpel. huiusmodi friuolam repellant, mandamus quatenus ea nequaquam obstant, in negotio ipso ratione præuia procedas iuxta priorum continentiam literarum.

Gregorius nonus abbati aquæ viæ Turon. dioc. & archidiacono. Turon.

*Si citatus in causa ardua, de longinquo vocatur pro publica vtilitate, etiam ad locum iudicii, ita quòd intra terminum citationis deliberare, & alia sibi necessaria ad comparandum explicare non potuit, in termino respondere non cogitur, si reperitur in loco iudicii, sed habebit nouas inducias, hoc dicit notabiliter. Cap. iij.*  
**E**xposuit nobis Bituricē. archiepiscopus: & infra. Burdegaleñ. archiepiscopo dedimus in mandatis, vt super iure primaciæ quam in eo & in prouincia sua dictus Bituricē. archiepiscopus se habere proposuit, ad initium proxime præterite quadragesimæ (quod ei terminum peremptorium assignauimus) per se, aut per procuratorem idoneum, se conspectui nostro præsentaret \*. Cumque postmodum personaliter vocatus pro ecclesiæ Romanæ subsidio, ad no. audi. accessisset, Bituricē. archiepiscopus apud se ap. constitutum postulauit instanter, vt in eodem negotio procederet debere. Idem vero Burdegal. archiepiscopus ad propria rediens, constituit pro se procuratorem in ipso negotio, qui (saluis exceptionibus sibi competentibus in respondendo, & defendendo, ac aliis) omnia faceret, quæ in propria erat persona facturus. Petente ergo archiepiscopo supra dicto, vt præfatus procurator responderet eidem, ille excipiendo proposuit se ad hoc non teneri, cum pro alia maiori causa, pro publica scilicet vtilitate, dictus Burdegaleñ. vocatus pro absente reputari debuisset, & reuocandi domum priuilegio habuisset. Nondum etiam super hoc deliberauerat cum suffraganeis suis & aliis, quorum consilium tam ardua causa requirit: nec tempus habuerat, in quo ad vtrouque negotium valuerit (sicut expedire esse paratus. Sed pars

Pauli in vrbe R. g. præst. abbas vnus: & huic ecclesia de seruiunt vii. presbyteri cardinales, Quorum vnus est presbyter cardinalis

facta Pri sca. ergo presbyteri legēdum, non archi sbyteri.

\* Vide. l. i. & ibi. glo. & doc. C. de. ca. & de. ca. & de. ca.

\* Vide. l. ad hoc. §. Labeo. ff. pro sol. l. i. ff. sol. ma.

altera è contra respondit, quòd cum super quæstione prædicta prius fuerat euocatus: nostræ intètionis non fuerat primū mandatum per posterius reuocare: temporis quoquè spaciū habuerat tam prolixum, vt potuisset si voluisset super causa deliberare prædicta, sicut fecerat cum quibusdam: & cōmode vtrique negotio imminere: & infra. Nos igitur de consilio fratrum nostrorum vsque ad proximum venturum festum Natiuitatis dominicæ dilationem adhuc sibi duximus indulgendam.

De feriis. Tit.ix.

Ex concilio apud Compendium.

*Diebus dominicis mercari, litigari, iudicari, vel iuari non debet, sed de vespera in vesperam debent celebrari. Capitulum.i.*



Mnes dies dominicos à vespera in vesperam, cū omni veneratione decernimus obseruari, & ab omni illicito opere abstinere: vt in eis mercatum minime fiat neque placitum: neq; aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur, nec sacramenta (ni si pro pace, vel alia necessitate) præsentur.

Alexander tertius.

*Festorum principium & finis fieri debet, secundum ipsorum magnitudinem, & consuetudinem regionis, hoc primo. In præcipuis festis, & intra Pascha & Pentecosten, non fit solennis genuum flexio. Si tamen tunc clerici vel episcopi ordinentur, secundum ordinationis modum genua flectuntur, hoc secundo. Romana ecclesia speciale festum de Trinitate non facit: seruatur tamen de hoc cuiusque ecclesie consuetudo, hoc tertio. Capitulum.ii.*

Quoniam in parte: & infra. Licet scriptum sit, de vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra: festorum tamè principium & finis, iuxta eorum qualitatem, & diuersarum regionum consuetudinem debet attendi: & sicut magnitudo dierum: exigit, prius incipere, & tardius terminari: & infra. Diebus autem dominicis & aliis præcipuis festiuitatibus, siue inter Pascha & Pētecosten, genuum flexio nequaquam debet fieri: nisi aliquis ex deuotione id velit facere in secreto. In cōsecrationibus aut è episcoporum, & clericorum ordinationibus, consecrans & consecratus tantū genua flectere possunt, secundum quod cōsecrationis: modus requirit. Præterea festiuitas sanctæ Trinitatis, secundum consuetudines diuersarum regionum à quibusdam consuevit in octauis Pentecostes: ab aliis in dominica prima ante aduentum domini celebrari. Ecclesia siquidem Romana in vsu non habet, quòd in aliquo tempore huiusmodi

huiusmodi celebret specialiter festiuitatem: cū singulis diebus, Gloria patri & filio & spiritui sancto, & cætera similia dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis.

Idem Triburien. archiepiscopo.

*Propter necessitatem alimentorum, licet diebus feriatis in honorem dei operi seruili intendere, maxime circa rem tempore perituram, hoc dicit.*

Capitulum.iii.

Licet tam veteris, quam noui testamenti pagina septimum diem ad humanā quietem specialiter deputauerit: & tam eum, quam alios dies maiestati altissimæ deputatos, nec non natalicia sanctorum martyrum ecclesia decreuerit obseruanda: & in his ab omni opere seruili cessandum: & infra. Indulgemus, vt liceat parocianis vestris diebus dominicis, & aliis festis, præterquam in maioribus anni solennitatibus, si alecia terræ inclinauerint, eorum captioni ingruente necessitate intendere: ita quòd post factam capturam ecclesiis circumpositis & Christi pauperibus congruam faciant portionem.

Clemens tertius, aliis, Celest.

*Tres septimana, quibus canon prohibet fieri nuptias, ante festum Ioannis Baptiste, non continuantur festo: sed intelligitur de septimana ascensionis cum duabus sequentibus. Capitulum.iiii.*

Capellanus tuus, frater episcopo, coram nobis ex parte tua proposuit, & cum statuta canonica declarent nuptias tribus septimanis ante festum natiui beati Ioannis Baptiste minime celebrari debere, quidam hebdomadas illas absque interpolatione cōtinuandas intelligunt. Alij vero inter festum & ipsas volentes facere interuallum, illud dicunt ob reuerentiā festiuitatis Pentecostes fuisse statutū: quæ in septimanis istis solet interuenire quandoq;: & sic à tribus diebus Rogationū ante ascensionem domini inchoantes, vsq; ad octauum diem post Pentecosten (illis hebdomadis computatis) illo tantum spacio temporis celebrari nuptias non permittūt, earum celebrationem abinde nullatenus inhiibentes. Quia ergo consulti fuimus, vtra istarum opinionum potior videatur: nobis & fratribus nostris adparuit: & licet ea sit Roma. eccle. consuetudo, vt quocunque tempore matrimonii contrahatur, consensu interueniente legitimo de præsentibus: quia tamen à septuagesima vsque ad septimum diem post Pentecosten celebrari nuptie non sistant, & postea etiam tribus septimanis, vel pluribus ante festiuitatem sancti Ioannis sine differentia celebrantur: posterior sententia meliori & subtiliori nititur ratione: & tunc secundum canones à septuagesima vsq; post octauas Pasche: siue iuxta consuetudinē

Ceue. 2.  
Exo. 16.  
E. 20.  
Leuit. 23.  
Nūe. 28.  
Deute. 5.  
\* Vide. l.  
i. §. fin. ff.  
de aqua  
plu. ar. &  
l. natura  
le. ff. de ac  
qui. re. do.

ecclesie Ro. vsque post. vij. diem festi Pentecostes (quod caret octauis) nuptie suspendantur: in dominica, quae sequitur, & deinceps possunt licite celebrari.

Gregorius. ix.

In feriis introductis in honorem dei & sanctorum, nisi ob necessitatem vel pietatem, iudicium exerceri non potest, etiam de consensu partium, feriis tamen introductis fasce hominum partes renunciare possunt.

Capitulum. v.

Conquestus est nobis: & infra. Quauis non prorogari, sed expediri deceat quaestiones: debet tamen iudicialis strepitus diebus conquietere feriatis, qui ob reuerentiam dei noscuntur esse statuti: scilicet natalis domini, sancti Stephani: Ioannis euangelista, Innocentium, sancti Siluestri, Circuncisionis, Epiphaniae. vij. diebus dominicae passionis, Resurrectionis cum. vij. sequentibus, Ascensionis, Pentecostes, cum duobus qui sequuntur, Natiuitatis Ioannis Bap. Festiuitatum omnium virginum gloriosae. xij. A postolorum, & praecipue Petri & Pauli, beati Laurentij, Dedicacionis beati Michaelis. Solennitatis omnium Sanctorum: ac diebus dominicis, ceterisque; solennitatibus, quas singuli episcopi in suis diocesisbus cum clero & populo duxerint solenniter venerandas: quibus utique; solennibus feriis (nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat) vsque adeo conuenit ab huiusmodi abstinere, ut consentientibus etiam partibus, nec processus habitus teneat, nec sententia quam contingit diebus huiusmodi promulgari. Licet diebus feriatis, qui gratia vindictiarum vel melsium ob necessitates hominum indulgentur, procedi valeat, si de partium processerit voluntate.

De ordine cognitionum. Tit. x.

Clemens. iij. Alatrino episcopo.

Contra mulierem iudicantem aliquem in marito, admittitur exceptio consanguinitatis: quae prius discutenda est, quam super matrimonio pronuncietur: & sufficit super ipso principali pronunciare. hoc dicit.

Capitulum primum.



Intelleximus, quod cum quaedam mulier peteret quendam in virum, testes ad suae intentionis adseruionem induxit: per quos pars viri futurum sibi prauiudicium metuens, exceptionem consanguinitatis obiecit, ex qua intendit petitionem mulieris elidi: & infra. Inquisitioni tuae taliter duximus respondendum, quod cum exceptione probata quaestio principalis perimatur, ante est cognoscendum de ipsa, quam ad definitionis articulum procedatur: quo facto virum ab impetitione mulieris

(prout

(prout exposcit ratio iuris) absolus.

Innocentius. iij. episcopo Narmariu.

Si reus contra actorem spoliatorem spoliacionem opponit: aut excipiendo, & tunc prius auditur, & ea probata, respondere non cogitur: sed per hoc non restituitur: aut agedo, & tunc simul utraque quaestio terminatur, & ea probata restituitur. Cap. ii.

Utm dilectus filius abbas de Ferentino, de nobilibus viris dominis de Artone deposuerit quaestionem, quod manu armata, & cum exercitu ad castrum monasterij venientes, in praedis animalium & aliis damnificare caenobium presumpserunt: de quibus iustitiam sibi fieri postulabat. Et citra litis contestationem sub forma exceptionis fuit ex aduerso responsum, quod per ipsius dolum & violentiam castru Sirati amiserant: quod & progenitores eorum tenebant, & ipsi possederant in quiete: sibi petentes prius restitui, quam petitionibus ipsius responderent, praesertim cum testes haberent praesentes, per quos intentionem suam incontinenti probare volebant. Verum ex parte abbatis fuit taliter replicatum, quod ab eo restitutio peti non poterat, qui non fuerat spoliator, praesertim cum dictum castrum ad ius & proprietatem sui monasterij pertineret: quod etiam pars aduersa nullatenus denegabat, unde & verus dominus (ad quem ab alio res sua possessa reuertitur, etiam post tempora longiora) retentionis debebat commodum obtinere: & iudicium restitutorium contra spoliatorem tantum competere dignoscitur: & infra. Nos autem distinguendum esse credimus, vtrum spoliacionis quaestio ab eisdem nobilibus sit obiecta in modum actionis ad restitutionem petendam, an in forma exceptionis ad intentionem aduersarij repellendam. Cum ea in modum actionis proposita, intelligantur mutuae petitiones sese tanquam diuersae minime contingentes: ac per hoc iuxta regulam iuris (qua dicitur, Qui prior adpellat, prior agat) quae prius esset proposita, prius foret tractanda quanquam in idem iudicium amba deductae, vicissimque tractatae, simul essent eadem sententia terminandae. Sed quoniam quaestio illa fuit ab eisdem nobilibus tantum in modum exceptionis obiecta: interloquedo pronunciamus, ut probationes eorum super ipsa exceptione primitus audiretur, & ea probata legitime, abbati non cogeretur respondere super petitionibus memoratis, donec restitueretur ab ipso: cum spoliatori spoliatus ante restitutionem non cogatur vllatenus respondere.

Veru spoliacione in modum exceptionis tantu pbata, non est per hoc restitutio facienda. Quemadmodu si in modum ex-

p iij ceptio-

libi Son  
ad in Com  
at in ap  
Jud. p. in

ceptionis aliquod crimen testi obiicitur, vt à testimonio repellatur, etsi crimen contra eum ciuilitè probatum fuerit, nō ideo sibi pœna infligitur ordinaria, sed ei<sup>9</sup> dūtaxat testimonio non creditur: quod ea ratione cōtingit, quoniam in ipsum accusatio non procedit. Testes etiā, quorū testimonium reprobat, inter infames quasi ex falso testimonio nō habētur.

Honorius. iij. Ludouico regi Francorum.

*Petenti hereditatem, obstat exceptio natiuitatis, qua prius debet coram ecclesiastico iudice terminari. hoc dicit, secundum gloss. intelligendo, quod hic erat prius coram iudice seculari petita hereditas, & exceptum fuit de illegitimitate.*

Capitulum. iij.

**T**Vam non credimus latere prudentiam, causam natalium reginæ Cypri, ad examen nostrum (vt pote, quæ ad forū ecclesiasticū pertinet) esse delatam: & infra. Quia verò antequam natalium causa terminata esset, dependentem ex illa successione causam incipere, nihil aliud esset, q̄ diuersis processibus intricare negotium, & confusione quadā iudicij ordinem perturbare: si forte ab ipsa regina fueris super hoc requisitus, donec iam dicta causā nataliū apostolico iudicio finē acceperit, patienter expectes.

Gregorius. ix.

*Agens possessorio recuperanda, non tenetur ante restitutionem suis spoliatoribus (nisi super questione spoliationis) respondere: potest tamen ab agendo repelli per exceptionem spoliationis. hoc dicit.*

Capitulum. iij.

**S**Vper spoliatione conuentus, aduersus restitutionem petentem non est (nisi super questione spoliationis) si cum recuocari, audiendus. Cum restituitio petita in hoc priuilegiata noscat, vt ipsam intentans nō cogatur ante restitutionem spoliatoribus respondere. \* Quāquā ab agendo spoliatione ab eis in modum exceptionis proposita repellatur.

De plus petitionibus. Tit. xj.

Gregorius nonus.

*Ponit quatuor modos plus petendi, & pœnas plus petentiū. Ca. i.*



**C**onsilium prouidentia dici non potest, quod pecuniam tibi debitam, ante terminum ab aduersario repetisti: punitur enim importunitas plus petentiū, si super petitione sua duxerit in iudicio persistendum: ita, quod qui repetunt amplius sine causa, in expensis aduersario condemnantur. Qui autem plus loco, ad interesse tenentur: \* pro eo quod utilitas admittit debitoribus, quā haberēt si statuto loco soluissent. Ei verò, à quo amplius

amplius tēpore petitur, induciā duplicantur: nec litem excipiet, nisi ei soluantur expensæ. Te quoq; dubitare non credimus, q̄ causa plus petitur, cum aliquid in genere vel sub alternatione debetur, & rem in specie, vel vnū præcise peti cōtingit. Re autem, si. x. sint debita, &. xx. petantur. Loco verò, cū quis non vbi conuenit soluere, sed alibi conuenitur. Tempore quoque cum ante diem vel conditionē petitur quod debetur.

De causa possessionis & proprietatis. Tit. xij.

Gregorius duci Sicilia.

*Causa possessionis & proprietatis sub eodem iudice terminari debet: nec contra absentem est pronuntiandum. a Capitulum. i.*



**S**Vceptis: & infra. Legali prouisione decretū est tam momentū, q̄ proprietatis causam, sub vno eodemq; iudice debere cognosci. \* Nec nos contra inauditam partē aliquid possumus definire.

Celestinus tertius.

*Si actum est possessorio & petitorio, potest iudex receptis probationibus super vtroque, prius discutere probationes super possessorio, & illud terminare. hoc dicit.*

Capitulum. ii.

**A**D vltimum interrogati fuimus, si iudices deputati, vt de possessione & proprietate cognoscant, grauib; partium sumptibus parcere cupientes, de vtraq; commixtim audiant allegationes, periter & testes admittant: deinde prius audiant adestationes de possessione, & pronunciet secundum tenorem illarum, vtrum licite hoc agatur. Nos autem (cū hoc sit in iure ciuili expressum) q̄ licite possit fieri, respondemus.

Innocentius. iij. archiepiscopo & canonicis Sutrinis.

*Si spoliatus possessorio & petitorio simul agens, possessionem & spoliationem probat, sed non dominium seu proprietatem, obtinet in possessorio: sed succumbet in petitorio.*

Capitulum. iij.

**C**ū ecclesia Sutrina pastore vacaret, vos conuenientes in vnum, & (sicut moris est) spiritus sancti gratia inuocata: pastorem vnanimiter elegistis, petentes ipsius electionem à sede apostolica confirmari. Verūm clerici conuentionalium ecclesiarum ciuitatis eiusdem, consequenter suam deposuere querelam, quod cum in episcoporum electionibus ipsi, ac prædecessores eorum consueuerint interesse, vos eis renitentibus, & exclusis ad electionem procedere præsumpsistis: quā ob hoc non confirmari, sed infirmari potius postulabāt. Partibus ergo apud sed. apost. constitutis, in auditorum præsentia testes vtrinque producti fuerant: & eorum depositionibus publica-

*\* vide. l. 2. de off. i. & per totum. tit. ff. de qui. re. ad eundem iud. caur. de qu. re. de L. fel. 29. in 5. 6.*

\* vide. l. hona fides cū not. ff. de pos.

\* vide. l. i. ff. de eo quod cer. to lo.

publicatis, pars canonicorum per testes à se introductos intentionē suā (quod ad eos tantū spectaret electio) sufficienter dicebant esse probatam. Parte clericorum nihilominus adfuerunt, quod per dicta testimonia, quos produxerant, & ipsi adfessionem suam (quod electioni pontificum interesse deberent) plenius probauissent: per quæ constare dicebant eos electionibus trium episcoporum (qui ecclesiæ Sutrinæ vltimō & immediatē præfuerāt) cum canonicis cathedralis ecclesiæ adfuisse, vocemq; habuisse cum aliis eligēdi. Nos igitur (quoniam deprehendimus testes vestros in perhibēdis testimoniis varios extitisse, atq; aduersus fidem adestationis suæ auditoribus vacillasse, & q̄ negatiuam quodāmodo adstruere satagebant, probare volentes ius electionis ita ad vos spectare, q̄ ad aduersarios minime pertinere: per testes verō aduersæ partis fuit sufficienter ostensum, q̄ in triū episcoporū electionibus, de quibus præmissum est, clerici præsentem adfuerint, & vocem habuerint eligēdi) præmissam electionem factam eis contradicentibus & exclusis decreuimus irritandam, clericos saepe dictos in eam quasi possessioni ē (quam ante controuersiam motam habuerant) reducentes. Verum quoniam in questione prædicta quicquid iuris vtraque pars in electione habebat, deductum in iudicium videbatur, cum iurē ciuili sit cautū, id venire in iudicium, nō solum, de quo actum est vt veniret, sed id non venire, de quo nominatim actum est ne veniret: & secundum statuta canonica electiones episcoporū ad cathedralium ecclesiarum clericos regulariter pertinere noscantur, nisi alibi secus obtineat de consuetudine speciali: nec ex eo, quod clerici antedicti se intē eligentes Sutrinis episcopos probauerunt tertio extitisse, ius eligēdi propter breuitatē temporis vsq; ad præscriptionē legitimam non producti sibi acquirere potuerunt, & actore non probante, qui conuenit & si nihil præstiterit, obtinebit: ab eorum impetitione super electionibus faciendis vos duximus absoluedos, sēpeditis ecclesiarum clericis super hoc perpetuum silentiū imponentes

Idem canonicis de Bethleem.

Idem dicit quo ad intellectum quod decretalis supra proxima.

Capitulum. iiii.

**C**um super electione Bethlemiticē ecclesiæ iter R. subdiaconum nostrum, & P. canonicum sepulchri dominici quæritio verteretur: utroq; se pro electo gerenti cū præfatus subdiaconus à patriarcha Hierosoly. fuerit confirmatus: & infra. Eum, qui se probauerat per secularem potentiam spolia-

tum: restituendum decreuimus, iustitia mediante. Verum quoniam tam possessorium, quam petitorium deductum fuerat in iudicium, & tam restitutionis, quam electionis quæstio plenius agitata, & constitit nobis electionē vtriusq; minus canonicam extitisse (cum iudex, de qua re cognouerit, pronuciare debeat) vtraque duximus sententialiter irritandam.

Idem episcopo Nouiomen.

*Qui agit de proprietate, ante conclusionem causa possessorio adipsam vel recuperanda agere potest: post conclusionē vero, & ante sententiā hoc non potest, nisi iusta causa subsit. Ca. v.*

**P**astoralis officij: & infra. Sane (sicut intimasti) contingit aliquando, vt cum is, qui se adferit spoliatum, suum trahit spoliatorem in causam, inter ipsa iuris auspicia requisitus, quo malit experiri iudicio, litem proprietatis ingreditur, de illata sibi violentia nullā faciens mentionē: cum autem fuerit in causa processum, nouum iudiciū super possessorio nititur inchoare: & infra. Consultationi tuæ taliter respondebimus, quod possessorio quidem iudicio, quod de recuperanda, seu adipsam possessionem proponitur ante q̄ renunciatum sit, aut conclusum in proprietatis iudicio primit⁹ institutum, agi potest ab eo, qui rem cœperit vindicare. Cū legali sit provisione statutū, eum, qui fundū vindicauerit ab eo, cū quo interdico. Vnde v̄i potuit experiri, pendente iudicio interdico posse nihilominus intētare. Aliis possessorij iudiciis in suo robore duraturis, quæ vindicationē domini, sui natura præcedūt.

Si verō renunciatū fuerit vel conclusum, vt iam possit causa proprietatis definitiue sententiæ calculo terminari. (Nō licet licibus inculcētur, & via possit fraudibus aperiri) causa nō decisa, possessorio nō erit vtendum. Nisi iudex, qui de causa cognoscit, hoc ipsum ex iusta causa viderit expedire. \* Puta cum ex perspicuis indicis facile arguitur iniquitas inuasiōis, & spoliato casu seu malicia probandi domini subtraxerit facultatem. His igitur & aliis causis inspectis (quæ continēt equitatem, aut iuste mouerint animum iudicantis) postquam ceterā conclusum fuerit, posse agi possessorio iudicio nō negam⁹.

Idem episcopo & officiali sancti Andree.

*Si petitorio & possessorio simul est actum, vna sententia terminatur: & præmittitur possessorium in terminando, sed in exequendo præualeat petitorium.* Capitulum. vi.

**C**um dilectus: & infra. Ad quartū breuiter respondem⁹, quod cū sup possessorio & petitorio simul est actū: vtrūque vna sententiā debet terminari. \* Sed licet in p̄nunciatiōe sit possessorio

*fractat. l. i. c. 7. l. 1. 38.*

*\* vide. l. doli. c. 1. gloss. i. & not. C. de dona.*

*\* vide. l. etiam. ff. de mino. per Bart.*



## Decretaliū Gregorij Lib.ij. Tit.xij.

possessio præmittenda, in executione tamen debet proprietas præualere.

Idem Veroneſe. episcopo.

*Adiudicatur illi beneficium, qui probauit collatorem suum suiffe in possessione conferendi collationis tempore: per hoc tamen non prohibetur succumbens agere de proprietate iuris conferendi cum ipso collatore. hoc vult tota litera.*

Cap. vii.

**C**um olim quæstio, quæ inter archidiaconum ex vna parte, & archipresbyterum & canonicos Vincentinæ ecclesiæ ex altera: & infra. Quoniam per adtestationes nobis constitit euidenter, quod ab episcopis Vincen. archidiaconatus ipse sine reclamante aliqua canonicorum, duobus archidiaconis (qui ante ipsum existerant) fuerat adsignatus: & quia canonici prædicti, iudices reculare minimè debuerunt, cum causa prædictis iudicibus fuisset delegata, de vtriusque partis procuratorum adfensu, prædictum archidiaconatū eidem per definitiuam sententiam adiudicare curauimus: canonicis Vincen. perpetuum silentium imponentes: Reseruata tamè eis quæstione proprietatis super collatione archidiaconatus ipsius: si forte super hoc contendere voluerint aduersus episcopū Vincen. cui res inter alios acta, nõ debet eis præiudicium generare.

Honorius. iij. abbati sancti Cypriani Torcel. diocæsis, & sanctæ Mariæ nouæ de Venetiis.

*Si petens rem ex vna causa succumbit, ex alia causa petere poterit. hoc dicit, quo ad literam. Vel sic: Petenti rem iure domini, possessionem probare non sufficit. hoc dicit, quod ad titulum.*

Capitulum octauum.

**I**n causa, quæ inter patriarcham Gradenſem. ex vna parte, & abbatem & conuentum monasterij sancti Georgij de Venetiis, super subiectione ipsius monasterij, ex altera vertebatur: inuenimus pro eodem patriarcha probatum, quod inter alia abbas quandoque iuit ad eius synodum. l. so. Venetorum ei per plures annos exoluens: \* & infra. Ad hæc cum de præmissis cum quid. l. so. quos petiit ad subiectionis indicium, à patriarcha sit actum ff. si cer pe per sententiam definitiuam, quam super hoc contrariam reportauit: ei non adimimus (si alio iure de ipsis experiri voluerit) potestatem.

\* vide. l. cum quid. l. so. ff. si cer pe tatur.

## De restitutione spoliatorum. Tit. xij.

Gregorius. ix. episcopo Constantinop.

*Aduersus restitutionem petentem, non est audiendus reus de proprietate opponens, nisi actore consentiente.*

Cap. i.

Licet

## De restitutione spoliatorum.

119



**I**acet multum: & infra. Cõquestus est nobis Phylasius cæcus, eius campum ab ecclesiâ hominibus irrationabiliter occupatū. Quod si ita est, quam ante omnem cõtentionem possessio ei debuerat violenter ablata restitui: tamen quia Eutertus diaconus ipsius ecclesiæ, consentiente illo constituit se legitimè probaturum dictum campum eiusdem ecclesiæ iuris esse, inquire veritatem: & si hoc probatum fuerit, huic dicendum est, vt à sua intentione discedat. Alioquin res ei ablata reddatur.

Alexander. iij. Vigoreſe. episcopo.

*Petenti restitutionem beneficii, non obstat renūciatio facta post spoliationem, quia præsumitur non spontanea. Et seriose addidi, quia præsumitur non spontanea, quoniam si probaretur spontanea deberet ob stare talis exceptio, vel renūciatio in beneficiis.*

Capitulum. iij.

**S**olicite cures perquirere, quo tempore H. renūciavit ecclesiæ: & si tibi constiterit cum spoliatum, cum eidem ecclesiæ renūciavit: contra eum testes alterius partis, de iuramento, & renūciatione sponte facta (antequam restitutus fuerit) nõ admittas: \* quia nõ est verisimile, quod sponte iuri suo renūciauerit, qui renūciat spoliatus. Sed testes eiusdem H. quibus intendit se probare, quod violenter prædicta ecclesiâ fuerit spoliatus (dūmodo idonei sint) recipere non possint.

\* vide ad huc locum Abbate.

Idem.

*Petens restitutionem beneficii non auditur, etiam si spoliationem probat, si probatur eum sponte illud beneficiū prius resignasse.*

Capitulum tertium.

**A**cepta quæstione P. clerici (q̄ violenter fuerat ecclesiâ spoliatus) vobis dedimus in mandatis, vt si hoc cõstaret, eam sibi restitui faceretis. Quo cognito, responsum est ab aduersario, id non debere proficere: eo quod spontanea voluntate coram Eboracæn. archiepiscopo apost. se. leg. præscriptâ ecclesiâ abiurasset: \* & infra. Mandamus, quatenus si vobis cõstiterit, quod præfatus P. nullo metu vel vi coactus, sed spontaneè prælibatam ecclesiâ taliter abiurauerit: ei super hoc perpetuum silentium imponatis.

\* vide. l. si quis vi. §. differētia. ff. de adquiren. possess.

Idem Vigoreſe. episcopo; & Elien. archid.

*In interdito de retinenda succumbit reus ipsius abiuratione probata. h. d. quod ad titulum.*

Capitulum. iiii.

**A**vdita querela T. clerici q̄ H. persona ecclesiâ de Sader, ipsum super ecclesiâ sua de Peleſen. indebitè molestaret: Lbndonē. episcopo, & tibi (fili archid.) dedimus in mandatis, vt a

vt si vobis constaret, q̄ prædictus H. alterius ecclesiæ personatum haberet, vel iuramento spontancè præstito firmaverit, se memorato T. super eadem ecclesia quæstionem deceterò non moturum: ab eius molestia super hoc compesceretis eundem: & infra. Cum verò vobis plenius constitisset dictum H. nõ solũ ecclesiæ alterius personatum habere, sed etiam spontanea voluntate ecclesiã de Pelen. in perpetuum abiurasse: prohibuitis eidem ne dictum T. super hoc deceterò molestaret. Licet autem nuncijs eiusdem H. posteriores literas impetrauerit formam aliam continentes, q̄ non obstantibus literis à parte altera impetratis, reuocari deberet, si quid immutatum esset in causa, postq̄ idem nuncijs iter, ad nos adriperit veniendi. Quia tamen non intelleximus, nec intelligi debuit vt reuocaretur, quod per vos factum esset auctoritate literarum nõ esset: mandamus, quatenus sententiam, quã protulistis ante posteriorum literarũ receptionem, occasione ipsarum nullatenus reuocare tentetis: & si cõtra sententiã ipsam aliquid statuistis, studeatis id iudicium adp. obstaculo reuocare. Si verò post receptionem sequentium literarum sententia lata fuerit: ea nõ obstante iuxta tenorem ipsarum adp. postposita procedatis.

\* Verbi, Reuocatis in irritũ, Abbati nõ intelligitur de legitime actis.

Idem Brixien. episcopo.

*Petenti restitutionem beneficii, quæstio institutionis non canonicæ, referri non potest.*

Capitulum. vii.

**I**n literis tuis: & infra. Super illa quæstione, videlicet cum quis dicit se de possessione violenter eiectum: & aduersarius dicit eum non fuisse canonicè institutum: respondemus prius de violenta eiectione, q̄ de canonica institutione agi debere: quia prædo etiam est secundum rigorem iuris restituendus.

Idem Exoncn. episcopo.

*Non obstat exceptio criminis agenti interdicto unde vi: vel quod vi aut clam.*

Capitulum. vii.

**I**tem cum quis dicit se de possessione violenter eiectum, vel aduersarium clam possessione intrasse, & aduersarius ei crimen obiicit, vt eum à sua intentione repellat: non occurrit nobis, quod illius obiectio admitti debeat, \* vel principalis causa propter hoc executio retardari: quoniam criminaliter aduersus eum ante restitutionem agere non potest, cum præsumatur eius existere inimicus.

Idem Cantua. archiepiscopo.

*Spoliatus etiam à iudice iuris ordine prætermissio, ante omnia restituatur.*

Capitulum. vii.

Conquerentis

**C**onquerente nobis Renaldo clerico accepimus, quod ipsum ecclesia de Vuercfort sine iudicio spoliasti. Quia tẽro iam non decet honestatem tuam clericos tuę iurisdictionis sine manifesta causa & rationabili suis beneficiis spoliare: quibus teneris paterna prouisione consulere: mādamus, quatenus, si est ita, prædicto clerico præfatam ecclesiam cum relictibus inde perceptis restituas: & in pace eam possidere permittas. Restitutione autẽ facta, si quid aduersus eum super præscripta ecclesia proponere volueris: corã Exon. episcopo delegato à nobis per te vel per sufficientem responsalem tuum, cum eodem R. ordine iudiciario poteris experiri.

Idem.

*Restituitur coniunx viro probanti desponsationem & copulam, & de ipsius impunitate cauenti: nisi magna sit viri sauitia.*

Capitulum. viii.

**E**x transmissa nobis, & infra. Mandamus, quatenus si vobis constitit erit, quod præfata mulier prædicto militi legitime desponsata fuisset, & ab eo cognita: ipsam ei restitui faciatis, recepta tamen sufficienti cautione, quod illi nõ debeat aliquod malum inferre. Si autem capitali odio ita mulierem vir persecuitur, quod merito de ipso diffidat: alicui probè & honestè mulieri vsque ad causã decisionem custodiendã studiosius committatur, in loco vbi vir, vel parẽtes eius, mulieri nullam possint violentiam inferre.

Idem.

*Per solutionem pensionis rei donatæ factam donatario cum auctoritate donatoris, adquiretur illi donatario rei donatæ possessio: adeo quod si ab illa expellitur, per interdictum recuperanda agere poterit.*

Capitulum. ix.

**C**um venisset ad nos B. canonicus sanctæ Trinitatis de Haful. à suo priore & capitulo destinatus, in audientia nostra proposuit q̄ cum Eboracæn. archiepiscopus ecclesiam de Neis concessisset, & per scriptum proprium confirmasset, ita q̄ post decessum G. clerici (qui præfatam ecclesiam tunc retinebat) vsibus eorũ omnibus modis proficeret, & interim auctoritate ipsius archiepiscopi idem G. ipsis canonicis annuatim solueret pensionem: & infra. Respondemus q̄ si præfati canonici, de prædicta ecclesia auctoritate eiusdẽ archiepiscopi viuentis clerico perceperunt annuam pensionem: eo mortuo, quãuis auctoritate eiusdem archiepiscopi non quæserunt, viciose tamen nõ sunt possessionem ingressi: \* cum (sicut cautum est) is possideat, cuius nomine possidetur.

\* vide. l. ex stipulã i. ff. de adquiren. poss. & l. 2. C. eo.

Lucius

exceptio criminis si obstat aduocato S. mag. in p. d. c. 1. M. 56. 2. q. 5.

Lucius.iiij.archidiacono,& I.presbytero Turon.

*Si actor agente petitorio, reus super eadem re deducit possessorium: proceditur in solo possessorio, suspensio petitorio. Cap.x.*

**E**X conuestione B. mulieris ad nos noueritis peruenisse, & cum C.miles cam sibi matrimonio copulasset, & maritali adfectione pertractas, ex ipsa filiam suscepisset: sine iudicio ecclesie a se remouit eandem: & de adcusando super consanguinitate matrimonio, remoto adpellationis obstaculo, literas ad iudices impetrauit: cum autem prius quam a iudicibus mulier citaretur, per dioecesanum episcopum virum sibi restitui petiisset, & ob hoc ad nos proprium nuncium destinasset: demum coram prefatis iudicibus constituta, modo per se, modo per procuratorem, ante ipsius causam ingressum, & post, virum libere restitui postulabat. Iudices vero restitutione denegata (quod hec non debuit) in principali procedere voluerunt: vnde ipsa nostram audientiam adpellauit: & infra. Mandamus, quatenus si ita est, mulieri virum restitui faciatis, quæ post adpellationem \* ipsius acta sunt, in irritum reuocantes: postmodum super matrimonio causam audiat, & sine canonico terminetis.

Celestinus.iiij.

*Violentus rem cum fructibus etiam, qui percipi potuissent restituere, damna resarcire, & de iniuriis satisfacere compellitur.*

Capitulum.xi.

**G**rauis ad nos querela: & infra. Mandamus, quatenus si vobis constiterit de præmissis: prædictum archidiaconum ablata prænominati monasterij fratribus cum integritate restituere, damna plenarie resarcire, & de illatis iniuriis competenter satisfacere compellatis, \* prouiduri vt non tantum fructus a nouo & violento possessore perceptos, sed quos (si eis possideret) licitum possessores veteres percepissent, reddi faciatis eidem.

Innocentius.iiij.episcopo & cap. Tridoñ.

*Ingressus possessionem ignorante domino, ad quem pertinet, potest per ipsi dominum statim cum sciuerit repelli etiam violententer, nec ex tali repulsione competit repulso contra dominum interdictionem possessorum, hoc dicit. Cap.xiiij.*

**O**lim causam, quæ inter vos nomine Tridoñ. ecclesie, & magistrū & fratres militiae tēpli in Lombardia, super domo Caluentie vertebatur, de Locedio & de colūba abbatibus meminimus commisisse: & infra. Episcopus Tridoñ. possessiones quasdam Humiliatis sub ea conditione concessit, quod nomine Tridoñ. episcopi oratorium ibidem & hospitale constituerent,

et tres solidos censuales Tridoñ. episcopo o annis singulis exhiberent, a quo etiam persona, quæ loco præferretur eidem, inuestitura perciperet, & pro se, & aliis fratribus, ei & successoribus eius obedientiam faceret manuum: episcopo sibi loci dominium nihilo minus retinente. Dicitur vero magister ad eandem domum adspiras, ipsos ad eum circūuenit, quod præter conscientiam vestram se & sua in eius manibus tradiderunt: ea tamen conditione adposita, si vobis quod faceret complaceret: sine quorum adsensu se nihil posse facere adferebant & infra. Intelligentes autem prædictam domum, eidem magistro traditam sub conditione fuisse: & quod nullum iuri vestro præiudicium fuerat irrogatum, ex eo quod idem magister iustitiam vestram non inscius, vobis ignorantibus possessionem accepit, præsertim cum statim, ex quo id vobis innotuit, vim videritis repellendam: \* & quod idem sua temeritate possessionem præter conscientiam vestram (ad quos ipsam possessionem nouerat pertinere, & quos questionem sibi moturos suspicari debuerat) est ingressus, procuratorem vestrum & vestro nomine ab impetitione ipsius magistrī nomine domus militiae tēpli, quod ad faciendam restitutionem, quam petebat, reddimus absolutum: decernentes vos magistro satisfactionem debitam exhibere, si defendendo ius vestrum, in offensam ipsius vel domus militiae templi modum forsitan excessistis.

Idem Bituricensi archidiacono.

*Si contra petentem restitutionem coniugis, opponitur consanguinitas in gradu prohibito, & offeruntur probationes paratæ: recepto ab opponente iuramento de malicia, negabitur restitutio quod ad torum, & fiet quo ad reliqua, si verò probationes promptæ non sint, fiet plena restitutio, nisi sit magna viri seuitia.*

Capitulum.xiii.

**L**iteras tuas recepimus, quod cum quædam matrimonialis causa (Bituricen. archiepiscopo in remotis agente) in tua presentia tractaretur, N. mulier separari a B. viro suo instantissime postulabat, cui se quarto gradu consanguinitatis, proponebat esse coniunctam: & infra. Vires autem sibi uxorem postulari restitui, quæ ab eo sua temeritate diuertit: & infra. Rescripto petebas apostolico edoceri, vtrum quando aliquis consanguinitatis gradus obicitur, in quo sedes apostolica dispensare non potest, nec etiam consuevit, & probationes promptæ sint & paratæ: indulgenda restitutio sit, an neganda: & infra. Sanè circa solutionem propositæ questionis, diuersæ sunt sententiæ diuersorum: aliis adferentibus restitutionem faciendam:

\* vide. l. 3. §. cum arietes. ff. si quadrum. paupe. se. eis. dica.

\* vide ad hac Abba.

\* vide. l. 1. §. qui ante. cum §. seq. ff. de vi & vi arma.

aliis sententibus in contrarium: nonnullis viam mediam eligē-  
tibus, ac dicentibus eam faciendam interdum: quandoque pe-  
nitus denegandam. Primi per decretalem epistolam Lucij pa-  
pauari videntur, arguentis quosdam iudices delegatos, qui res-  
titutionem viri, qui sine iudicio ecclesiæ vxorem diliserat, &  
ei consanguinitatem postmodum opponebat, spoliata ac re-  
petenti conjugem denegabant: & mandatis sibi prius restitui  
taliter spoliatam, & postea de matrimoniali causa cognosci. Ho-  
rum autem adsercionem incestus videtur periculum oppugna-  
re: sed ipsi timorem incestus inanem esse respondent, cū etiam  
beneficio restitutionis obtento, qui consanguinitatis habet no-  
titiam, nec exigere debuit, contra conscientiam nec solvere  
teneatur: quoniam si secus egerit, edificat ad gehennam: sicut  
hec consanguinitatis conscius, super cuius conjugio quæstio nō  
mouetur. Secunda verò adsercio per oraculum Clementis pa-  
pæ fulcitur: à quo cum fuisset quæsitum, vtrum muliere quadā  
quendam in virum petente, qui vt eam repelleret, exceptionē  
consanguinitatis obiecit, prius esset de impedimento consan-  
guinitatis agendum, quam super matrimonio sententiā profer-  
retur: sic inquisitioni factā respondit, quōd cum exceptione pe-  
bata, principalis quæstio perimatur, prius est cognoscendum de  
ipsa, quam ad definitionis articulum procedatur: cū etiam in  
multis casibus restitutio differatur, secundum canonicas san-  
ctiones. Opinioni autem vltimæ videtur non incongruē ad-  
aptari, vt in gradibus consanguinitatis diuina \* lege prohibitis  
restitutioni aditus præcludatur: sed constitutione interdicitis  
humana, restitutio locum habeat cum effectu: cū in illis dispen-  
sari non possit, & in istis valeat dispensari: sicut beatus Greg. &  
multi alij dispensarunt. Vnde nō peccat, qui in hoc articulo ad  
mandatum ecclesiæ reddit debitum conjugale. Nos autem  
ad præsens nullā de prædictis sententiis reprobamus: nec cuiq;  
earum aliquod præiudicium ex nostra responsione volumus  
generari: quāuis præscriptum Lucij papæ mādaturum ad posses-  
sorium, responsum verò Clementis ad petitorium referatur.  
Porro cū mulier, quæ consanguinitatis habet nōtitiam, præ-  
ferim in gradibus, quos lex diuina prohibuit, non possit hu-  
iusmodi viro sine mortali peccato carnaliter commiseri: quo-  
niam omne quod non est ex fide, peccatum est: & quicquid sit  
contra conscientiam, edificat ad gehennam: frustra in tali casu  
adiudicaretur restitutio spoliato, cū illa contra deum nō de-  
beat in hoc iudicio obedire, sed potius excommunicationem hu-  
militer sustinere: sicq; difficultas occurreret quasi perplexa:  
quia propter sententiam oporteret eam reddere debitum, &  
propter

\* Olim,  
ob hoim  
variatē,  
tātū inter  
filium &  
matrē, pa-  
trē et filiā  
vetit erat  
cōiugalis  
nex⁹ lege  
diuina.  
Vide Le-  
uis. 18.  
8. q. 1.

propter conscientiam reddere non deberet: vnde continge-  
t et eos grauius impediri: & verique laqueus pararetur: cū in-  
ter se carnaliter coniungi non possent: nec alter alteri mati-  
monialiter copulari. Propterea melius videtur, quōd cū op-  
ponitur cōsanguinitas (præsertim in gradibus diuina lege pro-  
hibitis) & probationes offeruntur incontinenti paratæ, in ca-  
teris adiudicanda sit restitutio: sed ad maiorem cautelam iura-  
mento recepto, quōd talis obiectio malitiosè non fiat sola, quo  
ad commixtionem carnalem (maximè si fama consentit) est re-  
stitutio differenda, donec auditis probationibus & discussis,  
causa sine diffugio terminetur, cum vtrique sit melius taliter  
expediri, quā manere taliter impeditis. Quōd si non habeat  
probationes incontinenti paratas, sed dilationes expetat lon-  
giores (quia præsumitur contra eam, quæ sine iudicio ecclesiæ  
sua tantum temeritate recessit à viro) ad restitutionem plena-  
ri ecclesiastica debet censura compelli, quam tamen ipsa totū  
negando cōfortium debet humiliter tolerare, donec proba-  
tiones offerat præparatas: & tunc abfoluione petita, secundum  
formam ecclesiæ abfoluetur: sed eam, quam fiat ei mandatum  
sub debito iuramento, receptis probationibus procedatur quæ-  
admodum est præmissum. Si verò tanta sit viri seuitia, vt mu-  
lieri trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri, non so-  
lum non debet ei restitui, sed ab eo potius amoueri. \* Alioquin  
sufficiens (si fieri potest) securitate prouisa, profectò videtur  
coniunx ante causæ cognitionem restituenda marito.

\* In hūc  
locū vide  
abbatē.

Idem Vulteranē. episcopo.

Per solam traductionem mulieris ad domum viri factam non  
precedentibus sponsalibus, vel inualidis, non acquiritur possessio:  
vnde ea recedente propria auctoritate non competit restitutio.

Capitulum. xiiiij.

EX parte M. mulieris fuit propositum, quōd cū eam intra  
pubertatis tempora constitutam patrus suus filio H. Sen-  
nē. cuius nōdum. vij. annorum, matrimonio voluerit copula-  
re, ac eadem traducta fuerit in domum eiusdem, \* ipsa ex quo  
ad nobiles annos peruenit, ratum nolens habere, quod à pa-  
truo suo circa hoc procuratum fuerat, à Senen. episcopo nubem  
di alij licentiam postulauit: & infra. Quia igitur non credi-  
mus ambigendum, quin ipsa mulier (quamuis minor) causam  
possit matrimonij per procuratorem tractare, ac pars alia (quæ  
mulieris restitutionem sibi fieri prius postulabat) restitui ne-  
quaquam debeat, vt pote nullo iuris seu possessionis commodo  
destituta, cū per solam traductionem (quam non præcesserūt  
sponsalia,

\* vide. l.  
qui vni-  
uersas. ff.  
de adqui-  
sione.

Vlt. casus. 6. obi. cap. 16. et 11. obi. cap.



per ipsius occupationem non potest possessor sua iura liberè possidere sicut prius, conueniri potest possessor pro libertate possidendi: & restitutio fieri non potest, nisi dimittat locum in pristina libertate. h. d. valde singulariter.

Capitulum. xix.

**P**isanis ac Lucanis ciuibus per grauem discordiam (quã dum inter se habuerant) afflictis grauitè & attritis: &.j. P. subdiacono nostro dedimus in mandatis, vt possessione, quam in quibusdam castris constat Lucanam ecclesiam habuisse, sibi prius plenè ac liberè (sicut tempore motæ discordiæ habuerat) restituta, & super ea, de qua dubietas oriretur, sufficienti cautione recepta (quòd iuri coram nobis prædicti Pisani parent) prolatas pro occupatione castrorum ipsorum in eos sententias relaxaret: & infra. Pisani igitur adserentibus quòd per te stabat, quò minus tibi iuxta mandatum nostrum fieret restitutio, & instanter petentibus, vt dictas sententias præfatus subdiaconus relaxaret, ipse receptis cautionibus de parendo iusticiæ coram nobis, sententias relaxauit eisdem: propter quod tu reputans te grauatam, ad nostram præsentiam accessisti, impugnaturus processum subdiaconi sæpèdicti: & infra. Porro duo in nostro continebantur mādato: vt videlicet possessio, quam constabat Lucan. ecclesiam habuisse tempore motæ discordiæ, prius restitueretur eidem: & vt eiusdem possessionis restitutio fieret plenè ac liberè, sicut eam habuerat tempore supradictò. quorum primum ad factum, alterum verò referrebat ad modum. vnde licet (prout pars Pisanorum dicebat) in factò mandati formam subdiaconus ipse adimplere nequiebat, quia nõ poterat facere tibi restitui possessionem castrorum, de qua non constabat eidem: nec etiam (secundũ quod tu ipse dicebas) afflictuum & pensionum possessio poterat tibi restitui, quia ea non fueras spoliatus: fuit tamè in modo peccatum: quia debuit facere, vt Pisanis possessionem pensionum & afflictuum (quam per eorum confessionem constabat te in castris prædictis habere) tibi dimitterent plenè ac liberè, sicut ecclesia tua illam habuerat tẽpore motæ discordiæ: quod quidem esse non poterat, nisi Pisani castra ipsa omnino dimitterent: quia illis detinentibus castra, & munitiones castrorum, in quibus dictas pensiones recipis & affictus, ea plenè ac liberè habere non posses, sicut habebas quando ipsi castra eadem minime detinebant, eo quod quamdiu ea detinent, in eorum potestate relinquitur te non admittere vel repellere quãdo velint. \* His ergo diligenter auditis, processum huiusmodi de fratrum nostrorum consilio irritum iudicamus.

\* vide. l. diligenter. ff. mada.

\* vide Abba. & Felin. in hunc locum.

De dolo & contumacia. Tit. xiiij.

Alexander. iij. Herforden. episcopo.

Reus, qui mittendum in possessionem ad mādatum iudicis non admisit, non mulcabitur de canonica aequitate, si intra annum caueat stare iuri.

Capitulum primum.



**A**d hęc cum contingat actorem multoties mittendum esse in possessionem causa rei seruande, propter absentiam partis aduersæ, & per eius dolum siue potentiam nõ possit rem custodiendam nancisci, ac imminente fine anni, reus (ne possessione amittat) debitam offerat cautionem, cuiusmodi sit pena multandus (quia iustioni non paruit iudicis) à nobis tua fraternitas requisit. Ad quod dicimus, quod in ecclesiasticis personis & negociis rigor & districtio iuris non requiritur: sed (cum iusticia propter hoc non periclitetur) patenter admitti debet, cum reus per cautionem standi iudicio se adstringit.

\* vide. l. unica. ff. si quis ius dice. non obtem.

Idem abbati de Ramese, & archidiacono Heliën.

Propter contumaciam rei potest iudex rem petitam sequestrare, & ipsam contumacem in expensis condemnare, quas propter ipsius contumaciam vel dolosam exceptionem actor fecit. hoc dicit. Panor.

Capitulum. ii.

**E**x literis vestris accepimus, quòd cum vobis causam, qua inter monachos de Etollen. & canonicos Linconen. super ecclesiis de V. & M. vertitur, duxerimus committendã, & canonici citati legitime, se contumaciter absentauerint, vos, licet monachi essent ob contumaciam aduersæ partis in possessionem rerum petitarum mittendi, inuitu tamen religionis mitius age re cum eis volentes, possessionem sequestrari fecistis: vt sic saltem canonici affecti rædio, stare iudicio cogrentur. tandem monachis ecclesiis sibi postulanti bus restitui, canonici responderunt authoritatẽ vestram penitus expirasse, eo quod ad alios iudices literas impetrarunt, que præiudicare prioribus videbantur. Verum quoniam in posterioribus literis non fuit mentio facta priorum, nec in eis nomina continebantur ecclesiarũ, que in prioribus posita fuerant, sed indefinite dicebatur, super quibusdam ecclesiis: nos attendentes malitiam & dolum nulli patrocinari debere, mandamus, quatenus prædictam causam secundum formam priorum literarum (non obstantibus posterioribus) terminetis: expensas, quas propter hoc monachi fecerunt noscuntur, eis à canonicis restitui facientes.

q. iij

Idem Exo-

Idem Exoneñ. & Vintonieñ. episcopis, & ab-  
bati Herforden.

*Actore cōsumace testes recipi, & sententia ferri debent, etiam  
lite non contestata, seo instante. hoc dicit. secundum communem  
intellectum.*

*Capitulum. iij.*

**C**Ausam, quæ inter F. & R. filium Agathæ de natiuitate ip-  
sius A. vertitur, vobis fratres episcopi, & Londonen. epi-  
scopo commissimus terminadã: & infra. Cæterum, si aduer-  
sarius suus legitime citatus, ad præsentiam vestram accedere,  
vel iudicio ecclesiæ parere contempserit, aut etiam se absten-  
tauerit (cũ de Anglia recessisse dicatur) procuratorem eius,  
si quem reliquerit, conuocetis: qui siue venerit, siue non, aut si  
procuratorem non dimisit, denuntiationibus ad domum eius  
missis, receptis testibus alterius partis, iuxta dictam formam ad

*\*vide. l.* proferendam sententiam procedatis. \*

*consenta-  
neum. C.  
quomodo  
& quãdo  
iudi. per  
Bart.*

Urbanus. iij. de nouo loco, & de Viger. prioribus.  
*Si reus post litem contestatam est contumax, si aliãs liquet de  
causa, fertur definitiua sententia. si non liquet, actor in veram  
possessionem inducitur.*

*Capitulum. iiii.*

**P**rouit nobis: & infra. Reum, quia contumaciter à presen-  
tia vestra recesserat, iuratoriã coegistis exponere cautio-  
nem, quod coram vobis iuri pareret. Cum quæ die præfixa ves-  
tro se conspectui præsentasset, prætextu aduocati, quem non  
habebat, respondere solita malicia recusauit. Tandem actore  
instante respondit quod quadraginta annis decimas, de quibus  
erat contentio, percepisset: variisque postmodum excusatio-  
nibus vtens, in vocem ap. prorupit, & contumaciter iuramen-  
to contempso recessit. Ideoque mandamus, quatenus ad  
conuincendam eius malitiam, semel eum ad præsentiam ves-  
tram conuocetis: et si venerit, finem imponatis negotio com-  
petentem: quod si venire contempserit, causam (vt pote lite,  
quæ ingeritur contestata) definitiua sententia terminetis, vel  
præsentem saltem adiudicetis possessionem, seruata dumtaxat  
quæstione proprietatis absentis.

Innocentius tertius.

*Qui fundata intentione actoris exceptionem peremptoriam  
obiicit, quam non probat incontinenti, sed accipit inducias: si de-  
fecerit in probando, condemnatur incontinenti, definitiua non ex-  
pectata, in expensis, ac soluere cogitur: quod si non potest, punietur  
in corpus secundum arbitrium iudicis. hoc dicit nota. iste tex. se-  
cundum lecturam quæ placet Panor.*

*Capitulum. v.*

*Finem*

**F**inem licibus cupientes imponi, ne partes ultra modum, gra-  
uentur laboribus & expensis \*, præsertim cum de beneficiis  
ecclesiasticis litigatur, quæ sine dispendio diu vacare non pos-  
sunt. Præsentem decreto statuimus, vt postquam intentionem  
suam altera pars fundauerit, si reliqua forte voluerit legitimam  
exceptionem opponere, quam nolit \*, aut nequeat incontinen-  
ti probare. Quia frequenter ad impediendum vel differen-  
dum processum, exceptiones huiusmodi per excogitatam ma-  
litiã opponuntur, ad soluendas alteri parti moderatas expen-  
sas ex tunc in iudicio faciẽdas: cum acceptis induciis, si forsitan  
in probatione defecerit, condemnatur. Et si soluendo non fue-  
rit, aliãs, secundum arbitrium discreti iudicis puniatur: vt hoc  
saltem timore perterritus, non facile quis in grauamen alter-  
ius falsas exceptiones opponat.

Idem Prænesteñ. episcopo apo. se. Je. & decano Brineñ.

*Citatus ad totam causam certo termino ad comparandum assi-  
gnato, tenetur comparere in termino: & dato impedimento in ter-  
mino, debet comparere quã citius potest post terminum: alias con-  
demnabitur in expensis à tempore citationis emisse.*

*Cap. vi.*

**C**um dilecti filij nuncij Leodiceñ. electi pro eo ad se. apo.  
accessissent archidiacon. & H. canonicus Leodiceñ. eccle-  
siæ, nomine suo & quorundam concanonicorum suorum (quor-  
um literas exhibere de rato) contra eundem electum quẽdã  
crimina proponebant, per quæ nitebatur eum ab electione re-  
pellere vt indignum: & infra. Quauis autem ex eo quod idem  
electus à grauamine aduersæ partis appellauerit, & appellatio-  
nem non fuerit per sufficientes procuratores \*, cum possit (il-  
lis prosequentibus) prosecutus, non leuis exorta esset suspicio  
contra eum. Volentes tamen iuris ordinem obseruare, ipsi  
mandamus, quatenus vsque ad dominicam, qua cantatur (Ego  
sum pastor bonus) per se vel per procuratorem sufficientem, ad  
præsentiam nostrã accederet, super prædictis omnibus respon-  
surus, alioquin cum assignarimus ei pro peremptorio terminũ  
supradictum, sciret quod (quantum de iure possemus) proce-  
deremus ex tunc in negotio memorato \*. Expectantibus igitur  
aduersariis, ipsum diu ultra terminum duximus expectan-  
dum: sed ipse direxit simplicem solummodo nuncium excusa-  
tionis literas adferentem. scribebat enim quod nuncium (cui cum  
à nobis recederet, iniunximus viua voce, vt citaret eundem)  
sero receperat, vnde non poterat, tum propter termini breui-  
tatem, tum propter viarum discrimina, nostro se conspectui præ-  
sentare. Sed contra hoc faciebat, quod sicut excusatorẽ dire-

*\* vide. l.  
iii. §. hoc  
autẽ iudi-  
cium. ff. de  
dã. infec.  
& l. ad  
perempto-  
rium. ff. de  
iudi.*

*\* vide. l.  
qui se pa-  
tris. C. vn  
de lib. &*

*l. filii. ma-  
g. §. i. ff.  
ad Tertu.*

*\* vide. l.  
si quis su-  
pulator.  
in si cum  
no. ff. de  
verb. sig.*

*\* vide. l.  
si finita.  
§. Iulia-  
nus. ff. de  
dã. infec.  
per Bart.*

xerat,

xerat, sic dirigere poterat responſalem: cum ei non fuiſſet in-  
iunctum, vt ad cauſam in propria perſona duntaxat veniret, ſed  
vel ipſe accederet, vel procuratorē idoneum deſtinarēt. Præ-  
terea cum mādatu alicui, vt ad certum terminum ſe iudici re-  
preſentet, duo ſub hac forma mādatū, vt ad iudicē veniat, &  
ad diem ſibi præfixū accedat. vnde ſi venire nō poſſit ad diem  
adſignatum, tenetur nihilo minus ſe iudici præſentare. Si enim  
mandatur alicui, vt alij ad certū diem, certam rem exſoluat: nō  
ideo erit à mandato ſolutus, ſi ſoluere nequiverit die data: imò  
ad ſolutionem (elapſo etiam die ſolutioni præfixo) tenetur.

Quapropter quia dictus electus nec venerat, nec ſufficien-  
tem miſerat responſalem, ad diem ſibi ſtatutum, vel poſt, etiam  
diutius expectatus, nec de vicino eius aduentu ſpes erat, vipo-  
te, qui per literas vtcunq; excuſauerit moram ſuam, & calores  
æſtios, & inſidias ſibi poſitas formidabat, eum reputauimus cō-  
tumacem \*, & ad legitimas & moderatas expenſas, quas aduer-  
ſarij eius fecerāt à tempore citationis emiſſas, quem ex tunc ex-  
pectare inceperant, ipſum curauimus condemnare.

Idem Armachano & Caſelenſi archiepiſcopo.

*Sententia in cauſa beneficiali, non tranſit in rem iudicatam,  
reſpectu ſuperioris, quod minus poſſit de iuribus partium inquire-  
re, maxime quando ſententia fuit lata contra abſentem, licet con-  
tumaciter & indefenſum.*

Capitulum. vii.

**C**Um olim D. clericus (Celſtino Papæ prædeceſſori no-  
ſtro, diuerſis prælatorum Hyberniæ literis præſentatis) ſe  
adleret in epifcopum fuiſſe Roſcēſem electum, nullūq; ad-  
pareret, qui aliquid contra eum proponeret: dictus præ. n. ei mu-  
nus fecit conſecrationis impendi. Poſtmodum F. & G. mona-  
chi ad eiusdem præ. n. præſentiam accedentes, vterque ſe adſe-  
ruit à canonicis Roſcē. eccleſie fuiſſe electum, & quod prædi-  
ctus D. per falſas literas fuerat conſecratus, propter quod idem  
præ. n. cauſam vobis ſub ea forma cōmiſit, vt de forma & pro-  
ceſſu electionis memorati D. ſolicite quæreretis: & ſi eum elec-  
tum canonicè fuiſſe conſtaret, ipſum faceretis pacificè poſſeſ-  
ſione gaudere. alioquin inter prædictos F. & G. audiretis cau-  
ſam: & cuius electionem canonicam, & magis rationabiliter ſa-  
ctam inueniretis, alterius curaretis electioni præferre: & infra.

Cumque à vobis dictus D. tertio citatus, veſtro ſe nollet cō-  
ſpectui præſentare: procedētes in cauſa, ram ex teſtimonio cle-  
ri & populi Roſcēſis eccleſiæ, quam adſerſione regis Coarcayæ,  
& prælatorum prouinciæ, de prædicto F. electionem fuiſſe ce-  
lebratā canonicè didicistiſ, & eam curatiſ authoritate Apoſt.  
confirmare;

confirmare, præſertim cum capitulum Roſcēſis eccleſiæ dictū  
D. ſe non elegiſſe conſtanter adſereret, nec de prædicti G. mo-  
nachi electione aliquatenus cogitaſſe. Interim memoratus D.  
ad Apoſtolicam ſedem accedens, ſuper quibuſdam aliis grau-  
minibus & iniuriis contra dictum F. & quofdam alios literas im-  
petrauit: dictus F. poſtmodū ex parte veſtra nobis literas im-  
petrauit, quæ qualiter à vobis in commiſſione prædicta proceſ-  
ſum fuerat, continebant: & infra. Volentes igitur adhuc mi-  
ſericorditer agere cum abſente, vt eius malitia conuincatur, di-  
ctum F. ad vos duximus remittendum, mandantes, quatenus nō  
obſtante, quod eiusdem F. fuit electio confirmata, ſepedi-  
ctum D. ſi in Hybernia poterit inueniri, legitime citetis ad cauſam,  
& (facultate ſibi deſenſionis indulta) in cauſa ipſa canonicè p-  
cedatis. Qui ſi inuentus, intra tres menſes veſtro ſe conſpectui  
contempſerit præſentare, ad conſecrationem dicti F. (omni oc-  
caſione poſtpoſita) procedatis. Si autem in Hybernia inuentus  
non fuerit, indulto ſibi vnus anni ſpacio, ex quo ad nos, eſſi nō  
verbo, factō tamen intelligitur prouocaſſe, (arrepoſt itinere ad  
ſedem Apoſt. veniendi) dicto F. adminiſtrationem Roſcēſis  
eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus committatis: quo cla-  
pſo, eum non differatis in epifcopum conſecrare.

Idem.

*Si proceditur per viam inquisitionis contra abſentem contuma-  
citer, etiam lite non conteſtata teſtes recipi poſſunt, & ſententia de-  
ſinitiva ferri, etiam per viam de poſitionis, ſi hoc meretur delictum.*

Capitulum. viii.

**V**eritatis eſt verbum organo dominicæ vocis emiſſum: &  
infra. Sicut canonici Curien. in noſtro auditorio reſule-  
runt, H. Curien. epifcopus eccleſiam ſuam non ſolum dilapidan-  
do depreſſit, ſicut publica prædicabat infamia, ſed etiam homi-  
cidio, inceſtu, aliſq; criminibus polluit: & infra. Super his com-  
miſimus primò cauſam Tridoñ. epifcopo, & abbati montis ſan-  
ctæ Mariæ, & præpoſito. de Inſula: ſecundò quoque Brixiēſi  
epifcopo, & ipſiſ abbati & præpoſito: & infra. Verum cum  
epifcopus ipſe priorum iudicum præſentiam adire per contu-  
maciam contempſiſſet, authoritate noſtra fuit per ipſos iudi-  
ces ab officio beneficioque ſuſpenſus: & infra. Tandem vero  
coram iudicibus canonica citatione vocatus, præſentiam ſuam  
difficiliter exhibuit: ſed friuolā tunc excuſationem malicia con-  
cepta prætendens, experiri cum canonicis in iure neglectū,  
qua de cauſa nos de conſilio fratrum noſtrorum ſuſpendentes  
epifcopum ipſum, vel potius ſuſpenſionem à iudicibus factam  
authoritate

\* vide. l.  
ii. C. de iu-  
ra. calū. et  
leius qui.  
ff. de iur.  
ſſ. p. Bar.



authoritate Apost. confirmantes, tertio super his Cumano episcopo & abbati sancti A. causam ad superandam maliciā ipsius episcopi, commisimus audiendam: qui partibus citatis, cū nec per se, nec per respōsalem idoneum comparuerit, in eundem propter inobedientiam, excommunicationis sententiā protulerunt, testes ex parte vestra (quemadmodum in mandatis a nobis acceperant) admittentes, scilicet abbates, priores, prepositos, & alios religiosos viros: per quos quemlibet articulū criminum prædictorum, constat fuisse probatum: & infra.

Nos igitur videntes ordinem iudiciariū in hoc facto fuisse seruatum, considerato præterea, quod post sententias in se datas celebrare præsumperit: cum multi prælati ecclesiarum contra eundem episcopum scripserint, nec vnus pro eo defendendo vel aliquatenus excusando: in nomine domini cum Apostolo omnem inobedientiam vlcisci volentes, licet absentes corpore, præsentem tamen spiritu, iuxta verbum eiusdē Apostoli, tulimus sententiam perpetuæ depositionis in ipsum: & eum tam à pontificali, quam ab omni officio sacerdotali priuantes, sine spe restitutionis aliqua, duximus condemnandum: ea nihilominus in irritum reuocantes, quæcunque post inhibitionem Aposto. sedis, seu factam suspensionem \* & excommunicationem, de rebus ecclesiæ alienare præsumpsit.

\* Vide. l. Fulcinius S. quid sit

autē ff. ex qui. cau. i. causa rei seruanda, vel ab ea expulsus, per lapsum anni versus est pos. ea per fitur possessor. Barto.

Idem in concilio generali. *Capitulum. ix.*

Contingit interdum, quod cum actori ob contumaciam Cadueriæ partis adiudicatur (causa rei seruandæ) possessio: propter rei potentiam sine dolum, actor intra annum rem custodiendam nancisci non potest, vel adquisitionem amittit: & sic (cum secundum multorum adferriōnem verus nō efficeretur post lapsum anni possessor) reportet commodum de malicia, sua reus. Ne igitur contumax melioris, quam obediens, conditionis existat: de canonica æquitate sancimus, vt in casu præmisso, actor verus constitutatur (elapso anno) possessor.

Gregorius nonus archiepiscopo Burdega.

Si reus non inuenitur, sufficit publicè citationem ad ecclesiā suam proponi. *Capitulum. x.*

\* Vide. l. Quadraginta. C. de ser.

Venerabilis frater noster: & infra. Volentes finem imponitribus, ne immortales existant: mandamus, quatenus ad initium proximè venturæ quadragesimæ \* (quod tibi peremptorium terminum duximus assignandum) super iure pri-

re primatiæ, quod Bituricē. archiepiscop⁹ in te ac in prouincia tua se habere proponit, per te, vel per procuratorem idoneum sufficienter instructum ad licem contestandum, & ad alia omnia negocia peragenda, quæ necessaria decisioni negocij videbuntur, nostro te conspectui repræsentes. Nos verò nihilominus archidiacono Transuigen. & magistro M. canonico Turonē. dedimus in mandatis, vt & ipsi ad eundem terminum authoritate nostra iuxta præmissam formam te peremptoriè citare procurent: & si non poteris inueniri, faciant, vt citationis edictum per ipsos vel alios, apud ecclesiā tuam publicè proponatur.

De eo, qui mittitur in possessionē causa rei seruandæ. Tit. xv.

Alexander. iij. priori & fratribus de Guiseburch:

Missus in possessionem ex primo decreto in reali, per lapsum anni veram & incommutabilem illius rei possessionem adquisit licet passus missionem, habuerit intra annum voluntatem cautionem præstandi, quā tamen non deduxit ad effectum, suo defectu. h. d. secundum verum intellectum. *Capitulum. i.*



Constitutis in presentia nostra R. canonico vestro, & responsalibus præpositi de Beril. super possessione ecclesiæ de Lamento (in quam causa rei seruandæ fueratis inducti) hincinde fuit coram nobis aliquandiu disputatum: tandem ex vtriusque partis adferriōne tenuimus, quod licet causa rei seruandæ tanti, in eiusdem ecclesiæ possessionem inducti fueritis, intra annum tamen altera pars standi iuri non præstitit cautionem, licet voluntatem \* præstandi habuerit, & vos eam parati recipere vultis. Ideoque decernimus, vt ammodo possessionem præscriptæ ecclesiæ (saluo iure, quod idem præpositus in petendā ecclesiā habere dignoscitur) absque contradictione qualibet habeatis. Vt autem nostræ definitionis sententia inuiolabiliter obseruetur, eam Apostolico duximus patrocinio roboradā. Clemens. iij. episcopo & archi. Eboracē. nī.

Tempus annale non currit missionem passo, si intra illud cautionem iudicibus, vel alteri eorum aliis absentibus, obtulit: licet per eos seu per eum recepta non fuerit. Et est casus notabilis secundum hunc intellectum. *Capitulum. ii.*

Cum sicut accepimus inter P. subdecanum, & abbatissam & conuentum sanctæ trinitatis super ecclesiā de Capit. quæstio verteretur: de Thaurino & de Corinth. abbates, ac archid:

\* Vide. l. si repetidi. C. de condic. inde. C. l. prætor. ff. de no. ope. nū. ci. per. B.

chid. Chima. à Sede Apostolica delegati, moniales ipsas rei seruanda causa, in possessionem rei petite miserunt. unde cum hoc ad subdecani notitiam peruenisset: ad archidia. predictum accessit, & offerens ei sistendi iudicio cautionem (quoniam abbas de Corinth. profectus erat in Angliam, & abbas Thaurinè. viam fuerat vniuersæ carnis ingressus) possessione intra annu sibi resignari cum instantia postulauit, sed nò potuit obtinere: & infra. Discretioni vestræ mandamus, quatenus si est ita, sistendi iudicio ab eo cautione recepta, ei possessionem restitui faciatis: nec obistere volumus, quòd annus elapsus esse proponitur, si per eum non steterit, quò minus intra annu & possessionem receperit, & dederit cautionem.

Innocentius. iij. Vr. & Senagol. episcopis.

*Si passus nissionem, repetens possessionem, allegat se contumacem non fuisse, restituitur in pristinum statum, præstita cautione, & dilata condemnatione expensarum, quam curat, si postea confiterit eum non fuisse contumacem.*

Capitulum. iij.

**C**um venissent ad Apo. sedem abbas sancti Angeli, & P. Galidem P. proposuit, quòd predictus abbas eum super quadam possessione coram Io. Apost. sedis legato traxit in causam: & infra. Verum legatus ipse causam commisit iudicibus, secundum ius & bonam terræ consuetudinem \* terminandam: qui cum secundum ius tantu vellent procedere, prefatus P. nostram audientiam appellauit: sed iudices nihilominus partem aduersam in possessionem rerum petitarum inducendâ causa custodia decreuerunt, ita qd si usque ad annum & diem præstaret sistendi iudicio cautionem, & parti alteri triginta libras restitueret pro expensis, reciperet possessione eadem. Cùmq; G. sedis Apost. legatus intra annu fuisset terram illam ingressus, ipse cautionem itandi iuri obtulit coram eo, & possessione sibi restitui postulauit, paratus expensas restituere factas in litem, quæ sex librarum summam (sicut adserit) non excedunt; sed abbas triginta librarum sibi restitui petiit quæritate: & infra. Nos igitur ipsum P. cautione præstita in possessionem credimus reducendum: hoc etiam decernentes, vt si consuetudinem, quam allegat, laudabilem esse cõstiterit (quia ex hoc sequitur eum rationabiliter appellasse) ad restituendas expensas nullatenus compellatur: alioquin (cum ex hoc appareat eum frustratorie prouocasse) ad restitutionem cogatur expensarum illarum, quas abbatem cõstiterit propter hoc necessarias in lite fecisse.

Gregorius. ix.

*Contra absentem, qui nò dimisit procuratorem, factâ citatione domi,*

*domi, nullo defendente, sit missio. h. d. supplendo ad literam, maxime, vt dicitur in gloss. Et est verus & notabilis intellectus.*

Capitulum. iij.

**S**i aduersarius tuus post citationis edictum, ad remota loca se transferens, procuratorem legitimum nò dimisit, & denunciatione publicè facta domi, nò adparet, qui defendat eundem. Iure petere potes, vt in possessionem earum terrarum, de quibus questio vertitur, cauta custodia inducaris. \*

\* Vide. l. ii. ff. si quis in iure vo. non ierit. per B.

Vt lite pendente nihil innouetur. Tit. xvj.

Alexander. iij. Eboracensi archiepiscopo.

*Præuilegium etiam a principe impetratum, per quod priuatur quis sine causa cognitione lite pendente vsu possessionis, tanquam surreptitium non valet, seu tanquam rationi obuium est reuocandum.*

Capitulum. i.

**M**emoria nostra non excidit: & infra. Statuimus, vt litera prohibitionis, quas ad petitionem archiepiscopi Cantuariensis tuæ fraternitati direximus, nullum præiudicium faciant, quo minus tibi, & successoribus tuis, liberum sit (quemadmodum vobis est beneficio priuilegiorum Apost. sedis indultum, & tu, & prædecessores tui, consueuisti facere) ante vos per totam Angliam deferre cruce, quousque definitiua sententia decernatur an ecclesia tua de iure hoc debeat habere.

Clemens. iij.

*Adulteratus de adulterio ad separationem tori, non debet lite pendente priuari, possessione coniugali.*

Capitulum. iij.

**L**audabilem: & infra. Quæris quando matrimonium adcurare contingit, an statim sit carnale commercium suspendendum, & infra. Ad quod breuiter respondemus, quòd coniugum alteruter adulteratus, ante probatam adulatione, iure, quod habet in altero, priuari non possit.

Innocentius. iij. abbati & conuentui sancti Syluestri.

*Qui rem litigiosam alienauit, ita quod reuocari non potest, debet æquiualem substituere in locum illius: quam alienare nò poterit, hoc dicit, cum se.*

Capitulum. iij.

**E**cclia sanctæ Mariæ in via lata contra Ioannè de Ateia (qui qualdam possessiones ipsius dicebatur cõtra iustitiâ detinere) mouit sub L. iudice quæstionè: & infra. Prohibemus ne possessiones, quæ successerunt in locum & ius illarum, & quas ab Io. de Ateia ecclesia sanctæ Mariæ petierat, in monasteriu vestru ab eodè Io. lite pedente trãstas; alienare inpermissum prælu-

\* Cõsuetudo terræ liget clericos. vide. l. i. C. de sum. tri.

\* *vide. l. præsumatīs: \* vt si ecclesia sanctæ Mariæ de vicio litigiosi cōtractus, vel de proprietate voluerit experiri (ne si obtinuerit in iudicio, in vanum laboret monasterio vestro minimē possidente) sit, quod euincere valeat & habere.*

*aut. ff. qui cau. i. pos. ea per B. \* vide. l. iuste possidet. ff. de re iudic. p. Barto.*

*Idem dicit, quod in precedenti.*

*Capitulum. iiii.*

**E**cclēsia sanctæ Mariæ: & infra. Possessionem, quæ fuerat prætēmissio iuris ordine, prædicta ecclesia spoliata, sibi restitui postulabat: \* & infra. Nos quicquid ab aliis factum fuit (postquam prædecessor noster ad curiam suam idem negocium reuocauit) irritum decernimus & inane: & infra. Verum quoniam præfatam possessionem post restitutionem vobis factam ab Ioan. de Ateia, alij locationis titulo adsignasti, neque restituere poteratis ecclesiæ spoliatæ: loco ipsius tantundem possessionum æquivalentium, ad arbitrium bonorum virorū, ipsi ecclesiæ fecimus adsignari: quas, cum alij fuerant pignori obligatæ, per vos liberari fecimus a creditoribus, qui nobis instrumentum pignoris resignarunt.

Honorius. iij. cancellario, cantori, & A. canonico Parisiē.

*Lis decidenda est secundum iura existentia tempore controvērsiæ, non autem secundum priuilegium impetratum lite pendente, nisi de litis pendenti mentionem faciat.*

*Capitulum. v.*

**D**ilectus filius, magister A. persona ecclesiæ de Basseuilla, exposuit coram nobis, quod cum inter prædecessorem suum ex parte vna, & priorem ac monachos de Basseuilla ex altera, super decimis noualium intra fines parochiæ suæ consistētium, quæstio emerisset, ea pendente coram iudicibus delegatis, abbas & conuētus maioris monasterij Turoñ. quibus sub sunt, prior & monachi supradicti, pro se ac membris suis obtinuerunt à sede A. post. indulgentiam super perceptione huiusmodi decimarum: cuius prætextu prior & monachi supradictas decimas sibi vindicare contendunt, licet in indulgentia de dicta quæstione facta mentio non fuisset. \* Ideo que mandamus, quatenus eisdem iudicibus iniungatis, vt (indulgentia nõ obstante prædicta) in negotio ipso procedant, iuxta traditam sibi formam.

\* *vide. l. sed i hoc. ff. de ex- ch.*

De sequestratione possessionum & fructuum. Titulus. xvij.

Innocentius. iij. Mediolanensi archiepiscopo.

*Res, in quam facta est missio, non debet sequestrari, etiam si missus inde fuerit violenter eiecus. v. et notabilis sic: Sequestratum factum*

*factum loco missionis propter scandalum euitandum, reuocari debet oblata cautione, & restituti expensis.*

*Capitulum. i.*



**A**d hoc vnxit nos deus: & infra. Abbas de regula nobis exposuit, quod cum M. prædecessor tuus super causâ, quæ inter ipsum & monasterium suum fuerat agitata, obtinuisset Veronenſi episcopo literas destinari, & ipse super iudicio possessorio partim pro monasterio, partim pro archiepiscopo sententiam protulisset, procuratore ipsius monasterij quæstionē de proprietate postmodum intentare volente, archiepiscopus iurisdictionem episcopi opposuit expirasse: adferens causam possessionis tantum, & non proprietatis fuisse commissam: & quia super possessione pronunciauerat, semel functus officio suo super quæstione proprietatis deinceps cognoscere non valebat: & infra. Sed iudex actorem in possessionem (quæ fuerat per ipsum archiepiscopo adjudicata) propter euidentem contumaciam mitti decreuit, à qua tamen archiepiscopus violentè monasterium eiecit: & infra. C. Papa prædecessor noster, sic suum interpretatus fuit rescriptum, quod tam causâ possessionis, quàm proprietatis, fuerat iudici delegata, cum absolute & indistinctè commissa fuerit, & eius continētia diuidi non deberet, prælibatam quoque possessionem pro suo arbitrio sequestrari præcepit, iniungens Reg. & Mutinē. episcopis, vt de causâ possessionis & proprietatis plenius cognoscentes, eam debito fine deciderent, & possessionem ei parti postmodum resignarent, quæ obtineret de proprietate triumphum: & infra. In eum statum continentiam causâ reducimus, in quæ fuerat, cum prædictus prædecessor noster causâ proprietatis & possessionis Regin. & Mutin. comisit: mandato sequestrationis penitus reuocato: & infra. Ne autem monasterio videatur in suo iure deesse, moderatas expensas (ex quo episcopus Veronen. ipsum in possessionem induci decreuit, vsque ad satisfationis tempus oblatæ) propter hoc factas sibi restituendas esse censimus: & à te sufficientem præberi standi iudicio cautionem.

Honorius. iij. priori Deben. & decano de Calineā.

*Si missus in possessionem causa custodia fructus dissipat, dissipati reuocantur, & cum aliis sequestrantur.*

*Capitulum. iij.*

**D**ilectus filius R. rector ecclesiæ de Bethusia, sua nobis peditatione monstrauit, quod cum inter ipsum ex parte vna, & abbatem, & conuentum de Cisteria ex altera, super eadē ecclesiā, corā abbate de Sibitō. & eius collegis quæstio vertetur, iu-

tur, iudices ipsi prædictos abbatem & conuentum in possessionem ipsius ecclesie causa custodie induxerunt, qui fructus medio tempore perceptos pro sua distrabant libito voluntatis. \* Quocirca mandamus, quatenus si est ita, facientes fructus sequeltrari prædictos, si quid de ipsis per eos distractum aueneritis, in statum pristinum reuocetis.

\* Vide. l. i. ff. de re. sta. milit. p. Barto.

Gregorius. ix.

Si reus possessor adpellat à sententia contra eum lata, licet reus perita fructus sequeltrantur, si dissipantur ab eo. Capitulum. iij.

**A**deo, qui à sententia prouocauit, fructus possessionis (si dissipantur ab ipso) possunt lite pendete rationabiliter sequeltrari.

De confelsis. Tit. xviii.

Clemens. iij.

Ad solum delictum confitentis crimen proprium, nõ est alteri infirgenda pena aliqua: infamato tamẽ est in dicenda purgatio. Cai.



Um monasterium: & infra. Eos, quorum suggestione seclus homicidij se presbyter perpetrasse proponit: nisi aliis modis verum esse constiterit, nulli censemus penam subdendos: \* cum secundum vtriusque iuris statuta de se confelsi super aliorum conscientis interrogari non debent, & (crimine læsa maiestatis excepto) de reatu proprio confitentis periculosa confelsio non est aduersus quelibet admittenda. Si tamen eos infamia huiusmodi laborare cognoueris, singulis eis (adiunctis tribus sociis sui ordinis) purgationem iniungas.

\* Vide. l. fi. cõ glos. p. Bar. & l. Marit. ff. de questio.

Innocentius. iij. canonicis de Berhlehem.

Si de crimine contingente causam principalem constat contra aliquem per eius confessionem, punitur pena ordinaria, etiam si diuersè contra eum non agatur. h. d. secundum glossam. Et est casus notabilis & reus in se. Vel summa sic: secundum alium intellectum non minus notabilem, quem etiam sentit glos. licet nõ perfecte explicet. Si quis confietur crimen in iudicio incidenter, p̄est iudex ordinarius, nonum inchoando processum, illi punire pena ordinaria. hoc dicit, singulariter abbas. Capitulum. iij.

**C**um super electione Berhlehem ecclesie, inter R. & P. quæstio verteretur: & infra. Quoniam V. canonicus Berhlehem fuit, in iure confessus, quod pro præstando alterius electioni consensu, quingentorum Sarracenorum obligatione receperat, & mediator extitit simoniacæ prauitatis: Nos (quoniam vicium huiusmodi persequi volumus, vt debemus)

iplum

ipsum per definitiuam sententiam duximus ab omni beneficio & officio ecclesiastico deponendum.

Gregorius. ix. B. iudici Viterbiensi.

Confessio facta in iure per æconomum ecclesie, nocet ipsi ecclesie, potest tamen reuocari, si ante finitum negocium doceatur per errorem facti emanasse. h. d. Capitulum. iij.

**E**x parte abbatris & conuentus monasterij sancti M. fuit propositum, quod cum inter ipsos ex parte vna, & V. nomine suæ uxoris ex altera coram te quæstio verteretur, æconomus monasterij memorati, quædam per errorem facti fuit in iure confessus, ex quibus timet sibi præiudicium generari. Cum igitur negotio nondum finito, nemini noceat error facti, mandamus, quatenus si de huiusmodi poruerit errore docere, prouideas, vt nullum sibi super hoc præiudicium generetur.

De probationibus. Tit. xix.

Gregorius Tancredo regi Vinestræ.

Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur, ita edimuntur summatur. Capitulum. i.



X epistolæ verbis: & infra. Tua excellentia postulauit, vt imperatori scriberem, quatenus pacta in chartophylacio requireret, quæ dudum inter Iustinianum principem & prædecessores tuos fuerunt emissa, vt ex his colligeret, quid tibi seruare deberet. Sed ad hoc faciendum vehementer obstitit, quia nulli dicendum est, ea quæ cõtra te sunt, apud temetipsum debes documenta requirere, in mediũque proferre.

Alexander tertius.

Actor, qui plene probauit, non debet compelli iurare. Cap. ii.

**S**icut consuetudo laudabilis: & infra. Sanè quoniam apud vos consuetum esse didicimus, vt cum aliquis intentione suam fundauerit instrumentis aut testibus, ei sacramentum nihilominus deferatur: quod si subire noluerit, fides probationibus non habetur. Nos (cum tunc demum ad huiusmodi suffragium recurrendum, cum aliæ legitimæ probationes desesse noscuntur) talem consuetudinem reprobamus.

Lucius tertius.

In communi iudicio probant actor & reus: & si pariter probant, reus absoluitur, nisi fauorabile causæ foueat actor. Cap. iij.

**E**x literis tuis intelleximus te & archidiaconum confines habere præbendas in villis, quæ singuli singulas posside-

r ij

tis, &

tis, & prætextu terminorum inter vos controuersiam agitari, eò quò dicas eum antiquos fines egressum, partemq; tui fundi occupasse. illo in contrarium adserente se partem eandem fundi possedisse, quadraginta annorum spacio inconcussè. tu autem quòd per idem tempus quietè illam possederis adseras: quare utrum in cubat peritiori vel possessori probatio, quesuisti. Ad quòd scire debes, quòd iudicium finiu regundorum tale est, ut in eo utraq; persona vices duorum habeat, videlicet actoris & rei. Vnde hincinde testes produci possunt ad cognitionem iudicis instruendam: quibus examinatis, iudex quos præcellere intellexerit, ad fidem sibi faciendam admittat.

Quòd si ambarum partium testes sunt æquè idonei, possessoris testes præferantur: cum p̄romptiora sint iura ad soluendum, q̄ ad condemnandū, præterquam in liberali causa, in qua si utriusq; partis testes æquales fuerint, pro libertate sententia profertur. nam possessoris probatio ē aliquādo dari iuris manifesti est, cum iure cautū sit, quòd qui obiecerit præscriptionem longissimū tēporis (quam nemo rectè obicit, nisi qui possidet) & eam probauerit, in causa debeat obtinere.

Gregorius. viij. præposito sancti Cataldi.

*Non creditur marito adserenti etiā cum iuramento uxorem se cognouisse, si uxor per matronas adstantes, per ipsius corporis aspectum probat contrarium.*

Capitulum. iiii.

Proposuisti, quòd causa matrimonij, quæ inter O. de Casa noua & S. mulierem vertitur, tibi fuit de mandato apostolico delegata. cumq; partes essent in tua præsentia constituta, mulier proposuit se nec à viro cognitam, nec potuisse cognoscere: quòd tam proprio iuramento, quàm testimonio. vij. mulierum probauit, quæ per aspectum corporis eam esse virginem adserant, viro per iuramentum suum contrarium adserente: & infra. Videtur igitur nobis, quòd iuramento puellæ, & testimonio illarum. viij. mulierum fides est potius adhibenda.

Clemens secundus.

*Singulares de vniuersitate possunt ad commodum vniuersitatis reprobare instrumentum falso confectum nomine vniuersitatis.*

Capitulum. v.

Tertio loco fuit à nobis ita quæsitum: Ecce quidam regularis sigillo capituli, quoddam instrumentum cuidam amico suo signauit, in quo facta ei alienatio, quarundam rerum ecclesiæ immobilium cōtinetur. Quòd exhibito in iudicio procurator vniuersitatis illud adseruit de adsensu conuentus non fuisse confectum, & adulterinum, vel furtiuum esse sigillum.

\* Cūm.

\* Cūmque fratres ad perhibendum testimonium produxisset, \* Vide. l. iurati dixerunt, quòd quotiēs de hoc inter fratres aliqua erat que de testimonio, consiliū torius conuentus, & vox fuit vnanimis, quòd ta. S. iter. nolebant alienationem rerum illarum, sed res domus integras ta. ff. de conferuari volebant. Sed quoniam contra hoc nihil pars adseruit. uersa probauit, respondemus secundum adserentem testimonium, tantummodo iudicandum. Idem.

*Ubi agitur de matrimonio contrahendo: probato impedimento, & publicatis adtestationibus, alii testes super defectu impedimenti admittendi non sunt.*

Capitulum. vi.

Iuravit quidam (ut adseris) se quandam in uxorem legitimam accepturū: quam cum vellet traducere, quidam iuramentis, secundum morem exhibitis, legitimè probauerunt ipsos in quinto consanguinitatis gradu, sibi inuicem adtinere.

Quia vero requisisti à nobis, quid agendum sit, cum quidam alius velit probare contra prædictam probationem iuramentis canonicis factam, & partibus publicatam nullo eos se se consanguinitatis gradu concingere: respondemus, quòd stādum est probationi priori.

Innoçen. iij. archidia. Parisien.

*Si per literas ordinarij probatur quis excommunicatus, à procuratore repellitur. hoc dicit. & hac summatio conuenit textui & titu. & nullam patitur calumniam, & ideo eam tene.*

Cap. vii.

Post cessionem: & infra. Cūm igitur per literas iudicis ordinarij (quibus standum est \* donec probetur contrarium) nobis consulerit, quòd V. erat excommunicatus cum si quis in procuracionis officium adsumpsit. Ipsum tanquam procuratorem non duximus admittendum.

\* Vide. l.

si quis in

hoc genus.

C. de epis.

Idem abbati & conuentui Casleō.

*Si rogatus restituere totam hereditatem eo sine liberis decedente intret monasterium, euanescit fideicommissum, & hereditas applicatur monasterio: nec ad inuolidandum ingressum sufficit probare minorem atatem tempore ingressus, si ex aduerso geminatus probetur ingressus. hoc dicit, intelligendo, quòd substitutio fuit fideicommissaria. Si vero fuit directa, summa sic: substitutio facta filio, eo decedente sine liberis, euanescit per ingressum monasterii: & tunc adde, id quòd est in primo sumuario ibi. Nec ad inuolidandum & c. usque ad finem, & uterque intellectus est verus in se. dico tamen, quòd primus est verior, quòd hic fuit substitutio fideicommissaria: licet. d. Ant. hic dicat, quòd fuit compendiosa.*

& cle. &

l. si qua p

calumnia. p

Bald. Pe.

de bel. per

ti. & Cy.

ti.

Capitulum. viii.

Capitulum. viii.

r iij

Licet

**I**N presencia G. sancti Hadriani diaconi cardinalis. G. & B. fratres vestro syndico constituto coram ipso fecere proponi, quod cum quondam A. frater ipsorum conderet testamentum, M. filium suum sibi heredem instituit, & præcepit, ut si absque liberis decederet, ad eos bona deuolucretur ipsius. vnde illa, quæ de bonis vestrum monasterium detinebat, sibi restitui postulabant, & petebant vos super hoc à sua molestatione compesci. Verum syndicus ipse proposuit ex aduerso, quod prædictus M. monasterio vestro obtulit se & sua. vnde vniuersa, quæ habuerat, erant ad monasterium deuoluta, \* quare vniuersa, quæ ipsi de bonis eius inuaserant, restitui monasterio vestro petebat, & super cæteris silentium illis imponi. Ad hæc autem pars altera replicauit, quod dictus M. oblationis suæ tempore fuerat minor annis, & quod voti facti penitens, quod seruoere infirmitatis fecerat, post conualescentiam reuocauit. & infra. vnde cum sine liberis decuississet, ex testamento patris ad ipsos erat eius hereditas deuoluta.

\* Hic  
Abb. &  
Felinus dicit  
cuncti possunt  
quæ se priuare  
in ritibus  
ta potestatem  
te testandi  
per monasterium  
gressum.

Verum syndicus responderè curauit, quod licet dictus M. de monasterio fuisset egressus, eidem postmodum se & sua obtulit humiliter & deuote, & quod nec contra oblationem suam veniret, iuramento firmavit. Quare cum constet, quod idem M. bis monasterio vestro contulit, se & sua, nec ex aduerso probetur, quod vtriusque oblationis tempore fuerit minor annis, probationem vestram huiusmodi exceptionis probatio non clidit: cum & si primæ oblationis tempore fuerit minor annis, secundæ tamen potuit maior extitisse. Præterea cum verbum illud, Minor annis, duobus potuerit modis intelligi: cum & qui minor est quatuordecim annis, & qui viginquinque dici solet minor an, intentioni vestre verbum dubium non nocebat, cum intra viginquinque annos teneret donatio iuramento firmata. Sed & si teneret, quod factum fuerat à dicto A. quia tamen intelligendum non erat sine herede decedere, qui monasterium sibi heredem instituit, \* hoc monasterio non nocebat. & infra. Dilectus filius H. sancti Eustachij cardinalis adtendens, quod syndicus vestre institutione suâ plene fundasset, & quod nihil fuisset ex aduerso sustinenter probatum, cum & si obsequium esset per testes, quod M. suæ oblationis tempore fuerit minor annis: vtrum tamen primæ vel secundæ oblationis tempore minor fuerit, & quotannis minor, non fuisset expressum, de mandato nostro sententiâ protulit: & prædictis G. & B. silentium imponens super his, quæ à monasterio postulabant: eos ad restitutionem illorum, quæ de bonis prædicti M. propria temeritate inuaserant,

condem-

condemnavit. Nos igitur sententiâ ipsam auctoritate apostolica confirmamus.

Idem.

*Si actor & reus in interdico retinenda possessionis probant, obtinet is, qui antiquiorem possessionem probat titulo maxime iustificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit. hoc dicit not. & probatur satis hoc summarium in reff. ex præmissis, ponderato vers. maxime.* Cap. ix.

**L**icet causam, quæ vertitur inter ecclesiam Rauennensem & commune Fauentiæ super iurisdictione, honore ac districtu in villa sancti P. & castro Arioli, quod de iure ad se spectare dicta ecclesia proponebat: & infra. Porro ad testationibus publicatis syndicus Fauentinorum proposuit se velle in personas testium ex parte altera productorum, quædam obicere ac probare, & conommo ecclesie adserente id fieri non debere, super quo interloquendo decreuimus ipsum nullatenus addendum, cura intra trium mensium spacium in nostris literis comprehensum testes huiusmodi producere nõ curauerit, intra quem terminum pars vtraque testes inducere potuit, tam in personas testium, quam super negotio principali. Post hoc eidem obicit in testes prædictos, quod corrupti falso dixissent. vnde quia talis exceptio non solum ante, sed etiam post sententiam, potest opponi, licet nonnulli crederet Fauentinorum partem exceptionem huiusmodi per excogitatum malitiam ad impedendum processum negotij obieciisse, quia tamen nolimus à iuris tramite declinare, magistris G. & T. præcipimus, vt testes, quos super hac exceptione procurator Fauentinorum duceret producendos intra mensem, recipere & examinare curarent, de singulis circumstantiis \* subtiliter inquirentes, ex tunc indulto altero mense procuratori ecclesie supradictæ, intra quem si vellet, ad reprobationem testium illorum produceret testes coram eis: & infra. Quamquam autem pars Fauentinorum testes multos produxerit super negotio principali: vix tamen ex illis sex remanserunt concordēs, cum alij sibi in serie sui testimonij contradicant, & quidam alij sint in dicto sui testimonij singulares. Ad reprobandum verò quosdam testium ecclesie Rauennensis & si ex parte Fauentinorum, quidam sunt testes inducti, plures tamen illorum reprobantur, quia sibi in quocumque uicem euidentissimè contradicunt. quidam verò alij, pauci numero, quis non reprobentur expressè, vsque ad coram mala fama sunt, & leuis opinionis, quod eorum dictis nulla vel modica est fides habenda. Idem quoque testes Fauentinorum b

habet  
ff. de iur. d.  
de iur. d.  
de iur. d.  
de iur. d.  
de iur. d.

\* vide. l.  
vbi dicitur  
ff. de iur. d.  
de iur. d.  
de iur. d.  
de iur. d.

x iij generaliter

generaliter repelluntur, quia non probant illud, ad quod probandum eorum syndicus se adstrinxit, videlicet, quod corrupti falsa dixissent: quoniam & si de corruptione videantur aliquid dicere, de falsitate penitus nihil dicunt: \* & infra. Ex præmissis igitur euidenter adparet, quod ecclesia per testes numero plures, quibus potius lux veritatis adfuit, qui etiā propterea negocio & vero proximiora in suis testimoniis expresserunt: sufficienter ostendit, quod à .lx. annis & citra cum omni iurisdictione, honore, atque districtu loca supradicta possidet: per quod patet, quod si commune Fauent. à .l. annis citra (sicut videntur testes eorum deponere) aliqua seruitia in locis percepturū supradictis, illa proculdubio sine iusto titulo percipere incœperunt: cum duo in simul eandem rem & eodem modo in solidum possidere non possint, maxime cum iidem Fauentini iustum possessionis titulum non ostendant, & ex privilegiis imperatorum & Rom. pon. ecclesie Rauennaten. cœcesis euidentissimè colligatur possessionem ipsius ecclesie in prædictis locis iustam fuisse. Cum ergo constet Fauentini. ab eo tempore, quo se possidisse probare contendunt, minus iuste ac sine titulo aliqua in prædictis locis temeritate propria occupasse, & æconomus eiusdem ecclesie petierit à vi turbatiua seu inquietatiua super præmissis commune Fauent. prohiberi: nos recognoscentes in hoc casu non sic locum esse interdicto vti possidetis, vt dicere debeamus, Vti possidetis, ita possidetis: cum probationes ecclesie longè sint potiores, & ideo sit in interdicto superior, commune Fauentia sibi condemnamus, super iurisdictione, & honore, atq; districtu, & aliis ad hoc generaliter pertinentibus in locis prædictis, quò ad possessorium iudiciū, quo tantummodo actum est, perpetuum silentium imponemus, & prohibentes eisdem, vt neque per se, neque per alios super his præsumat Rauent. ecclesiam, aut habitatores prædictorum locorum aliquatenus molestare. \*

\* Vide. l. Celsus. ff. de arbi. et l. diuus. p. Bar. ff. de re iudi.

Nota

\* Vide. l. f. C. de fidei. lib.

Idem.

Si quis nomen filium, & ita communiter reputatus, non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium. Cap. x.

Per tuas nobis literas intimasti, quòd cum T. Tibertinus tuus, quandam per septennium habuerit concubinam, nec prolem susceperit interim ex eadem, ac ipsa postmodum diuersens ab eo, ad ipsum non post multum tempus rediisset, filium, quem reuera in domum ipsius peperit, ex eo se adseruit suscepisse: & infra. Quia verò mulier illa de dicto T. suscepisse R. de quo agitur, primitus constanter adseruit, & idem T. præ-

ca mu-

ter mulieris præcipue deuictus instantia, ipsum suum filium publice recognouit, & filius eius nominatus communiter fuit, & habitus ab ambobus, eiusdem mulieris postmodum iuramento in contrarium præstito non est standum: \* cū nimis indignum sit (iuxta legitimas sanctiones) vt quod sua iussu, voce dilucide protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare. Vnde adparet per consequens, q̄ prædictus R. Sophiam nepem memorati T. cuius prima facie præsumitur cōsobrinus, non potest habere aliquatenus in vxorem.

\* Vide. l. generaliter. C. de nō nu. pe.

Idem in concilio generali.

Iudex debet habere notarium vel duos viros idoneos, qui scribant acta iudicii, aliis si quid difficultatis emerferit, per superiorem punietur, nec credetur ei super processu: nisi in quantum per acta, vel aliis per legitima documenta constabit. Cap. xi.

Quoniam contra falsam adferentem iniqui iudicis innocens litigator, quandoque nō potest veram negationem probare: cum negantis factum per rerum naturā nulla sit directa probatio: ne falsitas veritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati: Statuimus, vt tam in ordinario iudicio, quàm extraordinario iudex semper adhibeat aut publicam (si potest habere) personam, \* aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa iudicii acta cōscribant: videlicet citationes, dilationes, recusationes, exceptiones, petitiones, responiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, adpellationes, renunciationes, conclusiones, & cætera, quæ occurrerint competenti ordine conscribenda, loca designando, & tempora, & personas. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita quòd originalia penes scriptores remaneant: vt si (super processu iudicis fuerit) suborta contentio, per hoc possit veritas declarari: \* quatenus hoc adhibito moderamine, sic honestis & discretis defensorum iudicibus, quòd per improvidos & iniquos innocentium iustitia non ledatur. Iudex autem, qui cōstitutionem ipsam neglexerit obseruare, si propter eius negligentiam, quid difficultatis emerferit, per superiorem iudicem animaduersione debita castigetur, nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis documentis constiterit.

\* Nota. riu de publica psona dici, vt de. l. 2. in fi. ff. re pu. sal so.

\* Vide. l. sancimus, secundum vñ intellect. p. Bal. C. de diuer. refec.

Honorius. iij. archiepiscopo Londæ. & eius suffragancis.

Si probari potest rem deliquisse, eius probatio, quòd non deliquerit, non est admittenda. Capitulum. xii.

Ad nostram noueritis audientiam peruenisse, quòd sacerdotes & clerici Dacia legi regni (per quā negatiua probatur

batur) temerè innitètes, à criminibus, quæ probari testibus si-  
de dignis possunt, legitimè contra eos, reputantur insonites, si  
se super his purgare valeant quoquo modo: & infra. Volen-  
tes igitur, vt hæc pœtis contraria omni iuri \* penitus extirper-  
tur à clero: mandamus, quatenus in huiusmodi probatione ne-  
gatiuè (dum tamen possit adfirmatiua ex aduerso probari) ne-  
minem audiatis.

\* Vide l.  
oēs popu-  
li p̄ Burt.  
ff. de iusti.  
et iu. es. l.  
leges sa-  
cratissima  
C. de epis.  
& cler.

Idem Aure. & Lameten. episcopis.

*Fines diocesium probantur per libros antiquos, adminicula,  
testes. & famam.*

**C**um causam, quæ inter Colubri. & Egitan. episcopos su-  
per suarū limitatione diocesium veritètur, vobis duximus  
cōmittendam. Mandamus, quatenus secundū diuisiones, quæ  
per libros antiquos, vel alio modo melius probātur, necnō tes-  
tes, famam, & quæcūq; alia adminicula in negotio procedatis.  
Idem episcopo & archiepiscopo Senon.

*Possunt reprobari matrone, per quas virginitas probatur.*

*Capitulum. xiiii.*

**C**ausam matrimonij, quæ inter V. iuuenem, & G. puellam  
Senon. quæ se virginem & monacham profiteretur, nōsti-  
tur agitari: & infra. Mandamus, quatenus eādem puellam po-  
natis interim in illo monasterio, quod intravit: v̄: ibi securè  
valeat commorari, donec iudiciali sententia, quid agi debeat,  
decernatur: recepturi postmodum non solum probationes vir-  
tutis, quas inducere voluerit contra mulieres illas, quæ ad inuesti-  
gandum signa virginitatis ex parte puellæ fuerint introductæ,  
verum etiam probationes alias hoc negotium contingentes,  
quas pars vtralibet duxerit producendas. Et quia (vt dicit ca-  
non) sæpe manus fallitur, & oculus obstrictū, volumus & mā-  
damus, vt adhuc honestas matronas, prouidas ac prudentes \*  
deputare curetis, ad inquirendum vtrum dicta puella virgini-  
tatis priuilegio sit munita.

\* Vide l.  
magistros  
C. de pro-  
fes. et me.

Gregorius nonus propositio sanctæ M. Magdeburgen.

& decano Misnen.

\* Vide l.  
fi. in gl. C.  
de proba.  
Specul. in  
vi. de pro.  
S. ratione  
forma.

*Acta etiam litis ordinatoriæ facta coram primis iudicibus, si-  
dem faciunt coram secundis.*

*Cap. xv.*

**C**um bonæ memoriæ: & infra. Cum acta originalia dican-  
tur apud priores iudices remansisse: mādamus, quatenus  
eācum omni diligentia requirentes, ipsa si potuerint inueniri  
\* & si qua partes duxerint legitimè proponenda in scriptis  
redacta ad nostram præsentiam remittatis. Alioquin cum nō  
reuocetur in dubium de contestatione litis super statu Pigani-  
monasterij,

monasterij, & quibusdam spoliacionibus contra abbatem eius  
factis à Masburgen. episcopo, recipiatis partium probationes  
de nouo, & audientes, si partes audire voluerint, de cōposicio-  
ne tractatum, tam quod super hoc inueneritis, quam causam  
sufficenter instructam ad nos remittere procuretis.

De testibus & adtestationibus.

Titulus. xx.

Ex concilio Mateciē.

*Capitulum. i.*

*Breue est.*



Lacuit sancto conuentui, vt testes non conducantur  
precio: & vt quicunq; idonei & fideles in testi-  
monium adsumantur: ac nullus testimonium di-  
cat, nisi ieiunus.

Gregorius nonus Ioanni defensori  
eunti in Hispaniam.

*Nulla est receptio testium facta contra non citatum.*

*Capitulum secundum.*

**I**n nomine domini: \* & infra. Quod autem dicit episco-  
pus, quia se absente etiam viliissimi sunt testes exhibitū nulli  
momenti lege noscendum est constitutionis nouelle, quæ  
de testibus loquitur in hæc verba. Ne postea obiiciatur eis,  
quod per vnā partem gēsta & confecta sunt, oportet vt testi-  
monia dentur, illo admonito à iudice, aut defensore, venire  
& audire testes. Si verò noluerit venire, & non ex incurabili  
quodam necessitate venire non possit: sancimus huiusmodi testi-  
monia ita valere, tanquam si non ex vna parte confisterent,  
sed etiam ipso præsentē facta fuissent. Ecce admonendus est  
semper aduersarius, vt audiēdos testes \* veniat: quod quia hic  
omissum est, necesse est, vt quod contra legem actum est, non  
habeat firmitatem.

Idem Sabino defensori Sar.

*Mulier testificatur contra clericū, cū de crimine agitur. Ca. iiii. si quādo.*

**Q**uoniam aliqua nobis de personā Epiphaniij presbyteri  
sunt facinora nunciata, necesse est, vt cuncta diligentius  
perscruteris, & seu mulieres, cum quibus peregrisse  
dicitur, seu alios, quos de causa scire aliquid senseris, huc festi-  
nes adducere: quatenus ecclesiastica districtione liquide pos-  
sint, quæ vera sunt, aperiri.

Paschal. pa.

*Ubi agitur ad correctionem de peccato impediendo, principa-  
lis persona admittitur in testem.*

*Cap. iiii.  
In omni*

*actio p̄ p̄ r̄ e c c  
sua r̄ e h̄ e p̄ r̄ o b a r̄ e  
\* v̄ i d e t̄ u o r̄ e e a g g r̄  
C. vt p̄ p̄ o. p̄ r̄ i n d r̄ o n̄  
n o. t̄ i p̄ o. l. t̄ u o. f̄ e l̄ s̄ y. a  
& p̄ e r̄ t̄ o. s̄ s̄ i a d p̄ r̄ o  
t u m t̄ i t̄.  
20. l. f̄ e l̄ s̄ y. a d r̄ o n̄  
t̄ o. l. f̄ e l̄ s̄ y. a d r̄ o n̄  
l. v̄ i d e n t̄ u o r̄ e  
i n c̄ i p̄ i t̄ u o r̄ e  
p̄ r̄ o b a t̄ i o n̄ e  
\* T̄ e s t e m̄ i d e m̄ f̄ e l̄  
r̄ e c i p̄ i q̄ u o d  
d o i u r̄ a i  
v̄ i d e i n l.*



**I**N omni negotio principalis persona dicens veritatem de se sibi nota rectissime, habenda est pro teste: cui adhibito vno, efficiuntur duo testes: adhibitis duobus, efficiuntur tres. Quod patenter ostendit dominus, cum dicit: Si peccauerit in te frater tuus, corripce eum inter te & ipsum solum: quod si te non audiverit, adhibe tecum vnum vel duos testes: vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum. Idem alibi adfirmat dicens: Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimoniu perhibet de me pater. nam in lege vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est.

Eugenius tertius.

*Dicit quales esse, & qualiter iurare debeant, qui super consanguinitate deponunt.*

*Capitulum. vi.*

*\* vbi nō est prefixus testiu numerus, duo sufficiunt. vid. l. vbi numerus. C. de testi.*

**Q**uoricens aliqui propter cognationem propinquitatis separari petuntur: duobus\* vel tribus testibus adhibitis, qui de eadem consanguinitate superint, vel totidem senioribus & melioribus loci eiusdem id debet legitime comprobari. Probatio autem testium debet fieri duplici iuramento, vt iurent se non priuato odio, neque amicitia, neque pro aliquo commodo, quod habuerint, vel quod habent, vel habituri sint, ad hoc iurandum inductos: & sicut ipsi dicunt, reuerentiam accepisse à maioribus suis, & credere ita esse.

Idem priori & fratribus sanctæ Trinitatis.

*Prelatus & clerici, qui causam ecclesie non procurant, testificari possunt in ea.*

*Capitulum. vii.*

**I**nsuper statuimus, vt liceat vobis in causis ecclesie vestre ferre testimonium. Dummodo vnus ex vobis vel duo ad agendum vel respondendum instituantur: quorum testimonium in causis, in quibus actores vel responsales sunt institui, non debet admitti.

Idem R. Herforden. episcopo, & abbati Sard.

*Si probatio exceptionis opposita contra testem productum non admittitur: antequam dictum testis recipiatur, in casu in quo admitti debuit, licite appellatur. h. d. secundum lecturam, quam prinit Panormitanus.*

*Capitulum. viii.*

**E**X parte A. presbyteri ad nos est querela perlata, quod cū ecclesiam de Cluod. canonicè fuisset adeptus: & eam. xxx. an. & amplius pacifice possedisset. Miles quidam H. nomine tacito, quod laicus esset, ad iudices literas impetrauit, quod si dictus presbyter filius esset illius, qui proximo in eadem ecclesie ministraret, vel publice fornicariam haberet, ipsum à prædicatione

6a

etā ecclesia amouerent. Tandem cū miles per interpositam personam eum coram præfatis iudicibus traxisset in causam, quosdam laicos infames & notabiles ad testimonium dicitur produxisse. Licet autem presbyter adfereret illos non esse recipiendos, pro eo quod quidam leuonnes & raptores manifesti essent, quidā vero in alia causa fuissent conuicti de periurio, & se hoc diceret probaturum: Nihilominus iudices testibus talibus receptis, eidem absenti post adpellationem prescriptam abiudicauerunt ecclesiam, quam nunc militis dapiferi filius detinet occupatam: & infra. Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quod prædictus presbyter non fuerit legitime per testes idoneos prædicta ecclesia spoliatus, eorundem iudicum cassata sententia, literis etiam confirmationis (si quæ sunt super eadem ecclesia impetratæ) non obstantibus, ecclesiam presbytero restituitis eidem, ipsumque non permittatis exinde molestari. Si vero res aliter se haberet, causam audiat, & sine debito terminetis. Testes autem si quos idem A. in sua adferentis testimonium inuocauerit, curetis monere vt coram vobis, super his perhibeat testimonium veritati.

Idem Exon. & Vigor. episcopis:

*Index mittere debet examinatore discretum ad testes recipiendos, qui ad eum commode venire non possunt.*

*Capitulum. viii.*

**S**iqui testium valetudinarij sunt, & senes, vel debilitate conuicti, aut paupertate depressi, ita quod non possint ad vestram presentiam adduci, ad ipsos recipiendos mittatis\* personas idoneas & discretas.

Alexander tertius Bclua. episcopo.

*Retractanda est sententia, si constat eam fuisse latam ad delictum corruptorum testium. hoc dicit, secundum lecturam, quam tenet Panor.*

*Capitulum. ix.*

**S**icut nobis est intimatū, quidam accepta pecunia de parentela inter virum & vxorem exhibent iuramenta: per quæ inter ipsos diuortij sententia promulgatur, postea vero priuati nullam inter eos consanguinitatis lineam adferentes, se corruptos dicunt testimonium perhibuisse falsitati. Super quod t. rñ. quod si vir & vxor, aut alter eorum ad secunda vota transiit: testibus de periurio & adulterio vno pluribusque, quibus causam dederunt, pœnitentia indicatur\*. Si vero ad secunda vota idem vir & vxor non migrauerint, diligenter inquirendi sunt, coram quibus corruptio intercessit, & si tales exhibeantur per quos possit prædictæ corruptionis veritas comprobari, recepto eorum testimonio est sententia reuocanda. nō enim te-

*stimonium*

*\* ad quos debeant mitti examinatores, vide l.*

*l. ad egrégias. per*

*Baro. ff.*

*de inuei-*

*ran. & in*

*liter. C.*

*cod.*

*\* vide. l.*

*generaliter. C. de*

*non nūc. pec. & l. eos p. Bar. ff. de fal.*



Idem Exon. episcopo.

*Qui iuravit testimonium non dicere, testificari compellitur, si testificationes publicatae non sunt.* *Capitulum. xviii.*

**I**nimauit R. presbyter, quod V. clericus capellanum eius & alios, quam plures de testibus suis iuramento constrinxit, quod testimonium, consilium, & auxilium contra ipsum non praeberent eidem. Ideoque iniungimus vt si testimoniū coram publicatum non est, nec est abrenunciatum testibus, eos qui sunt iuramento adstricti, & alios (si necesse fuerit) idoneos in testimonium recipere non postponas.

Idem abbati &amp; fratribus de Martura.

*Publicatio vel renunciatio testium in certis capitulis non praedicat volenti testes producere in alius. hoc dicit. quod ad titulum.* *Capitulum. xix.*

**C**ausam, quae vertitur inter vos, & plebanum, & clericos sanctae Mariae de Martu. commisimus iudicibus terminandam. cumque utraque pars in eorum esset praesentia constituta, & testes essent hinc inde recepti, & eis ab utraque parte renunciatum, & adtestationes etiam publicatae, quoddam priuilegium nuper à nobis impetratum in medium protulistis: & infra. Iudicibus ipsis mandauimus vt super aliis capitulis, si qua alia fuerint ab his, super quibus testes recepti sunt, & eorum adtestationes, publicatae, testes (si qui idonei producti fuerint) recipiant: & (nullis capitulis nouiter à nobis per vestros nuncios impetratis, quae contineantur in priuilegio vestro, vel in aliis literis, quas vobis indulsimus postquam causam ipsam commisimus, eidem praedictae plebi in hac causa impedimentum praestantibus) concordia vel iustitia mediante decident. Quia vero Florentinus episcopus intimauit quaedam capitula eidem priuilegio esse inserta, quae obuia rationi videntur, illud ad nostram praesentiam cum vestro nuncio transmittatis.

Idem Nouicē. episcopo.

*A testimonio repellitur simili morbo laborans.* *Cap. xx.*

**P**ersonas ecclesiarum: & infra. Verum si coram te vel alio quolibet negotia ventitentur: nolumus vt aliqui consimili morbo laborantes, si certum sit, aut legitime super hoc possint conuinci, \* si ab alterutra parte testes adducti fuerint, in testimonium admittantur.

Idem in concilio Lateranen.

*Christianus contra Iudaeum in testem admittitur.* *Cap. xxi.*

**I**udaei siue Sarraceni: & infra. Testimonium quoque Christianorum aduersus Iudaeos in omnibus causis (cum illi aduersus

versus Christianos testibus suis vt praesumant) recipiendum esse censemus. Et anathemate decernimus feriendos, quicumque Iudaeos Christianis voluerint praeferre in hac parte. Cum eos Christianis subiacere oportet: & ab eis pro sola humanitate foueri.

Idem Mattheo cardin.

*Testimonium matris est suspectum, vbi filia petit in virum aliquem se maiorem. Et ad dictum solius matris de impedimento dependentis impeditur matrimonium, sed contractum non dissoluitur.* *Capitulum. xxii.*

**S**uper eo quod à nobis tua deuotio postulauit, vt vrum viro negante se mulierem adfidasse, ipsius mater mulieris, & altera mulier possit ad testimonium recipi: Con. t. t. respond. quod cum mater filiae incrementum & honorem videtur diligere, vbi vir superior est diuitiis & nobilitate, potentia vel honore, testimonium eius videtur esse suspectum, & ideo non esse aliquatenus admittendum. Super illa \* verò quaestione, \* *Alias, alia.* quam fecisti, an mulier coniungenda non sit viro, pro eo, quod sola mater alterutrius eos esse consanguineos confiteretur: respondemus, quod si non est firmatum matrimonium inter eos, matre adseuerante ipsos esse consanguineos non debent coniungi, quia praesumptio est non modica, quod se linea consanguinitatis attingant. Si verò matrimonium est firmatum, non debet sine plurium iuramento dissolui.

Idem.

*Ad decisionem causae maxime pro parte Iudaei, non sufficit regulariter minus testimonium, quam duorum probata vita & laudabilis conuersationis.* *Capitulum. xxiii.*

**L**icet vniuersis: & infra. Quia non est licitum alicui Christiano, & multo minus crucis Christi inimico, vt causa suae vnus tantum quasi legitimo testimonio finem imponat: Mandamus, quatenus si inter vos & quoscumque Iudaeos emerferit quaestio in qualibet causa Christiani, & maxime clerici: non minus, quam duorum vel trium virorum, qui sint probatae vitae, & fidelis conuersationis, testimonium admittatis. Iuxta illud dominicum: In ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Quia licet quaedam sine causa, quae plures, quam duos exigant testes, nulla est tamē causa, quae vnus testimonio (quantum legitimo) terminetur.

Matth. 18  
Luc. 17.

Idem Firman. episcopo.

*Non sunt idonei testes, quos actor de familia sua produxit.* *Capitulum. xxiiii.*

f In literis

**I**n literis : & infra. Quidam nobilis tui episcopatus quādam sibi legitime copulans, cum eā in domo fere per septēnium tenuisset, cōsorbriam patris eius, antequam eam duceret se adseruit cognouisse: ad quod probandum testes de familiaria sua tres produxit. Respondemus igitur vt (si resita se habet) pro illorum testimonio ipsum ab vxore nulla ratiōe diuidi patiaris: \* nec contra ipsos aliquos audias, nisi probare essent vitæ & opinionis, de quibus verisimile non esset; quōd deberēt pro aliquo deierare.

esse recipiendos proponit, & tu non esse consuetudinem ecclesie adfirmas, vt post receptos testes, qui consanguinitatem, secundum formam canonum computant, alij ex opposito admittantur. Præfenti pagina respondemus, quōd si non est aliud canonicum, quod obstat, non obstante illa consuetudine, vt pro te iuri contraria, testes recipere non omitas.

*Celestinus tertius.*  
*Carnalis copula probatur per conueniens testimonium de visu. idem in testimonio auditus, quod adminicula & fama coadiuuat.*

*a = modo ratificari dicitur ut in legem illis dicta in 650 l. 2. cap. 2. in 53 in 129. 5. h. r. i. t. e. l. p. i. m. p. x. i. t. u. l. f. d. l. 148. h. o. i. q. u. i. t. e. l. e. t.*

**P**ræterea cum quis adcuratur aliquam cognouisse: an sint testes interrogandi de visu, aut sola vicinix fama sufficiat, vel esse fatentur, sed de visu nihil adfirmant? \* Respondemus, quōd si testimonio conueniens de visu reddatur, vel etiam de auditu, & præsumptionem violentam fama consentiens subministret, ac alia legitima adminicula suffragentur, standum est testimonio iuratorum. Etenim circumspectus iudex atque discretus motū animi sui ex argumentis & testimonij, quæ rei actio- rale esse compererit, confirmabit.

*\* sola fama carnalem copulam non probat. Vnde de gloss. in l. iii. §. i. cū not. §. de testa.*

*Innocentius. iij. consilijs & populo Beneuentano.*  
*Vnius iudicis verbo non creditur: scriptura vero eius per testes reprobari possunt. fallit hoc in papa, ita communiter summatur.*

**C**um a nobis: & infra. Et canonica & ciuilia iura sequentes, districtius inhiemus, ne vnus iudicis, quantæcunque fuerit auctoritatis, verbo credatur in causis, siue super testamentis, siue quibuslibet alijs contractibus quæstio agitur: Nec scriptum eorum (nisi testium adminiculo fulcitur) eam obtineat firmitatem, quin ei possint & debeant duorum vel trium testium bonorum testimonia præualere: Salua in omnibus sedis apostolicæ autoritate.

*Idem Tyren. episcopo.*  
*Testi super dilatoria inducto, non creditur super principali, nec cogitur deponere: secus si super peremptoria. tunc enim cogi potest, vt iuret deponere super toto.*

**D**e testibus: & infra. Consul. t. r. quōd si testes sint induciti ad exceptionem dilatoriam solummodo probandam, cum super ea tantum iurauerint dicere veritatem, super principali nec debent audiri, nec cogi testimoniū perhibere, vt pro super quo deponerent nō iurati. Si verō cum ad probandam exceptionem peremptoriam ab alterutra partium inducuntur,

\* vide. l. ii. §. fam. lia. ff. vi. bon. rapt. c. l. pronūciatio. §. i. ff. de verb. sig.

17.

\* vide. l. si exhere. dat. c. l. si proponas. §. i. ff. de inf. fic. testa. et l. i. c. de iure dot.

*Urbanus tertius:*

*Donec adtestationes fuerint publicatae, & eis renūciatum, produci possunt testes: postea verò non super eodem capitulo, sed super alio sic: hoc dicit, quōd ad titulum.*

*Capitulum. xxv.*

**C**um venisset ad aposto. sedem magister M. nobis exposuit, quōd Lucius papa præ. no. caulam, quæ inter ipsum & abbatem de Sicolan. vertebatur, commisit iudicibus sine debito terminandam: & infra. Mandamus, quatenus si sententiam illorum noueritis canonicè promulgatam, eam auctoritate apo. confirmetis: nec adpellatio illam impediatur, quæ hic interposita dicitur occasione mortis præ. no. cum postea egerit & responderit, testesque duxerit producendos. \* Questiones quoque alias, super quibus testes fuere producti, & depositiones publicatae eorum, vel renūciatum fuit testibus hinc & inde nulli alijs ab alterutra parte super eodem receptis secundum tenorē ipsarum mediante iustitia terminetis. Si quæ vero fuerint quæstiones, super quibus vel testes nō fuerint producti, vel renūciatum eisdem, audiatis (quasi hinc inde propozita fuerint) finem illis debitum imponentes.

*Clemens tertius.*

*Potest reus producere testes ad probandum contrarium eius quod actor probauit, si publicatio adtestationum non est facta, cōsuetudinē contraria non obstante. hoc dicit, secundum notabiliorem lecturam.*

*Capitulum. xxvi.*

**S**eries tui rescripti nobis aperuit, quōd cum nuper interfilijs quorundam nobilium tuæ ciuitatis coniugalibus quæstio tractaretur, & infra. Pars, quæ matrimonium adcurabat, testes produxit legitimos, qui consanguinitatem inter prædictos esse firmiter adseriebant, in primo gradu ponendo duas personas B. videlicet & I. dicentes illos esse fratrem & sororem. pars autem opposita id falsum dicebat, B. sic illicet esse sororem I. ad corroborandam adseritionem suam tam testes offerens, quam publicam instrumentum. Vnde quia pars accusanti testes illos non esse

X

reliqua pars super principali negotio etiam eos deponere forte petierit, & ut cogantur super toto negotio dicere veritatē, sacramento eos postularerit obligari: ad id sunt sine dubitatione cogendi: nisi forsitan sufficiens productio testium super principali iam facta fuerit, vel renunciatum testibus\* vel depositionis testium fuerint publicata.

\*vide au-  
thē. inbe-  
m. & ibi  
Bar. C. de  
iudi.

Idem Elien. & Cistrēn. episcopis, & archi. de Norbanen.  
Dicta testium non sunt ad petitionem tertii publicanda. Et ii, qui produxit testes coram certis iudicibus, non potest ad eundem factum coram iudicibus aliis illos producere, sed illorum adtestationibus debet esse contentus. Capitulum. xxx.

Constitutus in præ. no. procurator magistri R. proposuit, quoddam decanus & capitulum Eboracē. ei tum auctoritate Lateranen. concilij, tum priuilegij proprii ratione archidiaconatum Richimundie canonice contulissent magister H. qui archidiaconus Richimundie nominatur, ipsum eo post ad. p. ad nos interpositam spoliavit. Cumq; prædictus R. ad iudices super restitutione sua comissionis literas impetrasset, memoratus H. literas reuocatorias impetrauit, & infra. Inter alia postulabat prædictus H. vt faceremus depositiones quorundam testium aperiri: sed procurator prædictus aperendas eas non esse dicebat: cum non in hac causa fuissent inducti, sed in ea, que inter Eboracē. archiepiscopum & eundem R. vertebatur: & infra. Nos eas aperire nolumus, sed causam duximus vestro examini committendam: ita quod si vobis constiterit præfatum H. testes pro se coram episcopo & decano Lincon. & te filiarchie. delegatis iudicibus produxisse: adtestationibus apud eum depositis sit contentus: alioquin eo non obstante, quod testes illi coram iudicibus ipsis, & te filii archiep. fuere producti pro dicto H. si producti fuerint, ad testimonium admittantur.

Idem.

Publicatis adtestationibus non opponitur in personas testium, res casus excipit, & ad secundū determinationē subdit. Ca. xxxi.

Præsentium auctoritate statuimus, vt si quis post depositiones testium publicatas obicere voluerit in personas eorum, ei tunc tandem id liceat, cum iuramento firmauerit, & ad hoc ex malicia non procedat: Nisi forsitan ante publicationem id fuerit protestatus: Vel ostendere poterit, quod post publicationem didicerit, quod obicit in personas. Cæterū, cum quis personas testium se velle post publicationē depositionum repellere, fuerit protestatus, si quid pro ipso dixerint, de facili non credatur.

Idem London. & Elien. episcopis.

Si aliorū

Si actoris & rei testes contraria deponunt fidem sibi non derogant, sed proualent digniores, & verisimiliora deponentes: & si in ceteris est disparitas, præfertur numerus. Capitulum. xxxii.

In nostra præsentia: & infra. Cum igitur hinc plures: inde vero sint testes numero pauciores producti, quos non solum didicisse: sed aduersa penitus in quibusdam constat testimonium reddidisse: quia etiam ad multitudinem tantum respicere non oportet, sed ad testium qualitatem, & ad ipsorum deposita, quibus potius lux veritatis adsistit, ex quibus motum animi sui conuenit iudicem informare: Mandamus, quatenus si testes vtrinque producti eiusdem honestatis & existimationis extiterint, cum constet testes monachorum esse testibus archidiaconi numero pauciores, pro archidiacono sententiam præferant. Si vero testes ex parte monachorum producti tantæ præminentie fuerint, quod eorum auctoritas\* aliorum sit merito multitudini præferenda, ab impetitione archid. abfoluatis eisdem.

Idem priori sancti Friuiani Lucan. & magistro G. canonico Pisano.

Ad probanda impedimēta electi, laici & femine admittuntur (adde) et testes de auditu et fama sufficenter nō pbāt. Ca. xxxiii.

Tam literis vestris, quam depositionibus testium, intelleximus nihil esse contra Lucanum electum testimonium sufficienter ostensum, nisi de auditu tantū & fama: cum super aliis si qua forte videantur esse pbata, testes sint vel soli, vel tales, qui non potuerunt illa legitime comprobare. Quia vero super matrimonio, quod idem clericus dicitur contraxisse cum vidua, testes non fuerunt recepti propter adpellationis obstaculum, ne laici vel femine in tali reciperentur articulo contra ipsum: nos vt tantæ irregularitatis obiectio non remaneat indiscussa, mandamus, quatenus testes siue laicos siue feminas\* (duntaxat idoneos) qui ad hoc fuerint probandum inducti, recipiatis legaliter, & examinetis prudenter: excommunicates solenniter si quis eos impedire presumpserit quo minus testimonium perhibeant veritatis. Demum adtestationibus publicatis si forte constiterit irregularitatem huiusmodi non esse probatam, indicatis eidem electo purificationem canonicam de obiectis per septem canonicos maiores ecclesie, vel priores ecclesiarum ciuitatis Lucan. presbyteros seu diaconos bonæ famæ præstādam: qua recepta præfigatis ei terminum, quo consecrandus nostro se conspectui repræsentet. Si vero vel irregularitatis impedimentum fuerit probatum vel intra terminum constitutum non præstiterit purificationem indictam: vos cum a prælatione Lucan. ecclesie amouentes,

\*vide. l.  
si plures. p.  
Baro. ff. de  
adu.

\*vide. l.  
i. & ii. p.  
Cy. ff. de  
leg. & de  
rest. spol.  
litteras.

[ iij uentes,

ad hoc projecta  
re. Gorn. d. h. b. tra  
v. n. s.

uentes, mādētis ex parte nostra capitulo, vt electionem de alio non differant canonicē celebrare. Archipresbyterum autem Lucan. & G. sacristam, qui contra prādictum electum literas nobis sub nomine maioris partis capituli destinauerunt (cum conset per adestationes praedictas, longē maiorem partem capituli non fuisse consciam huiusmodi literarum) ab officio & beneficio denunciatis esse suspensos: donec mereantur nostram indulgentiam obtinere.

Idem Dulmen. episcopo & decano & priori san-  
ctę Trinitatis Eborā.

*In causa liberali contra contumacem etiam lite non contestata testes recipi possunt. hoc dicitur, notabiliter, secundum lectum. com. mitem.*

Capitulum. xxxiiii.

**C**um olim archi. Meneū. aduersus Cantua. archiepiscopum super statu Meneū. ecclesie proposuerit questionē: & infra. Mandamus, quatenus nisi pars aduersa praedictum archidiaconum per exceptionem legitimā repellere valeat ab agendo: partibus, si poterit fieri, vel procuratoribus eorum ad locum securum & idoneum conuocatis, & lite legitime contestata, testes, quos archiepiscopus in Anglia, & quos archi. duxerit producendos in Vuallia, recipere procuretis. Verum si archiepiscopus citatus legitime, vel per se vel per procuratorem idoneum noluerit comparere, aut litem etiam contestari, vos testes maxime senes & valerudinarios, quos archi. duxerit producendos sublato ap. obstaculo admittatis, & depositiones eorum conscriptas ad se. curetis ap. destinare, statuentes partibus terminum peremptorium, quo per se vel responsales idoneos nostro se conspectui repraesentent sententiam recepturā.

Idem priori de Bolonic. & I. rectori ecclesie de Borell.

*Publicis adestationibus admittitur aduersarius ad probandum contrarium, si ante publicationem super hac probatione contraria instrui non potuit. h. d. est casus singularis. Cap. xxxv.*

**E**x tenore vestrarum accepimus literarum, quod cum vobis causam, quę vertitur inter R. militem, & M. mulierem, commiserimus sine debito terminādam. & infra. Pars mulieris proposuit, quod dictus miles prius corporale praestitit iuramentum, quod ipsam duceret in vxorem, postmodum carnaliter cognitam traduxit in domū. Miles vero hoc inficiabatur omnino, adiiciens quod etsi haec vera essent, eam tamen de iure habere non potuit, eo quod aliam tunc viuentem prius duxerat in vxorem. Cum per testes militis videretur esse probatum, quod ipse ante festum Purificationis beate virginis B. mulierem solenniter accepit

accepit vxorem, & testes M. mulieris dicerent, quod in septimana Paschali sequente festum praedictum, de ea ducēda praestitit iuramentum, praedictus miles ab impetitione ipsius absolui cum instantia postulabat. Verum ex parte sepe dictę mulieris extitit replicatum, quod eo tempore, necno & ante, quo testes dicti militis dixerant cum cum alia matrimonium contraxisse, fuerat semper in Ebor. prouincia cōmoratus, cum testes ipsi dicerent hoc longē extra dictam prouinciam actum esse, determinantes tempus & locū: quod per testes idoneos erat proba: e parata. Sed econtra fuit ex aduerso responsum, quod (cum attestaciones iam essent hinc inde solenniter publicatę,) locus productioni testium iam nō erat. Quia igitur dubitatis vtrum post publicatione adestationum super illo articulo deberent testes admitti: nos inquisitioni vestre auctoritate praesentium respondemus testes mulieris ad probandum illum articulum admittendos.

Idem priori sancti Victoris.

*Indulgenda est in causa quarta productio testium petita cum solemnitate legali, causa legitima non refragante, nisi legitime appellatur.*

Capitulum. xxxvi.

**S**ignificauerunt nobis: & infra. Cum causa quę vertitur inter abbatem & monachos sancti Dionysii ex vna parte, ac abbatissam & moniales de Forcellis ex altera, tam super proprietate, quę super possessione prioratus de Argentolio, iudicibus a nobis cōmissa fuisset, & moniales super causa proprietatis prioratem ingressa, testes produxissent in illa postmodum possessionis iudicium suspensio petitorio intentarunt: & infra. Vnde in causa possessionis, quā moniales petebant, ea ratione, quod illa, quibus ipsę successerāt, inde fuerant violentē eiecta, testes fuerunt ab vtraque parte producti, & eo usque processum, vt publicatio iam fieri deberet: & infra. Mandamus, quatenus si vobis cōstitit abbatem & monachos quartam productionem testium, cum iuris solemnitate super possessione petiuitis, & propter hoc intra decem dies post interpellationem sententiam appellasse (nisi forte voluerint effugiam multitudinem tergierint) pro eo quod voluerint effugiam multitudinem tergierint in expensis legitimis condēnates. Et nisi adeo lit in petitorio iā processum, vt plene possit de proprietate liquere, vos causam possessionis, ad quam de iuris beneficio abbatissam & moniales habuere recursum, primitus terminetis, in causa proprietatis.

X.  
cum 42.

\*Vide. l. i. C. de spo. su. et in. l. ii. eo. tit.

f. iij. proprie-

proprietatis post modum processuri: alioquin quæstionē terminetis simul vtramque.

Idem episcopo Placentino.

*Diligenter examinandi sunt testes & puniendi, qui eos impediunt: & ipsorum multitudo est per iudicem refrananda.*  
Capitulum. xxxvii.

**C**um causam, quæ inter archiepiscopum Rauen. ac comūne Faucē. & infra. Quia verò vtriq; parti nimis existeret onerosum, vt testes producerent coram nobis: mandamus, quatenus recipias testes, quos vtraq; pars, tam super principali negotio, q̄ in personas testium duxerit producendos: ac eos diligenter examinare procures: & de singulis circumstantiis prudenter inquirens, de causis videlicet, personis, loco, tēpore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, & certitudine cūta plenē conscribas: & infra. Testes autem &c. Quod si forte Faurentini vel alij eos, quos dictus archiepiscopus ad perhibendum testimonium veritatis duxerit producendos, præsumpserint impedire: tu ipsos ab huiusmodi præsumptione cessare cōpellas. Volentes autem efrānatam multitudinem testiū refranari: volumus, vt hincinde quadragenarium numerum testium excedere nō permittas, ita videlicet, vt si Faurentium depositiones ratas habere voluerint, quæ à Ferrari. episcopo & abbate Pompon. receptæ fuerint: testes ipsi computentur in numero prælibato: alioquin cū adtestationes ipsæ sint clausæ iudicem testes, si necesse fuerit, iteratō producantur.

Idem de Nouo fonte & Casæ dei abbatibus.

*Adtestationes receptæ in summano, silem non faciunt in plenario iudicio. Et illarum publicatione non obstante, si idem, vel alij testes super eisdē capitulis recipi possunt.* Capitulum. xxxviii.

**V**nicens ad apostolicam sedem C. archi. Claremo. humiliter supplicauit, vt sententiam super decanatu Clareni. ecclesiæ pro eo latam, quæ iam fuerat in parte executioni man data, faceremus in totum executioni mandari. Cū autē præcuratores capituli Claremo. in nostra præsentia proposuerint sententiam illam contra iustitiam, & post adpellationē ad nos interpositam, promulgatam: & infra. Et idem archidiaconus ipsos tanquam procuratores admittere noluerit, vel dictis eorum aliquatenus respondere: P. subdia. nosse se ipsi obposuit ex aduerso adferens canonicē se in decanatu Clareni. esse iuratum propter quod dictus archi. in sua petitione nō erat aliquatenus audiendus, quia decanatus ipse, non ad illū, sed ad se potius pertinebat: & infra. Cū igitur super his aliquādiu disceptasset, interlo-

interlocuti fuimus, vt dictus P. si posset, incontinenti suam intentionem fundaret: qui cū super hoc testes & instrumenta produxerit, interloquēdo pronunciauimus, q̄ sua intererat, vt se posset obponere archid. memorato. Lite igitur inter eos, tā super electione, q̄ super sententia contestata, quæ situm fuit ab ipso archid. vtrum adtestationes prius exhibitas in articulo si prædicto in hoc iudicio vellet admittere: qui respondit q̄ vellet, dūmodo posset obicere tam in personas testium, q̄ in dicta. Quo audito, pars aduersa respondit, q̄ adtestationibus illis in hoc iudicio vti volebat: cū non super principali negotio, sed super articulo incidenti fuissent lite non contestata receptæ. vnde super toto negotio alios volebat testes producere vel eosdem. Pars autem respondit aduersa: q̄ cū testes illi, tā super sententia, q̄ super electione dixissent, & eorum adtestationes fuissent in iudicio publicatæ: non licebat. eidem (postquam testificata didicerat) super eisdem articulis alios testes producere, præsertim cū in hoc iudicio adtestationibus illis vltus fuisset subdia. prælibatus. Nos igitur iustitia pronunciauimus exigēte, quod testes essent recipiendi super toto negotio, quos vtraque pars duceret producendos. Quocirca mandamus, quatenus receptis testibus, & rationibus partium intellectis, causam ipsam tam super principali, quam etiam incidenti, sine canonico terminetis. Quia vero quæ in capitulo aguntur, nō facile possunt, nisi per canonicos ipsos probari: volumus, vt ad cautelam absoluat is eosdem, vt vocati ad testimonium liberē valeant pro vtraque parte testari.

Idem Bisuntino archiepiscopo.

*Religiosi etiam ad testificandum non admittuntur absque iuramento nisi à partibus remittatur.* Capitulum. xxxix.

**T**vis quæstionibus: & infra. Monachi vero de suis fratribus ac conuersis, testes in causis propriis producere absque iuramenti exhibitione non possunt: Nisi forte à parte remittatur aduersa.

Idem Atrebatē. episcopo, & Dedimēnen. & Viscampi abbatibus.

*Delegatus necessarius in testem remouetur à iudicando, & alius subrogatur.* Capitulum. xl.

**D**ilecto filio Ariēni. præposito nobis innotuit exponente, quod cū causam, quæ inter ipsum & comitissam Flandren. super donatione sex præbendarum sacerdotialium agitur, vobis episcopo ac abbas Dedimēnen. & Atrebatē. decanoduximus committendā: idem præpositus citra litis contestationem

*27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

+

tionem proposuit, quod testimoniū decani necessariū erat sibi in causa prædicta, cum de iure suo non nisi per ipsum & aliu vnicum tantum testem fidem facere posset. vnde postulat, vt in causa ipsa eō pcederetur exclusio, vel super sederetur in negotio quousq; substitueremus alium loco eius. vos autē petitionem eius admittite recusatis, quinimo post adpellationē a præbendarum ipsarum donatione suspēdistis eundem. Ne igitur ob testis defectum eius iustitia valeat deperire, te abbu Vrficampi loco ipsius duximus subrogandū, \* mandātes quatenus si est ita (suspensione præpositi relaxata) in causa iuxta prioris mandati tenorem, ratione præuia procedatis.

\* Vide l. literas. p. Cy. & B. C. de præsum.

Idem iudici Sabinen.

Ne probationis copia pereat, citato adversario recipiuntur & publicantur testes, quos reus induxit. Capitulum. xli.

Significauit nobis presbyter sancti N. Sabinen. dicecisi, quod fundatores eiusdem ecclesiæ liberam eam esse volentes, fundationis tempore se in ea nihil iuris retinere dixerūt. vnde timens, ne processu temporis, probationis copia valeat deperire, prouideri super hoc idem presbyter postulauit.

Quocirca mandamus, quatenus testes idoneos, quos ipse se per hoc duxerit producendos, examines diligenter, & eorum dicta in publica redigi facias monumenta, denunciādo fundatoribus ante dictis vel eorum hæredibus, vt receptioni testiu, si velint, intersint: & super denunciatione sic facta, conficiatias publicum instrumentum.

Idem episcopo & archidiacono Beueuē.

Si materia antiqui capituli repetitur aliquo addito, quod subiicitur necessitati probandi, possunt testes etiam antiqui publicatus adtestationibus produci. Capitulum. xlii.

Quia causa, quæ inter æconomum monasterij sancti M. de monte: & infra. Cum igitur abbas & fratres eiusdem loci probare intendant, quanti precij venditionis tempore possessiones prædictæ fuere: mandamus, quatenus recipiatis testes, quos alterutra partium super hoc duxerit producendos: & infra. Si vero pars monasterij ad hunc articulum eisdem testes produxerit, quos ad alium probandum produxit, vos nihilominus eos recipere procuretis. quoniā aliud est proballe deceptionis excessum, & aliud probare quantitatem valoris.

Idem.

Recipiuntur & publicantur testes, qui interfuerunt sententiæ, vel quos testis ubi per scripturam de sententia non adparet. Capitulum. xliii.

Non dicitur y in rem de hoc p. l. usq. mag. va = iuste p. l. c. i. = ab e. i. d. u. i. d. e. p. o. s. i. t. i. o. n. e. q. u. a. n. t. i. q. u. a. n. t. i. n. t. v. a. l. d. e. q. u. i. d. e. p. o. s. i. t. i. o. n. e. e. x. d. e. l. i. c. e. t. d. i. = m. d. e. l. i. c. i. t. i. o. n. e. p. r. e. s. b. y. t. e. r. i. s.?

Albericus miles nobis insinuare curauit, quod cum olim inter ipsum & C. mulierem Raucnaten. coram capitulo Raucnaten. matrimonij quæstio verteretur, eandem lata fuit diuortij sententia inter eos. postea vero dictus miles timēs sibi & filiis, quos de legitima vxore suscepit, ex eo posse præiudiciū generari, quod in scriptis redacta nō fuit sententia memorata, supplicauit vt testes, qui sententiæ interfuerunt prædictæ, recipi faceremus. Ideoque mandamus, quatenus testes curetis recipere antē dictos, de positiones ipsorum in scripturam publicam redigi facientes.

Idem Beluacensi episcopo.

Publicatis adtestationibus possunt produci testes super eodem articulo vel directe contrario, qui prius fuerunt producti in iudicio, summario seu extra iudicium. h. d. secundum notabilem intellectum, non ponendo aliquam specialitatem in causa matrimoniali. Et tunc exponere textum in sibi, in hoc casu, scilicet cy. testes alios producti reprodulantur. Panor. Capitulum. xliiii.

Quia in tua dicecesi: & infra. Vtrum autem si ad causam reidoneo comparente, per tres vel quatuor testes inter tam coniunctos parēta perbarctur, per depositiones eorundem posterioriū testiū derogetur fidei vnde decim vel duodecim propinquorum, qui antiquiores tempore ac præstantiores meritis ante contractum matrimoniū in contrariū iurauerant, distinguendo personas & gradus, a quibus directē hic, de quorū copula agitur descenderunt, an primi posterioribus preferantur, non immerito quari posset. Quamquam autem ad aliud & ob aliud iurauerint, tam illi, q̄ isti, tamen si in secundo iudicio priores personæ iuratae deponerent, illa eadem, quæ primo dixerunt, absq; dubio eorum testimonia prævalerent, nec eo possent prætextu repelli, quod partes testificata didicerant, eū talis exceptio locum non habeat in hoc casu.

Idem.

Excommunicari possunt, qui partē impediunt in testibus producendis. Et denunciandi sunt testes non teneri iuramento, de veritate non dicenda. Et si consanguinei impediunt testes actiuis, de veritate non dicendis, puniuntur reus, de cuius voluntate hoc fieri presumitur. Capitulum. xlv.

Constitutis in presentia nostra archiepiscopo & M. canonico Surrenti, dum ipse illū de crimine simonie deferret: & infra. Cæterū quoniā a principio potestatus est præfatus M. ipsius archiepiscopi consanguineos multa impedimēta per suā potētiā præstitisse: quo min⁹ pbationū copiā in nostra presentia

Albe-





per certis capitulis postulasset, idque malitiose, vt negligenter fuerit prætermisissum.

Idem Vellei & Sacramentæ abbatibus, Palentia & Segobien. diœce.

*Testes probatorios & reprobatórios probatoriorum reprobare licet; sed reprobatórios reprobatórium non licet. Cap. xlix.*

**L**icet dilectus f. n. L. tituli sancte Crucis presbyter cardinalis, quem procuratoribus Burgien. episcopi, & clericorum sancte Mariæ de castro Soret, dedimus auditorem, ea que procuratores ipsi proponere voluerunt, audieris diligenter, quia tamen procurator dicti episcopi contra personas testium productorum in principali adhuc se velle dicere proponebat: & infra: Mandamus, quatenus recipiatis testes, quos contra personas productorum super principali negotio partes duxerint producendos: quos si rursus pars altera vel vtraq; voluerit reprobare, \* contra illos probationes admittere procuretis, ita, quod ultra non liceat paribus ad reprobationem testium adipirare: ne si producendi quattor contra tertios, & sic deinceps paribus licentia tribuatur, negotium diutius protolari contingat.

\* *vide. l. ric reprobare, \* contra illos probationes admittere procuretis, ita, quod ultra non liceat paribus ad reprobationem testium adipirare: ne si producendi quattor contra tertios, & sic deinceps paribus licentia tribuatur, negotium diutius protolari contingat.*

Idem præposito & magistro G. & R. Laudun. canonicis.

*Adtestationes receptæ per arbitrium, fidem faciunt in iudicio, si testes mortui sunt: si viuunt, est in optione illius, contra quem testes producti sunt, an velit adtestationes recipere, an testes de nouo deponere. Et adde etiam si adtestationes publicatæ sunt. & hoc vltimum non est in l. f. C. eod. vbi ponitur casus huius decre.*

*Capitulum. l.*

**P**resentata nobis Suesion. archidiano. petitio continebat, quod cum inter quondam R. prædecessorem suum ex vna parte, & capitulo sancti Pe. Suesion. ex altera, super iurisdictione, quam idem archidiano. se in dicta ecclesia ratione archidionatus proponebat habere, questio verteretur, tandè cancellarium Parisien. & magistros R. Remen. & P. Brito. canonicos super hoc arbitros elegerunt: qui cum suscepto arbitrio ad eò in negotio processissent, quod productis testibus, & depositionibus publicatis, receptisq; allegationibus vtrorunq; & actis omnibus redactis in scriptis sigillorum suorum implesione signatis, arbitrium proferre deberet, vnus ipsorum viam vniuersæ carnis ingressus, & alius in archiepiscopum Ebreduen. adsumptus, qui distat per duodecim dietas & amplius ab eisdem. Vnde cum prædicto R. solo minimè arbitrari valente videatur arbitrium expirasse. Dif. vestre mandamus, quatenus

ius causam iuxta huiusmodi acta sine debito terminetis, optio- ne capitulo reseruata, vt vel recipiat depositiones eorum, qui superiunt productorum testium contra eos, vel eas respicientes consentiant, vt iidem testes admittantur iterum, saluo iure quod in vtroque casu eidem capitulo competit, tam in personis testium, quam in dicta.

Idem Penn. episcopo.

*Non creditur testi etiam religioso, qui sine iuramento deponit. Capitulum. li.*

**N**uper nobis A. presbytero supplicante innotuit, vt cum ipse ordinem fratrum minorum causa probationis intrasset, custos ad probandum, quod idem presbyter fecisset professionem, quosdam ordinis sui testes induxit, qui deposuerunt super hoc (contradicente dicto presbytero) non iurati: & infra. Respondemus, quod nullius testimonio quantumcunque religiosus existat (nisi iuratus deposuerit) in alterius præiudicium debet credi.

Idem Corisopoton. & Trecoren. episcopis.

*Diligenter & sigillatim examinandi sunt testes: supple. etiam si agitur de vita, & miraculis alicuius canonizandi. Cap. lii.*

**V**enerabili. f. n. episcopo & capitulo Corisopoton. ac vniuersis abbatibus apud Cisterciën. in generali capitulo congregatis: & infra. Dif. vestre mandamus, quatenus testes, quos abbas & monachi sancti Martini Cisterciën. ordinis super vita & miraculis piæ memoriæ M. abbatis monasterij supradicti duxerint producendos, examinare sigillatim curetis, cum ea diligentia, quæ solet & debet in receptione testium adhiberi: Gregorius. ix.

*Iterum examinandus est testis, qui obscure deposuit: supple. tu ex iudicis officio. Capitulum. liii.*

**C**um clamor validus contra Acherontinen. episcopum super vniuersa & aliis criminibus ascendisset, Meliten. & Ruben. episcopis dedimus in mandatis, vt super his diligenter veritatem inquirerent: & j. Verù quia apertis adtestationibus L. & G. super simonia ita deponere cõfute, & ex dictis eorum non potest veritas declarari: Mandamus, quatenus examinetis eos iterum diligenter, & tã eorum, q; aliorum, quos receptis testimonificata sub sigillis vestris nobis fideliter referatis.

Idem.

*Perseuerans in crimine, etiam in ciuili, repellitur a testimonio: emendatus verò, nõ infamis admittitur in ciuili, & etiã criminali: nota ciuili ter fallit in iurio, qui v criminali repellitur. Ca. liii. Testimonium*

*de merito  
tunc reses.  
vnde ad hunc de  
vnde de que vacat  
vnde de  
vnde de  
vnde de*

**T**estimonium eius, cui ab aduersa parte opponitur crimē, meritō reprobatur in criminali causa, siue ciuili, si in ipso crimine perseueret. Si verō sit de crimine emendatus, & cū non comitetur infamia, non est in causa ciuili, vel etiam cū de crimine ciuilliter agitur (præterquam pro reatu periuiri) repellendus. In criminali autem, si in alio iudicio instituta ad cūsa, tione contra ipsum, de crimine conuictus extitit, vel confessus: vel si nunc per exceptionem exinde conuincatur, aut grauata sit eius opinio, pro eo q̄ quandoq; fuit tali modo repulsus, quamuis in hoc casu nō excluderetur in causa ciuili: potest à testimonio (licet egerit pœnitentiam) remoueri.

Idem.

*Quarta productio non est danda sine solemnitate legali, de qua hic.*

Capitulum. lvi.

**V**ltra tertiam productionem non debent testes vterius produci in causa. \* Nisi præstito ab eo, qui hoc postulat iuramento, quod neque per se, neque per alium testificata subtraxerit, vel fuerit percunctatus: nec per per dolum, aut artem aliquam quartam productionem exposcat: sed quia quōs desiderat de nouo producere, prius habere nequiuit.

Idem.

*Adcusatus criminaliter non admittitur in testem contra aliū in causa criminali, sua adcusatione pendente: nisi in exceptis criminibus.*

Capitulum. lvi.

**N**on debet quis in criminibus. (Nisi forsā in exceptis) ad testificandum admitti pendente adcusatione de crimine contra ipsum: cū etiam adcusati (nisi prius se probauerint innocentes) ab adcusatione ac susceptione ordinū repellantur.

De testibus cogendis, vel non. Tit. xxj.

Alexander. iij. Papien. elec.

*In causa ciuili monendi & inducendi testes sunt ad testificandum: & si se subtrahant odio gratia &c. compelluntur.* Cap. i.



**C**ausam matrimonij, quæ inter M. mulierem & filium R. vertitur, commissimus iudicibus terminandam. Idēoque mandamus, quatenus testes ab alterutra partium in suæ adferentis testimonium inuocatos, ne veritatem occultent: diligentius moneas & inducas. Si autem odio, vel gratia, vel timore se subtrahant, eos ad ferendum testimonium coram præfatis iudicibus, vel eorum nuncio, quem ad hoc miserint, ecclesiastica distictione compellas.

Idem.

Idem presbyteris Pontix.

*Vbi testimonium est necessarium, compellendi sunt testes ad illud ferendum, etiam per suspensionis, excommunicationis, & depositionis sententiam.*

Capitulum. ii.

**C**um super causa, quæ vertitur inter Prænestinen. episcopum & Subl. abbatem, sit testimonium vestrum necessarium: mandamus, quatenus perhibitori testimonium veritatis, apostolico vos conspectui præsentetis. Si verō nō veneritis, sciatís vos ab officio & beneficio ecclesiastico apostolica auctoritate suspensos. Et si nec sic veneritis, excommunicationis sententiam & depositionis poteritis formare.

Idem Genuensi archiepiscopo.

*Testis, qui timore aduersa partis se subtrahit, testificari compellitur, adde etiam in criminali secundum communem intellectum: & sic aliquid addit ad cap. i. supra eo. &c. dilectorum. j. eo.*

Capitulum. iiii.

**S**uper eo: & infra. Consul. t. r. respond. quod si factum est notorium, non eget testium depositionibus declarari, cum talia probationem vel ordinem iudicarium non requirant. Verum si non est notorium, & is, qui conuenitur, factum negauerit: testes qui interfuerunt facto, monendi sunt, non cogendi ad ferendum testimonium veritati. Nisi forte timore aduersæ partis confiteri iudicis eos à ferendo testimonio reuocatis. Licet ad hoc passim possint de iuris humani rigore compelli.

Idem.

*Compelluntur testes etiam in criminali, quos adcusatus maleficiose adcusatori subtraxit, hoc dicit secundum verum & communem intellectum.* Abbas.

Capitulum. iiii.

**P**eruenit ad audientiam nostram, quod cum I. prior sancti Laurentij coram te fuisset de simonia & adulterij crimine adcusatus, quendam, qui contra eum ducendus erat in testimonium, iuramento aditrixit, ut non deponeret contra ipsum: & infra. Nos igitur adtendentes, quod neco debet aduersario instrumenta (quorum adpellatione testes continentur) subtrahere: & quod tam ille, qui subripit instrumenta, quam qui aduersario parem aduocationis copiam subtrahit, iniquā ostendit à se litem foueri, & experiri debet in se iudicis auctoritate elusam: respondemus, ad detegendum tantæ fraudis & calliditatis commentum ipsum testem meritō esse cōpellendum.

Clemens. iij. Segobien. episcopo.

*Si res aliter probari non potest, etiam in causa criminali compellendi*

\* Vide. l. i. ff. de si. intru. \* Vide. l. cū, qui nocentem. ff. de in iur.

\* Vide auct. qui semel. C. de proba. *ita scribit Ray. in praxi. fo. l. fol. 54. h. 23.*

*pellendi sunt testes. h. d. secundum lecturā notabiliorē. Cap. v.*  
**P**ervenit ad nos, q̄ cum à laicis enormis & intolerabilis iniuria clerico multis adstantibus & videntibus inferatur, injuriantes in causam tracti, negant se tantum facinus commisisse & cum læsus eorum testimonio, qui præsentēs extiterant, hoc probare desideret, illi nolunt veritati testimonium perhibere: & infra. Con. t. r. quòd hi, qui de rebus ecclesiasticis testificari recusant: si aliter veritas nequiverit elici, ad illud sunt per censuram ecclesiasticam compellendi.

Idem.

*Super consanguinitate probanda cogendi sunt testes. Ita commissiter summarur. Sed Panor. nō placet hoc summarium, & ideo summat sicut. c. i. supra eo. Cap. vi.*

**C**Aeterum, quòd super consanguinitate cogendus sit testis perhibere testimonium veritati, non dubitatur à nobis, cum id tam ius scriptum adprober, quam consuetudo actibus ventium adprobata\*, si ipsum constiterit odio, vel gratia, veritatem supprimere, aut timore:

\* Vide. l. 3. C. qua sit lon. cō. sueti.

Celestinus. iij.

*Testis synodalis, qui coram ordinario super matrimonio deposuit, non compellitur iurare super eo coram delegato. hoc primo. Propter supervenientem infamiam, à testimonio repellitur. hoc secundo. Potest tamen, si erravit, incontinenti, non ex intervallo, distum suum corrigere. hoc tertio. Cap. vii.*

**P**raterea si testes publici, quos tua civitas nūcupat synodales, super causa matrimonij eorā te vel tuo capitulo semel testimonium reddiderint, non debent compelli, vt in præsentia alicuius delegati iudicis super eadem causa iteratò præbeat iuramentum, dūmodo aliter fiat fides iudici delegato: nisi forte articulus noue quæstionis emergat. Huiusmodi verò testes publico iure possunt propter infamiam à perhibendo testimonio remoueri, si eam postquā in communi recepti fuerant, contraxerint. Quorum testimonia, si quādoq; nō studiose, sed in proferendo errauerint, & se incontinenti correxerint, reprobari non debent. Iocus autem erit, si correctionis suæ interposuerint intervalum.

Innocentius. iij. priori sancti Fridiani & magistro P. canonico Pisano.

*Cum de fama vel vitio falsitatis inquiritur, cogendi sunt testes. h. d. secundum Ioan. And. sed secundum Panor. nimis restrictum est textum. Capitulū. viii. Superd.*

**S**uper his: & infra. Cæterum volumus & mandamus, vt super inquisitionis articulis, tam de fama electi, quam literis contra eum sub nomine longè maioris & sanioris partis capituli destinatis, cogatis testes, qui nominati fuerint, perhibere testimonium veritati.

Idem archidiacono Mediolanensi.

*Testes, qui se subtrahunt, etiā in criminali cogēdi sunt. Ca. ix.*

**C**um contra magistrum R. super eo, q̄ dicitur falsas de sede apost. literas reportasse, ac per se vel procuratorem fuisse vsum eidem, tibi direxerimus scripta nostra, postulasti per sedem apost. oraculum edoceri, verum super præfato vitio falsitatis testes cōpellere debeas nominatos. Nos igitur respondemus, q̄ testes prædicti si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per cen. eccle. debes adpel. remota, compellere veritati testimonium perhibere\*.

Honorius. iij. abbati sancti Eugenij, & magistro G. canonico Scñ.

*Non summarur propter varietatem lecluratum, nec etiam diuisur. Capitulum. x.*

**D**ilectorum filiorū Vulterani capituli ex parte vna, & episcopi Vulterani ex altera procuratoribus in nostra præsentia constitutis: & infra. Testes, qui fuerint nominati: præterquam super criminibus (si se gratia vel timore subtraxerint, vel odio) per censuram ecclesiasticam cogatis veritati testimonium perhibere.

Idem episcopo Bon. & magistro B. episcopo.

*Ad detegendam veritatem coniurationis coguntur socii, etiam iurati. Capitulum. xi.*

**V**enerabilis frater noster archiepiscopus Rauennatē. p. posuit, q̄ ciues Ceruicē. cum M. & L. quondam clericis ecclesie Rauenn. quandā præsumpserūt coniurationem facere contra eum, nihilominus in detrimentum eius dantes eis quādam pecunie quantitatem: & ad hæc celanda se adstringentes vinculo iuramenti. vnde humiliter supplicauit, vt cum causam super his, & quibudam articulis vobis duxerimus committendam, & ipse intentionem suam probare non possit, nisi testimonio civium prædictorum\* providere ei, ne pro defectu testimonij pereat sua iusticia, dignaremur. Ideoq; mandamus, quatenus monitione præmissa per censuram eccle. adpel. remota cogatis illos, quos videritis compellendos, vt ab huiusmodi iuramento absoluant, quos idem archiepiscopus ad testimonium duxerit producendos: eos nihilo minus (si se gratia, vel odio,

\* Et de iure civili multat. vt est. l. i. ff. si quis ius di. nō obtemp.

\* Vide. l. veti. c. l. Quoties. ff. de quaestio. c. l. cu probatio ff. de proba.

e. 4) odio,

odio, vel timore subtraxerint) districtione simili compellentes ad perhibendum testimonium veritati.

De fide instrumentorum. Tit. xxij.

Gregorius.

*Instrumenti exemplum non solemniter sumptum, fidem non facit absque originali. h. d. secundum ipsius mentem. Cap. i.*

*cap. 16. s. b. l. cap. 29.*



**S**cripturam authenticam nō videmus: ad exemplaria nihil facere possumus.

Alexander. iij.

*Corruit instrumentum, si testes inscripti decefferint, nisi sigillum habeat authenticum, vel à notario sit confectum. Capitulum. ii.*

**S**cripta verò authentica, si testes inscripti decefferint (nisi per manum publicam facta fuerint ita, & adpareāt publica, aut authenticum sigillum habuerint, per quod possint probari) non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.

Idem.

*R. scriptum apostolicum propter rasuram, in loco non suspecto non censetur vitijsim. h. d. secundum mentem. Cap. iij.*

*corroborat cap. 16. ff. 18. p. 3.*

**E**x literis vestris accepimus, & cum causa, quæ inter magistrum A. & R. super capella de Ambitoria veritur, de mādato nostro suscepitis terminandam, præfatus R. literarum sibi copiam fieri postulavit. Qui cū eas argueret falsitatis, quia in narratione facti abrasæ sunt, vbi scriptum est, iura parocchialia: & infra. Dicimus, quod propter abrasionem illam iudicari falsæ non possunt, nec etiam haberi suspectæ, præferim cū priuilegia in possessionibus abradantur, & literæ in narratione facti (si erratum est) possunt incunctanter abradī.

Idem Eboracensi episcopo.

*R. edarguenti priuilegium de falso, index faciet illud exhiberi coram iudice & paucis, & in loco congruo & securo: & interim stabitur sententia lata per illud. Cap. iij.*

**A**ccepimus literas, quas abbas sancti Augustini contra Cætuariens. archiepiscopum transmiserit: & infra. Cū priuilegia non inspecta non valeant argui falsitatis, & difficile sit & periculosum ea apud sedem apost. exhiberi: præcipimus, vt vel exhibeantur eidem archiepiscopo in claustris prædictoris fratrum, vel in alio loco congruo & securo, vsque ad natiuitatem proximam sancti Ioānis Baptistæ. Si verò nec venerit, nec sufficientem responsum miserit, ei perpetuum silentium imponatis ipsa vterque arguendi. Interim autem nolimus illa priuilegia

*legia vacillare: sed præcipimus sententiam, quæ eorum obtenta super itaq. monasterij lata est, inuiolabiliter obseruari: & infra. iubemus etiam, vt archiepiscopum in inspectione priuilegiorum. xij. hominum numero faciatis esse contentum.*

Celestinus. iij. abbati sancti Secundi.

*Instrumentum vel priuilegium, quo quis vitatur coram iudice, si reus est aduersario integraliter legi debet: sed solum illud capitulum, de re tracto, si aduersario quo agitur, ead. debet. Capitulum. v. Audi. e. d. d. d. fieri.*

**C**ontingit interdum, vt dicitis, & quodocūq; cū aliquo li. re habetis, priuilegiū vestrū aduersæ parti cogimini plenus exhibere: vnde accidit, quod occasione vnius capituli, super quo cōuenimini: plurima litigia suscitantur: & infra. Cōf. t. r. vt quodocūque super exhibendo priuilegio vel indulgentia seu instrumento fueritis requisiti: præfente iudice aut aliquibus prudentibus viris deputatis ab ipso audiente parte contraria tantummodo recitetur, \* ita quod si tantum super vno capitulo quæstio fuerit, illud solummodo describatur, & aduersæ parti copia eius fiat. \* vide. l. l. puiscialis. C. de

Innocentius. iij. Mediolanensi archiepiscopo.

*Instrumentum publica manu non confectum, habens sigillum, diuers. officin. literæ non sunt legibiles, vel scripturæ deletæ, vel enormem si p. Bart. patitur fracturam, non probat h. d. prout magis facit ad titu. Et est casus quotidianus & notabilis p. istis sigillis antiquis. Panos. Capitulum sextum.*

**I**nter dilectos filios G. abbatem de Scozula, & B. procuratorem tuum super subiectis articulis, diu fuit in nostro auditorio litigatum. Petebat siquidem abbas nomine monasterij sui à præfato procuratore tuo nomine Mediolanens. ecclesie restitui monasterio memorato portum Scozulæ cū honore districtæ & iurisdictione loci præfati, dicēs ad monasterium hæc omnia pertinere, hoc ipsum dicens de hominibus, qui habitāt in Curteberunen. & tenent res monasterij in Galia: de quibus monasterium obtinuerat in iudicio possessorio per sententiam episcopi Veronens. Hæc omnia petebat cum omnibus fructibus inde perceptis: saluo in omnibus iure addendi vel deminuendi, satagens comprobare omnia, quæ præmissa sunt ad suū monasterium pertinere. Primò per priuilegium Luichardi comitis quondam episcopi Lucani, qui monasterium ipsum fundauerat, & ei, quæ præmissa sunt, donauerat: vniuersa. Secundò per instrumentum sententiæ Asperti, quondam Mediolan. archiepiscopi, quam ex delegatione Lodouici imperatoris tulit super

super his pro monasterio cōtra A. præfati Luithardi nepotem, qui super his monasterium molestabat. Tertio per priuilegia Romanorū Imp. & præsertim Hērici, qui præmissa omnia monasteria confirmabat, vel etiam conferebat. Quarto per instrumenta locationum, quas fecerant diuersis personis abbates monasterij memorati. Testes quoque produxerat, per quos nitebatur probare, quod monasterium à .lx. annis & citra, & à .l. annis & supra, possederat suprascripta: & quod fama publica erat, ea omnia præfato monasterio, à iam dicto Luithardo fuisse donata. Sed contra priuilegium donationis à procuratore tuo multa fuerunt obiecta. Primo, quia ibi maxime adparebat consumptum (videlicet in adnotatione indictionis) ubi potuisset falsitas facillius deprehendi. Secundo, quia cum charta verustissima videretur, recentior adparebat scriptura, tanquam non illo tempore facta fuisset. Tertio, quia falsum sigillum viciosè videbatur adpositum, eo quod à media parte sigilli adparebat quædam imago non cum mitra in capite, sed cum pileo: nec induta pontificalibus, sed regalibus indumentis, tenens in manu non baculum pastorem, sed quasi sceptrum regale, cuius facies non adparebat, integra, sed dimidia, tanquam in illa medietate respiceret aliam mediam, quæ tamen tota vana remanebat, sed quædam imago videbatur ex ea fuisse deleta: quia cera in ea parte, nec in colore, nec in planicie reliqua parti similis adparebat: vnde non episcopi, sed imperatoris videbatur fuisse sigillum, quod in vna medietate Cesaris imaginem exprimebat, & in altera medietate præsumebatur, vel filij, vel cōiugis imaginem habuisse: nam in ipso sigillo nullæ aliæ literæ adparebāt, nisi, quæ nomen proprium cum hac adiectione, dei gratia, designabant. Sed cum proprium nomen ipsius episcopi fuerit Luitardus, & in nomine proprio, quod exprimebat sigillum, deletæ fuerant duæ literæ. secūda, quæ erat inter .l. & .t. & sexta, quæ fuerat inter .r. & .u. ita, quod si secūda o, & sexta fuisset i, procul dubio non Luitardus, sed Lotharius legeretur: quod etiam inde conuinci poterat, quod secundum dispositionem aliarum literarum inter .l. & .t. non erat spatium, nisi, quod potuisset vnā literam continere: cum secundum integritatem huius nominis Luitardus inter .l. & .t. duæ litteræ sint diuersæ, præterea inter .r. & .u. tam modicum erat spatium, vt in eo nec hæc littera .d. quæ maius occupat spatium, sed hæc littera .i. quæ minimum occupat, videretur formata fuisse. Rursus cum cera sigilli ab interiori parte verustissima esset, cera quæ posita erat ab exteriori parte, quasi ad consecrationem sigilli, recens erat & mollis. \* Quod cum diligenter inuestigarum

inuestigarum fuisset, certo certius est compertum, quod sub verustissimo sigillo charta fuerat perforata, & per glutinum nouæ cere, quæ fuerat posita exterius, quasi ad consecrationem sigilli, viciose fuit ipsi chartæ subiunctum. Eadem \* falsitatis specie per viciosa videlicet adpositionem sigilli cætera fere priuilegia Romanorum Imp. præter priuilegia Henrici vel falsa recepta sunt, vel falsata. Sed & ipsum Henrici priuilegium ad fidem instrucendam non videbatur sufficere, quia nec erat publica manu confectum, nec sigillum habebat authenticum, eo quod erat ex media fere parte consumptum, nec plus de nomine proprio, nisi hæc adiectio, dei gratia, adparebat, ita quod ex literis ipsis non magis poterat comprobari fuisse sigillum Henrici, quam Lodouici. Instrumentum quoque sententiæ multis modis inueniebatur suspectum, tum quia in ipso quædam adparebant litteræ: tum quia subscriptio notarij videbatur manus alterius fuisse, quam subscriptio instrumenti, cum tamen notarius in subscriptione profiteretur se instrumentum manu propria conscripsisse. Littera quoque recentior videbatur, quam charta, & aqua videbatur encaustum infectum, vt antiquius adpareret. In omnibus autem Imperialibus priuilegijs, quæ posteriora fuerant, nulla est habita mentio de sententiâ, quanuis in eorum aliquibus mentio facta fuerit Luithardi, qui dicebatur donationem fecisse. Porro si legitimum esset instrumentum sententiæ, per illam tamen sententiam nullum Mediolan. archiepiscopatu præiudicium poterat generari, cum ipsa sententia lata fuerit inter alios: & res inter alios acta, alij non præiudicet. \* Nec adtestationes, quæ continebantur in instrumento sententiæ, iii. ff. in per quas legitima donatio Luithardi videbatur esse probata, poterant eidem archiepiscopatu nocuum aliquid irrogare, cum inter alias personas, & in alio iudicio receptæ fuissent. Cæterum memorati Henrici priuilegium, quod non solum confirmationis, sed etiam donationis videbatur fuisse, vnde rerum dominij donatarum intelligi forte poterat monasterio adquisitum, quanuis ex forma petitionis, quæ in ipso priuilegio declaratur, confirmatorium videretur fuisse, vnde tamen intelligatur eo modo, quo magis posse valere: distinguendum videbatur: vt idem Henricus alia donauerit, & alia confirmauerit: cum eadem legitime nequiuissent confirmari pariter & donari: confirmari, tanquam prius habita & possessa: donari, tanquam tunc tradita & concessa: ac per hoc illa non poterant intelligi per priuilegium illud donata, sed confirmata, cum iuxta legum sanctiones, quod meum est, ex alia causa meum fieri non possit.

\* Alias tandem.

\* Vide .l. iii. ff. in di. sol. per Bart.

\* Adde, quæ de re huius fidei sigill. in .l. duo sunt Titii. ff. de test. tu. de .p. Bar.

Decretaliū Gregorij Lib.ij. Tit.xxij.

nisi desiderit esse meum: & infra. Cum ergo privilegium Henrici, confirmatorium tātum exiterit, saltem quo ad illa, quae deducta sunt in iudicium, si principale non tenuit, nec accessorii, quod ex eo vel ob id dignoscitur esse secutum: & infra: Per instrumenta vero locationis, nec est utique probata proprietates: nec ad plenum possessio, cum ad probationem rei propriae siue ad defensionem non sufficiat facta locatio: & infra. Cum autem super his fuisset diuētiū litigatum, quia legitime probata non fuerant, quae petebantur ad monasterium pertinere, ab impetitione ipsius procuratorem tuum nomine tuo & Mediolan. ecclesiae sententialiter duximus absolendum: quoniam cum obscura sunt iura partium: consuevit contra eum, qui petitior est, iudicari.

Idem Cantuariensi archiepiscopo.

Non valent litera super absoluteione voti per cruce signato: impetrata tacita veritate, vel expressa falsitate. Capitulum. vii.

Quod super his. & infra. Quasiuisi, quid agere debeas circa cruce signatos, qui dicentes se ab Apost. sede redire, super absoluteione sua ignota cardinalium sigilla reportant: cum eis super impedimentis expositis non fuisset de leui credendum. Ad quod taliter respondemus, quod quando talibus literas indulgemus, illis, qui personas & facultates eorum plenius nouerunt, hoc modo scribimus, ut super impedimentis expositis (Inquisita diligentius veritate) statuunt circa illos, quod animarum salutis, & succursui terrae sanctae magis nouerint expedire: prouidentes aduentus, ne quid in fraudem voti fallaciter confingatur. Vnde si tales per suppressionem veritatis, aut falsitatis expressionem literas non solum cardinalium, sed & nostras, nec solum dubias, sed & certas consiliter impetrasse, carere volumus impetratis, & eis non obstantibus ad voti executionem compelli.

Idem Helienſi episcopo.

Si de extraneis dubitatur, an decretalis sit authentica: aut est iuri consona, & tunc indicatur secundum illam: aut dissona, & tunc Papa consulitur. Capitulum. viii.

Pastoralis. & infra. Auctoritate praesentium duximus statuendum, ut cum decretalis aliqua, de qua iudex merito dubitet, allegatur: si eadem iuri communi sit consona, secundum eam non metuat iudicare: cum non tam ipsius, quam iuris communis auctoritate procedere videatur. Verum si iuri communi sit dissona: secundum ipsam non iudicet, sed superiorem consulat super ea.

Idem epi

De fide instrumentorum.

Idem episcopo sancti Andrae, & abbati de Broc.

Post publicatas adestationes usque ad conclusionem possunt instrumenta produci. hoc primo. Consuetudo loci instrumentum authenticum. hoc secundo.

Utrum dilectus. & infra. Ad secundam quaestionem duximus respondendum, quod vtraque pars potest instrumentum etiam post publicationem adestationum usque ad definitiuae sententiae calculam exhibere ante, quam sit in causa conclusum. Super tertio vero articulo respondemus, si consuetudo illius patriae obtinet ad probata, ut instrumentum illius regis fides adhibeatur: vos ea secure poteritis admittere: praesertim cum supradictus rex tantae fuerit honestatis, quod ipse instrumenta maximae auctoritatis sint in partibus Scoticanis.

Idem Petro ciui Viterbiensi.

Falsitas instrumenti, vel quod deest instrumentum, probari potest per testes.

Capitulum. x.

Utrum Ioannes eremita a te centum triginta libras Senensis causa mutui coram Donado & Io. iudicibus Viterbiensi petiſſet, & tu ex aduerſo proponeres, quod cum idem in centum & octoginta libris tibi pro precio domus, quam eidem vendideras, teneretur, centum triginta libras ex illis non immerito debebat compensare. Tandem cum super hoc & quibusdam aliis articulis inter vos fuisset aliquadiu litigatum, iudices adestationibus publicatis te sententialiter condemnauerunt. ut eidem praedictae domus possessionem vacuum traderes, & a creditoribus liberatam, & infra. Cum igitur ab hac sententia ad nostram audientiam duxeris appellandum, & nos tamen tibi, quam praedicto I. T. subdiaco. & capellanum nostrum dedimus auditorem, ex parte tua fuit propositum supradictae domus venditionem non puram sed conditionalem potius extitisse, ac nullatenus teneri ad traditionem ipsius, quatuor nihilo minus testibus ad hoc probandum inductis. quod & si nouum esset: capitulo, pendebat tamen ex veteri. qui iurati deposuerunt se interfuisse contractui inter te & praedictum I. super eadem domo celebrato, pro qua centum octoginta librarum precium tibi fuerat constitutum, tali videlicet adiecta conditione, ut tu domum ipsam inhabitares liberè in vita tua, & post obitum tuum M. & R. natis tuis eiusdem I. nepotibus remaneret: cuius conditionis intuitu domum ipsam eidem I. pro minori precio vendidisti, cum a G. morandi pro ipsa. CC. libras potuisses habere, anni vero mensis & diei, quo tunc initio facta fuit, idem testes se dixerunt minime recordari. Dicitur vero I. venditionem

qua

a. p. xi. fo. l. fol. 64. r. 678.  
H. v. d. i. l. e. g. e. j. i. j. p. a. s. fo. l. 1. p. 70. l. 7. j. d. fo. l. fol. 50. r. 34

X

6

6. probatio ueniſſet recipi  
post adestationem factam in  
in gratia. l. i. fo. l. 71. r. 132  
Equali probatio, facta uel  
instrumenti, per testes, l. 1. p. 144  
Frey. j. d. p. 1. fo. l. 52. r.

non conditionalem, sed puram proposuit existisse, ad hoc probandum publicum exhibens instrumentum: & infra. Tabellionem quoque, qui confecerat instrumentum, & vnum ex testibus in instrumento subscriptis ad id probandum induxit, & infra. Porro cum dubitatio fuisset exorta, vtrius deberet probatio prævalere, pro tua fuit parte propositum, quia & si eandem vim obtineant instrumentorum fides, & depositiones testium in litibus exercendis, non tamen quodlibet instrumentum tibi debet esse momenti, vt trium vel plurium idoneorum testium depositionibus præferatur: & infra. Ad hoc autem idem lo, ex aduerso respondit, quod cum intentionem suam per iam dictum fundauerit instrumentum, ac tu in modum exceptionis venditionem ipsam non pure, sed conditionaliter celebratam esse proponas, \* nec per testes ad hoc à te inductos de certo fuerit tempore facta fides, & ideo non adpareat quod super illa venditione deponant, quam constat per dictum instrumentum determinato tempore fuisse contractam, huiusmodi probatio videbatur inefficax ad intentionem contrariam elidendam. Verum responsionem istam esse proponebas inuvalidam: quoniam cum vtraque pars à nobis interrogata, fuisset in iure confesssa, quod vnica tantum venditio super domo contracta fuerit: & ex depositionibus testium liqueat venditionem conditionalē fuisse: ex vtriusque confessione colligitur eiusdem domus venditionē conditionalē existisse, non puram, non abstante, & ipsa interrogatio facta fuerit postquam à partibus exitit in causa conclusum, cum iudex (qui vsq; ad prolationem sententiz debet vniuersa rimari) possit interrogare de facto quoties dubitationis aliquod occurrit, \* & infra. De consulti. s. n. pronunciauimus, venditionem prædictæ domus fuisse conditionaliter celebratam, & te ob hoc nullatenus obligatum ad traditionem ipsius: super hoc memorato l. silentium imponentes. Sententiæ vero iudicum prædictorum, qui alias iuste pronunciaffe noscuntur (cum huiusmodi exceptio coram ipsis nec probata fuerit nec obiecta) quod ad dictum capitulum infirmamus, eam quod ad alios articulos auctoritate Apostolica confirmantes.

Honorius tertius.

*Defectus literæ, non viciat rescriptum.* Capitulum. xii.

Ex parte charissime in Christo filie B. quondam Anglicorum reginæ fuit propositum: & infra. Quia rescriptum apostolicum pro eo quod in hac dictione, spoliarunt, hæc figura O. deerat, adferitur viciosum: mandamus, quatenus hoc non obstante in negotio ipso ratione præuia procedas.

Gregorius nonus priori sancti Bartholomæi, & de-

cano de Arcubus Lugduñ.

*Licet adpellatur à iudice, qui parti hoc petenti, non facit edicommunia instrumenta.* Capitulum. xiii.

perpetuus vicarius ecclesie de Recham nobis exposuit, quod cum prior & conuentus de Ledis eum super decimis coram iudicibus auctoritate Apost. conuenissent, & dictus G. super similibus coram ipsis reconuenisset eisdem, quia dicti iudices copiam quorundam instrumentorum communium, quæ habebat pars altera, & per quæ intendebat intentionem suam super principali fundare, fieri non faciebant eidem hoc cum instantia postulanti: nostram audientiam adpellauit. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum &c. Idem.

*Scripturæ contrariæ ab eodem productæ, fidem non faciunt.* Capitulum. xiiii.

Imputari ei potest, qui contrarias inter se scripturas in iudicio protulit fidem sibi adinuicem derogantes, cum in ipsius fuerit potestate, quam voluerat non proferre. Idem.

*Si in instrumento debiti exprimitur causa, condemnatur debitori, nisi probet indebitum: si non exprimitur, necesse est, vt creditor probet id fore debitum.* Capitulum. xviii.

Si cautio, quam à te indebitè proponis expositam, in determinatè loquatur, aduersarius tuus tenetur ostendere debitum, quod continetur in ea. Sed si causam, propter quæ huiusmodi scripturæ procefferit, expresseris in eadem: confessioni tuæ statum: nisi probaueris te id indebitè promississe. Idem I. tabellioni.

*Auctoritate ordinarii potest notarius tabellionis mortui notari in publicam formam redigere.* Capitulum. xv.

Cum P. tabellio morte præuentus, quædam non perfectè instrumenta, quæ in nota redacta fuerant ab eodem: Ad petitionem eorum, ad quos pertinent, auctoritate ordinarij iudicis poteris ea fideliter in publicam formam redigere, habitura per hoc perpetuam firmitatem. Idem.

*Instrumentum exemplatum per tabellionem auctoritate ordinarij, eandem vim habet cum originali.* Capitulum. xvi.

Si instrumenta propter vetustatem, vel propter aliam iustam causam exemplari petantur. Coram ordinario iudice vel delegato ab eo specialiter presententur: qui si ea diligenter inspecta

\* Per confessionem rei, vbi de bitio est liquidum, ad mittitur, recompensatio. Vide l. de accusat. s. offerri. ff. de act. em. \* Vide l. vbi cūque. cū concor. ff. de iter. act. l. i. c. vi. eo. ti.



spesta in nulla sua parte viciata repererit : per publicam personam illa precipiat exemplari, eandem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura.

De præsumptionibus. Tit. xxij.

Salomon in Parabolis.

Sicut manifestè nocens est pœna obnoxius : ita & occultus, licet postea dicat se ioco fecisse.



Icut noxius est, qui mittit lanceas & sagittas in mortem, ita vir, qui fraudulētur nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus, dicit ludens feci.

Idem.

Ex violenta præsumptione fertur definitiua & est casus notabilis.

Adferre mihi gladium. Cùmq; attulissent, ait: diuidite infantem viuum, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus, ad regem (commotam tunc quippe viscera eius super filio suo) obsecro domine, date illi infantem viuum, & non occidatur: e contrario alia dicebat, nec mihi, nec tibi: sed diuidatur. Respondit rex, & ait: Date huic infantem viuum, & nō occidatur. hæc est enim mater eius.

Salomon in Parabolis.

Conuersatio in adolescentia facit præsumptionem in senectute

Pro. 26. \* Vide. l. i. s. qui. S. diuus. ff. de tut. & cura. dat. ab his. Ex studiis suis intelligitur puer. \* Quemcunque enim virtutibus studere, cum modestia continentia auditio- ni sapientum, obseruantia mandatorum dei, maxime simplici- tati & humilitati videris, huius mūda & recta opera intellige.

Bonifacius papa episcopis Gallia.

Præsumitur contra illum, qui dilationibus subterfugit iudici- um.

Vllus dubitat, quod ita iudiciū nocens subterfugit, quē- admodum vt absoluat, qui est innocens quærit. confite- tur enim de omnibus, quisquis se subterfugere iudicium di- lationibus putat.

Gregorius in homilia.

Qui ex duobus illatis alterū negat, reliquum adfirmare præ- sumitur.

Joan. 8. Nonne bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & dæmoniū habes? Respondit Iesus: Ego dæmoniū non habeo.

Duo quippe illata fuerunt ei: vnum negauit, alterum tacen- do con-

do concessit. \*

Idem Maximo episcopo.

Ex præteritis præsumitur circa futura.

Andata celestia efficacius gerimus, si nostra cum fratri- bus onera partiamur. Proinde super cunctas ecclesias Sicilia te vices apostolica sedis ministrare decernimus. Quas non loco tribuimus, sed persona. Quia ex transla- ta in te vita didicimus, quid de subsequenti cōuersatione tua præsumamus.

Idem.

Ex vicinitate præsumitur notitia facti loci vicini.

Quidam: & infra. Aphrica vero qualiter mortalitate, & languoribus vastetur: quanto viciniore estis, \* credo quod subtilius cognouistis.

Idem Victori episcopo.

Præsumitur factum notum in vicino loco, quod est notū in re- moto.

Q Vanto: & infra. Latere te in vicino non potuit, quod ad nos in longinquo peruenit. \*

Hieronymus super Osee.

Ex præteritis præsumitur circa futura. Scribam eis multiplices leges meas. Ex prius datis, & negli- stis adparet, quod has negligent.

Alexander tertius decano Calsien.

Efficacior probatio requiritur ab eo, qui probare vult illud, quod non est verisimile.

Q Via verisimile non est, quod H. presbyter personatum ecclesia R. capellano concesserit, & ab eo eiusdem eccle- siae acceperit vicariam. Prouideas ne super hoc probationem recipias, nisi communis loci fama id habeat, vel tales persone adpareant, de quibus verisimile nō sit, quod debeant deicrare. Quoniam sæpe contingit, quod testes facile corrupti inducantur ad falsum testimonium proferendum.

Idem Genueñ. archiepiscopo.

Per cohabitationem diuinam & fama de matrimonio & con- tractibus matrimonialibus, ac alia adminicula probatur ma- trimonium. Panor.

Illud quoque nobis innotuit, quod cū libera mulier per decem annos & ultra, cuidam seruo scienter cohabitauerit, & ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipsūm adserit suum nō esse maritum. Verūm vir eam vindicans in vxorem, ostendit publicum instrumentum, in quo sese coniuges nominant, & per

\* Vide. l.

i possessioe

ff. quib.

ex cau. in

pos. ea. &

l. cū pra-

tor ff. de

iudic.

\* Vide. l.

i. & per

Bar. ff. si

cer. pe. &

l. si ita. in

ff. de su.

instru.

\* Vide. l.

iii. §. si im

q; viciniū.

ff. de no.

ope. nū. &

l. 2. C. quā

do ff. vel

l. i.

Osee. 8.

& per quod ipsum ei donationem propter nuptias fecisse adparet. Mulier vero instrumentum illud adferens vitiosum, ut seruo dominus fraudaretur, plures testes produxit, quod ille ab amicis eius sepe rogatus, ut eam desponsaret, nec desponsasse, nec desponsaturum se ipsam firmiter adserbat. vir autem non nisi prædicto instrumento, & quibusdam testibus, qui viderant anulos deferentem ipsam, probavit uxorem: sed mulier de more illarum, quæ panes vendunt, se anulos detulisse dicebat. Verum quia in huiusmodi dubietate, fama viciniam magis debet attendi, si fama loci habet, quod vir ipsam in lecto, & in mensa sicut uxorem tenuerit (cum matrimonium sit maris & femine coniunctio in diuina vita consuetudinem retinens) cogenda est mulier, ut eidem viro adfectu seruiat conjugali, præsertim si præscriptum instrumentum ab eo conditum fuerit, qui officium suum fideliter adimpleuit.

Idem arch. Genuen.

*Per violentam præsumptionem probatur carnis copula. Cap. xii.*

**L**iteris fraternitatis tuæ receptis nobis innotuit, quod cum P. ab A. muliere, quam in uxorem acceperat, peteret separari, adscutores matrimonij produxerunt testes firmiter adferentes, quod postquam mulier cum prædicto viro cõtraxerat matrimonium, confanginicum viri eiusdem lecto in solitudine cum nuda, in eodem lecto iacentem, ea (ut credebatur) intentione, ut eam cognosceret carnaliter, viderunt multis locis secretis, & latebris ad hoc commodis, & horis electis: & infra. Consultum respondemus, quod ex huiusmodi violenta, & certa suspitione fornicationis, potest sententia diuortij promulgari: ita quidem, ut vir licentiam habeat, mortua illa ducenda aliam, muliere siue spe coniugij remanente.

Clemens. iij.

*Idem dicit, ut præc. cap.*

*Capitulum. xiii.*

**T**ertio loco questionis huiusmodi nodum tua scriptura explicari, an iuuenis sponsam, in qua per verba de presentis consensit, debeat uxorem habere, ad quorum matrimonium impediendum neptis ipsius sponsæ profliciens, se ad iuuenem carnaliter præcognitam proponebat: à qua producti testes dixerunt se pro certo credere, quod illa dicti iuuenis existeret concubina: adjucentes, quod eos insimul viderant per plana & nemora, vias, inuis, plures conuagantes: & testimonium viciniam super hoc recepisse dicebant. Ad maiorem vero certitudinē (quia minus sufficienter credidisti esse probatum, quod eadē mulier adserbat) tam ipsa, quam iuuenis iuramentis adstricti forosum

seorsum confessi sunt, quod se inuicem carnaliter præcognouerant: licet iuuenis nollet ab ea, quam desponsauerat, separari. Nos autem, quæ dicta sunt intelligentes, præsertim cum hoc non dicatur occultum, sed quasi prædicetur à pluribus manifestum, consultius esse credimus, ut matrimonialiter nõ coniungantur, sed soluris sponsalibus separentur.

Innocentius tertius Niuernē. episcopo & archidiacono. Bituricen.

*Propter præsumptionem etiam vehementem, non debet quis de graui crimine condemnari. Capitulum. xiiii.*

**L**iteras vestras recepimus, continentes, quod cum causa, quæ vertitur inter Alcisiodoren. episcopum, & quosdam burgenfes de Charitate, quos idem episcopus, de hæresi impetebat, vobis & abbati Collonenfi, à sede apostolica delegata fuisset, vtraque pars vos duos sub certa pœna, sibi arbitros stauerunt, delegata vobis nihilominus potestate reseruata: G. autem latores presentium vnus ex illis hæresim suam fuerit publica voce confessus, & de fratre suo similiter recognouerat, quod eodē secum laborabat errore. & infra. Nos vero prædictum G. suspectum de hæresi vehementer habuimus, tum quia quod ante dixerat, postea se dixisse negauit: tum quia vel mendacium prius dixit in fratrem, adserendo illum hæreticum, vel perurium postea commisit in deum, purgando illum de hæresi: quorum vtrumque reddidit illum valde suspectum: quamquam verisimilius videbatur, quod eo tempore, quo tanquam vere penitens ab hæresi reuertebatur ad fidem, tam graue mendacium non dixisset præsertim in fratrem, quem tanquam charissimum, non adseruisset hæreticum, nisi fuisset accensus zelo fidei orthodoxæ. vnde præsumitur, quod eum postea purgauit illum de hæresi, turpiter decierat. Quocirca mandamus, quatenus cum propter solam suspitionem (quamuis vehementem) nolimus illum de tam graui crimine condemnari, talem & tantam securitatem recipiatis ab ipso, præter iuratoriā cautionem, quod timore pœnæ corporalis debeat coerceri, discretionem ei penitentiam iniungentes, ex qua valeat adparere verum in tenebris ambulet, an in luce: verumne sit vere penitens, an fecte conuersus: & si eum hoc modo verum catholicum cognoueritis, non finatis ipsum indebitè molestari: alioquin eum tanquam hæreticum condemnatis.

Idem Cenadien. episcopo & abbati Deci quorum.

*Non præsumitur incontinentes in senectute, qui in iuuentute continent, maxime si est literatus. Capitulum. xv.*

Cum in

\* vide. l. fili. ff. de his, qui sui sui vel alieni. l. de aitate p. Bur. ff. ad Sylla. \* Matrimonium, quid sit.

**C**um in iuuentute sua Quinqueseclēsiā. episcopus ad se maturum, honestum & prouidum exhibuerit, vt ab ecclesia Romana meruerit pallio decorari, non est de leui credendum, quod postquam ad senilem peruenit etatem, turpiter abiecerit iugum domini, factores libidinis amplectendo: cum labes huiusmodi quæ nonnunquam in iuuetute contrahitur, in senectute frequētius expietur. Quis præcreta de facili crederet, quod vir præditus scientia literarum, propriæ salutis oblitus, ad eam passionis ignominiam se conuerteret, vt cū propria nepte abominabilem perpetraret incestum? cum etiā secundum sentētias ethnicorum naturale fœdus inter tales personas, nihil permittat sequi criminis suspicari. \* Licet igitur rex Hungariæ eundem episcopum nobis per nuncios & literas de tali crimine detulisset, postulans, vt malum huiusmodi perniciosum exemplo de Hungarica ecclesia tolleremus: Quia tamen eius suggestio non de charitatis radice procedere videbatur, nolimus aures nostras, quasi malignis delationibus inclinare. Sed vt probaremus, si spiritus esset ex deo, Auriensī episcopo dedimus in mandatis, vt prudenter & caute ad episcopos indagaret, vtrum præfatum episcopum crederent a tali labe reserptum. Qui nobis postmodū rescripserunt, quod eum virum honestæ conuersationis esse credebant, personam illius multipliciter commendantes.

Idem archidiacon. & præposito Mediolan.

*Is, pro quo beneficiādo scribitur cū clausula, si idoneus fuerit, nō tenetur probare se idoneum, cū idoneus præsumatur. Cap. xvi.*

**V**dum archidiacon. Mediolan. dedim⁹ in mādatis, vt C. scho- larem à presbytero sancti Victoris in clericū eiusdē ecclesie recipi faceret & in fratrem: \* & infra. Sed presbyter memoratus archidiaconi declinans examē, adseruit, q̄ nequāq̄ sufficiebant duobus clericis facultates ecclesie memoratæ, ad- iiciens, q̄ prædictus C. nō erat idoneus ad illius ecclesie benefi- cium obtinendū: & infra. Causam vobis duximus cōmittē- dam ita, vt ex illa clausula, scilicet si persona fuerit idonea, que nostro rescripto reperitur inserta, eidē scholari probandis idoneum nulla necessitas imponatur, cū prima facie præsu- matur idoneus: nisi aliud in contrarium ostendatur.

De iureiurando. Tit. xxiiij.

Gregorius tertius.

*Agi potest ad relaxationē iuramenti, cuius implementum tur- pitudinem continet ex parte suscipientis. hoc dicit quod ad intel- lectum. & est casus notabilis. Abbas. Capitulum. i.*

Ex admi-



**X** administrationis: & infra. Mandamus, quate- nus creditores ad iuramenta super vsuris sibi sol- uendis præstita, relaxāda ecclesiastica districtio- ne cogatis. \*

Ex regesto Gregorij.

*Non valet iuramentum præstitum à prelato de non repeten- du rebus ecclesie. Vel sic: A iuramento meticulofo sit absolutio per iudicem ecclesiasticum.*

\* vide. l. cum aliis. p. Bul. C. Capitulum. ii. de vsur.

**P**ruenit ad nos Laudicē. Episcopum ab Ar. comite rebus suis spoliatum, & iurare compulsū, quod non repeteret sic ablata. Cognita igitur contumelia, valde doluimus: adse- rentes ipsum episcopum nullius iuramenti vinculis super hoc posse constringi: quem tamen absoluimus: quia nefandissi- ma coactione iurauit.

Idem regi Francorum.

*Non deierat, qui iuramenti implementum in melius cōmutat. Et nō adstringitur quis iuramēto ad implēdū, quod iurauit, si ab alia parte nō impletur, cuius respectu præbuit iuramētū. Cap. iii.*

**P**ruenit ad nos: & infra. Non enim propositum aut pro- missum infringit, qui in melius illud commutat. Nec tu ei, etiam si promissum tuum iuramento, vel fidei obligatione interposita, conditione firmasses, aliquatenus teneris, si con- stat eum conditioni minime paruiffē.

Idem Petro subdia.

*Positur forma iuramenti septem cap. cōtinens, secundum quā iurantur papæ episcopi: sed hodie omnes recipientes dignitatē à pa- pa sibi iurant. hoc fit pro summario & diuisione. Capitulum. iiii.*

**E**go N. episcopus ab hac hora in antea fidelis ero sancto Petro, sanctæque Romanæ ecclesie, dominōq; meo papæ C. eiusque successoribus canonicè intrantibus. Non ero ne- que in consilio neq; in facto, vt vitam perdat aut membrū, \* vel capiatur mala captione. Consiliū, quod mihi aut per se, aut per literas, aut per nuncium manifestabit: ad eius damnū nulli pandam. Papatum Romanæ ecclesie & regulas sancto- rum patrum adiutor ero ad defendendum & retinendum (sal- uo ordine meo) contra omnes homines. Vocatus ad synodū veniam: nisi prædictus fuero canonica præpeditioe. Le- uo iure. C. gatam ap. se. quem certum esse cognouero, in eundo & rede- do honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiua- bo. fug. &

\* Quid appellatio ne mēbri, veniat: vō de p. Bar. in. l. ii. ff. de public. iudic. au- thē. sed no- uo iure. C. lex. xix. di. sigula

Limina apostolorum singulis annis aut per me, aut per certū nuncium visitabo: nisi eorum absoluar licēsia. Sic me deus ad- iuuat, & hæc sancta euangelia.

Urbanus papa.

*Non tenetur clericus episcopo suo obedientia iuramentū prestare, nisi ratione administrationis sibi concessa. Capitulum.v.*  
**N**illus episcopus clericos suos (nisi forte, quibus ecclesiasticarum rerum commissa fuerit dispensatio) sibi iurare compellat.

Alexander tertius episcopo Vigilen.

*Qui se obligavit ad vsuras soluendas, soluere non cogitur, nisi iurauerit: quo casu cogitur, sed repetit. Capitulum.vi.*

**D**ebitores ad soluendas vsuras, in quibus se obligauerunt, cogi non debent. Si verò de ipsarum solutione iurauerunt: cogendi sunt domino reddere iuramentum. Et cum vsurā solutę fuerint, creditores ad eas restituendas sunt ecclesiastica feueritate (si necesse fuerit) compellendi.

Idem Rothomagen. archiepiscopo, & eius suffraganeis.

*Debitor, qui iuravit creditori nullum graua men super re pignoratā inferre, donec soluerit debitum, nō auditur repetēs pignus volendo compensare fructus in sortem: sed debet prius debitum integritate soluere, & demum rem cum fructibus inde perceptis exposcere. hoc dicit, & est casus not. Capitulum.vii.*

**A**d nostram noueritis audientia pertentisse, q̄ cū P. quibusdam hominibus certam summam pecunię mutuasset, quādam ab eis possessiones & redditus recepit in pignore, ipsos iuramenti religione adstringens, q̄ super illis, donec soluerent sibi pecuniam, nullum ei graua men inferret. Licet autē de possessionib⁹ illis & redditibus nondū sortem, deductis expensis, receperit, \* tu tamen frater archiepiscope eū propter hoc excommunicationis vinculo adstringisti: & infra. Ideoque mandamus, quatenus recepta à præfato P. sufficienti cautione, q̄ vestro debeat parere mādato: absoluat is eūdē: Deinde debitores eius, qui prædictas possessiones & redditus cōtra iuramentum subtraxisse dicuntur, si ita est, eos eccl. cen. cogatis, vt hæc restituāt, nec sibi molestias inferant, donec ei pecunia perfoluatur. Cum autem ei pecuniam, sicut iurauerunt, perfoluerint: vos ipsum ad restituendum, quicquid (deductis expensis) vltra sortem recepisse cōstituerit, inducere studeatis: & si commoñitus non fecerit, in eandem excommunicationis sententiam reducat is eundem.

Idem Senon. archiepiscopo.

*Si iuramentum per metum extortum seruari potest sine interitu salutis aeternae seruandum est: ecclesia tamē R. consuevit à tali iuramento*

*Capitulum.viii.*

*iuramento absoluer.*

**S**I verò aliquis quęquam grauisimo metu sub religione iuramenti, suum ius refutare coegerit, ipsūmq; sibi retinuerit, quia nos consulere voluisti, an alter eorum vel neuter id habere debeat: Duximus tibi respondendum, quod nō est tutum quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit, quod seruatum vergat in interitum salutis æternę: nec nos alicui dare materiam volumus veniendi cōtra iuramentū proprium, ne autores peririj videamur. verū aliquando in Ro. eccl. à pluribus præ. n. factum esse recolitur, quod clerici, qui coacti ministerium ecclesię abiurarunt, de iuramento absolutionis beneficium meruerunt, & ad coercendam iniquitatem eorum, qui ecclesiasticos viros ad præstandum illud compulerant, permisi sunt in eadem ecclesia ministrare. \*

Idem Sardinen. episcopo.

*Monachi qui pro debito monasterii iurant stare in obstagio, & fideiussores, qui iurauerunt creditorem idemnem seruare, iuramentū seruare coguntur. Capitulum.ix.*

**E**X rescripto, quod nobis est præsentatum, innotuit abbatem Tremem. cum Petro super summa octo millium solidorum taliter conuenisse: & infra. Super hæc prædictus abbas quosdam ex monachis obdies dedit, qui de obseruanda cōuentione iurauerūt, vt si ipsi deficerent, alij monachi loco eorum in obstagio ponerentur. Insuper si fidem dicti monachi non seruarent, abbas dedit eidem V. & eius vxorem fideiussores: qui similiter fidem præstitisse dicuntur. Ideoque mandamus, quatenus tam abbatem, quā monachos, quā V. & vxorem ipsius monere curetis, vt sicut iurauerunt, eandem conuentionem faciant adimpleri, alioquin abbati & monachis ingressum interdictatis ecclesię: & in terra præfati V. & vxoris eiusdem vsque ad dignam satisfactionem inhibeat is diuina officia celebrari.

Idem Lundoñ. & Vigorien. episcopis.

*Periurus est & ab ecclesia remouendus, qui non necessitate, sed voluntate venit contra licitum iuramentum. Capitulum.x.*

**Q**uerelam R. canonici Linconien. accepimus, quod cū V. clericus ei duos bifantios nomine ecclesię de statera se annuatim soluturū interposito sacramento firmasset, per bienniu ab huiusmodi pñsionis solutione cessauit. Quoniam igitur nō merētur ecclesias regere, qui sunt crimine peririj irretiti, mādamus, quatenus si vobis cōstituerit memoratū V. contra iuramentum suum non necessitate, sed voluntate ab eiusdem

\* Vide. l. metum. S. volēt. l. si mulier in ff. qd met⁹ cau.

\* Vide. l. i. C. de fin. & lit. expen.

de iuramento q. si p. in ff. de fidei

eiusdem pensionis solutione cessare, ipsum à præscripta ecclesia remouentes, eam præfato R. restituere minime differatis.  
Lucius.ij. Noruicē. episcopo.

*Si presentatus iurat presentanti de antiquo censu augeō, & postea contrarium iurat instituenti, valet secundum & non primum, tamen ab ecclesia remouetur.* *Capitulum. xi.*

**T**Va nos duxit fraternitas consulendos, cui standum sit iuramento cū clericos religiosi iurifurandi religione constringunt ad maiorem solito pensionem soluendam, vel præstandum aliquid beneficij præter solitam pensionem: cum autem instituuntur ab episcopis, iurant, quòd antiquam pensionem, & solitam non augebunt. Tuæ igitur consul. breuiter respondemus, quòd cum posterius iuramentum ratione & Late. conc. auctoritate iuuetur, primo præiudicat, quòd de cupiditate processit. Cæterum iustum est, vt clerici pro periuicio, quòd vitare non possunt, ab ecclesijs perpetuo excludantur.  
Vrbanus. iij. archiepiscopo Pifa.

*Episcopi de periuicio grauius, quam alij sunt puniendi. hoc dicit.* *Capitulum. xii.*

**C**VM quidam: & infra. Consul. t. t. r. quòd in episcopos, qui suum transgressi sunt iuramentum, est tanto grauius vindicandum, quanto maiori præeminent dignitate, & eorum exemplo facilius alij poterant ad similia prouocari.

*Illicitum est iuramentum de non habendo subsidium coniu. fto. hoc dicit.*

Illi vero, qui iurant non loqui patri vel matri, sorori, vel fratri, aut eis humanitatis subsidiū non exhibere: absoluendi sunt ab illius obseruantia iuramenti, cum illicitum sit, & contrariū rationi: iniuncta tamen eis de hoc, quòd male iurauerant, penitentia competenti.

Idem.

*Non valet iuramentum monachi claustrum abiurantis: & sibi de hoc grauis penitentia imponitur.* *Capitulum. xiii.*

**S**icut ex literis tuæ discretionis cognouimus R. prior monasterij tui iracundiæ calore succensus, iuramento firmavit, quòd in claustro eiusdem monasterij, quo se vinculo professionis adstrinxit, non esset cum G. monacho vltierius moraturus: & infra. Respondemus, quòd nō licuit monacho supra dicto temerarium iuramentum facere, maxime cum fidē professionis frangeret, & stabilitatis suæ propositum euacuet. Ideoque circa eum tua sollicitudo prouideat, quòd talis ei penitentia iniungatur, vt alius quilibet exemplo eius deterretur, simile

simile aliquid facere pertimescat: ipse verò in claustro, quòd licite abiurare non potuit, cum stabilitate perpetua, suam penitentiam exequatur.

Clemens tertius.

*Vasallus, qui iuravit pralato, successoribus iurare non cogitur.* *Capitulum. xiiii.*

**V**eritatis amica simplicitas: \* & infra. Respondemus, vt heredes tui, qui nobis vel alicui successorum nostrorum iurauerint, alijs iurare minime compellantur: catholicis tamen successoribus nostris, qui pro tēpore fuerint, & homagij & fidelitatis puritatē, nihilominus ac si iurassent, omni tēpore teneantur absq; tergiverfatiōe aliqua fideliter obseruare.  
Celestinus tertius.

*A iuramento per metum extorto ecclesia solet absolvere: & eius transgressores, vt peccantes mortaliter nō puniuntur. Cap. xv.*

**V**erum in ea quæstione, quæ quinto loco ponitur, an à sacramenti vinculo absoluantur, qui istud inuiti pro vita & rebus seruandis fecerunt: nihil aliud arbitramur, quam q̄ antecessores nostri Roma. p̄t̄i. arbitraci fuisse noscuntur, qui tales à iuramenti nexibus absoluerunt. Cæterum, vt agatur consultius, & auferatur materia deierandi non eis ita expresse dicatur, vt iuramenta non seruent: sed si non ea adtenderint, non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine puniendi.

Innocentius. iij. H. & S. & M. ciuibus Venetis.

*Si is, cuius mandato stare iurauit, aliquid mihi præcipit contra iuramentum per me prius licite factum, illud seruare non teneor. hoc dicit, inhærendo verbis literæ.* *Capitulum. xvi.*

**V**eniens ad præsentiam nostram A. nobis exposuit, quòd olim cum M. Mauriē. alternatim conuicia ingerendo certauit, propter quòd cū graues inimicitias incurrisset, quidam, qui partis vtriusque amatores extiterant, suggererunt prædicto A. vt in satisfactione iniuriarum vestro iuraret obedire mandato. Cūmq; idem non crederet se tale quid cum misisse propter quòd ei aliquod graue deberet imponi, iuramentūq; illud sub tali confidencia præstitisset, ipsi sub iuramenti debito præcepistis, vt nunquam curiā ducis intraret, nisi cum omnes per edictum ipsius generaliter ad curiam vocaretur: & infra. Verum quia idem A. qui dicti ducis est consiliarius, & in iure suo multis ecclesijs, quarū est aduocatus, ex promisso tenetur adesse, nequaquam taliter iurasset, si mandatum illud sibi contrariū præsciuisset: noueritis nos patriarchæ Græden. mandasse, vt si mandatū priori iuramentū licite factū repū

gnet, ipsum auctoritate nostra denunciatur non seruandum.

Idem magistro Apollinari.

*Qui iurauit ecclesiam defendere, & requisitus sine iusta causa recusat, periuuus est, nec eum defendit adpellatio. Capitulum. xviiij.*

**B** Reuisciscitatus es questione, vtrum ille, qui iura alicuius ecclesie seruare ac pro posse defendere iuramento tenetur, si necessitate imminente super hoc subiuramenti debito requisitus duxerit adpellandum, periurij reatu incurrat. Respondeo demus, qd in hoc articulo adpellantem a periurio talis adpel. no excusat, imo (nisi difficultas existat, propter quam requisitus non possit ecclesie subuenire) culpa periurij potius irretitur.

Idem illustri regi Aragonie.

*Iurans scienter illicitum, non indiget absolutione, sed tenetur illud non observare. Si vero iurauit ignoranter, debet illud observare, si aliquo licito modo est observabile. Si autem iurauit licitum, quod putabat illicitum, debet observare iuramentum, sed de animo deprauato aget poenitentiam.*

Capitulum. xviii.

**Q** Vanto personam tuam: & infra. Quidam consiliarij tui (imò potius deceptores) tuum animum induxerunt, vt iurares irrequisito assensu populi vsque ad certum tempus patris tui conseruare monetam, quæ tamen circa mortem eius fuerat legitimo pondere defraudata. Cum autem adeo sit deminuta & minoris valoris effecta, qd graue propter hoc scandalum in populo generatur, tu quod egeras indiscrete cupiens reuocare, ac necessitati populi satisfacere, ab obseruatione iuramenti prædicti postulasti suppliciter a nobis absolui. Super quo diligens indagator potuisset facile intueri, qd non tam erat absolutio necessaria, qm interpretatio requiret: quonia cum iuramentum se citi, monetam aut falsam aut legitimam esse credebas. Si falsam, iuramentum fuisse illicitum, & nulatenus obseruandum, & pro eo esset tibi poenitentia iniungenda: cum iuramentum non vt esset iniquitatis vinculum, fuerit institutum. Si vero legitimam esse credebas, iuramentum licitum fuit & vsque qua; seruandum. Et vt irreprehensibiliter obseruetur, consulimus & mandamus, vt reprobatam monetam, quæ a legitimo pondere fuerat defraudata, alia sub nomine patris tui moneta cadatur, quæ ad legitimum pondus reducas, secundum eum statum, quem tempore patris tui habuit meliorem, ita qd antiqua moneta, quæ ab illo statu falsata non fuerat, cum ea pariter expeditur: per quod & dispendium vitari poterit, & iuramentum seruari. Verumtamen si monetam ipsam in præstatione iuramenti credebas a legitimo pondere deminutam, & tua super hoc conscientia

te remor-

te remordeat: tuum humiliter confitere peccatum, & satisfactio-nem iniunctam tibi pro illicito iuramento studeas adimplere.

Idem consulibus & populo Tudertino.

*Non valet iuramentum præstitum in præiudicium iuris superioris. Capitulum. xix.*

**V** Enientes ad sed. apost. consules vestros super his, quæ ad nos de vobis sapius referuntur: & commone re curauimus & aliquantulum asperè conuenire. Cum enim & adpellationibus interpositis ad apost. sed. teneamini humiliter & deuotè deferre, cum & leges etiam seculares post sententiam, beneficium adpellationis non denegent adgrauatis\*, vos sententias adpellatione suspensas executioni mandatis. Verum idem consules nobis exponere curauerunt, qd cum aliqui vestrum vocantur ad officium consulatus, firmant proprio sacramento, qd super mutuis & plegariis, secundum vestra ciuitatis consuetudinem iudicabunt: & intra. xxviiij. dies quæ iudicauerunt, exequentur. Vnde saluo huiusmodi iuramento vos non posse super his adpellationibus deferre dicebant. Quia verò non minus iudices secundum leges, qd consules vestri secundum consuetudinem vestra ciuitatis iudicare iurarunt: & ideo sicut iudices contra leges, sic & consules vestri contra consuetudinem possent subditos adgrauare. mandamus, quatenus adpellationibus ad nos interpositis deferatis, cum prædictum iuramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi ius superioris exceptum. Cum ergo postquam S. lator præ. ad sed. apost. a sententia G. iudicis adpellauit, sententiam ipsam duxeritis executioni mandandam in possessionem rerum, de quibus quæstio vertebatur, adpellantis aduersarium inducentes: volumus & mandamus, vt possessionem ipsam restituaris eidem: alioquin noueritis nos episcopo Nucerno mandasse, vt vos ad illud eccle. cen. compellat.

Idem Pisano archiepiscopo.

*Iurans vsuras non repetere, potest iuramento non obstante ex noua causa repetere. h. d. secundum intellectum notabiliorum.*

Capitulum. xx.

**A** D nostram noueritis audientiam peruenisse, quod cum I. & G. Petro vsuras non modicas persoluissent, iuramento firmauerunt, qd nec per se nec per alium prædictas vsuras repetent, vel apud ecclesiasticum iudicem, seu etiam seculare super his deponerent quæstionem. Cuius creditor cõdiderit testamentum, suis præcepit heredibus, vt omnibus, qui probarent se dedisse vsuras eidem, ipsas eis restitueret procuraret. Unde cum prædicti I. & G. vsuras repetere nõ adtentent propter

v iiii huiusmodi

\* vide. l. oes populi. ff. de iust. & in.

huiusmodi iuramentū, & hæredes prædicti P. eis negligent satisfacere de vsuris. Mandamus, quatenus sub pœna excommunicationis publicè in ecclesia proponi facias vel proponas, vt qui super hoc nouerint veritatem, procedant ad testimonium proferendum: & si per dicta testimonium vel alia documenta tibi constiterit de præmissis, hæredes illius, vt vsuras, quas à prædictis pater eorum accepit, restituant vniuersas, ecclesiastica censura compellas.

Idem Neapol. archiepiscopo.

*Iuramentum generale debet ita intelligi si fieri potest vt non obuiet iuri, alias tanquam temerarium non obligat contra iuris obseruantiam.*

Capitulum. xxii.

2 **A**D nostram noueris audientiam peruenisse, quòd à te quasi per extorsionem tale fuit præstitum iuramentum, quòd in omni causa deberes ordinem iudicium obseruare. Verùm quoniam secundum traditiones canonicas manifesta adfatione non indigent: nec in eis est ordo iudicium obseruandus, qui debet in aliis obseruari: nec tu quando sub præmissis tenore iurasti, habebas in mēte, vt propterea venires cōtra canonicas sanctiones, alioquin non iuramentum, sed periurium potius exitisset: nec esset aliqua ratione seruandū. Nos iuramentum tuum benignius interpretari volentes, ita quod sonet canonicis institutis fra. t. autoritate præsentium intimamus, quod in manifestis & notoriis ratione iuramenti præmissi nõ credimus te teneri seruare subtilitatem ordinis iudicium, quã in his non seruari per omnia ipsa iuris ratio postulat & requirit, vnde videbitur subtiliter intuenti de ordine iudiciorum procedere, vt in præmissis nõ per omnia ordo iudicium obseruetur. Quamquam & secundum adprobatum intellectum rectè possit intelligi quod iurasti, vt in omnibus causis ordinè iudicium obseruares, in illis videlicet, in quibus est ordo iudicium obseruandus. Sic ergo faciens & iuramenti tenorem seruabis, & instituta canonica non omittes.

Idem iudici Carolitano.

*Si vnum iuramentum vni debitum alteri præstat, illicitum est: & eo non obstante, cui debetur, præstandum est.* Cap. xxii.

**E**A te credimus discretionè vigere, vt intelligas per te ipsum, quòd onus nõ remittitur, sed augetur, cum cuiquam improvidè soluitur, quòd alij ex debito est præstandū. Sanè cū archiepiscopo Turritanus à te nomine nostro iuramentum fidelitatis (sicut à nobis mandatum acceperat) exegisset, illud exhibere in eius manibus distulisti, adserens, quod Pisano archiepiscopo

episcopo saluo apostolicæ sedis honore huiusmodi præstiteras iuramentum. Cū igitur nobis & ecclesiæ Romanæ fidelitatem facere teneris, si præstitum iuramentum ei, quòd à te nobis tanquam debitum est præstandum cōtrarium reputeris, illud illicitum iudicabis: & illicito non obstante quòd licitè, imò ex debito petitur exhibebis: vel si præstitum præstando cōtrarium non existit, illud sine difficultate præstabis.

Idem Alatrino episcopo.

*Qui iurauit stare mandato alicuius, nõ tenetur parere si præcipit illicita, vt quòd filium exheredet, vel vxorem abiuret.*

Capitulum. xxiii.

**Q**Vintauallis nostris auribus irrimauit, quòd pro offensa, quam filia ipsius aliis mulieribus irrogaret, quòd earum mandato pareret, præstitit iuramentum: quæ tale illi sub debito iuramenti dedit mandatum: quòd si quando filij aut vxor illius aliquid factum vel verbum cōtumeliosum mulieribus, illis obiicerent, idem filias & filios exheredaret, & à se propriam remoueret vxorem. Quocirca mandamus, quatenus cū licitum fuerit iuramentum, sed mādaturum illicitum, prædictis vt reuocent mandatum illud iniungas, alioquin eum ad mandati obseruationem illius denuncies non teneri.

Idem archiepiscopo Terraconen.

*Ex causa leni & temeraria coniuges etiam quo ad torum, & mutuam cohabitationem se separare non possunt, etiam cum iuramenti interpositione.*

Capitulum. xxiiii.

**T**VA nos duxit fraternitas cōsulendos, quid tibi super hoc sit faciendum, quod B. & A. vxor eius adiuuicem iurauerunt se nunquam mutuò petitorios: idem verò nunc repetit illā instantè: ea è cōtrario adfirmate, quod prius se faceret Saracenam, quam rediret ad eū: & infra. Nos igitur fraternitati tuæ respondentes: mandamus, quatenus vtrique ad continentiam seruandam moneas & inducas: quam si promittere voluerint & seruare, vtrūque dimittas sine alio commorari: alioquin si vir noluerit continere, tu illam vt reuertatur ad ipsum, & tanquã vxor cum viro moretur, per excommunicationis sententiam adpel. re. compellas: cū & temerarium fuerit huiusmodi iuramentum, & adulterium vtrinque sit commissum.

Idem Genuen. archiepiscopo.

*Is qui iurauit cum muliere contrahere, propter superveniētem fornicationem, vel deformitatem, eam repellere potest: propter præcedentem, non, hoc dicit.*

Capitulum. xxv.

Quæadmodum

**Q**uemadmodum si vir mulieri iurasset quando contractum illa, quod eam semper pro legitima vxore teneret: pro fornicatione, quam mulier antea commississet, non posset eam dimittere: sed pro fornicatione, quam postea perpetraret, eam dimittere posset, non obstante huiusmodi iuramento, quonia in eo talis erat subintelligenda conditio, si videlicet illa in legem coniugij non peccaret. Ita si quis iurauerit se ducturum aliquam in vxorem, non potest ei fornicationem opponere precedentem, sed subsequentē, vt illum non ducat in coniugem: quia in illo iuramento talis debet conditio subintelligi, si videlicet illa contra regulam de sponsonationis non venerit.

Alioquin si post huiusmodi iuramentū publica meretrix fieret, teneretur eam ducere in vxorem: quod est prorsus absurdum. Nam si post contractum coniugium vir propter fornicationem, licite potest vxorem a sua cohabitatione dimittere: longē fortius ante coniugium celebratum propter eandē causam sponfus licite potest in suam cohabitationē non admittēre sponfam: quia turpius eiicitur, quam non admittitur hospes. \* Non obstante in alterutro casu vinculo iuramenti, quod quidem propter subintelligendam conditio est tale vt is, qui iurauit, ad vtrūque sine transgressione se possit habere. Quod si post huiusmodi iuramentum mulier fieret non solum leprosa, sed etiam paralytica, vel oculos, vel nasum amitteret, vel quicquid ei turpius eueniret: nuquid vir teneretur eam ducere in vxorem? profecto ductam non posset dimittere. Sed nuquid non ductam admittere teneretur? quauis interdum contractū non dirimat, quod impedit contrahendum.

*Si vir iurauit non accusare vxorem, temerarium est iuramentum, sed si specialiter de adulterio hoc iurauit, denunciare poterit, sed accusare non debet.*

Illud autē iuramentū est proculdubio temerariū, si vir iuret vxori, q̄ eam super nullo crimine adūsabit: quia si mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare viro absque contumelia creatoris, vel vt illum traheret ad infidelitatis errorem: tunc incūctanter debet illam impetere apud iudicem suum, vt eam nisi penitus respiceret, omnino dimitteret, secundum canonicas sanctiones. Quod si expresse iurasset, q̄ eam super adulterio non impetere, esset ne seruandum huiusmodi iuramentum?

Cum scriptura testetur quod patronus est turpitudinis, qui calat crimen vxoris. & secundum regulam euangelij, si primo & secundo correctā respicere nollet, dicendum esset ecclesiasticū, vt tanquam ethnica & publicana deinde vitaretur: ne per hoc libera

libera præberetur ei peccandi facultas propter impunitatem peccati. Sed nuquid vir non potest dimittere vxori peccati non solum septies, sed etiam vique septuagies septies secundum euangelicam veritatem? Tucius ergo in hoc casu videretur, vt propter iuriurandi religionem vir adulsore desistat vxorem ad diuortium celebrandum: quanquam denunciare eā possit ad penitentiam peragendam.

Idem abba. & capitulo Castellionis.

*Licite ex causa necessari a etiā p̄ religiosos iuratur. Ca. xxvi.*

**E**T si Christus præceperit secundum euangelicam veritatem.

Sit sermo vester, est est, non non: vt affirmatio vel negatio sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde: quia tamen hominum excrecente malitia, simplici adsertioni vel negationi vix creditur, idcirco prudenter adiunxit, quod amplius est, a malo est: a malo quidem non tam culpæ, quam pœnæ: nec exhibentium, sed exigentium iuramentum. nam incredulitas huiusmodi magis est pœna, quam culpa. vnde non dixit, malum: sed dixit, a malo. Licet enim iuramentum prohibuisse dominus videtur, nusquam tamen per creatorem, sed per creaturam iurare prohibuit: ne per huiusmodi iuramentum trāfferretur ad creaturam honorificēta creatoris. Quare cū in euangelio præmisisset, Dico vobis, nolite iurare omnino: statim subiūxit: neque per cœlū, quia thronus dei est: neque per terram, quia scabellum pedum ipsius est: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est regis magni: neque per caput tuum, quia non potes vnū capillum facere albū aut nigrum, Et quis non sit per creaturam iurandum: si tamen iuretur per creaturam, seruandū est quidem, dummodo sit licitū quod iuratur: quia teste veritate, qui iurat in cœlo, iurat in throno dei, & in eo qui sedet super eū. Iacobus quoque non simpliciter prohibet iuramentū: sed voluntatem iurandi, cū ait: Ante omnia fratres mei nolite iurare, quoniam ad iuramentum non debet quæquam spontanea voluntas inducere, sed necessitas trahere importuna: & tunc potest sine culpa iurare, dummodo illos tres comites habeat iuramentum, de quibus propheta ait: Et iurabūt viuūt dominus, in veritate & iudicio & iustitia. Quod autē Iacobus subdit, Neque per cœlum, neque per terram, neque per quodcūque aliud iuramentū: iurare vœat per quamlibet creaturam, quod cūque sit illud: alioquin non dixisset Apostolus. Homines per maiorem tuum iurant, & omnis cōtrouerſiæ eorū ad confirmationem finis est iuramentum. in quo patenter ostendit, per quem sit iurandum, cū ait: homines per maiorem suum iurant, id est per deum. & cū sit iurandū, vt videlicet omnis cōtrouerſiæ finis sit iuramentum. Angelus quoque,

Matth. 18. Luc. 17.

Matth. 5.

Ibidem.

Iaco. 5.

Hebr. 4. Iaco. 5.

Hebr. 6.

*Vide Casac  
l. de ser. v. l. p. 24.*

*\* vide. l. pen. ff. de condic. ob tur. cau. et l. genera. liter. et. l. si plagii. p. Bar. ff. de ver. obli.*

*Leuit. 18. Matth. 18.*



quoque, quem vidit in Apo. Ioan. stantem super mare & super terram, leuauit manum suam ad cœlum, & iurauit per uiuentem in secula seculorum. Christus etiam plus legitur dixisse in euangelio, quàm est est, non non: cum sapissime dixerit, amen dico vobis: quod ipse, secundum Lucam exponens cum pramississet, Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua: consequenter adiunxit: In veritate dico vobis, quia multe viduæ erant in diebus Helia in Israel. Apostolus quoque iurabat cum diceret: Testis est mihi deus. & iterum: Quotidie maior per gloriam vestram fratres. quæ Græca exemplaria manifestissimam iurationem esse ostendunt. Si enim per se malum esset iurare, profecto dominus non iurasset, cum tamen in veteri testamento legatur, quia iurauit dominus, & non penitebit eum. & rursus: Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: imo & præcepit in veteri testamento: Redde deo iuramenta tua. Quædam enim prohibentur, quia per se mala sunt, vt furtum, adulterium, & huiusmodi: quæ non sunt aliquatenus faciendæ. Quædam vero prohibentur ex causa, non quia per se mala sunt, sed quia si fiant frequenter & multum, ex his mala sequuntur: vt vinum per se malum non est, & tamen prohibet apostolus, dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, quoniam ex frequenti & immoderata potatione vini, luxuria generatur. Sic & iuramentum per se quidem malum nõ est, cum sit confirmatio veritatis: sed tamen prohibetur ex causa, quoniam ex frequenti & in cauta iuratione periurium sæpe contingit: sicut in Ecclesiastico legitur: Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedet a domo eius plaga. Quomodo ergo Paulus indulsit propter necessitatem discipulo suo Timotheo vt vtatur modico vino propter stomachum, & frequentes infirmitates, sic profecto cum necessitas exigit, pro vera, licita, & honesta potest secure iurari, quia cessante causa, cessat effectus. \* Licet ergo debeatis esse viri perfecti, vt quantum potestis iuramenti vinculum euitetis: volentes tamen indemnitati vestri monasterij prouidere, ne propter defectum testium, sui iuris sustineat læsionem: præsentī vobis pagina indulgemus, quatenus vos & monasterij vestri conuersi positis in causis eiusdem (deficientibus aliis testibus) pro ipso perhibere testimonium veritati.

Luca. 4.

Roma. 1.

1. Cor. 15.

Psal. 109

Psal. 131.

Matth. 5.

Ephes. 5.

Ecc. 23.

1. Tim. 5.

\* Vide. l. generali. ser. C. de episco. & cle. & l. si pater. C. de hered. insti.

Idem episcopo Ameliën.

Iuramentum contra vtilitatem ecclesiasticam præstitum non tenet. Capitulum. xxvii.

Sicut nostris est auribus intimatum, ecclesia Tudertina vacante, ipsius canonici, & episcopus cum eis, dum esset in minoribus

ordinibus constitutus, iuramenta quædam in damnum episcopalis iuris fecerunt prius quàm de pontificis electione tractatus aliquis haberetur: & infra. Pro iuratione incauta imponi fecimus episcopo penitentiam congruentem: & infra.

Quia non iuramenta, sed periuria potius sunt dicenda, quæ contra vtilitatem ecclesiasticam adtentantur: mandamus, quatenus ab ipsis canonicis inquiras super præmissis diligentius veritatem: & si ea inuenieris esse vera, quod in damnum episcopalis iuris repereris taliter adtentatum, in statum debitum, adpellatione remota, reduces.

Idem.

Iuramentum præstitum super actu in infirmato principaliter fauore iurantis, licet secundario in fauorem publicum, necessario est obseruandum, si non vi, nec dolo fuit præstitum, & in alterius præiudicium principaliter nõ redudat. hoc dicit, multum sine vltimuliter considerata medulla capituli. Capitulum. xxviii. ab exordio de dolo

Cum contingat interdum, quod cõstante matrimonio mulieres alienationibus super rebus dotalibus & donationibus ppter nuptias consentiant, ne vltierus contraueniant proprio sacramento firm ando, ac soluto processu temporis matrimonio contrauenire nitantur: vt rum hoc eis liceat: a nobis tua fra. requisit. Nos autem. f. t. r. quod et si mulierum consensus in talibus non videatur obligatorius secundum legitimas sanctiones, ne tali tamen prætextu viam contingat periuriis aperiri: mulieres ipsæ seruare debent huiusmodi iuramenta sine vi & dolo sponte præstita, cum in alterius præiudicium non redudent, nec obseruata vergant in dispendium salutis æternæ.

Idem.

Mouens bellum iniustum compellitur restituere, quæ per violentiam occupauit, & eos absolueret, a quibus indebitè iuramenta extorsit. hoc dicit, vsque ad vers. Iuramentum. Capitulum. xxix.

Sicut: & infra. Si constiterit, quod prædictus H. iniuste bellum mouerit contra I. ipsum H. studeatis inducere vt vniuersi per huiusmodi violentiam occupata restituant conquenti, cum a præstito sibi iuramento profusus absoluerent. \* Quod si adquelescere noluerit, ipsum ad hoc (si præmissa veritate nituntur) cogas per sententiam excommunicationis, terram eius interdici sententia supponeches.

\* Vide. l. decem. ff. de verbo. obliqa.

Non adstringitur quis iuramento ad implendum quod iurauit, si ab alia parte non impletur, cuius respectu præstitum est iuramentum. hoc dicit.

Iuramentum autem quod I. se adserit præstitisse de adferendo factum

De hoc iur. l. 4. q. 12. cap. 2. de iur. iur. in quinta et sequenti.

su factum est vtriusque, cum non ligat, qui prestitit, dum ille, cui prestitum fuerit, seruare negligit, quod promisit.

Idem in concilio generali.

*Clerici non habentes temporalia a laicis, non tenentur ea prestare iuramenta fidelitatis.*

*Capitulum. xxx.*

*1. Cor. 5.*

**N**imis de iure diuino quidam laici vsurpare nituntur, cum viros ecclesiasticos nihil temporale obtinentes ab eis, ad prestandum sibi fidelitatis iuramenta compellunt. Quia secundum Apostolum, seruus suo domino stat aut cadit, sacri auctoritate concilij prohibemus, ne tales clerici personis secularibus prestare cogantur huiusmodi iuramenta.

Honorius. iij. A. & C. canonicis Antiochenis.

*Qui iurat non esse contra aliquem, potest in causis propriis & ecclesia sua esse contra eum. hoc dicit, secundum intellectum glossæ.*

*Capitulum. xxxi.*

**P**etitio vestra nobis exhibita, continebat quod ecclesia Antiochena vacante, princeps Antiochenus timens conspirationes aliquas fieri contra eum, à vobis iuramentum extorsit, quod contra ipsum non essetis decetero: & infra. Interpretatione congrua declaramus, vos iuramento huiusmodi non teneri, quin pro iuribus & honoribus ipsius ecclesie ac etiam specialibus \* vestris legitimè defendendis contra ipsum principem stare liberè valeatis, coercendo vos à machinatione duntaxat per quam idem princeps deberet læsionem personæ vel sui amissionem incurere principatus.

*\* Alias spirituales.*

Idem archid. & magistro G. canonico Tullesii.

*Cum agitur de vsuris, potest index in qualibet parte liti ex officio suo deficientibus probationibus exigere à partibus iuramentum de veritate dicenda. Et eadem ratione idem in qualibet causa, in qua imminet peccatum, secundum Panormitanum. Cap. xxxij.*

**E**x literis vestris accepimus, quod super causa vsurarum vobis pro G. contra E. ab aposto. sed. commissa nõ potuit per te tetes ipsius G. per te productos de fortis quantitate liquere, licet de obligatione pignoris constitisset. vnde expedire videlicet, quod exigatur de dicenda veritate à partibus iuramentum, cum ex fama quasi notorium habeatur prestatum E. ex quadam terra ipsius G. sibi titulo pignoris obligata sortem & amplius percepisse. Nec igitur ex huiusmodi iuramenti defectu iustitia (occultata veritate) succumbat: mandamus, quatenus partes ad prestandum huiusmodi iuramentum per censu. eccle. ad pel. remota cogatis.

Idem Colloffen. archiepiscopo & eius suffraganeis.

*si postus*

*Si positus in dignitate alienat bona dignitatis, non valet alienatio, & ipsemet reuocare debet non obstante iuramento de non reuocando, maxime si prius iurat non alienare. hoc dicit, secundum verum intellectum. Panormitanus. Capitulum. xxxiiij.*

**I**n tellecto iam dudum, quod charissimus in Christo filius noster Hungarie rex illustris, alienationes quasdam fecerit in preiudicium regni sui, & contra regis honorem. Nos eidem regi dirigimus scripta nostra, vt alienationes predictas, non obstante iuramento, si quod fecit de non reuocandis eisdem, studeat reuocare. \* Quia cum teneatur & in sua coronatione iurauerit iura regni sui & honorem coronæ illibata seruare illicitum profecto fuit, si prestitit de non reuocandis alienationibus huiusmodi iuramentum: & propterea penitus non seruandum.

*\* Vide. l. phibere. §. qd pla. ne. p. Bar. ff. quod vi aut clam.*

Gregorius. ix. episcopo. Cenomani.

*Si mulier iurauit aliquem esse maritum, & succubuit, quia aliter non probauit, non datur nec denegatur ei licentia cum alio contrahendi.*

*Capitulum. xxxv.*

**M**ulier, quæ in iure prestituto iuramento adseruit vitum talem in ipsam per verba de presenti matrimonialiter consentisse probationes alias non habenti, viro ab eius impetitione per sententiam, absoluto, nec debes licentiam dare cum alio matrimonium contrahendi, ne author periurij videaris: \* nec hoc ei dicimus prohibendum: ne forte si falsum iurauerit, matrimonium contingat legitimum impediri: sed sue conscientie est potius relinquenda.

*\* Iuramentum non debet deferri ei, quem credimus.*

Idem.

*Qui iurauit seruare statuta edita, & postea per illud iuramentum aliter non iurando promisit seruare edenda seu postea edita, non tenetur ex iuramento ad nouiter edita. hoc dicit, secundum verum intellectum. Capitulum. xxxvj. l. ii. C. de iudic. vi.*

**C**lericus, qui iurauit se statuta in ecclesia sua edita seruaturum, submittere per idem iuramentum statutum, quod postmodum subsecutum est, fideliter obseruare. Licet transgredi non debuerat, quod promisit, nõ tenetur ad illius obseruantiam ex debito prestiti iuramenti.

Idem H. iudici.

*Iuramentum liti declinatorium à iudice delatum, sine iusta causa recusari non potest: delatum vero à parte, licite recusatur & refertur: in actione tamen famosa non licet reo referre. hoc dicit vsque ad §. sanè. Capitulum. xxxvij.*

**I**uramentum à te parti delatum, nisi iusta de causa non potuit recusari: Quamuis, quod in iudicio à parte parti deferretur,

fertur, recufari poffit licite, ac referri. Nec liceat conuento famofa aétione referre huiufmodi iufurandum.

*Aétore nihil probante, reus est abfque omni onere abfoluédum: fi vero præfumptio est pro eo, defertur reo iuramētum, vel ipfi aétori confideratis perfonarum, & caufa circumftantiis. hoc dicit.*

Sane fi aétor omnino in probatione defecerit, reus debet (& fi nihil præfterit) obtinere. Præfumpzione vero faciente pro illo, reo deferri potest, ad oftendam suam innocentiam iuramentum, nisi iudex (infpctis perfonarum & caufa circumftantiis) illud aétori videat deferendum.

## De exceptionibus. Tit.xxv.

Celestinus tertius

*Si testis de crimine contra eum excepto conuincitur, vel alius conuictus adparet, repellitur a testimonio, sed de crimine non puni-  
tatur, si non tangit negocium principale. Capitulum.ii.*

**E**niq; quod in dicta & perfonas testium: & infra. si crimina testibus obiciuntur, de quibus non fuerant hæcenus adcfati, sed tantū per exceptionem opponuntur, probatio illorum criminum exhibenda est, antequam caufa per sententiam terminetur \* cūm (sicut canonica instituta declarant) testes abfque vlla infamia vel suspicione vel manifesta macula in ferendo testimonio requirantur. Quod si sola crimina, de quibus alio tempore conuicti vel confessi fuerunt, testibus obiciuntur, a testimonio repelli possunt: quia sicut Stephanus papa & alij pontifices multi Romani testantur, non est credendum contra alios eorum confessioni, nisi prius se probauerint innocentes. Ceterum si de criminibus ad solam exceptionē obiectis testes conuicti fuerint siue confessi, pœna ordinaria multari non debet, cūm adcfatio in ipsos, secundum iuris ordinem non procedat. Sufficit ergo si a perhibendo testimonio repellantur, præsertim vbi crimen, quod eis obicitur, causam, de qua agitur, contingere non videtur.

Innocentius. iij. archidia. Richimun.

*Reo excipiente de excommunicatione contra aétorem, non potest replicatio communionis. Capitulum.ii.*

**A** nobis ex parte tua fuit quæstium, vtrum is, qui excommunicatus, excommunicatum ipsum a sua possit adcfatione repellere, cūm ille communionem huiusmodi replicet contra eum.

Nos

Nos igitur inquisitioni tuæ. r. quod ipse ab adcfatione illius poterit remoueri, cūm primus a communione fidelium sit exclusus, secundus vero tantum a sacramentorum participatione sit remotus.

Idem Audiceñ. episcopo.

*Habens plura beneficia, contra alium de pluralitate non excipit. hoc dicit. Io. And. Capitulum. iiii.*

**C**vm ecclesiasticæ prouisionis officium: & infra. Mandamus, quatenus la. faciatis præbendæ illius, de qua per C. præd. no. noscitur inuestitus pacifica possessione gaudere, cūm exceptionem illam, quod præfatus la. in alia ecclesia beneficium possidet, ei non possit opponere, quos constat varia beneficia in diuersis ecclesiis obtinere.

Idem episcopo Heliciã.

*Iudex statueret debet terminum ad omnes dilatorias proponendas, post quem excipientem non audiet, nisi in tribus casibus hic exceptis. Capitulum. iiii.*

**P**astoralis: & infra. Quoniam per dilatorias exceptiones maliciose, nonnunquam causarum terminatio prorogatur. inquisitioni. r. respondendo decernimus, vt intra certum tempus a iudice assignandum, omnes dilatoriæ proponantur. \* Ita, quod si partes extunc voluerint aliquid opponere, quas non fuerint protestata, nullatenus audiantur, \* nisi forte aliqua de nouo sibi competens exorta fuerit: vel is, qui voluerit eam opponere, fidem faciat iuramento, se postmodum ad illius notitiam peruenisse.

Idem monachis Farsleñ.

*Excommunicatus excipere, appellare, & omnem defensionem facere potest, sed reconuenire non potest. Capitulum. v.*

**C**vm inter priorem & conuentum de Argentolio ex parte vna, & nobilem virum S. de Malileone dice. Picta. ex altera, super damnis & aliis coram vobis ex delegatione nostra quæstio verteretur, procuratore ipsius nobilis vestrum volente declinare iudicium, eo quod duos ex vobis haberet suspectos, procurator monasterij allegauit parti eiusdem nobilis (cūm esset vinculo excommunicationis adstrictus) exceptionis huiusmodi beneficium interdictum: & infra. Inquisitioni vestræ diximus respondendum, quod prædicto nobili legitima defensio in iudicio reseruetur, & maxime iudicis recusatio, cūm periculosum sit coram suspecto iudice litigare, ac suspectis iudicibus se. apo. causam de certa conscientia non committat. vnde in talibus ad excommunicati fauor adtenditur, sed æquitas iudicantis,

\* Vide. l. i. C. de testib.

\* Vide. l. fi. C. de ex ce. l. ii. f. Bar. ff. de re iu.

\* Vide au thē. qui semel. C. de proba.

dicantis, cum non debeat claudicare iudicium: ac satis videatur absurdū si factore impugnate, reo defensionis copia denegetur, quia sic condemnaretur multoties absolendus. Porro cum excommunicato, quando in causa absolutionis existit, non sit iusta deneganda sententia nec interdicti debet eidem appellationis remedium, si contra iustitiam condemnatur, qua ratione in vno eodemque negotio ipsi alia legitima subtrahantur suffragia, non videmus. \* Ceterum non sic in reconuentione sententia: ne quod in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur.

\* Vide. l. i. C. de cō. dic. in deb.

Idem monachus Fersen.

*Excipiens, non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur. Et exceptio falsi potest etiā post sententiam opponi. Cap. vi.*

**C**um venerabilis f. noster I. Sabin. episcopus coram dilectis filiis nostris R. tituli sanctæ Anastasie presbytero, & P. sanctæ Lucie diac. card. quos sibi & R. procuratori vestro cōcessimus auditores, ecclesiam sancti Viti cum suis possessionibus & pertinentiis petiuisset, adferens eandē ad se in spiritualibus & temporalibus pertinere. Idem nondum episcopi intentione fundata præpropere sic respondit, quod etsi dicta ecclesia dudum fuerit ecclesie Sabin. subiecta, eam tamen non poterat episcopus vindicare, quam ex permutationis causa Fersen. monasterium obtinebat, ad hoc probandum quoddam exhibens instrumentum, in quo contineri prima facie videbatur, quod Theodosius episcopus cum suorum sacerdotum adsensu prædictam ecclesiam sancti Viti, pro quibusdam ecclesiis & rebus aliis in cambium vestro duxit monasterio concedendam.

Ad hæc episcopus proposuit memoratus intentionem suam per huiusmodi responsionem esse fundatam. cum enim pars vestra responderit se dictam ecclesiam ex permutatione facta peti Sabin. episcopum obtinere, confiteri per consequens videbatur se credere, quod dicta ecclesia tempore permutationis pertinuit ad ecclesiam Sabin. cum permutatio inter cōtractus bonæ fidei computeatur, nec cum alio, q̄ cum domino, vel cum eo, qui habebatur loco domini legitime valeat celebrari. & infra. Porro memoratus episcopus ad probandū, q̄ iam dicta ecclesia ad se in temporalibus pertinebat, quosdam testes induxit, per quos nitentur ostendere, quod tam dictam ecclesiam, quam molendina, terras, & alia bonæ eius Sabin. episcopi diutius possederūt, de illis pro suæ voluntatis arbitrio disponendo: & infra. Intelleximus suprascriptum episcopum intentionē suam minime fundavisse per testium depositiones, vel procuratoris suprascripti responsionem, quia exceptionem obiciens de intentione par-

tit

tis aduersæ, non intelligitur fuisse confessus, vel per instrumentum ex aduerso exhibitum, cum in eo Theodosius episcopus quo permutatio facta proponitur, non dicatur episcopus Sabin. quamquam in transcripto, quo procurator vtebatur; adpositum fuerit Sabin. per vicium falsitatis. Licet autē nimis excesserit, qui transcriptum illius instrumenti falsavit, quia tamen delictū personæ in damnum ecclesie redundare nō debet, ac nō solum ante sententiam, verum etiam post obici potest exceptio falsitatis, cum falsorum instrumentorū prætextu lata sententia, vsq; ad xx. annorum spacium valeat retractari veritate cōperta: nolumus vt per id monasterio vestro præiudicium generetur.

Quia vero nobis constitit supra dictā ecclesiam sancti Viti constitutā esse in diocesi Sabin. episcopale ius in oibus eidem episcopo ad iudicandum in eadem, istis duntaxat exceptis, que per authenticam scripta ei nōscuntur esse subtrahita, cū per priuilegiū vel præscriptionem legitimam nullatenus pharetur. exempta.

Verum quia dictus episcopus, qui eandem ecclesiam vindicabat, munitum se præscriptione legitima non ostendit, quantum probauerit episcopum Sabin. bona eiusdem ecclesie aliquanto tempore possedisse: vos ab impetitione episcopi quo ad temporalia eiusdem ecclesie sententialiter diximus absolucndos.

Honorius tertius abbati sancti Huberti & sancti Martini Leodiens.

*Si exceptio in iurisdictione exclusiua, propter quam fuit appellatum, probatur vera, iudex adpellationis non debet de principali cognoscere, sed supersedere. h. d. intelligendo, quod isti erant iudices adpellationis, & est notabilis intellectus. Panor. Capitul. vii.*

**O**lim: & infra. Nuper ex parte Gu. fuit propositum, quod literis præ. n. Treuren. archiepiscopo presentatis idem excipiendo proposuit, quod autoritate ipsarum respondere minime tenebatur, quia vltra duas dietas extra suam diocesim trahebatur in causam, & quia dictus archiepiscopus hanc exceptionem admittere reculabat, vocem ad nos adpellationis emittit: & infra. Porro procurator partis aduersæ respondit quod, idem Gu. vltra duas dietas extra suam diocesim minime trahebatur, cum ipse archiepiscopus terminum in tali loco statuerit, qui remotus ab illo non erat vltra, quam prouisum est per constitutionem concilij generalis: & infra. Dif. v. mandamus, quatenus si procurator dicti Gu. probare poterit exceptionem, quam coram archiepiscopo proposuit prædicto, videlicet, se in causam trahi vltra duas dietas contra constitutionem concilij generalis, vos adpellationem dicti Gu. legitimam decernere.

x ij cca

de cas. 9.  
cap. 36.

tes negotio superfedere curetis.

Idem archid. Translig. & officiali, & I. canonico Turon.

*Pro defensione sua ecclesie potest quis opponere exceptionem excommunicationis, periurii, vel aliam legitimam exceptionem: nec per replicationem excommunicationis vel periurii repelli potest.* Capitulum. viii.

**D**ilecti filijs. & P. ac C. canonici ecclesie sancte Marie trasmissa nobis petitione monstrarunt, quod cum M. canonicus eiusdem ecclesie ipsos coram delegatis a nobis traxisset in causam super eo, quod se opponunt electioni a quibusdam canonicis Granden. facte de ipso in priorem ecclesie supra dictae: iidem proposuerunt, quod dictus M. non debebat audiri, eo quod excommunicatus erat, & periurij crimine irretitus. Cumque dictus M. praefatis G. & P. periurium, & S. excommunicationem in modum exceptionis & replicationis obiectionis, eorum exceptionem elidere niteretur, procurator eorum proposuit, quod eius super hoc probatio recipi non debebat, quia & si obiectum praefatis canonicis periurium probaretur, non essent propter hoc a defensione sua ecclesie repellendi. Adiecit etiam, quod contra excommunicationem dicto M. in modum exceptionis obiectam, excommunicatio supra dicti S. replicari non poterat: quia exceptio ipsi M. opposita & probata, eundem repelleret ad agendo: replicatio vero super dictum S. nequaquam a defendendo repelleret, si etiam probaretur: & infra. Ipsi vero iudices interlocuti fuerunt, quod prius probationes reciperent super replicatione praemissa, \* propter quod ad nostram audientiam fuit appellatum. Quocirca mandamus, quatenus si res ita se habet, reuocato injuratum &c.

\* vide. l. circa. ff. de proba.

Gregorius nonus I. & M. Canon. Pragen.

*Si per exceptionem suspensionis contra quam replicatur de nulitate, ordinatio ecclesie retardatur: fit absolutio ad cautelam. Ca. ix.*

**A**postolicae se. & infra. Sane vobis apud se. apostolicam constitutis, quaedam suspensionis & amotionis a beneficiis sententiae sunt in modum exceptionis obiectae. Quas licet proponeretis vos posse nullas esse per testes idoneos & instrumenta probare: Ne tamen ordinationem Pragen. ecclesie, propter quam veneratis, huiusmodi obiectionis obstaculo contingeret retardari: Sententias ipsas relaxamus ad cautelam.

Idem decano Lincon.

*Excommunicationis exceptione non obstante valet rescriptum impetratum in causa adpellationis, licet de excommunicatione lata post adpellationem a grauamine non faciat mentionem, hoc dicit.*

*ait. & secundum hoc est casus no. & singularis: per quem forte posset colligi una regula, quod de innouato post adpellationem etiam ab interlocutoria non est necesse in rescripto facere mentionem.* Panor. Capitulum. xx.

**D**ilectae in Christo filiae priorissa & conuentus de Campesfia nobis significare curarunt, quod cum inter ipsas ex vna parte, & priorem & conuentum de Burcellia ex altera, super quibusdam decimis & rebus alijs, pro quibus coueniebantur ab illis coram abbate sancti Benedicti & eius collegis autoritate apostolica questio verteretur, & ipse ad nos ex sufficienti grauamine adpellasset, ac nuncium suum ad adpellationem miserint prosequendam: praefati iudices postmodum tulerunt excommunicationis sententiam in eisdem. Nostris ergo literis super adpellatione praefata non facta mentione, de excommunicatione per eundem nuncium ad priorem de Angles & suos coniudices impetratis, pars aduersa ex eo se adpellasse proponens, quod ipsi iudices exceptionem excommunicationis praedictae, contra ipsas ab eadem parte propositam admittere denegarunt, ad priorem de Gernemoe, & suos coniudices nostras super hoc literas impetrauit: coram quibus ex parte ipsarum fuit excipiendo propositum, quod cum post adpellationem legitimam dicta sententia lata fuerit, & cuilibet excommunicato defensionis auxilium competere dignoscatur, memorati iudices exceptione partis contrariae (sicut nec debebant) admittere noluerunt: sed cum dictus prior de Gernemoe & coniudices sui talem exceptionem non reciperent earundem, ipsae ad nostram audientiam adpellarunt. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum, quicquid post huiusmodi adpellationem adtentatum, in eodem negotio iuxta prioris mandati nostri ad praefatum priorem de Gernemoe & coniudices suos directi tenorem, prauiua ratione procedas.

Idem abbati sancti Saluatoris Papien. & Versel. praeposito.

*Per exceptionem excommunicationis a prosecutione adpellationis etiam originalis actor repelli non debet. hoc dicit. & est casus singularis, quatenus dicit de actore.* Capitulum. xi.

**S**ignificauerunt nobis capitulum de Tornacena. quod cum P. in suum archiepiscopum elegerit, Mediolan. archiepiscopus praesentatam sibi electionem renouens confirmare, quendam Zepum clericum in archiepiscopum instituit ecclesie supra dictae: quare ipsi ad sedem apostolicam adpellantibus, praeposito sancti Stephani causam ipsam super his dicantur commisisse: qui

qui electionem ipsorum confirmans, & pronuncians ius eligendi ad ipsum capitulum pertinere partē aduersam ab impetitione ipsorum absoluit: à qua sententia partes ad sedem apo. adpellantes, causam ipsam vobis obtinuere committi. Sed à parte altera exceptione excommunicationis opposita contra capitulum memoratum, vos minus provide adtendentes, quod prætextu excommunicationis opponit à prosecutione adpellationis, non debeat quis excludi: cum omnis legitima defensio excommunicato in iudicio referuetur: partem aduersam non esse cogendam ad respondendum eisdem perperam decreuitis: propter quod dictum capitulum nostram audientiam adpellarunt: & infra. Mandamus, quatenus si est ita, exceptione huiusmodi non obstante, in eodem negotio procedatis.

Idem.

*Reus in qualibet parte litis excommunicationem contra a se obiciens auditur: & si maliciose distulerit, in expensis condemnatur: & dato, quod non excipiat ipse iudex, publice excommunicatum repellat.*

Capitulum. xii.

**E**xceptionem excommunicationis in dilatoris proponendis reus scienter omittens, in qualibet parte litis opponere minime prohibetur, quod est in hac exceptione specialiter obseruandum, ne quisquam in periculum animæ suæ excommunicato comunicare cogatur. Qui si eam omiserit, vt actor laboribus & sumptibus fatigetur, in expensis est legitimis condemnandus. Excommunicatus autē publice, et si huiusmodi exceptio nõ opponitur, nihilo minus est officio iudicis repellendus.

Idem.

*Non competit exceptio rei iudicate, reo absoluto, quia non polebat.*

Capitulum. xiii.

**A**duersario tuo per iudicem absoluto, quoniam tempore motæ litis rem petitam ab ipso sine dolo desierat possidere, si eam modo possideat, tibi petenti denuo rei iudicata exceptio non obstat.

Idem.

*Valet rescriptum impetratum ab excommunicato super prosecutione adpellationis, licet de excommunicatione non fecerit mentionem.*

Capitulum. xiiii.

**V**enerabilem. f. n. archiepiscopum Narbon. qui à iudicibus ex sufficienti grauamine ad apost. sedem adpellans, ad vos super adpellatione sua nostras literas reportauit, & si ex causis aliis tempore impetrati rescripti vinculo fuerit excommunicationis adstrictus, de quibus ibi mentio nõ habetur, ad pronsequendam per eandem literas adpellationem prædictā decreuimus

uimus admittendum. Quia nihil excommunicatio adpellare prodesset, si non posset adpellationem suam proficui, & super ea literas impetrare.

De præscriptionibus. Tit. xxvj.

Ex concilio Africano.

*Episcopus contra episcopum locum per se conuersum ad fidem præscribit triennio: sed cum vacat ecclesia: vel est in schismate, nõ præscribitur contra ipsam.*

Capitulum. i.



**R**elucuit, vt si quisquam aliquem locum ad catholicam vnitatem conuerterit, si eum per triennium nemine repetente tenuerit: ulterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuerit episcopus, qui posset repetere, & tacuit: Si autem non fuerit, non præiudicetur matri ecclesie, sed liceat cum locus acceperit episcopum, ex ipso die intra triennium repetere. Item si fuerit episcopus ad catholicam fidem ex donati parte conuersus, non ei præiudicet prænitium temporis: sed ex quo die conuersus est, habeat per triennium potestatem repetendi locum, qui ad ipsam cathedram pertinebat.

\* Vide de

Ex regesto Grego. Italiae Patricia.

hac mate-

*Duobus modis summatur. Primò sic: Taciturnitas prælati non nocet ecclesie, donec sit præscriptum. Secundò sic: In rebus inuasis in. l. natu non currit præscriptio. Io. And.*

Capitulum. ii.

**N**ihil prodest: & infra. Nihil cum scandalo, nihil cum forali strepitu vobiscum nos velle de causis pauperum definire vobis scripsisse meminimus. Sed illud scire vos credimus, taciturnitatem atque patientiam nostram futuris post me pontificibus in rebus pauperum præiudicium non facturam.

Gregorius.

*Per quietam & synceram possessionem triginta annorum, præscribit ecclesia re priuati. hoc dicit, prout loquitur in præscriptione ecclesie actus. & iste intellectus tenendus est.*

Capitulum. iii.

**S**anctorum patrum sanctiones statuente confirmauerunt, & nos irrefragabiliter confirmamus, vt omnes possessiones ad singulas prouincias nostrorum fratrum pertinentes, à quibus per triginta annos possessæ sunt quiete & syncere absque synodali proclamatione, perpetuo teneantur.

Alexander. iij. Salernitano archiepiscopo.

*Quarta decimarum & funeralium præscribitur contra episcopum, si quadraginta annorum spacio non soluerit, & cathedra ecclesie interim non vacauit.*

Capitulum. iiii.

x iij

De

Vide Casac.  
18. Capp. 34.

Vide Casac.  
10. ob. 12.

*Subditus de possessione sp. al. h. n. 33.*  
**D**E quarta decimæ & oblationis defunctorum clericus ab impetitione episcopi quadraganaria præscriptione temporis se posse tueri videtur. Nisi forte interim pastoralis sedes caruisset pastore, qui iura ecclesiæ suæ exigere debuisset. Nam Romana ecclesia tricennale præscriptionem contra ecclesiam non admittit.

Idem.

*Possessor male fidei non præscribit.*

*Capitulum.v.*

**V**igilanti studio cauendum est, ne malæ fidei possessores simus in prædiis alienis: quoniam nulla antiqua dierum possessio iuuat aliquem malæ fidei possessorem, nisi respuerit postquam se aliena nouerit possidere: cū bonæ fidei possessor dici non possit. Ephesinus enim legislator solum propter vitam miserorum segniciem, & longi temporis errorem & confusionē, primus tricennali vel quadragenali præscriptioni vigorem legis imposuit.\* Nobis autē tam in rebus cognitis, quàm latentibus placuit non habere vigorem.

Idem Mauritano episcopo.

*Vna ecclesia in parocia alterius .xl. annorum spacio decimas præscribit.*

*Capitulum.vi.*

**A**d aures nostras peruenit duas ecclesias litigasse sup decimis, quas vna earum in alterius parocia annis quadraginta possedit: & infra. Tuæ fraternitati tenore præsentium innotescat, quod de iure melior est cōditio possidētis. Quia quadragenalis præscriptio omnem profus actionem excludit.

Idem Parmensi episcopo,

*Laici spiritualia possidere non possunt, ergo & per consequens, nec præscribere. h. d. & quotidie allegatur.*

*Capitulum.vii.*

**C**Ausam quæ inter Regiū, archidia, & nobilem virum G. sū per decimis vertitur: & infra. Ideoq; mandamus, quatenus causam ipsam debito fine decidas, non obstante præscriptione tēporis, vel concessione ecclesiasticæ secularisve personæ, si idem G. obponere eam voluerit: quia cum laici decimas detinere nō possint, eas nulla valent præscribere ratione.

Idem.

*Si contra præscriptionem .xl. annorum, qua sola currit contra ecclesiam, obponatur interruptio, uterque probabit.*

*Cap. viii.*

**I**llud autem te scire volumus & tenere, quod aduersus ecclesias minorem præscriptionem, quàm quadraginta annorum Ro. eccle. nō admittit, licet quidam canones comprobant tricennale: & ecclesia se potest aduersus ecclesiam quadragenaria temporis præscriptione tueri de re illa, quam inconcussē quadra-

quadraginta an. noscitur possedisse. Verum si de præscriptione & interruptione inter partes fuerit mota quæstio, ab utraque parte testes recipi debēt: & si probata fuerit interruptio, præscriptio non tenebit.

Idem.

*Fines prædiorum ecclesiasticorum, quadraginta annorū spacio præscribuntur.*

*Capitulum. ix.*

**Q**Via indicāte abbate G. comperimus inter eum & abbatem sanctæ Lucie exortam de finibus quæstionem: agrimenforis definitione illam prospeximus finiendam,

Hortamur igitur, vt ad loca, de quibus est contentio, accedentes, eam in vestra faciatis præsentia terminari: Quadraginta tantum annorum præscriptione vtrique parti seruaata.

Lucius tertius.

*Tempore hostilitatis, non currit præscriptio.*

*Capitulum. x.*

**E**X transmissa conuestione abbatis & monachorum de Habēn. accepimus, quod cū ecclesia de Camenone ad ius eorum pertineat, & homines de Sib. & Vinto. ecclesiarum parociani sint ipsius ecclesiæ: clerici, qui prædictas habuerunt ecclesias, minutatim omne ius parociale præter ius funeradi matrici ecclesiæ subtraxerunt: & infra. Dis. ve. man. quatenus decimas & oblationes cum alijs obventionibus memoratæ matrici ecclesiæ (præscriptione hostilitatis tempore non currente) restitui faciatis.

Innocentius. iij. abbati de Cenedo.

*Procuraciones qua debentur legatis & nunciis apostolica sedis, præscribi non possunt.*

*Capitulum. xi.*

**A**ccedentes ad præ. no. præpositus sancti Nazarij, & A. canonicus sancti Stephani, syndici & procuratores primicerij & clerici Mediolan. de ordinariis maioris ecclesiæ grauiter sunt conuesti, quod cum ipsi legatos & nuncios apo. sed. deuote recipiant & procurent, dicti ordinarij procurare ipsos renuunt, & procurantibus ad expensas subsidium impartiri: & infra. Volentes autem, vt quod omnibus imminet, ab omnibus comprobetur. Mādamus, quatenus, nisi dicti ordinarij per speciale priuilegium apo. sed. a præstandis procurationibus ostenderint se immunes, (etiam si longissimo tempore procurationis obsequium non impenderint: cum in talibus præscriptio sibi locum nequeat vindicare) ipsos ad procurationis sarcinam ordine debito subeundam teneri decernas.

Idem de colta & de sancto Donato prioribus.

*Subditus non præscribit obedientiam contra prælatū.*

*Cap. xii.*

Quam

**C**um non liceat à capite membra recedere: nõ sufficimus admirari, quod sicut referente Bracharen. archiepiscopo nobis est intimatū, licet ecclesiæ vestra in ipsius sine dice. constituta, vos tamen obedire sibi tanquam episcopo yestro cõtumaciter recusatis: & infra. Ideoq; mandamus, quatenus præfato archiepiscopo & ecclesiæ Bracharen. obedientiam & reuerentiam debitam, sicut alij clerici suæ diocesis faciunt, impendatis, præscriptione temporis non obstante.

Idem nobili viro Matafeloni.

*In iuribus ad Romanā ecclesiam spectantibus currit sola centenaria præscriptio.* *Capitulum. xiii.*

**A**udientiam apostolatus non peruenit: & infra. Proponebatur ex parte tua Alexan. pa. præ. no. tibi in castro Palatioli concessisse singulis annis. xl. fol. denariorum Papien. quos Ro. eccle. ibi cõsuevit recipere annuatim, in super comestiones, bannā, placita, forisfacta, & omnia iura, quæ ibi apost. sed. habebat. Sed ea tibi ratione nulla deberi castellanus eiusdem castri constantissime aderebat. Ad quod probandum inducebas prædicti papæ priuilegiū, & librum eccl. Ro. censualium. hoc etiam nitentibus probare per testes: qui dicebant se vidisse præscriptū censum nunciis Ro. pon. à. l. annis, & infra fuisse solutū. Sed inter alia fuit ex aduerso responsum q̄ nec priuilegium nec liber censualis tibi aliquid commodi aderebant, cum priuilegio vsus non fueris spacio annorū. xxx. & liber censualis suspectus existeret: quia non fuerat in camera nostra receptus, ac scriniarius alio modo scripsisset dicta testium, quam dixissent. Nos igitur magis autoritatem priuilegij, q̄ depositiones testium adtendentes, considerantes etiā librum censuale, quem non suspectum habuimus, licet nõ in nostra, sed in cardinalis sancti Hadriani camera sit inuētus, qui eum, quando camerarius fuerat, de camera beati Petri suscepit, nec credentes ipsum scriniarium (cum iuratus sit officium suum fideliter exequi) aliud scripsisse, quam à testibus diceretur: Respicientes in super (quod est longe validius) ipsum negocium tan gere principaliter Ro. ecclesiam, contra quam non nisi centenaria præscriptio currit: in solutione prædicti census & aliorū peritorum condēnauimus partem aduersam, iniungentes eidē, vt tibi non tanquā tibi, sed tanquam eccle. Ro. (cuius autoritate debes percipere, cuius etiam propter prædicta beneficia vasallus existis) sine difficultate perfoluat.

Idem Hel. & Gu. abbatibus,

*De centenaria præscriptione, quæ solum currit contra Romanam ecclesiam tempora schismatum deducantur.* *Capitulum. xiiii.*

Cum

**C**um nobis: & infra. Licet tam legali, quam canonica sit definitione statutum, vt contra Roma. eccle. quæ gaudet priuilegio speciali, non nisi centum annorum præscriptio locum sibi valeat vindicare, tempora tamen intercidentium schismatum, quæ secundum iuris ordinem cursum præscriptionis impediunt, nolimus aliquatenus computari, sed diligenti consideratione adhibita de ipsa computatione deduci.

Idem. Helien. & Rosen. episcopis,

*Prælati inferior potest præscribere in certis ecclesiis suæ diocesis totum ius episcopale, subducitur tamen de præscriptione temporis, quo vacauit ecclesiæ cathedralis.* *Capitulum. xv.*

**A**uditus & intellectus meritis causæ, quæ vertitur inter Vigoren. episcopum, & abbatem de Heuescham super ecclesiis in valle de Heuescham, quas episcopus adferit ad se diocessana lege spectare, abbas autē eas esse ab eius iurisdictione prorius exemptas: & infra. Verum tanto tēpore probatur per testes ab abbatibus de Heuescham pleno iure possessæ, vt videatur in eis episcopale ius legitime præscriptisse: & infra. Quocirca mandamus, quatenus inspectis priuilegiis The. & Of. regū, quæ abbas super præmissa libertate adferit se habere, si per illa cõstitit, q̄ vallis de Heueschā sit ille locus, quem C. præ. no. libertati donauit, absoluat ab impetitione episcopi sup ecclesiis memoratis: & adiudicātes illas abbati pleno iure subiectas, episcopo super illis silentiū imponatis. Quod si abbas in hac probatione defecerit, auditus probationes super tēpore, quo intra quadraginta annos sedes episcopalis vacauit: & si per tantum temporis vacasse cõstitit, vt illo subducto, non sit quadragenaria completa præscriptio, vos in illis ecclesiis ius episcopale adiudicatis episcopo, & super illo. perpetuum silentium imponatis abbati. Si autem exceptionem huiusmodi episcopus non probauerit: quia tamen interruptionem probauit circa processionem Pentecostalem in villa & ecclesia de Mortana, & ad receptionem ac procuracionem archidiaconi. necnon solutionem denariorum sancti Petri in valle de Heuescham, circa cognitionem quoque causarum matrimonialium, & capellani suspensionem in prædicta villa de Mortana, & interdictum capellatum in præfata villa de Heuescham, vos super his ius episcopale adiudicatis eidem, si tamen circa suspensionem & interdictum huiusmodi intra quadraginta annos interruptio facta fuit, in cæteris ei silentium imponentes, quæ abbas præscripsisse probatur.

Idem Parisien. episcopo,

Non



*Non potest subditus contra superiorem visitationem aut pro-  
curacionem ratione visitationis debitam, in seipso præscribere:  
quamuis alius in personam alterius præscribere possit utramque.*

*Capitulum.xvi.*

**C**Um ex officij sui debito Senon. provinciam visitaret archiepiscopus Senon. per Parisien. diocesim transitu faciens, ad abbatis sancti Maglorij prioris de Castres, & quorundam aliorum ecclesiarum eiusdem diocesis necesse habuit declinare: à quibus cum procuracionem sibi debitam postularet, ipsi eam inhumauiter negauerunt, ad suæ negationis defensionem hoc solum allegantes, quod non meminerant se procuracionem huiusmodi prædecessoribus eiusdem archiepiscopi exoluisse, nec ab eis aliquando fuisse petitam: & infra. Nos igitur præmissam allegationem eorū nullam penitus reputantes, cum contra procuracionem, quæ ratione visitationis debetur, præscribi ne quierit: quem admodum nec contra visitationē ipsam, potest aliquo modo præscribi, & si alius contra eum præscribere possit utramque. Ideoq; mandamus, quatenus sententiā, quā in huiusmodi contemptores de antiqua metropolis consuetudine tulit archiepiscopus memoratus, vsque ad satisfacionem condignam facias obseruari, quia secundum Apostolum: Qui spiritualia feminat, non est magnum, si metat carnalia, cum nemo cogatur suis stipendiis militare. Si quid enim aliud, quam superius fuerit allegatum, contra intentionem archiepiscopi obiter voluerint & probare, nos eis faciemus iustitiam exhiberi.

Idem Pisano archiepiscopo.

*Qui alieno nomine possidet, non præscribit, nec etiam is, qui proprio, nisi habeat bonam fidem & iustum titulum, si præsumptio est contra eum. h. d. secundum Ioan. And. addita suppletione Panor.*

*Capitulum.xvii.*

**S**i diligenti: & infra. Cum iudicatus Calaritanus ad ius & proprietatem beati Petri pertineat, sicut tota Sardinia nullo pertinet mediante, tibi non licuit pro te vel ecclesia tua à Marchione Massa iudice Calaritano fidelitatis exigere iuramentum: & infra. Nos igitur, quæ nuncijs tujs proponere voluit plenius circūspectis, non intelleximus te vel ecclesiam tuā super hoc aliquo iure subnixam, cum auctoritatem sedis apostolicæ non ostendas, per quam à iudicibus Calaritanis, tu & antecessores tui fidelitatis exegeritis iuramenta: nec præscriptione aliqua muniaris, cum secundum confessionem tuam \* nec ecclesia Pisana, vel tu fueris in quasi possessione iuris exigendi huiusmodi

huiusmodi iuramentum, quod per sed. apost. ab ipsis iudicibus receptum fuisse fateris, per quod constat ecclesiam Romanam semper in quasi possessione fuisse, cum pro ea ministerio tuo & antecessorum tuorum exactum fuerit & præstitum iuramentum: & is possidere dicatur, cuius nomine possidetur. Si verò dicatur, quod nomine tuo & antecessorum tuorum, & non nomine nostro & ecclesiæ Romanæ fuerit iuramentum exactū, posset inferri, quod iuramentum præstitum de cōseruando iure & honore sed. apost. fuerit violatum: vnde licite retineri nō posset, quod contra iuramentum huiusmodi fuerit sciēter obtentum: quia etiam secundum hoc locum præscriptio habere non posset, cum in præscriptione rerum ecclesiasticarum bonæ fides & iustus titulus exigantur. et si etiam locum potuisset habere præscriptio, non credimus centenariam præscriptionem (quæ sola currit aduersus Romanam eccle.) posse probari.

Idem episcopo Lucano.

*Abbas in capellis præscribere potest iura episcopalia, obtinet tamen in his solis, quæ præscripsit. h. d. quod ad titulū. Cap. xviii.*

**C**Um olim frater episcopo, cum abbate & monachis sancti Saluatoris de Ficheto super plebe Falamazana & adiacentibus capellis ipsius in nostra presentia litigando institutionem in eis, & alia ad ius episcopale pertinentia vindicares, ad fundandam intentionem tuam ius commune principaliter allegabas, cuius auctoritate dicebas vniuersa spiritualia in prædictis locis, quæ sunt in diocæ. tua constituta ad te tanquam ad dioecesanum episcopum pertinere. arbitrium præterea super hoc promulgatum à Pistorien. episcopo archiepiscopo tuo ac primitierio Lucanis allegans. Ad elidendam autem intentionem tuam abbas Greg. vij. papæ priuilegium exhibuit: quod prædictum arbitrium multo videbatur tempore præcessisse: per quod tam monasterium, quam plebs & capellæ prædictæ videbantur libertati donata: & infra. Aliorum quoque Roma. pontifi. dictus abbas priuilegijs utebatur post arbitriū promulgatum obtentis, qui libertatis priuilegia sibi concedere videbantur: & infra. Quia prædictus abbas sufficienter ostendit monasteriū suū super institutionibus, destinationibus, & ordinationibus plebani & clericorum, baptismo & poenitentia in leuioribus culpis, sepultura, decimarū perceptione, ac diuinis officijs celebrandis, tam in plebe, quam in capellis prædictis, in excommunicando atque interdicens, & etiam absolvens legitime præscriptione munium: abbatem ipsum ab imperitione tua super iam dictis articulis duximus absolendum, super illis tibi

1. Cor. 7.

\* An cō-  
fessio iudi-  
cialis no-  
ceat eccle-  
siae. Cy. in  
Marchione  
Massa iudice  
Calaritano  
i. C. de cō-  
fess. Bar. i.  
l. certis. S.  
sed ut ip-  
sos. ff. de

tibi perpetuum silentium imponēdo, super aliis omnibus, quæ ad ius episcopale spectare noscuntur, iuxta tenorem arbitrij eundem abbatem, quò ad plebem & capellas prædictas sententialiter condemnantes.

Idem.

*Qui præscriptione completa privilegium contrarium impetrat, & utitur illo: præscriptioni renunciat. Si præscriptio nõ erat completa, malam fidem habet: & ideo non præscribit.*

Capitulum. xix.

Veniens ad præ. no. abbas sancti Martini de Pannonia: & infra Petiit à nobis postmodum idem abbas, vt Vespri men. episcopus non impediat vel faciat impediri: quo minus omnes, qui in Simagiē. parœcia vel comitatu consistunt de omnibus, quæ possident, decimas sibi soluant: sicut in priuilegijs Paschalis pa. præ. no. & sancti regis Stephani cõtinetur. Prefatus vero episcopus postulauit, vt decimas Simagiē. comitatus intra suæ diœce. terminos constitutas, quas detinet idem abbas: sibi restitui faceremus, nisi aliquo iure speciali seipias possidere monstraret: & infra. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines promouendi fuerint, clerici ecclesiarum vel capellarum ipsius monasterij, quod est in Vespri m. diœcesi constitutum à Vespri mē. episcopo postulabunt, si quidem catholicus fuerit, & gratiam sed. apost. habuerit, & ea gratis sine prauitate aliqua voluerit exhibere: alioquin ab alio, quem maluerint, præfule catholico suscipiendi ea liberam habeant facultatem: sicut in priuilegio dicti Paschalis, & Alexã. papæ prædeces. no. perspeximus contineri. Non obstant priuilegio Clementis papæ, per quod priuilegijs suorum prædecessorum non extitit derogatum, cum de ipsis nullam fecerit mentionem, præsertim cum & ipse Clemens priuilegium illud concesserit, saluis instit. utionibus, non solum Roma. ecclesia, sed ipsius etiam legatorum. Nec obstat poterat præscriptio, quam idem abbas in suum subsidium opponebat: quia si consummata erat quando ab Alexandro papa priuilegium impetrauit, iuri præscriptionis renunciaisse videtur, \* præsertim cū coram vobis priuilegio illo sit vñsus, quòd suæ intentioni (quæ tum ad hunc articulum) contradicit. Si verò nondum consummata erat præscriptio, sed erat in præscribendo: postimpetratum huiusmodi priuilegium, bonam fidem non habuit: & ideo secundum canones non præscripsit.

Idem in concilio generali.

Necesse

*Nec in foro canonico, nec ciuili, valet præscriptio cum mala fide.* Capitulum. xxx.

Quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est: Synodali iudicio definimus, vt nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam canonica, quam ciuili. Cùm generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest obseruari. Unde oportet, vt qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ.

De sententia & re iudicata. Tit. xxvij.

Gregorius.

*Sententia lata contra leges vel canones, non tenet: nec ab ea opus est appellare. Panor.* Capitulum. i.



Sententia contra leges canonice prolata, licet non sit adpellatione suspensa, non potest tamen subsistere ipso iure.

Idem.

*Lites debent celeriter terminari.* Cap. ii.

Iurgantium cõtrouersias celeri sententia terminare & æquitati conuenit, & rigori.

Idem.

*Sacerdos sine iusta causa non est deponendus.* Cap. iii.

Non potest quæquam à sacerdotali gradu (nisi iustis ex causis) cõdors sacerdotum sententia submouere.

Leo papa:

*Iuste quis petit sententiam à papa cõfirmari, si iuste & rationabiliter fuit lata.* Capitulum. iiii.

Ea, quæ iuxta ecclesiasticum morem iuste & rationabiliter fuerint definita, nostra quoque sententia roborentur.

Alexander. iij. Eboracē. archiepiscopo.

*Iudex deputatus super executione sententiæ admittit exceptionem fraudis seu nullitatis sententiæ, non ad effectum, vt super eã pronunciet, sed vt negocium ad superiorem, qui iudicauit transmittat, si illam probabilem repererit. h. d. notabiliter.* Cap. v.

De cetero noueris, quòd si sententiam à nobis latam præcipimus per aliquem executioni mandari, \* & fraus interuenierit: non est facultas executori de toto negotio cognoscendi, sed deferri quæstiones, quæ inciderint ad sedem apostolicam oportebit.

Idem Noruicē. episcopo.

Nõ

\* vide. l. micã. C. de thesan. lib. x.

\* vide. l. i. ff. de off. si. eius cuius m. a. est in iud.

*Non sufficit reo damnato ad traditionem possessionis, tradere pignus pro ipsa possessione.* Capitulum.vi.

**C**um aliquibus est adiudicata possessio, nō sufficit eis dari pignora, nisi corporali possessione latentur.

Idem eidem, & V. archidia.

*Sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem iudicatam: unde quādoquē reuocatur cūm constat de errore.* Capitulum.vii.

**L**ator presentium sua nobis insinuatione monstrauit, quōd cūm quādam mulierem legitime desponsasset, & carnalis esset copula subsecuta, inter eos scandalum est subortum, cuius occasione debitum ei subtraxit. Consanguinei verō mulieris hoc molestum habentes, quæstionem mouerunt, proponentes, quōd mulierem inuitam & renitentem nec ætatis aptæ matrimonio existētem duxisset vxorem: & quoniam idem vitam cupiebat agere dissolutam, demum vtriusque studio interueniente, fuerunt minus rationabiliter separati. Nolentes igitur matrimonia canonicè contracta, leuitate quadam dissolui, mandamus, quatenus si vobis constiterit eos per iudicium ecclesiæ non fuisse legitime separatos, ecclesiamque deceptam, ipsos faciatis sicut virum & vxorem insimul permanere.

Idem T. & clericis sanctæ Anastasiæ Veron.

*Retrahitur sententia prætextu iniquæ consuetudinis lata contra ecclesiam.* Capitulum.viii.

**C**um causa, quæ vertitur inter vos & G. & A. laicos super domo quadam eis ab archipresbytero vefro vendita, ad examen I. apo. sed. legati delata fuisset, post adp. ad nos interpositam, & receptas inducias, quoniam intra terminum tibi fili T. ad eam prosequendā præxiūm iter non adriperas, cōtra te sententiam proferens: memoratis G. & A. prætaxatam domum secundum Veronen. ciuitatis consuetudinem adiudicare curauit: \* deinde cūm causa fuisset ad nos per adp. delata, Brixien. episcopus delegatus à nobis, sententiam contra vos (prætaxata forma canonum) secundum eandem consuetudinem, sicut præfatus legatus fecerat, promulgauit. Nos autem considerantes, quōd licet vsus vel consuetudinis non minima sit auctoritas, nunquā tamen veritati aut legi præiudicat, præscriptā sententiam reuocauimus, & vos ab impetitione absoluentes illorum, vobis & ecclesiæ vestræ domū adiudicauimus supradictā.

Idem Eboracen. archiepiscopo.

*Sententia iniqua retrahitur per superiorem, licet causa fuerit appellacione*

*adpellacione remota commissa. Si autem continet manifestam iniquitatem, est nulla. h. d. intelligedo, quod ponat duos casus. Cā. ix.*

**I**nter cæteras: & infra. Item cūm aliqua causa adp. re. cōmittitur, & sententia fertur iniqua, eam euacuari oportet: nec ei debet stari, si iniquitatem contineat manifestam.

Clemens tertius.

*Sententia lata contra absentem non contumacem in causa matrimoniali, non valet. h. d. intelligendo, quod hæc mulier non fuit contumax. Panormitanus.* Cap. x.

**T**enor literarum tuarum ostēdit, quōd cūm inter R. & M. mulierem quæstio matrimonij verteretur: & Theatino episcopo commissa fuisset, idem eūdem R. muliere absente ab impetitione ipsius absoluit. Ceterum eadem mulier à nobis ad te literas impetrauit, vt de causa cognosceres, & eam sine debito terminares: & infra. Dicitur verō R. à te vocatus ad causam infirmitate prætextu non adfuit: sed quia nocte sequente aliam sibi copulare præsumpsit, in eum ex cōmunicationis sententiam promulgasti: à qua postmodū absolutus ad te veniens, ostendit literas episcopi memorati, quibus eum ab iniquitacione ipsius absolutum fuisse patebat. Quia igitur mulier suos testes offert ad probandum, quōd idem R. eam desponsationis anulo publicè subarrasset: & tu quid super his agere debeas, postulas edoceri. Ideoque inquisitioni t. t. respond. quōd (non obstante illicita absolute, quam episcopus fecit) in causa procedas eidem R. sub pœna excommunicationis arctius interdicens, ne ad eam, quam superinducit, accedat, prius quàm fuerit causa decisa.

Idem.

*Sententia diuortii in causa matrimoniali ritè lata, ad solam coniugis confessionem adferentis contrarium nō reuocatur, sed interim ei statim donec legitime de contrario doceatur. Ita summatur, vt aliquid de nouo adferat. Panor.* Cap. xi.

**C**onsanguinei E. laticris presentium sicut tuis literis intimasti, compaternitatem inter ipsam & virum suum legitime probauerunt, ita quod inter eos sententiam diuortij protulisti: prædicta verō E. cūm sit tibi postmodum confessa, quōd eius commater in veritate ante sententiam nō fuisset, sed post separationem compaternitatem cum eo contraxit, & tandem ad secundas nuptias conuolauit: & infra. Frater. t. respond. quod propter solam confessionem mulieris non est recedendum à sententia per iudicium ecclesiæ rationabiliter promulgata, nisi legitime in contrarium probaretur.

*Bar. in l. cunctos populos. C de sum. trim. per arg. à contrario sensu adferit consuetudine laicorum ligare clericos.*

Innocentius. iij. archidia. & sacrista Magalō.

*Si papa contra pronuntiationem suam confert beneficium, hoc tacito, subreptitia dicitur collatio, & non tenet.* Cap. xii.

**C**um olim Magalō. episcopus P. de castro nouo ad vacātem archidiaconatum eiusdem ecclesiæ nominasset, l. prapósito vt nullus ibi (nisi prius duplici sibi voce cōcessa) institueretur per adpellationem interpositam inhibente, episcopus dictum P. de archid. per suum anulum inuestiuit. Prapōsitus verō alium ad eundem archidiaconatū nominare præsumpsit. Tandem C. prædecessor noster, quod factum fuerat ab vtraque parte, cassauit: pronuncians, q̄ aliquibus scriberet, vt cā episcopum, quā personas ad ordinandum concorditer archidiaconum monerent: & eorum fortē monitis nō admisis, hoc ipsi exequi non differrent. post hæc verō dictus prædecessor noster G. qui nondum ad diaconatus erat promotus officium, præter conscientiam procuratoris episcopi apud sed. aposto. tunc morantis, ipsum archidiaconatum contra pronuntiationē suam contulit, sicut credimus circūuentus. Nos igitur inherentes vestigis præde. no. dicentium sententiam Ro. sc. cū aliquid fuerit subreptum, posse in melius cōmutari: quod de predicto G. factum est, non obstante donatione, quam ab eodem episcopo in elusione donationis apostolicæ nuper dicitur recepisse, in irritum reuocamus: & ei licet absenti cum de subreptione liquidō cōstet, \* super dicto archidiaconatu perpetuū silentium imponens, præcipiendo mādamus, quatenus sepedictum archidiaconatum (plena omnīū vestrum, qui præsentēs fuerint in ecclesiā, interueniente cōcordia) ordinare curetis:

\* Vide Bar. in l. quod iussit. in ff. de re iud.

Idem abbati & conuentui sancti Zenonis Veron.

*Valeat sententia contra ius litigatoris lata, si ab ea intra .x. dies non fuerit adpellatum. Vel sic & aliter: Per sententiam, à qua non fuit adpellatum, potest ecclesia subiaci pralato inferiori episcopo, seu ad aliam ecclesiam pertinere.* Cap. xiiii.

**C**um inter vos pro ecclesiā vestra & archipresbyterum & clericos sancti Proculi, super subiectione eiusdem ecclesiæ quæstio verteretur: ex parte vestra fuit propositum, q̄ dicta ecclesiā monasterio vestro pleno iure debet esse subiecta videlicet in institutione, destitutione, inuestitura archipresbyteri; & eiusdem fidelitate ipsius, & fratrum obedientia, correctione, representatione ad ordines, tonsuratione, susceptione chrismatis, litaniis, & aliis similibus, per quæ plena subiectio declaratur: ad quod probandum instrumentum publicū concessionis B; quondam Veron. episcopi pars vestra in mediū prodebat;

quam concessionem concessor eius G. ratam habuit, & etiam confirmauit. Super his quoq; tam Ro. pon. quā patriarcharum Aquileg. priuilegia & confirmationes induxit, quorū vnus, de subiectione plenaria in priuilegio suo euidenter expressit, quod sub testimonio R. quondam Veron. episcopi, qui eiusdem ecclesiæ archipresbyter extitit, factum fuerat & cōpletum, & in eodem à priore sancti Zenonis mandauit sua vice subscribi. Adiecit etiam pars vestra, q̄ inter B. quondā abbatē eiusdem monasterij, & sancti Proculi archipresbyterum & fratres ipsius procedēte tempore de fidelitate & obedientia manuali cōtrouersa fuit exorta, ad quæ duo illi se duntaxat tenebant, & super his testes producti fuerunt. tandē præfatus G. Veron. episcopus quendam cardinalem sequēs, à quo idem fuerat iudicatum, q̄ vel archipresbyter dimitteret ecclesiam, aut abbati obedientiam repromitteret, sententialiter definiuit: cuius sententia (cū nulla fuerit adpellatione suspensa) in re transit iudicatum: & infra. \* Quāuis fortē dicto instrumento donationis non sit plurimum innitendum, nec cōfirmationibus nec priuilegiis, quæ de ipso causam & originem acciperunt: adtendentes tamen, q̄ quantum ad litigantes ipsos, ius ex sententia factum fuit postq̄ in rem transit iudicatum, etiam si contra ius litigatoris lata fuisset: eum contra ius constitutionis expresse lata non fuerit, veritate gestorum sermonibus prævalente, quæ præsumitur ritē per omnia celebrata: definimus, vt archipresbyter sancti Proculi, qui pro tempore fuerit, fidelitatem & obedientiam præstet abbati sancti Zenonis.

\* Vide l. i. ff. de litigatoribus. C. de adpel.

Idem canonicis Nouariē.

*Sententia contra actorem lata, nihil iniqui continens, venit in causa adpellationis confirmanda: licet per adtestationes videatur pro actore fuisse probatum: alio modo pro sententia concurrant præsumptiones, de quibus hic in litera: & secundum hūc intellectum est hic casus singularis valde.* Capitulum. xiiii.

**C**ausam, quæ inter vos & A. clericum super præbenda Nouariē. ecclesiæ vertebatur: Laudū. episcopo de consensu parium commissimus terminandam, qui pro vobis contra dictum A. definitiuam sententiam promulgauit: à qua fuit ad nostram audientiam adpellatum: & infra. Licet ex parte ipsius A. fuisset propositum quod contra formam mandati nostri dictus episcopus sententiam promulgauit, sicut per adtestationes nitetur probare: quia tamen iudicis animus non semper ad vnam probationis speciem inclinatur, & ipsa sententia nihil cōtinebat iniquum, & eidem iudici de communi partū adfensu fuerat

fuerat causa commissa, qui vt sententiam ferret post examinationem causā, ab vtraque parte fuerat requisitus: sententiam ipsam curauimus confirmare.

Idem Constantino episcopo.

*Si sententia precipit aliquid fieri ad certum terminum: tempus decendii ad adpellandum currit à tempore sententiæ, non autem à die finiti termini, hoc primò. Quadrimestre tempus, quod à lege datur condemnatis in personali, potest à iudice ex causa aritari, & sponte terminum arctatum recipiens, non potest post decedim adpellare, licet non cõstet iudicem ex causa terminum abbreviasse: hoc secundò. Ab executione sententiæ non adpellatur, nisi in executione modus excedatur: hoc tertio. l. d. euacuando medullam ca. secundum Panor.*

Cap. xv.

**Q**uod ad consultationem: & infra. Quia postulasti, vt adpellationi sit clericis deferendum, qui purgationem indictam sibi per sententiam, & ad ipsius receptionem terminum competentem \* puta viginti dies vel amplius sine contradictione recipiens: & ad diem veniens cõsequenter adpellat causam non exprimens adpellandi: nec sit locus nisi succipiendæ purgationi & executioni sententiæ, à cuius prolatione & purgatione iniuncta vltra decendium dicitur effluxisse. \*

\* vide. l. generali. ter. C. de re. cred. et iureiur. \* vide. l. 2. C. eo. & l. si exha. vedat. & l. si propo. mas. §. i. ff. de inof. ff. testa.

Taliter duximus respondendum, q̄ cū post decem dierum spacium sententia in auctoritatem rei transeat iudicatæ, qui quia prouocationis subsidium intra id temporis non recurrit, adpellandi sibi aditum denegauit: cū per hoc videatur per interpretationem iuris latæ sententiæ paruisse, præsertim vbi causa nõ redditur adpellandi. Sed nec executionem ipsius sententiæ ideo conuenit retardari, licet ad hoc agendum quadrimestre tempus regulariter sit statutum: quia id arctari potest nõnunquam à sedente in medio, & etiam prorogari: & qui ab initio sponte recipit terminum, breuiorem imputari sibi potest & debet: cū ex hoc videatur amplius beneficium contempnissse: vnde talis non audietur adpellans, nisi forte aduersus eum modus executionis canonicus excedatur.

Idem decano cancellario, & C. canonico Lund.

*Sententia potest probari per testes: licet non deponant de causis, quæ solent iudicem mouere ad sententiandum.* Cap. xv.

**S**icut nobis intimastis, cū causa, quæ inter H. subdia. & B. presbyterum super quinq; modis frumenti vertebatur ipsi subdia. per annos singulos exoluedis vobis cõmissa fuisset, & restitutionem sibi fieri postulare: subdia. supradictus aduer-

Cap. xv.

rius

rius se ad hoc non teneri respondit, cū alia vice super hoc cõuentus fuerit, & sententialiter absolutus: quod ostendere voluit duorum testimonio, ex quorū depositione constitit q̄ magister A. auctoritate episcopi Lundun. ipsū absoluit ab impetitione subdia. memorati. Verum quia testimonium ipsorum quasi nudè prolatum fuerat, cū de causis, quæ iudicem mouere solent, ad sententiam proferendam nihil dixerint, quid tenendum sit: sedem duxistis apost. consulendam. Cū autē in plerisque locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris existat, q̄ omnia, quæ iudicem mouent nõ exprimantur in sententiis proferendis: vobis taliter respondemus, q̄ cū ex depositionibus testium prædictorum constiterit sententiam à iudice suo prolatam: propter auctoritatem iudicariam præsumi debet omnia legitime processisse. \*

\* Facit ad hoc. l. i. C. de p. fes. qui in vr. Cõst. & l. i. cū not. C. de legi.

Idem Astoriceñ. episcopo, & abbati, scilicet Isidori Legionen.

*Ab eadem sententia potest adpellare, nedum reus victus, sed etiam tertius, cuius interest: & poterit sententia quò ad rem nil de suo iure docentem cõfirmari: respectu vero tertii rationabiliter adpellantis infirmari.* Capitulum. xvii.

**C**um super controuersia, quæ inter Auric. episcopū & monasterium Cella nouæ super statu ipsius vertebatur, pro episcopo diuersæ sententiæ latæ fuissent. nuncius Oneteñ. episcopi per eas Oneteñ. ecclesiam læsam grauiter querebatur, ad quā proponebat monasteriū pertinere: & infra. Cū ex parte monasterij nihil rationabile fuerit propositū & ostensum, quare sententia pro episcopo promulgata debuere irritari, eam quantum ad monasterium duximus confirmandam: & infra. Mandamus, quatenus si cõstiterit adp. pro ecclesia Oneteñ. rationabiliter interpositam, & ad eam prosequendam nuncius eius \* intra tempus legitimum destinatum fuisse, executio sententiæ differatur, ne circa possessionem Oneteñ. ecclesia detrimentū incurrat: alioquin (sicut ius postulat) executioni absq; Oneteñ. ecclesiæ præiudicio demandetur: cui, quæ præmissa sunt, non præiudicent, quo minus suam valeat consequi rationem, cū res inter alios acta non noceat regulariter alij \* iuxta constitutiones canonicas & ciuiles.

\* vide. l. à sententiæ in pri. cū §. seq. ff. de adpel. \* vide. l. Luci. ff. de his qui not. inf. & l. res iter alios.

Idem.

*Si citatus ad sententiam, ex legitima causa iudicii ignota non comparuit, tenet sententia eo absente lata: sed retractatur eo probante legitimam absentiam causam. Si vero impedimentum probatur non plene, non retractatur sententia: nisi prius doceat de ipsius*

aliàs est l. Modesti mus. ff. de excep. y iij iniquitate.

*iniquitate. h. d. & est verus & not. intellectus secundum Panor. quem alii doctores non clare dilucidarunt. Cap. xviii.*

*de hoc cap. in Cap. hinc in 66. de app. Hat.*

**C**um Bertholdus miles curiam suam P. militi pignori obligasset: eodē P. sublato de medio, A. nepos eius, qui successit eidem, vacante ecclesia eiusdem, adserens q̄ ius patronatus cum vniuersitate transisset in eum, D. clericum eiusdem loci archidiacono ad supradictam ecclesiam presentauit: qui de consensu episcopi ipsum instituit in eadem, in possessionem eū induci faciens corporalem. Prædictus verò B. dominus fundi T. sacerdotem memorato episcopo presentauit: sed ipsum episcopus non admisit. Cum autem dictus T. aduersus memoratū D. super prædicta ecclesia deposuit quæstionem, Remen. episcopus apo. sed. leg. iudicibus negotium delegauit: ad quem cū adestationes vtrinq; receptas per partes postmodum remisissent, & præfato D. cum suis adestationibus accedente dictus T. nec per se, nec per responſalem idoneum cōparere curaret, ipse adestationibus inspectis clerici memorati ipsum ab impetitione sæpediti T. sententialiter reddidit absolutum: eidem T. imponens silentium super ecclesia memorata. Postmodum autem idem presbyter ad archiepiscopi presentiam intra breue tempus accedens, iustam causam absentie allegauit. archiepiscopus verò Argentino electo & Altæ Siluæ, & Tudebernon. abbatibus dedit suis literis in mandatis, vt si iustam absentie causam ille ostenderet coram eis, prædictam sententiā nullus decerneret esse valoris, & causam sine debito terminaret, alioquin facerent sententiā obseruari. Verum dicto electo & præfatis abbatibus cōmittentibus aliis vices suas, ipsi subdelegati testes super prædicto articulo receperunt: à quibus dictus clericus vocem ad nos adp. emisit: & .j. Licet autem iustam causam absentie minus sufficienter presbyter probauisset, ne tamen præiudicaret opinio veritati \* R. diac. car. eis cōcessimus audirem: qui cum nobis omnia fideliter retulisset, ex tenore sententiæ archiepiscopi inuenimus circūuecurum: tum quia cōtinebatur in illa, q̄ per adestationes ipsius clerici fuerat sufficienter probatū, q̄ præfatus A. in possessione iuris patronatus extiterat, cū eundem ad prædictā ecclesiam presentauit, cum tamen per adestationes illas nihil ostēsum aliud fuerit, nisi q̄ p̄ quodā iure quod de illa ecclesia cōsuevit exhiberi patronis prædicti P. & A. annuatim decem solidos acceperunt. tū etiam quia in eadem sententia dicitur, quod dictus T. in probatione defecit, cum per adestationes suas appareat ipsum suam intentionem sufficienter probasse. tum etiam quia causam non recepit

recepit sufficienter instructam, cum vnus tantum partis adestationes receperit, quæ parum faciebant ad causam. Vnde sententiam ipsam duximus irritandam, memorato T. adiudicantes ecclesiam supra dictam, cum per adestationes nobis constiterit euidenter ipsum à vero patrono fuisse ad sæpe dictam ecclesiam presentatum. Idem.

*Papa in sententis, quas profert, ordinē iuris seruat. Cap. xix.*  
**I**n causis, quæ summi pon. iudicio deciduntur, & ordo iuris & vigor æquitatis est subtiliter obseruandus. Cum in similibus casibus cæteri teneantur similiter iudicare. Nisi forte cum aliquid (causa necessitatis & vtilitatis inspecta) dispensatiue duxerit itatuendum.

*Idem conuentui sancti Leodij.*  
*Secunda sententia in diuersa instantia contra primam lata tenet merito iure, nec debet infringi etiam si sit iniusta, ex quo ab ea non fuerit appellatum, præsertim si prima sententia secundis iudicibus non fuit ostensa. hoc dicit. Panor. Capitulum. xx.*

**I**nter monasterium sancti A. Rothoma. & vestrum super modo eligendi abbatem, in monasterio vestro fuit quæstio agitata: & infra. Cum consisterit nobis primam commissionem non fuisse per vltimam reuocatam, tum quia causæ suspicionis in iure propositæ friuolæ videatur: quas etiam tanquam dilatorias ante litis ingressum opponere debuissent, \* quibus coram delegatis eisdem subeundo iudicium renunciaſſe videntur, tum etiam quoniam de priuilegiis ap. sc. & processu negocij coram primis iudicibus nihil in secundis literis dicebatur, quod si fuisset expressum, obtinere minime potuissent: Non obstante sententia, quæ pro monasterio sancti A. dicebatur fuisse prolata, quæ tamen nobis ostensa non fuit: tamē si à prædictis iudicibus fuisset ostensa, ea posthabita cōcrarium statuissent: alioquin eam obiectibus impuiterur, cum sub prætextu nouorum instrumentorum lites non debeāt instaurari. Factum priorum iudicium ratum & firmum habemus, & eorum sententiam confirmantes, electo à vobis nos ipsi munus benedictionis (saluo iure diocesani) curauimus exhibere.

*Idem episcopo, deca. & cancel. Parisicū.*  
*Tenet sententia contra priuilegium ostensum vel non ostensum, si ad ea non fuerit appellatum vel supplicatum. Capitulum. xxxi.*  
**S**vborta inter Melden. episcopum & monasteriū Resbacens. super ipsius monasterij subiectione materia quæstionis, & procuratoribus partium litigantibus coram nobis, quia per confessionem partis aduerſæ constitit eundem episcopum quasi possc-

*\* vide. l. qd̄ autē. & l. quod agit. ff. de lib. cau.*

*REN JUL II. EXIIT  
Frouy de Laborie  
in p̄xi no. 1. fol. 37.  
Xp̄ 13.  
\* vide. l. i. p̄ doct. C. de dila.*

possessionem obedientie in eodem monasterio habuisse: ipsum restituendum decreuimus ad eandem. Verum quia priuilegium Inno. papa præ. no. libertatem monasterij plenariam exprimebat, decano Suefion. & suis coniudicibus dedimus in mandatis, vt episcopo in quasi possessionem obedientie restituro, nisi contra priuilegium rationabile aliquid obiceret & probaret, super subiectione monasterij sibi silentium imponere procurarent: & infra. Iudicibus autem causam instructam remittentibus, quia cognouimus efficaciores episcopi rationes: subiectionem eidem adiudicauimus memorati monasterij, vt ibidē habeat tanquam diæ. episcopus potestatem, ita tamen vt nullum per hoc apo. sedi præiudicium generetur, quo minus, si uoluerit, suam iusticiam prosequatur. Nimirum si præfati Inno. priuilegium Alexandro fuit in iudicio præsentatum, & ipse tulit sententiam contra illud, intelligitur reprobasse. Si vero non fuit coram eo exhibitum, prætextu priuilegij de nouo reperi prædicta non debet sententia retractari.

Idem sanctæ Mariæ in Catag. & vallis secretæ abbati.

*Sententia à qua fuit appellatum retractatur, si constat testes, ad quorum dicta tantum lata fuit, conspiratores fuisse, & contradicente parte receptos.* Capitulum. xxii.

**C**VM I. & A. canonici sancti Dio. Remen. ex parte quorundam canonicorum eiusdem ecclesiæ nostro apoltolatu referarint, quod abbas eorum super dilapidatione, periurio, simonia, & quibusdam aliis erat multipliciter infamatus, nos Cæthalan. episcopo, & eius collegis dedimus in mandatis, vt ad ecclesiam personaliter accedentes, tam in capite, quam in membris corrigenter corrigenda, & statuerent quæ statuenda viderent: & infra. Iudices autem abbatis & canonicorum iuramenta recipientes, abbatem ab administratione ipsius ecclesiæ per sententiam remouerunt, correctione membrorum dilata, quam tunc non poterant expedire. A qua sententia, cum procurator prædictus ad nostram audientiam adpellauerit, proposuit dictam sententiam reprobendam, tum quia iudices lite non contestata in ipso negotio processerunt, tum quia iuramenta conspiratorum contra ipsum recipientes (depositionibus coram partibus minime publicatis, \* nec ostensis eisdem) ad sententiam procedere præsumperunt: & infra. Quia verò de conspirationis articulo nobis non potuit fieri plena fides: mandamus, quantum si vobis constiterit, quod illi conspiratores fuerint, quorum constat à iudicibus iuramenta recepta, quod abbas probare voluit coram eis, & eorum dicta iudices secuti tantummodo,

\* Adre-  
stationum  
publicati-  
onem esse  
de iustitia  
& non de  
substantia,  
vide apud  
Inno.

do, cum per alios ea probata non essent, sententiam protulerunt, vos irritantes processum eorum in negotio iuxta prædictam formam comprehensam in prioribus literis procedatis. Si vero eos conspiratores fuisse nequiecit comprobare, vel licet de hoc constaret: adpareat tamen illos nihil super his deposuisse, pro quibus idem abbas fuit amicus: vel etiam si aliqua super his deposuerint: ea tamen per aliorum dicta fuerant sufficienter ostensa, processum ipsorum iudicam confirmetis: quia licet aduersus abbatem non debuerint conspiratores admitti, iuramenta tamen ipsorum de veritate dicenda super statu ipsius domus recipi potuerunt: vt per ipsorum dicta super aliis fides possit haberi, quæ abbatem minime contingebant, præsertim cum tunc probatum non esset eos conspiratores fuisse.

Idem H. de Castro Guari.

*Damnatus in actione iniuriarum infamatus est, & per papam prætestifama restitui. h. d. prout communiter summatur. Cap. xxiii.*

**C**VM te à B. iniuriarum actione conuenito, eo quod dices equum tuum non esse minoris precij, quam capillos ipsius iudices, qui super hoc cognoscebant, te in decem solidos condemnassent, tu timens ne ipsorum sententia te notaret infamia. \* beneficium restitutionis ad famam à sede apostolica implorasti. Nos autem considerantes, quia nulla fuerit, vel minima facta iniuria: volumus te per prædictam sententiam infamia non notari.

\* vide. l. i.  
et. l. athle-  
tas. ff. de  
his, qui  
no. infra.

Idem.

*Renocata sententia propter defectum iurisdictionis, vt quia vnus ex iudicibus publice excommunicatus erat, vel propter iuris ordinem non seruatum: iterum de principali queritur. Cap. xxiiii.*

**A**D probandum quod procurator dominæ: & infra. Vos autem interim agnoscatis de confirmationis sententia, quæ lata est à iudicibus delegatis de electione custodis, vt eam (sicut de iure fuerit faciendum) confirmare vel infirmare curetis, ita vt si pro eo quod vnus ex delegatis iudicibus, qui eandem sententiam protulerunt, excommunicationis vinculo esset publice innodatus, quando sententia lata fuit, sicut per metropolitani literas perhibetur, aut ex alia iusta causa eandem sententiam constituerit infirmandam: ipsa cassata, de ipsius electione custodis iterum cognoscatis.

Gregorius nonus.

*Res inter alios iudicata, aliis non nocet, fallit in eo, qui passus est illum litigare, cui secundo loco competeat actio vel defensio, vel à quo causam in iure iudicato habuit. Capitulum. xxx.*

Quannus

Decretaliū Gregorij Lib.ij. Tit.xxviii.

\* vide. l. rex inter C. qui res iudi. non  
Vanuis regulariter aliis non noceat res inter alios iudicata. \* Et tamē, qui cum sibi primum de ea re actio vel defensio cōpetebat, sustinuit sequentem agere. Ac illi etiam, qui passus est eum, à quo causam habuit, experiri, est præiudicium generatum.

Idem.

no. Si duo ordinarii pronanciant contraria, tenet sententiā pro reo, fallit in quatuor casibus hic contentis & similibus. Si verò delegati discoriant, delegans est aduendus. Si arbitri, neutra tenet.  
Capitulum. xxvi.

**D**vobus iudicibus (vt accepimus) diuerfas sententias proferentibus : si ex iurisdictione ordinaria processerunt, tenet pro reo, non pro actore sententia, nisi in causa fauorabili, puta matrimonio, libertate, dote, seu testamento pro ipso fuerit promulgata. Si verò ex delegata potestate, vtraque pendet sententia ex arbitrio delegantis. Quod si ex compromisso, neutra debet habere vigorem.

a = forma publica se mi opera probat, fuit. ita las in maxi fol. fol. 42. n. 104 = aliud in alio iud. ma

De adpellationibus, recusationibus, & relationibus. Tit. xxviii.

Alexander tertius Exonē. episcopo & decano Londonē.

Collatio beneficii facta post adpellationem ex probabili & verisimili causa interpositam, est ipso iure nulla. Capitulum. i.

**D**ilecti filij prior & clerici de Gisebergien. grauem querimoniam transmiserunt, quòd Eboracen. archiepiscopus apo. se. legatus eundem priorem post adpellationem suspendit, suas ecclesias interdixit, & canonicos (si eidem tanquam priori obedirent) excommunicatos denunciavit : & infra. Super quibus si veritate per idoneas personas & famam loci sollicitè inquisita, inueneritis ecclesiarum concessiones factas, nisi prior & canonici maliciose distulerint eas, quantum ad se pertinet, ordinare, in irritum reuocetis easdem.

\* Adde quid de iure ci. p. l. à processu lib. C. eo. et. C. quo adpel. non reci. l. ab. heri. Ipsum exinde redarguimus. \* nec huiusmodi adpellationem diximus admittendam.

Idem archiepiscopo Remeñ.

Adpellatio generalis, respectu causæ non valet. Cap. ii. Inter cetera : & infra. Super eo quòd abbas sancti Apollinaris in claustrò à te adpellationem interposuit generalem super omni causa, quæ aduersus eum aliquo tempore possit moveri. Ipsum exinde redarguimus. \* nec huiusmodi adpellationem diximus admittendam.

Idem abbati sancti Petri.

A correctione

A correctione legitima non appellatur, nisi modus excedatur. hoc dicit, inspecta mente. Capitulum. iiii.

**A**d nostram : & infra. Quia verò remedium adpel. non ideo est inuentum, vt alicui à religionis & ordinis obseruantia exorbitatū debeat in sua nequitia patrocinium exhibere. Mandamus, quatenus, si quādo quilibet subditorum tuorum ad remedium adpellationis conuolauerit : non ideo minus cum iuxta tenorem mandati, quod in prædicta regula continetur, & institutionem ordinis corrigas & castiges.

Idem Noruicē. episcopo.

Si appellans intra terminum à iudice, à quo appellauit, vel à seipso statim adpellationem non prosequitur, sententiæ vel iudicio illius stare compellitur. Capitulum. iiii.

**P**ersonas ecclesiarum : & infra. Si quis ad nostram audientiam adpellauerit, & adpellationis suæ proximum terminum præxerit, tu ei diem, intra quē apo. sedem conuenienter possit adire assignes : ad quam si venire contempserit, tu illum ex tunc iudicio tuo super his, quæ in questione vertuntur, sine contradictione aliqua stare compellas. Si autem quinquam adpel. suæ præxerat terminum congruentem : nec tamen causam ad diem adpel. fuerit prosecutus, ipsum nihilo minus ex tunc sententiæ tuæ (sicut de alio diximus) adpel. re. parere constringas.

Idem Remeñ. archiepiscopo.

Adpellans ad prosequendum habet annum, & ex causa biennium, nisi iudex moderetur. Et si intra id tempus non prosequitur, rata manet sententiæ : vel redit ad primum, si ante sententiā adpellauit. hoc dicit. Capitulum. v.

**C**um sit Romana : & infra. F. t. duximus respondendum, quòd si ante sententiā, vel postea fuerit adpellatum, hu iulmodi adpellationibus annus indulgetur : aut ex necessaria & euidenti causa biennium : nisi forte iudex à quo adpellatū fuerit, secundum locorum distantiam & personarum, & negocij qualitatem recisus tempus fuerit moderatus. Intra quòd si is, qui adpellauerit, causam adpel. non fuerit prosecutus, tenebit sententiā, si post sententiā appellauerit, & à causa sua ceci disse videtur : nec amplius super eodē negotio audietur adpellans. Si verò à grauamine, & ante litis ingressum fuerit adpellatum : huiusmodi audietur adpellans, quoniam sacri canones, etiam extra iudicium passim adpellare permittunt : nec solent huiusmodi dici adpellationes, sed provocaciones ad causam. Si autem ante sententiā quis adpellauerit, cogitur illius



illius stare iudicio, ad quem noscitur appellasse.

*Qui de crimine impetitur, appellare potest, nisi sit notorium, hoc dicit.*

Præterea si raptor sit, vel violentus detentor alienæ rei, qui appellat: huiusmodi appellatio facta in iudicio apud ecclesiasticas personas solet audiri, nisi forte manifestus raptor vel fornicator existat, sicut ille, quem absentem & irrequisitum Apostolus excommunicauit.

Idem eadem.

*Coram iudice à quo appellauit in vna causa, possum in alia cōueniri, nisi eum recusem vt suspectum.* Capitulum.vi.

**A**D hæc si in vna causa quis appellauerit, & pendente appellatione aliquo crimen committat, vel prius commississe dicatur, vel modo etiam adferat aut conueniatur de alia re, super qua non sit appellatum, & illam perferri contingat ad audiētiā iudicis, à quo in alio negotio appellauit, eum potest si voluerit tanquam suspectum vitare, alioquin debet eius stare iudicio, maxime si suus ordinarius iudex existat.

Idem.

*Si à iudice inferiori vnus appellat ad papam, alius ad inferiorē, tenetur appellans ad papam comparere ad citationem iudicis inferioris, saltem allegaturus appellationem suam: alius uolebit processus à minori, nisi sciuerit appellationē interiectam ad papam.* Capitulum.vii.

**S**I duobus coram suo iudice litigantibus, alter ad nostram, alter ad sui iudicis audientiam super eodem negotio appellauerit, & ille, qui ad suum iudicem appellauit, ad diem appellationis ueniens, se ad eum appellasse proponit, eo tacito & aduersarius eius ad audientiam Romani pontificis appellat: si legitime citatus, nec uenit, nec responsalem misit, ut etiam aliās parere contemnit: tenebit excommunicationis sententiā in eum pro cōtumacia promulgata, nisi iudex cognouerit eum ad audientiam Romani pontificis appellasse.

*A ciuili iudice, qui non est de temporali iurisdictione ecclesie non appellatur ad papam. h. d. usque ad fi.*

Denique quod queris, si à ciuili iudice ante iudiciū, vel post ad nostram audientiam fuerit appellatum, an huiusmodi appellatio teneat: tenet quidem in his, qui sunt nostræ temporali iurisdictioni subiecti: in aliis uero est de consuetudine ecclesie teneat, secundum iuris rigorem credimus non tenere.

Idem plebano & clericis sancti Nazarij de Albia.

Lapsu

*Lapsus biennii non praiudicat appellanti, quo minus ex causa legitima audiatur, saltem per beneficium restitutionis in integrū. hoc dicit, secundum vberiozem intellectum.* Capitulum.viii.

**E**X ratione: & infra. Verū si adpellationem biennio clauso interpositam à sententiā contra vos prolata, profecuri non estis: dummodo profecutionem ipsius per impotentiam vos constiterit omisisse, nolumus quod iustitiæ vestræ debeat praiudicium generare.

Idem Vigorieñ. episcopo.

*Si reus post citationem vel notitiam literarum iuit ad curiam, delegatus in causa procedet: aliās non. hoc dicit, cum. c. suggestum. infra eo.* Capitulum.ix.

**M**eminimus: & infra. Cæterū cūm aliquā causam cōtinuit tibi adpel. re. cōmitti: & aduersa pars post citationē iter adriperit ad se. apo. ueniendi, non minus poteris in negotio secundum iuris formam procedere. Quod si ante citationem iter adriperit, non est aliquatenus procedendum.

Idem.

*Super sedetur propter articulum, in quo appellatum est, etiam super principali causa, si sine illo articulo expediri non potest. hoc dicit, inherendo literæ.* Capitulum.x.

**S**UPER eo quod sollicitudo tua quaesuit, prudentiæ tuæ duximus respondendum, quod si de aliqua exceptione quaestio oriatur, & exinde adpellationem fieri contingat, eidem exceptioni erit merito super sedendum: etsi principalis causa sine illa terminari non poterit, et nihilominus super sedatur.

*Non obstante adpellatione ex falsa causa interposita, potest iudex ad vltiora procedere. h. d.*

Si autem aduersa \* pars de falsi suggestionem in adpellationem prorupit, non est sententia super hoc differenda.

Idem.

*Etiam pro minoribus, seu leuioribus causis appellari potest.* Capitulum.xi.

**D**E adpellationibus pro causis minimis interpositis volumus te tenere, & eis pro quacunque leui causa fiant, non minus est, quam si pro maioribus fierent deferendum.

Idem.

*Secundum canones appellatur etiam ante sententiā: secundū leges non, nisi in quibusdam casibus: hoc primo. Et adpellatio, & recusatio equiparantur in hoc, quia sicut in adpellatione requiritur causa rationalis, ita & in recusatione: hoc secundo. Et*

tempus

\* Vide. li. si veteris. cū not. C. de fide instru.

tempus adsignatum iudici ad causam decidendam, incipit currere à tempore presentationis rescripti: hoc tertio. secundum verum intellectum.

Capitulum. xii.

**S**uper eo: & infra. Sacri canones ante & post litis contestationem, & in prolatione sententiae, & post, singulis facultatem tribuunt appellandi, leges autem seculares appellacionem (nisi in casibus) ante sententiam non admittunt. In causis quoque ecclesiasticis ubi appellacionis remedium tollitur, sicut appellacioni, ita recusationi non est aliquatenus deferendum\*. Si autem intra certum tempus lis decidenda committitur, ex tunc terminus incipit currere, cum iudices contigerit literas recepisse.

Idem.

Conuentus super iniuria clerici, vel super adulterio, appellare potest, nisi sit notorius. h. d. cum ex. seq.

Capitulum. xiii.

**P**eruenit ad nos, & cum clericis se conquerantur ab aliquibus vulneratos, vel aliàs esse læsos, qui impetrantur, Apost. sedem appellanti: & infra. F. t. mandamus, quatenus si eorum excessus publicus non sit & notorius, eos eccle. censura compellat, vt intra conueniens tempus appellacionem interpositam prosequantur. Si vero publicus est & notorius, appellacionis obtentu non prætermittas, quin eos excommunicatos denuncias, ipsosque facias sicut excommunicatos caucius euitari, donec passis iniuriam satisfaciant, & cum literis tuis apostolico se conspectui representent.

Idem archiepiscopo Toletano.

Summatum est supra cap. proxi.

Capitulum. xiiii.

**C**onsuluit nos fraternitas tua: & infra. Con. t. r. diximus respondendum, & si aliqui, quos manifestum sit & notorium uxorem alterius detineret, aut iniectis manus violentas in clericum, appellauerint: eorum appellacioni non est aliquatenus deferendum. Sed cum multa dicantur notoria, qua non sunt, prouiderè debes, ne quod dubiū est, pro notorio videaris habere. Illos autem, qui appellanti à præsentia tua, cogere debes intra tempus conueniens appellacionem interpositam prosequi, aut iudicio tuo adpel. remotà parere.

Idem.

Hoc cap. summatum est supra eo. cap. meminimus. Cap. xv.

**S**uggestū est, auribus nostris, & appellacione facta iter adripium, aduorsarij eorū adpel. interpositā cognoscères, nec ad præsentiam nostrā accedūt, nec responsalē trāsmitteunt: cū autē senserint

serint illos nostras literas reportasse, in vocem adpellationis prorūpunt, & iter ad nos adripit veniēdi, vt sic eorū sollicitudinem, à quibus impetūtur, eludāt. Tuā cōsultationi taliter respōdemus, vt si quis deprehēsus fuerit, hoc ex fraude vel malicia facere, adpellacioni eius nō deferat, neq; ob id causam tibi commissam terminare postponas, quia decretalem epistolam, qua tales muniri videntur, non ad deprimentum cuiusque iustitiam, sed ad remouēdum grauamen nos fecisse cognoscas.

Idem Eboracensi archiepiscopo.

Excommunicatus pendente cognitione adpellationis, absolutus potest ad cautelam: & si adparet eum legitime adpellasse, non puniatur pro eo, quod interim celebravit diuina. Capitulum. xvi.

**A**d præsentiam nostram R. presbytero veniente, episcopo Tusculano, & P. sanctæ Sufannæ cardi. tuam & ipsius causam commisimus audiendam. Qui ad obiectionem tuam, licet R. presbyter non esset excommunicatus de iure, de facto tamen fecerunt eum absolui. Ideoque mādamus, quatenus prædictum presbyterum pro eo, quod post excommunicacionem contra adpellacionem factam diuina cantauit, nullatenus inquietes, sed ad eum statum reducas omnia, in quo erāt tempore adpellacionis emissa.

Idem Cantuariensi archiepiscopo.

Si adpellans turbatur in possessione, super qua fuit adpellatum, iudex à quo potest illam possessionem sibi reformare, adpellacione in suo statu permanente. h. d. secundum commune intellectum. Capitulum. xvii.

**C**um teneamur: & infra. Quoniam nos consulere voluisti, vt rum si eorum possessio, qui ad audienciam nostram adpellant, turbata fuerit, tibi eam sibi liceat reformare, eo de quo adpellatio est interposita prætermisso. Prudentia tue taliter respon. & si exinde ad te querela peruenierit, id ordine iudicario tibi licebit experiri.

Idem episcopo & archidiacono de Bonon.

Generalis & vaga adpellatio respectu cuiuslibet grauaminis non valet, sed restricta ad certam causam sic. Capitulum. xviii.

**C**onsuluit: & infra. Consul. vestræ. t. r. quod si generaliter adpel. quis interponeret ab omni grauamine, quod sibi posset contingere, huiusmodi adpellacionem tenere non debet. Si vero ab aliquo iudice super omni grauamine, quod in vna causā sibi possit inferri, quamquam generalis adpellatio sit interposita, adpellacioni tamen eius est ab eodem iudice deferendum.

Idem

\* Vide. l. si quis ex aliena. p. Bar. ff. de iur. om. indi.

Idem Zamoriensi episcopo.

Adpellatio friuola nō excusat inferiorem, quō minus teneatur obedire superiori, & vt de contemptu puniatur, nisi innocentiam suam aliter purget. h. d. Et est casus notabilis, in eo quod dicitur istum esse puniendum.

Capitulum. xix.

Cum parati essemus tuas petitiones admittere, I. diaconus Cardinalis olim Apost. sedis lega. proposuit, quōd cum ad eius uocationem contempnissis accederet, in personam tuam excommunicationis sententiam promulgauit: & infra. Cūque N. canonicus beati Iacobi firmiter adseueraret, quōd in legatione regis esses, & ideo non potuisses ad uocationem prædicti card. accedere. Cardinalis est contra adseruit, quōd non in legatione regis, sed in Salamantina ecclesia, te suus nuncius inuenisset. & infra. Nos vero adtendentes, quōd te non deuit continere obtentu adpel. ad uocationem venire legati: præcipimus, quatenus vel in persona propria, vel per nuncios idoneos apostolico te conspectui repræsentes, innocentiam tuam ( si poteris ) ostensurus.

Idem Cantuariensi archiepiscopo.

\* vide. l. si quis v. xori. S. adpellationē. per Bar. ff. de. fur. & S. i. ff. cōmo.

Si mandatum factum ei, qui iurauit stare iudicio ecclesia, excedit limites iuramenti & licita promissionis, adpellare poterit, l. eum qui. aliās secus. h. d. compendiose. Abb. Capitulum. xx.

Ad hæc: & infra. Præterea de his, qui iuramentum præstant, quōd ecclesiæ stabunt iudicio, & postea adpellant: Id tua sollicitudo prouideat, vt eos seruare, quōd iurant, vel intra. xl. dies post adpellationem interpositam iter adripere ad ipsam prosequendam compellas.

Idem Carnotensi episcopo.

Summa vt supra cap. proximi.

Capitulum. xxi.

Questioni, quam facis, vtum adpellationi illius sit deferendum, qui ( sicut moris est ) præstito iuramento absolui meretur, & antequam ei mandetur aliquid, vel mandato recepto causa subterfugij adpellauerit: Respon. q. adpellationi, quæ iuramento eius debeat derogare, non est in aliquo deferendum, sed statim erit in eandem reducendus sententiam: quæ ( donec mandatum susceperit, & susceptum pro posse fuerit profectus ) debet firmiter obseruari.

Idem Vinton. episcopo.

Adpellans ab ordinario, postea de delicto ab eo commissio puniri potest per ipsum ordinarium. h. d. sed supple ad textum, idem esse de antea commissis, si nūc de illis adujsatur, vt cap. ad hæc. i.

32043

supra

supra eo. & cap. proposuit. infra. eo.

Capitulum. xxii.

Præterea de his, qui ad sedem Apost. adpellant, & postea grauia committentes, se dum conueniunt, adpellatione tunc: Duximus respondendum, quōd eos adpellatio non debet in sua iniquitate tueri, quō minus eorum excessus censura canonica puniantur.

Idē Grādēnsi patriar. & sancti Vitalis presbytero cardinali. Qui non detulit adpellationi sui aduersarij, de sua posteriori cura idem contra eum excipere nequit. Capitulum. xxiii.

Constituitis in præsentia nostra abbate sancti Felicis & presbytero R. pro cōtrouerſia, quæ de electione Torcellanæ ecclesiæ est suborta: & infra. Ideoq; mandamus, quatenus si archidiaconus post adpellationem & denunciationem excommunicationis ad nominationem scæpe dicti C. processerit, & primicerius cum canonicis, & plebanus cum adfensu clerici episcopatus vel maioris & sanioris partis prænominatum I. in episcopum & pastorem elegerint, non obstante adpellatione præfati archidiaconi, si ipse adpellationi prius factæ non detulit: electionem de præfato I. factâ authoritate Apostolica confirmetis. Idem Eboracensi archiepiscopo.

Adpellans ab ordinario in vna causa, in alijs coram eo respondere tenetur: potest tamen eum recusare vt suspectum, nisi conueniatur de crimine manifesto, & in quo non cadit excusatio nec suspicio, vt quia imponitur poena iuris surgēs ipso facto. hoc dicit, secundum intellectum intrinsecum. Capitulum. xxiiii.

Proposuit nobis M. clericus tuus, quōd scæpe contingit, vt cum aliquis super aliqua causa adpellat, in alijs causis, in quibus non est adpellatum, respondere recuset. Super quo tibi taliter respondemus, quōd licet pro illa adpellatione non minus teneatur in alijs, super quibus adpellatum non est respondere, iudex tamen, à quo adpellatur ( quia illi omnino suspectus est ) eum non debet ad respondendum super alijs compellere, nisi pro crimine adeo graui & manifesto, quo ipso actu, merito sit damnandus.


Idem Cantuariensi archiepiscopo.

Absoluitur excommunicatus cautione recepta, licet aduersarij, vel excommunicator, ne absoluitur, adpelle. h. d. secundum vnum intellectum, quem tamen oportet limitare, quando excommunicatio non fuit lata pro manifesta contumacia vel offensa, qui a tunc non debet absolui, nisi satisfactione præcedente, vt in cap. ex parte. i. infra. de verbo signi.

Capitulum. xxv.

z

Qua



**Q**ua fronte nos consulere valeas, non videmus: cum dicaris ordinem iuris percurrere. iam enim non in ecclesia, sicut est canonicum & honestum, nō etiā in palacio, non in camera tua, sed in camera regis contra debitū iuris, & pontificalis officij dignitatem, episcoporum electiones diceris confirmare: & infra. Sane si quis pro contumacia vel alia qualibet causa interdictō vel excommunicatione teneatur adstrictus, & offert se ad iustitiā de his, pro quibus sententiam ipsam excepit, iudex eum (ne in excommunicatione decedat) absoluerē poterit, etiam si pars aduersa, ne absolueretur, appellationis obstaculum interponat: ab ipso tamen ante absolutionem sufficienti cautione recepta, quōd vel in præsencia Romani Pontificis ad cuius auditiā appellatur, si maluerit aduersarius, vel corā iudice, cui causam delegauerit, iuris pareat æquitati. De his etiam, qui conqueruntur se irrationabiliter excommunicationi vel interdictō suppositos, illud idem dicimus etiam si hi, qui huiusmodi protulerunt sententiam, ad sedem Apostolicam duxerint appellandum.

Idem in concilio Lateranensi.

*Prælatus subditum suspendere vel excommunicare non debet, nisi monitione præmissa: nec subditus contra disciplinam ecclesiasticam appellare potest, maxime si est religiosus. Et iudex à quo, præfigit terminum appellanti ad appellationem prosequendam, intra quem si non prosequitur, iudex à quo readsumit iurisdictionem. Appellans verò non prosequens appellationem suam, condemnatur in expensis, appellato hoc prosequenti. Cap. xxvi.*

\* Alias, ipso iure.

**R**eprehensibilis: & infra. Præsenti decreto statuimus, vt nec prælatus (nisi canonica monitione præmissa) suspensionis vel excommunicationis sententiā proferat in subiectos, nisi forte talis sit culpa, quæ ipso suo genere \* suspensionis vel excommunicationis pœnam inducat. Nec subiecti contra disciplinam ecclesiasticam in vocem appel. erumpant. Si verò quisquam pro sui necessitate crediderit appellandum: competens ei ad prosequendam appellationem terminus præfigatur: intra quem si forte prosequi neglexerit, tunc episcopus libere sua autoritate vtatur. Si autem in quocunque negotio aliquis appellauerit, & eo, qui appellatus fuerit veniente, qui appellat venire neglexerit: si quid proprium habuerit, competentem illi reparationem faciat expensarum: vt hoc saltem timore terretur, in grauamen alterius non facile quis appellat. Præcipue vero hoc in religionis volumus obseruari, ne religiosi, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra

regularem prælati sui, & capituli disciplinam appellare præsumant, sed humiliter ac deuotè suscipiant, quod pro salute sua fuerit eisdem iniunctum. Idem.

*Iudex, à quo non obstante adpellatione cognoscit de causa, si adpellans non prosequitur: hoc primo. Et iudex vt suspectus reuocatus, potest alteri causam committere: hoc secundo. Cap. xxvii.*

**A**D hæc: & infra. Cum à te super aliqua causa fuerit adpellatum: fas tibi sit adpellantes adpel. remota compellere, vt vel adpellationem interpositam prosequantur, vel coram te iuris pareant æquitati. Aut si alterutra partium te suspectum habuerit, te insistente iudicem eligant, \* qui propositam inter eos valeat dirimere quaestionem.

\* Vide. l. si suspecta. cum

Idem Salabriensi episcopo.

*Si canonicus ad residentiam motus adpellat, statuitur sibi glo. & l. terminus ad appellationem prosequendam: & interim deseruitur secundo beneficio per vicarium de fructibus beneficii sustentandum: & si requiritur appellationem non prosequitur, vel residentiam non facit, priuatur præbenda. ff. eod. Capitulum. xxviii.*

**P**eruenit ad nos, quōd cum V. ecclesiæ tuæ canonicum, vt in ea residentiam faceret, monuisses, in adpellationē prorupit: & infra. Cum autem frustratorix dilationis causa videatur dictus canonicus adpellasse: mandamus, quatenus cum studiose moneas, vt in eadem ecclesia residentiam faciat: vel intra terminum eam prosecuturus iter ad nos adripiat veniendi. Interim vero alicui honestæ personæ vices eius in ecclesia prætaxata committas, & ei de beneficiis illius adsignes, vnde possit congrue sustentari. Quod si prælatus V. alterum istorum adimplere neglexerit, tu de præbenda sua priues eundem, & eam alij idoneæ personæ concedas. Idem.

*A iudice iurisdictionem exeunte nō adpellatur. Cap. xxix.*

**C**onsuluit nos tua fraternitas, vtum sit adpellationibus deferendum à rege Francorum pro Iudæis interpositis, vt mancipia detineant Christiana: & infra. Non conuenit, vt pro huiusmodi adpellationibus ab obseruatione decreti debeat abstinere.

Idem Genuensi archiepiscopo.

*Qui ante citationem vel noticiam literarum missis nunciū ad Papam, appellare potest ne delegatus procedat, secus si post.*

Capitulum. xxx.

**A**D hæc sicut adseris: & infra. Respondemus, qd iudex si ei constitit adpellantem ante, quam partes essent citatæ,

vel delegatio causa peruenisset ad ipsum, qui adpellationis interponit obstaculum, nuncium ad sedem Apostolicam destinasse, facta debet adpellationi deferre. sed si post citationem fuerit destinatus, satis potest exequi, quod mandatur.

Idem.

*Qui non detulit adpellationi interposita ad Papam, mittitur cum literis ordinarij ad curiam puniendus. Capitulum. xxxi.*

**D**E priore. & infra. Ceterum si præfatus canonicus priorem propter suas enormitates manifestas, quæ ipsum notabilem reddunt, \* ad sedem Apost. adpellauit, & ipse tali adpel. deferre contempserit: eum cum literis tuis veritatem continentibus, de tanto excessu satisfactorum ad sedem Apost. venire compellas.

\* Vide. l. capitaliū. S. famos. ff. de pen. Bar. i. l. de minore. S. tormeta. ff. de quaestio.

Idem.

*Contra constitutiones regulares, adpellatio religiosum non defendit. Capitulum. xxxii.*

**Q**uia nos. & infra. Ut abbates, qui de aliqua publici infamia publice reserpi sunt aut conuicti, deinde in communi capitulo commoniti prælationi cedere noluerint, adpellandi non habeant facultatem.

Idem.

*Iudex a quo potest præfigere terminum adpellanti ad prosequendum adpellationem, quo lapsa, readsumit iudex iurisdictionem. Capitulum. xxxiii.*

**A**daures nostras: & infra. Adpellanti ad prosecutionem adpellationis terminus congruus præfigatur: intra quem, si adpellationem non fuerit prosecutus: extunc compellatur stare iudicio delegati.

Idem Abulensi episcopo.

*Si precedente grauamine quis submittit se protectioni superioris, habetur pro adpellante: dummodo seruauerit ea, quæ in adpellatione sunt necessaria. Capitulum. xxxiiii.*

**A**udientiam nostram noueris peruenisse: quod cum Zamorensis episcopus G. presbyterum ecclesiæ sancti Iacobi Zamoren. multipliciter molestarat: tandem idem presbyter se & ecclesiam suam, nostræ protectioni subiecit: & infra.

Licet autem prædictus presbyter ex simplicitate forte verbum adpel. non expresserit: quia tamen postquam se & suam nostræ protectioni subiecerat, non debuit sine causæ cognitione aliqua sententia condemnari: mandamus, quatenus (si ita tibi constiterit) sententiam, quam præfatus episcopus in eundem presbyterum tulit, denuncies non tenere.

Idem

Idem archi. Terracon.

*Causa non est ad iudicem a quo remittenda, adpellatione adhuc non iustificata nisi de partium consensu. Capitulum. xxxv.*

**A**ccepta conuentione canonicorum Papillon. & infra. Non debet ad eos causa remitti, nisi partes consentirent a quibus noscitur adpellatum.\*

\* Vide. l.

legatus. ff.

de off. p. si.

& l. mune

& l. iudi-

candi. cum

nota. ff. de

mu. & ho.

Lucius. iij. Qualtero Lincon. canonico.

*Delegatus etiam datus cum clausula, adpellatione remota, recusari potest, si est consanguineus impetrantis, vel si fuit aduocatus eius in illa causa. Capitulum. xxxvi.*

**P**ostremo fraternitati tuæ literis presentibus intimamus, quod si causa alicui fuerit delegata, qui consanguineus sit illius, qui literas impetrauit, aut in eodem negotio aduocatus officio functus, vel ex alia iusta causa suspectus: huiusmodi delegatus non immerito poterit recusari, quauis adpellatione remota fuerit ei negotium delegatum.

Idem Noruiceni episcopo.

*Sententia interdicti non suspenditur per adpellationem sequentem. Capitulum. xxxvii.*

**A**d hæc quoniam sub interdicto aliqui constituti adpellant, & deinde illud seruare contemnunt: quid in hoc casu seruandum sit consulere uoluisti. Noueris igitur, quod si fuerit post adpell. excommunicari non possunt: sic interdictum nequeunt, cui ante adpell. eos constat suppositos declinare.

Clemens. iij.

*Iudex adpellationis remittit adpellatam, & causam ad priorem iudicem: nisi sibi constiterit a grauamine vel iniusta sententia fuisse adpellatum. Capitulum. xxxviii.*

**C**um in ecclesia: & infra. Accepimus, quod quidam clerici de Gual. occasione iudicij tui, quod uelle obseruare se iactant: Linconien. episcopi iudicis ordinarij sine causa rationabili cognitionem euitant. Vnde mandamus, quatenus si quando contigerit aliquem de clericis a præfato episcopo ad tuam audientiam adpellare, non ante adpellationem admittas, quam tibi constiterit eam uel a grauamine, uel iniusta cōdemnatione porrectam: \* alioquin ipsam ad prædicti episcopi audientiam remittas, adpel. remota eius iudicio pariturum.

\* Vide. l.

qui ad ci-

uilia. C. de

adpel. &

l. vnicam.

Idem.

*Si adpellans, qui non prosequitur, redit ad iudicem a quo iterum grauatur: non obstante prima desertione, potest iterum adpellare. h. d. & est casus notabilis. Pavor. Capitulum. xxxix.*

C. ut cau-

post pub.

ad si tu.

**D**irecta nobis tua litera demonstrarunt, quod cum in tua presentia causa cuiusdam matrimonij tractaretur, in qua pars viri consanguinitatis vinculum opponebat: & pars mulieris ad se. apo. adpellasset, nec adpellationem suam praefixo termino fuerit prosecuta: postmodum ea renuncians adpellationi, quam fecerat, tu in causa cognitione procedens de parentela testimonia recepti: verum quia mulieris pars iterum adpellavit, postulas vtrum ad calculum sententiae procedere valeas edoceri. Respondemus igitur, quod licet iuxta decretum Lateranen. concilij postquam in termino proseguenda adpel. statuto adpellans suam adpel. non fuerit prosecutus: auctoritate tua liberè possis vti: tamen quia iterum adpellavit (cum secundum iura ei licuit in eadem causa bis adpellare) se à iurisdictione tua fecit exceptam, praesertim cum hic ad separationem matrimonij, quod est res favorabilis: intentio viri procedat.

Celestinus. iij.

*Sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti lata sub conditione suspenditur, si ante conditionis eventum fuerit adpellatum. h. d. inhaerendo verbis literis, ut sic satisfacias cuilibet lecturae. Et est decisio subtilis, & multum allegabilis. Cap. xl.*

**P**raeterea requisiti fuimus, si quis iudex ita protulerit sententiam. Nisi Sempronio istra. xx. dies satisfeceris, te excommunicatum, vel suspensum, aut interdictum esse cognoscas: ille in quem fertur sententia medio tempore adpellans ad diē statutū minimè satisfecerit: vtrū ille sententia tali legetur: aut interpositione adpel. tutus existat. Videtur autē nobis, quod huiusmodi sententiam adpel. obstaculum debeat impedire.

Idem.

*Si per rescriptum committantur plures articuli connexi, & in vno remoueat adpellatio: intelligitur remota etiam in aliis. h. e. Capitulum. xli.*

\* vide. l. dicit.

*Pater. §. fundū. ff. de leg. iij. & l. cum pater. §. dilectissimi. & v. trobique §. Bar. ff. de leg. ii.*

**S**ecundo requiris, cum pluribus articulis in vna commissione positis, in vno tantum cōtingit adpellationē expressē vtrū: vtrum adpellatio teneat si super aliis fuerit adpellatum?

Inquisitioni tuae taliter respō. quod cum secundum beatū Greg. verba intentioni deseruiant, \* & haec sit nostra intentio, ut de omnibus articulis, qui in commissione ponuntur, iustitia suum consequatur effectum: in omnibus adpellatio intelligitur interdicta. Nihil enim interest, vtrū inhibeat primo, an secundo, medio, an in fine: cum (sicut vtriusque iuris argumēta nos docēt) ea, quae in principio, ad medium & ad finē: illa verō, quae in medio, ad finem atque principium saepe referri contingat.

Causa

*Causa suspicionis proponenda est coram iudice, qui recusatur, & probanda coram arbitris. h. d.*

Tercio postulas edoceri: & infra. Consul. t. t. respon. quod cum aliquis iudicem proponit se habere suspectum, suspicionis causam coram eodem allegare tenetur: sed partes vt in aliquos non valde remotos conueniant, per eundem iudicem debent cogi: coram quibus si causa suspicionis intra terminum competentem probata nō fuerit, tunc demum auctoritate sua iudex vtetur. Quod si corā ipsis causa suspicionis probata fuerit, causa cognitioni super sedere tenebitur recusatus. Ipsa nāque ratio dicitur, quia suspecti & inimici iudices esse non debent.

Idem.

*Non tenetur iudex vel aduersarius deferre adpellationi, cui non detulit adpellans.*

Capitulum. xlii.

**A**n sit deferendū adpel. illius, quem aduersarius de expositione post adpel. legitime interpositam sibi factam paratus est in continenti conuincere, nos duxisti per tuos nūcios consulendos. Respondemus, quod cum in eo quis puniendus sit, in quo deliquit: qui adpellationi deferre neglexerit, se beneficio reddit adpel. indignum.

Innocentius. iij. illustri regi Francorum.

*Habet duos intellectus, secundum primum hoc intendit: Merus executor non recusatur, nec ab eo adpellatur, nisi modū excedat, maxime si est datus cum clausula, adpellatione remota: secundum alium intellectum hoc dicit: A iudice suspecto non receditur per adpellationem, nisi modum excedat. Cap. xliii.*

**N**ouit ille, qui nihil ignorat: & infra. Praeterea interdicti sententiam cardin. non edidit, sed potius publicauit: nec fuit dictator ipsius, sed verius executor. Vnde cum secundum ius ab executoribus adpellari non possit, nisi forsā modū excederent in exequendo, nos etiam in literis super hoc directis ad ipsum adpellationis curauimus obstaculum inhibere, adpellationi ab eo interpositae non fuerat deferendum. De suspicionem autem obiecta, licet eum meritō tibi suspectum fuisse credamus: nō tamē & si fuisset, propter adpellationem interpositam ab eo desistere debuisset: ad quod non proprio motu, sed nostro potius praepcepto processit.

Idem.

*Si adpellatio recipitur à iudice vel adprobatur à parte, terminus ad eam proseguendam praefixus obinert vicem peremptorii, vt in absentem procedatur, ac si peremptorie fuisset citatus: nec*

z iij

talit

*talit terminus præueniri poterit ab aliqua partium. Cap.xliiij.*

**S**Aepe contingit, quòd cum ad nostram audientiam adpellatur: propter defectum partis alterius neque per se, neque per responsalem idoneum adpellationem interpositam prosequentis, vel forsitan ex malicia subsequenter responsalis mandatum procuratorum occultantis, lites, quæ de facili poterat terminari, remaneant indecisæ, cum frequenter iuris quæstio moueatur, cuius apud nos probationes necessariæ in contrario nõ existunt, & interdictum etiam facti, quomodo de leui posset partibus præsentibus comprobari. Vnde licet in Lateranæo concilio fuerit constitutum, vt si in quocūque negotio aliquis adpellauerit, & eo qui adpellatus fuerat veniente, qui adpellauit venire neglexerit: competentem illi recompensationem faciat expensarum, vt hoc saltem timore deterretur, in grauiorem alterius non facillè quis adpellet. Quia tamen propter hoc quæstiones prorogantur, præsentis decreto statuimus, vt si huiusmodi adpellatio vel à iudice recepta, vel à parte fuerit adprobata, post terminum adpellationi præfixum edicti peremptorij vires obtineat, ita videlicet, vt ex tunc in absentem perinde procedatur, ac si peremptoriè vocatus ad iudicium extitisset. Quòd si forsitan interposita prouocatio legitime recepta, vel adprobata non fuerit, cum constiterit legitime prouocatum, nihilo minus eam vigorem volumus obtinere. Saluis cõstitutionibus de prouocantibus post sententiam promulgatis: quibus adpellationes suas prosequi non curantibus, post terminum adpellationis prosequendæ, præfixum rata manet sententia, quæ fuerat adpellatione suspensa. Quicquid autem contra citationem peremptoriam posset ab absente proponi, aduersus adpellationem huiusmodi valeat allegari. Si quis autem terminum adpell. præueniens tacita veritate literas impetrauit, & careat impetratis, & pœnam contumaciæ non euadat: Hoc autem in litibus, siue iudiciis exercendis volumus obseruari.

Idem Lemouicē. & Cantuariē. episcopis.

*Adpellatione deserta per negligentiam adpellantis potest iudex ex officio procedere in casibus, in quibus eius officium exuberat, & est casus valde notabilis. Cap.xlv.*

**C**onstitutus in præsentia nostra archidiaconus Claremon. nobis exposuit, quòd Claremon. decanatu vacante, quidam canonici voia sua in episcopum transferunt, & episcopus cum quibusdam aliis expressè consentientibus in eundem archidia. ei contulit decanatum. xj. canonicis prius adpellantibus, ac quis

ne quis adfumeret præter ad sensum omnium in decanum, cum electioni eius. xxv. tum per se, tum episcopo medio consentirent. Cumq; sancti Marcelli presbyter cardinalis tunc apost. leg. per partes illas transitum faceret, non vt adpellationi ad nos interpositæ derogaret, sed vt instructam transmitteret ad nos causam, sancti Egidij & sancti Andree abbatibus examinationem delegauit ipsius, & mandauit eisdem, vt partem cõtradictentem electioni decani citarent ad ipsum, contradictionis suæ causam in eius præsentia ostensuram: & infra. Intellecto igitur per adsertionem cardin. quòd sub ea forma fuerat adpellatum, ne sine ad sensu omnium procederetur in electione decani, & quòd adpellantes adpella. intra annum nõ fuerant prosecuti, nec erat propter quod eis esset biennium indulgendum, cum sicut bis intra tempus legitimum simplicem nuncium ad sed. apost. destinauerant, sic potuissent saltem semel procuratorem idoneum destinasse. Ne tamen peremptorias exceptiones ex eorum parte propositas videamur sub silentio prætereire, mandamus, quatenus si vobis constiterit archidia. facto episcopi, ex quo nititur, sponte renunciasse, vel prædictum episcopum processisse ad electionem ipsius prætermisissis prædictis sine quibus ne procederet in illa translatione voluntarij, ex qua nititur archidia. proponitur esse actum, ei super decanatu silentium imponatis: alioquin nominationem seu electionem taliter factam de alio, & quicquid fuerit secutum ex ipsa, denunciatis irritum & inane.

Idem cancellario Meten.

*Contra electum, vel confirmatum nullum aliud ius expectantem, non admittitur regulariter exceptio, vel adpellatio maxime frustratoria ad impediendum electionis, vel confirmationis effectum: sed possessione habita, poterit aduersari vel denunciari. h. d. & secundum hoc est casus notabilis. Cap. xlvj.*

**C**onstituis in præsentia nostra N. decano sancti Saluatoris, & cantore Meten. & infra. Meten. intimaui episcopis, & sancti Saluatoris præpositura vacante die electioni præfixo per patrem & filium & spiritum sanctum in virtute obedientiæ, ac sub animæ periculo canonicos adiurauit: vt secundum deum, & iuxta conscientiam suam vnũ eligerent de duobus, in quos partes videbantur oculos extendisse, quem ecclesie suæ magis vtilem & idoneum reputarent. decanus autem cum duobus diaconis & subdiacono. tribus dictum cantorem in præpositum nominauit. cantor vero ipse, qui presbyterali officio fungitur, & custos cum scholastico & magistro B. sacerdotibus, leuitis

leuitis duobus, & subdiaco. quinq; te concorditer elegerūt: cuius electionem tanquam à maiori & saniori parte capituli factam (cū de personæ tuæ honestate constaret) prædictus episcopus confirmauit: & cū tibi uellet domum & inuestituram porrigere (vt moris est) decanus ad sedem apo. adpellauit, contra te impotentiam duntaxat allegans, proponendo te in partibus illis, quasi penitus impotentem, in quibus preposituræ possessiones existunt, addens quod alia tibi obiceret in presentia nostra, quæ tunc in presentia iudicis suspecti noluit explicare.

Nos ergo, quia constitit euidenter illam adpellationis causam quæ fuit expressa, rationabilem non fuisse: \* aliam autem tunc non expressis, etsi dixerit idem decanus, quod aliam uellet obicere coram nobis: de creuimus tuæ confirmationis effectum nõ debere per ea, quæ sunt proposita impediri. Si quid tamen contra te non in modum exceptionis ad impediendum electionis & confirmationis effectum, sed in modum deniciationis, vel adcusationis duxerit proponendum, postquam pacificam ipsius preposituræ possessionem fueris adsecutus, proponendi licentiam non negamus.

Idem Vigoriē. episcopo.

*Adpellari potest, si locus non tuus partibus assignatur, etiam si sit scriptum adpellatione remota.*

Cap. xlvii.

**E**X parte tua: & infra. Presenti pagina respondemus, quod cum excuserit honeste, qui ad presentiam delegatorū iudicum non potest securè venire citatus, tu uel tui quoties ad illos iudices uocari contigerit, ad quorum presentiam uobis periculosum est ire, liberè poteris adpellare, etiā si in literis commissiōnis adpel. fuerit remedium interclusum, nisi iudices uobis assignent locum idoneum & securum.

Idem episcopo decano & præcentori Herforden.

*Licet adpellat reus, si non auditur excipiens procuratorem actoris non habere sufficiens mandatum, uel se prius conuentum per alias literas, de quibus non fit mentio in secundis. hoc dicit, quò ad titulum.*

Capitulum. xlviii.

**S**ignificauit nobis magister hospitalis Eboracen. & infra. Præterea capitulum Eboracen. autoritate quarundam literarum, in quarum sigillo continebatur sigillum capituli ad citationes tantum, cum aliud sigillum capitulum illud noscatur habere, quandam constituebat actorem. sed licet idem magister allegauerit, quod occasione literarum illarum actor non deberet admitti, & insuper adiunxisset, quod autoritate literarum quarundam à nobis ad alios iudices obtetarum prius conuocatus

uentus non debuit per literas posteriores, in quibus nulla fuerat mentio de prioribus, conueniri: iudices tamen exceptiones huiusmodi admittere noluerunt, propter quod uocem ad nos adpellationis emisit. Quocirca mandamus, quatenus si uobis constiterit ob dictas causas, uel earum aliquam ad nostrā fuisse audientiam adpellatum: reuocato in irritum, quicquid post adpellationem huiusmodi noueritis esse factum, partes &c.

Idem magistro G. archidia. & Vin. Normanno canonicis Sucsionen.

*Licet adpellat reus, si non auditur pesens declarari rem petitam in libello.*

Capitulum. xlix.

**S**ignificantibus T. & R. fratribus, nostro fuit apostolatu declaratum, quod cum inter ipsos ex vna parte, & V. ex altera, super quadam terra coram iudicibus delegatis quæstio uerteretur, ipsi cum plures terras haberent, ut terra illa, super qua quæstio uerteretur, ostenderetur eisdem, à iudicibus postularunt: quod cum ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam prouocarunt. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum, si quod post adpellationem noueritis adentatum &c.

Idem Eboracen. episcopo, & de Luc. & de Monte molli abbatibus.

*Iudex à quo non potest statuere terminum ad finiendam adpellationē: quod si fecerit, intelligitur statuisse ad se presentandū.*

Capitulum. l.

**E**x insinuatione prioris & canonicorum sanctæ Barbaræ non bis innotuit, quod cum inter ipsos ex vna parte, & V. camerarium de Tangar. ex altera, super quodam monasterio coram iudice ordinario quæstio uerteretur, & idem camerarius ad nostram audientiam adpellauerit, adpellationi terminū non præfigens dictus iudex, qui causam illius uidebatur fouere pro eo, quod quidam clericus commensalis suus, dicti camerarii in eadem causa fuerat aduocatus, hūc terminū adpellationi præfixit, ut ad festum Purificationis utraq; pars esset ab adpellationis prosecutione reuersa, licet non potuit nobis legem imponere, ut eam teneamus intra dictum terminum expedire, cū & secundum legitimas sanctiones lris, quæ in consistorio principis speratur inferri, absque damno moræ intacta permaneat, donec ipsam faciat introduci, & à prodeuribus dirimi iuxta morem. Interim autem nuncios camerarii præueniens nuncios eorundem, nec ipso usque ad terminum legitimum expectato, impetrauit literas & recessit. Quia uerò fraus & dolus alicui patrocinari



patrocinari non debent, mandamus, quatenus si est ita, partibus tuuocatis, audiatis causam &c.

Idem Rosen. & Borden. episcopis.

*Qui extra iudicium adpellat, ex verisimilibus & probabilibus causis ne in possessione molestetur: si postea spoliatur, restituitur, ante omnia in statum, in quo erat tempore adpellationis emissa. hoc dicit, inharendo verbis literæ, & ut mos geratur vnicuique lectura. Panor.*

Capitulum. li.

**B**ona memoria O. de camera persona ecclesiæ de Fan. vi. vniuersæ carnis ingresso, abbas sancti Augustini Cantuariensis eiusdem ecclesiæ, quam ad se adserit pertinere, primò per quosdam monachos, secundò per seipsum possessionem ingressus, ad nos pluries vocem adpellationis emisit, ne quis eum super possessione ipsius ecclesiæ præsumeret molestare. cumq; aliquandiu prædictam ecclesiam pacifice possedisset, quidam laici Cantuariensis diocesis ipsum abbatē & monachos de possessione ipsius ecclesiæ, per violentiā cicerunt: & infra. Procurator vero archidiaconi proposuit ex aduerso, quod defuncta persona ecclesiæ archidiacono tantum datur eius custodia. imò archidiaconi, qui fuerunt pro tempore, tam de iure communi, quam de generali cōsuetudine, tam in illa ecclesiā, quam in aliis vniuersis eiusdem diocesis, hoc iure semper vsi fuerunt. Præterea præfatus O. nomine archidiaconi ecclesiam possedit eandem, vtpote qui ei vnam procuracionem, & v. sol. nomine ecclesiæ annis singulis exoluebat: & infra. Præmissis igitur diligenter inspectis, prædictos abbatem & monachos in eum statum, in quo tempore adpellationis factæ ex verisimilibus & probabilibus causis ad nos legitime interpositæ fuisse noscuntur (proprietas parti vtrilibet saluo iure) decernimus reducendos, ac fructus medij temporis perceptos censuimus pariter assignandos eisdem.

Idem sancti Augustini, & sancti Gregorij prioribus.

*Itineris adreptio habet vim adpellationis, si seruantur ea, que seruari debent in adpellatione. hoc dicit secundum vnum intellectum intrinsecum.*

Capitulum. lii.

**D**ilecti filij Io. & H. prioris & monachorum Cantuarien. ecclesiæ nuncijs retulerunt, quòd cum pro causa, quæ inter dictos priorem & monachos, & Cantuarien. archiepiscopum super capella de Lamede vertebatur, ab ipsis ad sedem apostolicammitterentur, idem archiepiscopus, post iter adreptum in eos excommunicationis sententiā promulgauit. Cum autem plus sit ad sedem aposto. facto prouocare, quam verbo, & ipsis propter

propter dictam causam ad Romanam ecclesiam venientibus intelligatur ad sedem apostolicam prouocatum: mandamus, quatenus si est ita, dictos Io. & H. denunciatis excommunicationis vinculo non teneri.

Idem episcopo Elicū.

*Per clausulam, adpellatione remota, inhietur omnis adpellatio, quæ à iure nõ indulgetur expresse. hoc dicit, vsque ad. S. verū. Capitulum. liii.*

**P**astoralis officij diligentia: & infra. Quæsiuisti, verum quando inhietur adpellatio in rescripto, frustratoria tantum inhieta videatur? Nos igitur adtententes, quòd per adpellationem frustratoriam, etiam si non fuisset inhieta, negocium non debeat impediri: respondemus, quòd quælibet prouocatio intelligitur remoueri, quæ à iure non indulgetur expresse. sed si adpellans fuerit grauatus iniuste, grauamen huiusmodi per superiorem poterit emendari.

*Licet excommunicatus, ab excommunicatione adpellet, nihilo minus denunciari potest, & beneficii retribus spoliari. h. d.*

Verum quia multotiens quis ad tempus per adpellationem legitimam à iudicis sui, quo ad aliquem certum articulum eximitur potestate cōsuluit nos, verum si quis excommunicationis sententiā innodatus, ante denunciationem ipsius ab ea, tanquam minus rationabiliter promulgata in eo casu, in quo ante sententiā adpellatio vires obtinuerit, curauerit prouocare, eo quòd per adpellationem interpositam excommunicatis vi detur iurisdicctio dormitasse, ipse denunciare possit eundem, & ad tempus ecclesiasticis beneficiis clericum spoliare? Nos itaque respondemus, quòd cum executionem excommunicatio secum trahat, \* & excommunicatus per denunciationem amplius non ligetur, ipsam excommunicatum denunciare potes, vt ab alijs euitetur. Et illi prouentus ecclesiastici merito subtrahuntur, cui ecclesiæ communitio denegatur.

\* Excommunicatio trahit se cum executionem.

Idem episcopo Parisiē.

*Si adpellans ad superiorem, comparet coram iudice inferioris super concernentibus ipsam adpellationem ipsi adpellationi renunciare videtur. Si autē protestetur, quòd propter hoc nõ intendit renunciare adpellationi, tanquā contraria allegans, non est audiendus: nisi notorium sit actum illum esse iniustum, super cuius emendatione adiuit inferiorem. h. d. & est bonus casus. Cap. liiii.*

**S**ollicitudinem pastoralis: & infra. Sane cum sicut recepimus, duobus coram episcopo litigantibus, alter eorum ad sedem

sedem apostolicam adpellasset, episcopus adpellantem reputas contumacem, ipsum excommunicationis vinculo innodauit: qui coram metropolitano de episcopo sibi petiit iustitiam exhiberi, adserens, quod post adpellationem legitime ad nos interpositam ipsum excommunicauerat, & petens se ad eum statum, in quo fuerat adpel. tempore, a metropol. reduci, denuntiari videlicet absolutum, adiiciens etiam, quod adpellationi non renuciabat obiectæ: sed prosequi volebat eandem: \* & infra. Nos igitur inquit. t. respōdemus, quod sicut metropolitānus de adpel. ad nos interposita cognoscere omnino non valet: sic nec de his, quæ post adpellationem fuerant innouata, dummodo de aliis cognosci non possit, nisi de adpel. pariter cognoscatur, vel de his, quæ adpellationis causam contingere dignoscuntur. In quo casu si metropolit. ad cognoscendum partes suas interponere forte præsumeret, episcopus posset ad adpellationis beneficium conuolare: nam ad officium eius, qui de adpellatione cogniturus est, pertinet prudenter corrigere, quæ contra ipsam inueniret adtentata. Si verò notorium existeret, quod mandatum episcopi indiscretum fuerat vel iniustum, cui non tenebatur subditus obedire, ac per consequentiam eliqueat euidenter subditum legitime prouocasse: potest archiepiscopus auctoritate metropolitana declarare subditum irrationabiliter extitisse anathematis mucrone percussum. Cum autem excommunicatus, qui adpellauerat, iuxta præscriptam formam coram archiepiscopo deponit contra episcopum questionem, metropo. ad cognoscendum de causa potest interponere partes suas, cum ille adpellationis prosecutioni renuciasset tacite videatur. Sed si verbo vel facto adpellationem se velle prosequi protestetur, non est tanquam aduersa petens, & sibi contrarius audiendus.

Idem episcopo & cantori Treccā.

*Per adpellationem legitime interpositam principale, cum accessoris ad iudicem adpel. defertur, & sententia excommunicationis & interdicti post adpellationem lata non tenent. Capitulum. lv.*

Dilectis filiis decano Altisiodoreñ. ac magistro R. Altisiodoreñ. episcopi procuratore in nostra presentia constitutis, idem magister propofuit, quod cum dictus episcopus presbyterum domus dei, in qua dispensationem plenariam obtinere dignoscitur, detineri faceret vinculis incipatum, pro eo, quod bona quedam eiusdem domus, quæ furtiue suberaxerat, restituere detrectabat, propter quod etiam ab eodem episcopo fuerat excommunicationis vinculo innodatus, & supradictus decanus

decanus episcopum mouisset, vt ei restitueret, vel saltem redederet presbyterum memoratum, \* quem ad iurisdictionem suam spectare firmiter adserbat, episcopus metuens, ne decanus aliquid in suum præiudicium adtentaret, se ac suos: statum ecclesiæ, ac ciuitatis protectioni metropol. suppiciens, ad eius audentiam adpellauit, Verum decanus post modicum tempus interdictum huiusmodi promulgauit, vt episcopo in ciuitate presente, à diuinis in Altisiodoreñ. ecclesia cessaretur. Postmodum verò cum die adpellationi præfixo comparuissent partes coram officiali curiæ Senon. decanus allegans, quod adpellationi ab episcopo interpositæ, ideo non duxerat deferendū, quoniam presbyter supradictus, adhuc in vinculis tenebatur, quando ad nos vocem adpellationis emisit. officialis autem iudicauit irritum interdictum à decano post adpellationem episcopi promulgatum: & infra. Quia vero idem episcopus diuersos modos expressit, secundum quos decano paratus fuerit super captione presbyteri iustitiam exhibere, ad metropolitanam sedem adpellans decanus non potuit post hoc ferre sententiam interdicti, & ideo sententiam ipsam ab eo post adpellationem legitime promulgatam, irritam decernimus & inanem, non obstante, quod decanus ad exculationem suam, quasi variando proposuit, quod priusquam episcopus adpellasset, sententiam tulerat, cuius effectum ad tempus duxerat suspendendum: cum interim adpellatione interposita præcedere non debuerit ad sententiam exequendam, officialis processum, qui post adpellationem huiusmodi sententiam interdicti irritam & inanem decreuit, temerarium iudicantes: cum adpellatione ad nos interposita nil debuit innouari. Præterea licet excommunicationis sententia in decanum per episcopum promulgata, rite lata prima facie videretur, cum per dictū officialem esset prohibitum ne seruaretur in ecclesia interdictum, & decanus ne celebraretur in ecclesia prohibendo, diuinum videretur officium perturbare: quia tamen per adpellationem ad nos interpositam ex parte decani, cui etiam officialis duxerat deferendū, & apostolos concedendo, non solum principale negocium, sed accessoria etiam ad nostrum refererantur examinem, eandē sententiam, post adpellationem promulgatam decernimus viribus caruisse.

Verum licet archiepiscopus post adpellationem prædictam, de qua sibi per officialis literas innotuerat, decanum denunciauerit euitandum: Senon. tamen canonicos (qui saniori ducti consilio communicauerunt eidem, vt adpellationi ad nos interpositæ magis, quam denunciationi ab episcopo factæ deferrent) inculpabiles iudicamus.

Idem Me-

\* Vide. l. si fili. fa. ff. ad Ma. ce. l. ii. C. de iure do.

\* Vide. l. iure. ff. ad mu. et. l. i. S. per hanc cum. gl. ff. de rei vind.

Idem Mediolan. archiepiscopo.

*Postquam papa aliquam causam ad se reuocat, non valet processus postea per minorem iudicem factus, sicut non valeret, si fuisset ab eo legitime appellatiū. hoc dicit, vt cui libet lectura satis fiat.*  
 Capitulum. lvi.

**V**T nostrum prodeat de vultu dei iudicium: & infra. Iudicibus dedimus in mandatis, vt si post secundum mandatum, per quod totius cognitionem negocij ad nostrum iudicium reuocauimus, traditionem sigilli dicto H. à te cognoscere esse factam, eam decernerent irritam & inanem, inhibentes illi, ne quomodolibet eo vtī præsumeret. Cū plus sit Romanum pontificem ad se aliquid reuocare negocium quam quenquam ad eum super aliquo negocio prouocare.

Idem abbati sancti Felicis, & G. canonico Bonon.

*Si terminum appellationi prosequēda statutum ab homine, altera pars præuenit, hoc tacito literas impetrādo literæ non valent: sed terminum iuris etiam appellatus præuenire potest, dummodo nimium non præcurrat: & vbi ex dilatione imminet periculum, etiam neutra parte prosequente potest iudex ad quē suppleri partes compellendo ad prosecutionem.*  
 Capitulum. lvii.

**O**blatæ nobis vestræ literæ continebant, quod cum quidam iudices, quibus causa, quæ inter Sambr. & Rinocor. plebes vertebatur, fuerat ab apostolica sede commissa, pro plebe Sambriensium sententiam protulissent, & à procuratore plebis de Rinocor. ad nos fuerit sine termino appellatum, nec delatum appellationi fuisset, nec ad prosecutionem ipsius terminus à iudicibus partibus assignatus: plebanus de Sambro. super obseruatione prædictæ sententiæ (sicut rationabiliter lata erat) nostras ad vos literas, & alia pars aliàs commissionis literas à nobis super infirmam eadem postmodum ad alios iudices impetrauit, nulla in posterioribus literis de prioribus habita mentione. vnde in dubitationem reuocato, an posteriores iudices, vel vos de illa debeatis cognoscere, nos super hoc consulere voluistis: & infra. Licet igitur appellanti legitime à sententia indulgeatur annus à lege, aut ex iusta causa biennium ad appellacionem interpositam prosequendam: quia tamen huiusmodi terminus potest restringi non solum à prouocante, verum etiam à iudice, à cuius sententia prouocatur (cum ideo sit constitutum, non vt terminus ipse præueniri non possit, sed ne valeat prorogari) credimus distinguendum in quo casu literæ impetrantur: & quidem quando certus terminus ab appellante vel à iudice appellacioni præfigitur prosequendæ, si eo tacito appellatus literas

ut literas impetrauerit, huiusmodi literæ tanquam tacita veritare subrepta, obtinere non debent aliquam firmitatem. Si vero non sit aliquis terminus à iudice vel appellante præfixus, pars appellata intra terminum constitutum à lege (dummodo nimium non præcurrat, vt appellantem in commissione impetranda supplāter) commissionis literas poterit impetrare, quarum autoritate in adp. causa legitime procedatur, ita quod si appellans voluerit in causa adp. procedere, oportebit eum agere sub iudice sic obtento, nisi possit eum legitime recusare. & si agere noluerit appellatus, potest nihilo minus prosequi causam ipsam, maxime si sentiat sibi ex dilatione imminere grauen.

Superior quoque iudex si viderit ex dilatione periculum imminere, potest & debet neutro prosequente appellacionem occurrere, vt periculum euitetur, puta si à sententia lata super confirmatione alicuius electi fuerit prouocatum, & vtraque pars velit etiam ad annum prosecutionem adp. differre, potest vique (imò debet) superior iudex, ad quem fuerat appellatum, terminum prouidē moderari, ne gregi dominico diu desit cura pastoris. Ex his igitur consul. vestræ noueritis esse responsum, quod per posteriores non derogatur prioribus legitime impetratis, per quas ad confirmandam sententiam vel infirmam, præuia potest ratione procedi. Idem.

*Alterā parte contumaciter absente, potest iudex adpel. etiam principale negocium definire, si post lit. contest. fuerit appellatum.*  
 Capitulum. lviii.

**P**er tuas literas requisisti, vt rum si post latam sententiā, vel saltem post depositiones testium publicatas fuerit ad sed. apost. appellatum, hi qui super hoc delegantur à nobis, si altera partium eorum se noluerit conspectibus præsentare, causam sibi delegatam iudiciali possint calculo terminare. Nos igitur consul. t. taliter respondemus, quod cum lis super eodem negocio coram primis iudicibus sit legitime contestata, poterunt iudices delegati (eo, qui conuenitur, se per contumaciam absente) cum eis de meritis causæ liquebit, commissum sibi negocium definire.

Idem in concilio generali.

*Notabile & famosum capi. habens multa noua dicta vtriusque ius limitantia. & hoc dicit in summa, inharendo simpliciter verbis literæ, Adpellans ante sententiam tenetur exprimere causam rationabilem corā ipso iudice à quo: nec admittitur exceptio, quod prius miserat nancium ad sedem aposto. vel quod literas impetrauerat, quæ nondum sunt iudici præsentata.*  
 Capitulum. lix.

A Vt de-

\**vide.l. cui muneris ff. de muneri, et hono.*  
**V**T debitus honor deferatur iudicibus\* & litigatoribus consularum super laboribus & expensis: Statuimus, ut si quis coram idoneo iudice conuenerit aduersariū, ille ante sententiam ad superiorem iudicem absque rationabili causa non prouocet, sed coram illo suam iustitiam prosequatur, non obstante si dicat, quod ad superiorem iudicem nuncium destinauerit, aut literas impetrauerit ab eodem priusquam delegatus fuerint adsignata. Cum autem ex rationabili causa putauerit appellandum, coram eodem iudice causa probabili appellationis exposita, rali videlicet, quæ si foret probata, deberet legitima reputari, superior de appellatione cognoscat. Et si minus rationabiliter eum appellasse constiterit: illum ad inferiorem remittat, & in expensis alteri parti condemnat: \* alioquin ipse procedet, Saluis constitutionibus de maioribus causis ad sedem apostolicam referendis.

\**vide.l. tutores. §. tutor. per Bar. ff. de administ. tuto.*

Idem in eodem:

*Si iudex, à quo est appellatum à gravamine; illud reuocat, potest in principali causa procedere.* Capitulum. lx.

**C**um cessante causa, cesset effectus: Statuimus, ut si iudex ordinarius, siue delegatus aliquid comminatio vel interlocutione protulerit, quo executioni mandato alterligantium grauaretur, & sano vsus consilio ab huiusmodi interlocutionis vel comminationis effectu destiterit, libere in causæ cognitione procedat, non obstante si à tali comminatione vel interlocutione fuerit appellatum\*, dummodo non sit ex alia causa legitima suspectus: ne processus negocij friuolis occasio- nibus retardetur.

Idem in eodem.

\**vide.l. adigere. §. quāuis. ff. de iure. pa. & il. qd. dicitur. ff. de pa. & in. §. in.*

*Volens iudicem recusare, debet coram eodem suspicionis causa. & il. sam probabilem proponere, & eam coram arbitris communiter eligi dicitur. ff. de pa. in principali: ea vero probata, remittit negocium ad superiorem, vel causam committit de recusatoris consensu.* Capitulum. lxi.

**C**um speciali sit prohibitionis prouisum, ne quis in aliquo excommunicationis sententiam, nisi competenti commo- nitione præmissa, promulgare præsumat. Volentes etiam prouidere, ne forte admonitus frustratoris recusationis vel ad- pellationis obtentu mōnentis possit declinare. examēn. Sta- tuimus, ut si allegauerit se iudicem habere suspectum, coram eodem causam iuxta suspicionis adsignet, & ipse cum aduersa- rio, (vel si forte aduersarium non habeat) cum iudice arbitrio communiter eligat: aut si communiter conuenire non possit, absque

absque malicia ipse vnum, & ille alium eligat, qui de suspicio- nis causa cognoscant: & si nequiverint in vnâ concordare sen- tentiam, aduocent tertium: ut quod duo ex ipsis decreuerint, robur obtineat firmitatis: sciantque se ad id fideliter exequen- dum ex iniuncto à nobis in virtute obedientiæ sub obstaculo diuini iudicij districto præcepto teneri. Causa vero suspi- cionis legitima coram ipsis intra competentem terminum non probata, sua iurisdictione iudex vtatur. At ipsa probata legiti- me de recusatoris ad sensu personæ idoneæ committat negocium recusatus, vel ad superiorem transmittat ut in eo ipso p- cedat, secundum quod fuerit procedendum.

*In notorijs nõ admissitur adpellatio, in dubijs causa probabilis coram iudice est exprimenda, quæ debeat legitima reputari: quæ si non prosequitur, iudex à quo in causa procedat. Idem si prosequitur & non probat. Et hæc autem constitutio non extenditur ad regulares, hoc dicit.*

Porro commonito ad apel. obstaculum conuolant: si eius excessus euidencia rei vel ipsius confessione aut alio modo legi- timo fuerit manifestus\* (cum adpellationis remedium non sit ad defensionē iniquitatis, sed ad præsidium innocentia in- stitutum) non est prouocationi huiusmodi deferendum. Ex- cessu quoque dubio existente, ne friuolæ adpellationis diffugio adpellans iudicis processum impediatur, coram eodem probabi- lem causam adpellationis exponat, talem videlicet, quæ si foret probata, deberet legitima reputari. & tunc si habuerit aduersa- rium, intra terminum, secundum locorum distantiam, & tem- poris qualitatem, & naturam negocij ab eodem iudice mo- derandum adpellationis causam prosequatur: quam si profes- qui non curauerit, ex tunc ipse iudex (adpellatione non ob- stante) procedat. nullo autem aduersario comparente, tunc iudex ex suo officio procedit. Adpel. causa coram superiore probata, superior suæ iurisdictionis officium exequatur. Sed si ad- pellationis in eius probatione defecerit, ad eum, à quo ipsum ma- liciose appellasse constiterit, remittatur. Cæterum has duas constitutiones præmissas nolumus ad regulares extendi, contra suas speciales obseruantias.

Honorius. iij. decano cancel. & castori Linconicē.

*Si iudex confessionem aduocati eadem die reuocatum pro litis contestatione velit habere, vel processum à subdelegato subdelega- ti factum ratificat, licite adpellatur.* Capitulum. lxxi.

**C**um causam, quæ inter abbatem & fratres de valle sancti Iohannis ex parte vna, & priorem & canonicos de Nouo loco

\**Confes- sionē solā inducere notorium, vide in .l. cū fidei cō- missum. ff. de fidei- com.*

loco ex altera, super ecclesia de Holifeth vertitur, R. sancti Angeli diacono cardinali commissimus audiendam: & infra. Procurator prædictorum prioris & canonicorum proposuit, quod cum coram subdelegatis iudicum delegatorū inducias ad proponendum exceptiones dilatorias petisset: quia aduocatus ipsius ductus errore respondit, quod ecclesia de Nouo loco ecclesiam, de qua erat quæstio, per xl. annos & amplius pacifice possederat, licet ipse eadem die aduocati errorem corrigens: ipsius responsionē, quæ suæ petitioni contradicere videbatur, (ne per eam aliquod sibi posset præiudicium generari, \* pro eo quod ante litem contestatam, sunt exceptiones dilatoriæ proponendæ) coram eisdem iudicibus reuocauit. Iudices tamen per huiusmodi responsionem erroneam aduocati, litem contestatam fore credentes, ad receptionem testium partis alterius processerunt: & infra. Mandamus, quatenus si dicti prior & canonici legitime probauerint, quod per procuratorem ipsorum eadem die aduocati responsio extiterit reuocata, quia sic per consequens litem contestata non fuit, vel quod delegati testes receptos à subdelegatis subdelegatorum suorum adprobauerint, cum non nisi delegatus à principe causam alij valeat delegare, quicquid ab ipsis post adpella. eorum factum est (durammodo hæc in adpellatione expressa fuerint) nunciis irritum & inane.

\* vide. l. ii. c. de erro. re aduoc.

Idem decano & thesaurario & P. f. Petri canonico Zamoren.

*Non sufficit adpellanti docere, quod exceptionem legitimam & veram opposuit & adpellauit, nisi doceat propter exceptionem non admissam adpellasse. hoc dicit, & est casus no. & quotidianus.*

Capitulum. lxxiiij.

Dilecto filio G. capellano nostro D. presbytero & I. capituli Salamātini procuratori à nobis auditore concessio, procurator capituli proposuit coram eo, quod cum dictus presbyter super receptione sua in Salamantina ecclesia executorias à nobis ad archid. Ciuitaten. & collegas eius litteras impetrasset, coram eis fuit ex parte capituli allegatum, quod cum in ipsa sit ecclesia certus numerus canonicorum iuramento firmatus, de quo in litteris ad eos directis mentio non fiebat, per eas non debebant contra ipsos procedere: & ne aliter facerent, fuit ad nostram audientiam adpellatum: & infra. Quoniam igitur etiam per confessionem presbyteri factam coram auditore prædicto confiteretur Salamantinā ecclesiam habere certum numerum canonicorum iuramento firmatum, & huiusmodi exceptionem

ceptionem coram executoribus fuisse propositam, & quod adpellatum extiterit ab eisdem: quia tamen non constitit, quod propter exceptionem huiusmodi non admissam aliāve legitimam fuerit adpellatum: mandamus, quatenus si vobis constiterit præfatam exceptionem huiusmodi de certo canonico numero, iuramento firmato, vel aliā legitimam exceptionem fuisse propositas coram ipsis executoribus, nec admissas, ac ideo partem capituli adpellasse: ipsorum executorum processum denunciatis irritum & inane.

Idem sancti Andree archidiacon. & magistro I. Canonico de Melten.

*Adpellans, qui terminum adpel. præfixit, si mittit procuratorem ad impetrandum & contradicendum tantum, & adpellatio fuit recepta à iudice: vel approbata à parte, aduersario legitime profequenti, condemnatur in expensis. hoc dicit, secundum commune intellectum, licet glossa aliud senserit.* Capitulum. lxxiiij.

Nicolao militi ac fratri E. monacho monasterij sanctæ Mariæ, sancti Hadriani diacon. cardini. concessimus auditorem. in cuius præsentia cum dictus monachus non nisi ad impetrandum & contradicendum procurator fuerit institutus, supplicauit humiliter idem miles vt contra ipsos tanquam contumaces procedere deberemus: & infra. Mandamus, quatenus si vobis constiterit dictos abbatem & conuentum adpellationi suæ terminum præfixisse, \* cum ad prosequendā eandem sufficientem procuratorem non miserint, memorato milite ipsam personaliter prosequente ipsos ad restituendas expensas à tempo readpel. factas eidem militi condemnetis.

\* Adpellatōi suæ potest terminum statuerē.

Idem episcopo Mantin. & P. canonico Tuscan.

Ab eadem sententia ab eodem tertio adpellare non licet.

Capitulum. lxxv.

Sua nobis R. tutor filiorum quondam B. ciuis Tusculan. petitione monstrauit, quod cum inter ipsum ex vna parte, & F. pro se ac P. tutore quondam filij B. ex altera, super quadam summa pecuniæ coram iudice Tusculan. quæstio verteretur, idem definitiuam pro eodem R. sententiam promulgauit, quæ bis fuit per iudices delegatos confirmata \* & infra. Sed pars altera, quæ semel & iterum adpellauerat, tertio vocem adpellationis ad nos emittens, P. & eius collegæ cognitionem ipsius sententiæ à nobis obtinuit delegari: & infra. Cumq; R. sanctæ Mariæ in Cosmed. diacon. cardini. super adpel. tertio ad nos emissa vtrique parti à nobis datus auditor interlocutus fuerit illos non potuisse de iure tertio adpellare. Nos prædicto P. & eius col

\* vide. l. i. cum not. C. de administra. tuto.

legē dedimus in mandatis, vt in negotio ipso nequaquam procedere adtentarent.

Idem magistro G. archid. & of. Lemo.

Adpellatio omisso medio iudice interposita, causam non deuoluit exceptione opposita. hoc dicit, secundum communem intellectū.

Capitulum. lxxvi.

**D**ilecti filij prior & cōuentus de Lacu Rubeo transmissa nobis petitione monstrarunt: & infra. Ex parte dictorum prioris & conuentus fuit excipiēdo, ppositum: & cum omisso dicecesano episcopo fuisse ad archiepiscopum adpellatum, ad quem gradatim fuerat adpellandum, in causa ipsa de iure procedere non debebat. sed quia officialis archiepiscopi huiusmodi exceptionem admittere denegabat, ipsi ad nostram audientiam adpellarunt: & infra. Quocirca mandamus, quatenus sententias post huiusmodi adpellatas in eos denunciatis penitus nō tenere.

Gregor. ix. magistro scholarium H. & G. de Rupe canonicis sancti Andoniani Morincū. dicecesā.

Si is, qui desit esse tutor, nomine pupilli conuenitur inuitus, poterit adpellare.

Capitulum. lxxvii.

**E**x parte M. dominæ de Colob. nobis fuit oblata querela, & cum nobilis mulier domina de Bellebron. super quibusdā terris ipsam nomine filiorum suorum coram iudicibus autoritate nostra traxisset in causam, eadem in iudicium ipsorum excipi fecit presentia, & cum res, de quibus in iudicio agebatur, & prædicti filij eius, sub potestate & tutela ipsius minime permanerent, cū iam ad secunda vota transisset; \*super his ei non tenebatur ipsorum nomine, quorum tuatrix esse desierat respondere. sed quia dicti iudices hac exceptione neglecta nihilo minus ad hoc compellebat eandem, ipsa sentiens se grauari, iudicium adpellauit. Ideoque mandamus, quatenus si ita est, reuocato in irritum, quicquid post adpel. huiusmodi inuenieritis adtentatum, audiatis hincinde proposita. & c.

Idem magistro & fratribus domus Mori.

Si iudex de iure dubitans vult consulere superiorem, debet consultationis copiam partibus edere: aliās eius verbis consultationis fides non adhibetur.

Capitulum. lxxviii.

**I**ncimasti: & infra. Præterea hospitalarius ignoſcentibus, & non facta eis copia de inquisitionis processu, ad nos relationem transmississe noscuntur, cū iuxta legitimas sanctiones quoties relaturum se iudex quilibet pollicetur, illico litigatoribus apud acta consultationis exemplum edere teneatur.

Idem archiepiscopo & G. canonico Turonen.

Si ante

Si ante litem contestatam circa principale negotium, iudex aliquid innovat, vel diem adsignatam sine causa præuenit, licite adpellatur. Et si procurator datus ad impetrandum super adpellatione non seruauit formam mandati, auditur adpellans etiam post annum.

Capitulum. lxxix.

**S**ignificante Aurelian. episcopo, nos noueritis accepisse, & cum decanus & capitulū Magduncū. ipsum super eo, quod dicebant alibi, quā in stallis decani & capituli prædictorum carnifices carnes vendere non debere: \* coram iudicibus auctori. aposto. conuenissent: petentibus tandem decano & capitulo nominatis iudicium implorando, vt cum idem episcopus post citationem carnes in stallis aliis vendi fecisset: quod per eum super hoc factum fuerat, in statum pristinum reuocarent: pro parte ipsius fuit propositū, quod cum lis preferim non fuisset super negotio contestata, locū imploratio huiusmodi non habebat, adiiciens quod cum de consensu partium coram dictis iudicibus, ad litigandum super ipso negotio certus dies statutus fuisset, & quantum ad illam diem solum fuisset iudicium eorundem, præuenire diem ipsum ac audire partem aduersam in tali imploratione absque consensu partium non debebant: & quia super his non audiebant eundem, nostram audientiam adpellauit: & licet procuratorē suum intra annum ad huiusmodi adpellationem miserit prosequendū: quia tamen dictus procurator (vt creditur) circumuentione contra inhibitionem ipsius episcopi nostras super hoc ad quosdā iudices certa ratione suspectos literas impetrauit, dictus episcopus vt noluit literis sic obtentis, petens non obstante lapsu anni ad prosecutionem adpella. admitti. Ideoque mandamus, quatenus si de inhibitione huiusmodi, & præmissis causis adpellationis vel earum altera constiterit, reuocato in irritum & c. vsque ad adtentatū in iam dicto negotio iuxta priorum continentiam literarum & c.

Idem.

Capitulum famosum & multum allegabile. & h. d. Ad iustificandam adpellationem ex causa interpositam, probare oportet causæ veritatem coram iudice ad quem, nisi fuerit coram iudice a quo oblata probatio & reiecta. h. d. singulariter vsque ad. S. eadem.

Capitulum. lxxx.

**I**nterposita adpellatione ex causa probabili, non sufficit adpellanti probare, quod ex causa huiusmodi prouocauit, si eā non doceat esse veram: nisi hoc se offerens probaturum non fuisset admissus.

A iiii

Si adpella-

\*Vide au  
shē. matri  
& auia.  
C. quādo  
m. tu. of.  
fun.

\*Vide. l.  
i. C. quā  
silon. con  
sue.

*Si adpellatio non fuit recepta à iudice, vel adprobata à parte, sufficit adpellanti mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum, licet pars adpellata sit parata in curia profequi, hoc dicit. vsque ad. §. ille denique. Abbas Siculus.*

Eidem quoque permittitur si non recipiatur adpel. eius à iudice, nec ab aduersario adprobetur, super prosecutione adpel. per procuratorem ad impetrandum & contradicendum constitutum literas impetrare, licet pars altera per se vel per procuratorem idoneum, iudiciū super hoc apud sedem apostolicam recipere sit parata.

*Ante inchoatam persecutionem adpel. adpellans potest si vult inuito adpellato petere, vt remittatur ad iudicem à quo, sed condemnabitur in expensis factis per partem aduersam in illa adpellatione. h. d. vsque ad. §. sane. Abbas.*

Ille denique, qui vocem adpel. emisit, cuius nondum est alij cognitio delegata ad petitionem eiusdem, ad eum, à quo prouocauit, de iure remittitur, contradictione partis alterius non obstante, \* in legitimis expensis aduersario, quas eum propter hoc fecisse constituerit, condemnandus.

\* vide. l. si quis libellos. C. eo. titu.

*Articulus adpellationis interposita à grauamine discutitur per iudicem ad quem parte absente per contumaciam, etiam lite non contestata in adpel. vel principali causa. h. d. Abbas.*

Sane parato aliquo probare grauamen, propter quod duxerit adpellandum, & parte aduersa se contumaciter absentate, potest super hoc lite non contestata procedi, licet nondum litis contestatio facta fuerit in ipso adpel. articulo vel negotio principali: quia cum in hoc casu iniquitas principaliter prioris iudicis arguitur, non est rigor iuris (ex quo sequi posset causæ perplexitas) requirendus.

Idem.

*Clausula, adpellatione remota, in medio literarum posita, respicit præmissa, quibus adnectitur, non sequentia: nisi repetatur in fine literarum. Et hoc si negetia sunt separata. Capitulum. lxxi.*

**I**nquisitioni. t. t. respondemus, quod quoties clausula, per quam tollitur adpellationis remediū, \* in medio literarum ponitur: si sunt plura negotia se minime contingentia, tantum præmissa cōplectitur: nisi forte in fine literarum prædicta clausula iteretur.

Idem.

*Breue est, sed per alia verba sic summatur. Adpellatio vni proudest alteri si communi iure inuentur, & idem sit negotium, & eadem defensionis causa, & sunt eadem sententia condemnati:*

aliam

aliam secus.

Capitulum. lxxii.

**V**na sententia pluribus condemnatis, si vnus solus ad adpellationis beneficium conuolauerit, illius victoria iure communi ceteris suffragatur, si communi iure inuentur, idemq; negotium, & eadem causa defensionis existat.

Idem.

*Iustus metus excusat, adeo quod non adpellans habetur pro adpellante, si fuerit protestatus, & adpellationis causas duxerit exprimendas.*

Capitulum. lxxiii.

**S**i iustus metus quo minus adpellaueris te excusat. Ad adpel. reputaris beneficium conuolasse: Dummodo intra tempus, quo licite prouocatur, coram iudice à quo adpellasse volueris: vel si habere ipsius copiam requiuisisti, in presentia bonorum virorum contestatione super hoc proposita, causas adpella. duxeris exprimendas.

De clericis peregrinantibus. Tit. xxix.

Celestinus. iij. Abien. episcopo,

*Contra peregrinantem seu proficiscentem ad sedem aposto. non est aliquid inuouandum.*

Capitulum. i.



**O**nquerente I. presbytero intelleximus: & infra. Licet presbyter idem res suas & ecclesie sue in protectione nostra non posuerit, quando ad nos accessit, tamen cum hi, qui accedunt ad presentiam nostram, cum rebus eorum debeant esse sub apostolica protectione securi: mandamus, quatenus quicquid eidem presbytero post iter adreptum ad nos ueniendi, subtractum est vel ablatum, sibi restitui faciatis.

De cōfirmatione vtili vel inuutili. Tit. xxx.

Alexand. iij. Exoneñ. episcopo.

*De re scienter confirmata per papam, inferior iudex cognoscere non potest, nisi confirmatio nō tenuerit, vt quia subreptitia, vel de re litigiosa. hoc dicit, cum cap. sequen.*

Capitulum. i.



**S**i quis rei litigiosæ confirmationem impetrauit ab aposto. se. nō minus potest iudex de causa cognoscere, & eam sine debito terminare. Sed si rem tunc pacificè possidebat, cum inde confirmatione obtinuerit, non est licitum iudici de questione postea exorta decernere, aut eam definire abque se. aposto. mandato.

Idem Vigoricenſi episcopo.

Idem

*Idem dicit.*

*Capitulum.ii.*

**D**E confirmationibus autem Rom. ponti. volumus te tenere, quòd contra illas (nisi nouum apo. sed. procedat man datum, aut certum sit, quòd sint per falsi suggestionē elicite) non est aliquatenus iudicandum.

*\* Vide. l. iubemus,*

*ad si. per*

*Bal. C. de*

*testa. C. l.*

*pe. C. de*

*transacti.*

*Celestinus tertius.*

*Litera confirmationis super sententia, à qua erat appellatum, non valent, si appellatus malitiose praeuenit appellanti, aliis pendent donec de appellatione cognoscatur.*

*Capitulum.iii.*

**O**mnē memoriē A. canonicus vester proposuit sententiam à delegatis iudicibus prolatam fuisse: & intra decem dies ille, contra quem sententiatum fuerat, ab illa sententia appellauit, iudices tamen nihilominus sententiam executioni mandarunt. Cæterum appellans itinere statim ad apo. sed. dem adrepto, literas de retractando sententiam impetrauit. aduersarius autē ipsum caute praeueniens confirmationis promulgata sententiae rescriptū fuerat adsecutus, in quo nulla de facta appellatione mentio habebatur. Ideoque requisisti, quæ quibus literis præiudicium faciant. Respondemus igitur, quòd posteriores debent prioribus præiudiciū generare. Verum si dicatur, nullis literis veritati & iustitiæ præiudicantibus: vel sub alia forma verbōrū, dummodo nihil diceretur de literis confirmationis expresse, dicimus primæ tamdiu suum debent habere vigorem, donec de iniqua sententia cognitio plenior habeatur.

*Innocentius. iij. de cano. Padebureñ.*

*Innouatio privilegij nouum ius non tribuit, nec antiquum confirmat: sed si quod cōpetebat, conseruat. Breuius sic potest summari: Innouatio privilegij non inducit confirmationem iuris in eo contenti.*

*Capitulum. iiii.*

**C**um dilecta in Christo filia abbatissa & sorores ecclesie de Gardeuen. sua cuperent priuilegia innouari: propter viarum discrimina quatuor episcopis & abbatibus totidem, vt ea inspicerent diligenter, & tenorem ipsorū fideliter transcriberent sub sigillis suis nobis remitteret, duximus iniungendū: & infra. Nos autē tam legato, qui sub sigillo proprio ea nostro fecit conspectui presentari, q̄ inquisitoribus ipsi fidē debitam adhibentes, licet non videremus, quare non deberent eadem priuilegia innouari: quia tamen C. maioris ecclesie, & I. sanetę Crucis canonici proposuerunt Hildesemen. ecclesiam in possessione subiectionis ipsius monasterij per centū annos & amplius extitisse, priuilegia ipsa tunc non duximus innouanda. Vnde

da. Vnde iudicibus dedimus in mandatis, vt ad locum idoneum accedentes (citatis, qui fuerint euocandi) inquirerent super his diligentius veritatem, à quibus pars Hildesemen. ecclesie ad apo. sed. adpellauit. Nuper autem iterato prædicta petiit abbatissa, quatenus deberemus priuilegia suæ ecclesie renouare. Ex aduerso vero fuit postulatū, vt causam ipsam discretis viris committere dignaremur, qui testes reciperet, quos contra priuilegia monasterij & ad probandum præscriptionem legitimam inducere proponebant. Nos igitur attendentes, quòd iure sit civili statutum, vt quando periculum testium formidatur, ne veritas occultetur, & probandi copia fortassis casibus subtrahatur, etiā lite non contestata testes valetudinarij, & alij de quibus ex aliqua rationabili causa timeatur, ad testimonium admittantur: eiusdem æquitatis similitudine prouocati, prædicta priuilegia quasi iam nimia vetustate consumpta, cum fuerint non in pergamento, sed in papyro conscripta, duximus innouanda: nolentes, quòd ex innouatione huiusmodi nouum ius monasterio adquiratur, sed antiquum (si quod habet) per innouationem privilegij cōseruetur. Quia vero præfatum monasterium ad ius & proprietatem apo. sed. per priuileg. præd. non. pertinere monstratur: ne ius ecclesie Romanae remaneat indefensum, eandem abbatissam procuratricē ipsius duximus statuendam: vt cum aduersus Romanæ ecclesie possessiones, & iura non nisi centenaria curat præscriptio, ipsa super hoc & aliis vice nostra procuret, quæ coram te in iudicio fuerint procuranda. Nolentes igitur, q̄ de statu eiusdem monasterij diutius dubitetur, mandamus, quatenus locū tutum & commodum eligens, recipias testes, quos ad præscriptionē probandam Hildesemen. ecclesie, vel ad interruptionem ostendendam cœnobium duxerit producēdos: & si legitimam præscriptionem probauerit, vt intendit: nisi probata fuerit interruptio ex aduerso, subiectionem ipsius monasterij ad iudices episcopo memorato, cum constet ipsum in sua diocesi constitutum, priuilegium, quod monasterio innouari fecimus, corrumpendo: alioquin eadem super hoc perpetuum imponēs silentium, monasterium pronicies perpetuā libertate gaudere, nostro sibi priuilegio resignato.

*\* Vide. l. ii. C. de diuer. rescriptis.*

*Idem episcopo & præposito Veicen.*

*Non valet confirmatio, quam religioſus impetravit à papa suo per temporali administratione, seu prioratu, si tacuit se regularem: nisi vero expresse, rescriptum præsumitur falsum: quia papa. nō. consuevit concedere. hoc dicit, cum sequen.*

*Capitulum. v.*

*Ad nostram*



**A**D nostram audientiam præposito Nemanen. ecclesia significante peruenit, quod quidam canonici Nemanen. ecclesie à nobis literas confirmationis super administrationibus suis obtinere laborant, religionis suæ cōditione suppressa. Cū igitur regularibus personis non consueuerit apostolica sedes aliqua personaliter confirmare: mandamus, quatenus cōfirmationes, quas ab ipsis canonicis (cū regulares existant) uocatis taliter impetras, denuncietis irritas & inanes.

Idem.

*Idem dicit, quod supra ca. proxi.*

*Capitulum. vi.*

**P**ORRECTA nobis ex parte tua petio continebat, quod plures ex religiosis, qui prioratibus & aliis administrationibus præfunt, à nobis super ipsis, quoad uixerint possidendis confirmationis literas se adseruit impetrasse: & infra. Cū igitur à cancellaria nostra huiusmodi literas emanasse non credamus: mandamus, quatenus illos, qui tales literas exhibuerint, in quibus prioratus vel administrationes, tanquam religiosis confirmantur, eosdem punias, tanquam falsitatis auctores. Si uero in eis non sit mentio religionis ipsorum, illas tanquam tacita ueritate subreptas denuncies non valere.

Idem nobili viro Matthæo de Riuariis.

*Sententia seu laudum contra formam iuris, vel compromissi latum per arbitros, licet per papam in forma communi confirmatum, non tenet.*

*Capitulum. vii.*

**E**XAMINATA causa, quæ uertitur inter te & milites Campanicos super ecclesia sancti Angeli: perpēdimus arbitrium, quod uicedominus Sabincen. dicebatur super eodem negotio promulgasse, contra formam iuris & compromissi fuisse dictatum. Vnde non obstante confirmatione C. papæ præde. nost. qui confirmauerat illud, sicut prouidē latum fuerat, & ab utraque parte receptum, decernimus ipsum irritum & inane.

Honorius. iij. illustri regi, baronibus, & militibus, & aliis hominibus Cypri.

*In confirmatione ex certa scientia dictio, sicut, ponitur causatiue: nec nocet, si uerbum confirmationis præcedit tenorem confirmationis.*

*Capitulum. viii.*

**V**ENERABILIS frater N. archiepiscopus Nichosien. & suffraganei eius transmissa nobis petitione monstrant, quod inter ipsos & vos super quibusdam decimis mediante Albanē. episcopo tunc apostolicæ sedis legato amicabile composicio interuenit, expressē adiecto, quod quantocyus eam autoritate apostolica

apo. cōfirmari cōtingeret, statim deberet executioni mādari. Verū licet sit per nos confirmata, & ad maiorem rei euidētiam literis confirmationis tenor compositionis insertus, ipsam tamen renuistis obseruare, occasionem friuolam prætendentes, tum ex eo, quod in literis uerbum confirmationis iuxta sty lum ecclesie Romanæ præcedat, \* tum quia clausula consue-  
\* *vide. l. p. inde. S. teris continetur: & infra. Mandamus, quatenus si præmissis si ff. si cer. ueritas suffragatur, compositionem eadem adimplere curetis.* *pet. per*

Idem uniuersis abbatibus & prælatis, ac conuentibus & clericis in Constantinop. diocesi constitutis.

*Collatio ecclesie alteri facta per legatum, & per papam confirmata, ius diocesani non laedit.*

*Capitulum nonum.*

**S**VA nobis patriarcha Constantinopolitanus cōquestione smonstrauit, quod cū quidam uestrūm sumentes occasione ex eo quod I. presbyter cardinalis tunc apostolicæ sedis legatus, quibusdam aliis ecclesiis & clericis in spiritualibus & temporalibus contulit monasteria eorundem, ipsi patriarcha obedire recusant, & ei de iuribus patriarchalibus respondere, in suæ præsumptionis adiutorium inducentes confirmationes huiusmodi collationum à sede apostolica impetratas. Cū igitur nolimus iura, quæ diocesani debentur, per collationes, seu confirmationes prædictas minui seu lædi: mandamus, quatenus occasione huiusmodi non obstante, ipsi patriarcha reuerentiam & obedientiam exhibere curetis, eique de iustitiis suis integrè respondere.

Libri secundi finis.

Decretalium

# Decretalium epistoliarum Gregorij Liber Tertius.

## De vita & honestate clericorum. Tit. j.

Ex concilio Maguntino.

Cum celebratur, diuisus esse debet clericus à populo. *Cap. i.*



**V**l laici secus altare, quando sacra mysteria celebrantur, stare vel sedere inter clericos non presumant.

Sed pars illa, quæ cancellis ab altari diuiditur, tantum psallentibus pateat clericis. Ad orandum vero & communicandum laicis & faminis (sicut mos est) pateat sancta sanctorum.

Ex concilio Pictauien.

Breue est, nec potest breuius summari.

*Capitulum. ii.*

\* Idem est  
de laicis. C.  
vs armo.  
prin. iter.  
in rub. &  
ni. & si  
quis iustis.  
in tit.  
de pace et  
eius vio.  
lib. xi.

**C**lerici arma portantes, & usurarij excommunicantur.

Ex concilio Maticen.

Presbyter habens populum, debet habere clericum, qui secum cantet, & in alijs hic expressis, eum iunet.

*Cap. iij.*

**V**t quisq; presbyter, qui plebem regit, clericum habeat, qui secum cantet, & epistolam & lectionem legat, & qui possit tenere scholas, & admonere suos parochianos, vt filios suos ad fidem discendam mittant ad ecclesiam: quos ipse cum omni castitate erudiat.

Gregorius nonus.

Non potest breuius summari.

*Cap. iiii.*

**S**i quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit.

Ex concilio Carthaginensiu.

Breue est, & non aliter summaratur.

*Capitulum. v.*

**C**lericus neque comam nutriat, neque barbam.

Ex concilio Triburicen.

Clericus non in sacris nec professus potest uxorem ducere, sed iterum condebitur si vult gaudere privilegio clericali, vel dispensatione

sanctum tenere beneficium, h. d. secundum modum, qui est magis contentans litera, secundum quem ponit vnum casum duntaxat.

*Capitulum. vi.*

**C**lericus si tonsuram dimissa uxorem acceperit, qui quidem a sit sine gradu: nec monasterio à parentibus traditus, uxorem permittatur habere; & iterum tondeatur, nec in vita sua uxorem dimittere audeat.

Alexander. iij. Cantuarien. archiepiscopo.

Clericus debet tonsuram deferre: & si non vult, potest inuitus à suo superiore tonderi.

*Capitulum. vii.*

Clericis: & infra. Clerici, qui comam nutriunt & barbam, etiam inuiti à suis archidiaconis tondeantur.

Idem in concilio Lateran.

Frequentans monasteria monialium, & monitus non desistens, si clericus est, deponitur: si laicus, excommunicatur.

*Cap. viii.*

**M**onasteria sanctimonialium, si quisquam clericus sine manifesta & rationabili causa frequentare presumpserit, per episcopum arceatur. & si non deserit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis. Si laici, excommunicationi subdantur, & à ceteris fidelium fiant penitus alieni.

Gregorius septimus.

Episcopus potest statuere in ecclesia certum numerum clericorum, secundum ipsius facultates, qui viuunt in communi, & contradiutores ad hoc compellere: & istos in communi viuentes, potest absolueri ab excommunicatione incursum, propter iniunctionem manuum in socium.

*Capitulum. ix.*

**Q**uoniam (vt ait scriptura) & infra. Statuimus, vt facultatibus ecclesiarum vestrarum prouentibus & expensis diligenter inspectis, certum in eis valeatis ponere numerum clericorum, & statuere, vt bona eorum veniant in commune, in vna domo vescantur, atque sub vno testamento dormiant & quiescant. Si qui vero contraditores extiterint, licitum vobis sit per suspensionem officij & beneficij, aut grauiori etiam pena, si opus fuerit, ad hanc obseruantiam eos compellere, adpellatione non obstante. Indulgemus etiam, vt si quisquam eorum, qui simul viuunt, pro manus iniunctione in socium à communionem meruerit fieri alienus, reconciliandi & penitentiam imponendi potestatem plenariam habeatis, nisi forte atrocitas facti penam grauiorem expectet.

Innocentius tertius.

Ecclesiastici iudices & delegati gratis indicare debent, nec exigere

Can.  
Nobor tet  
cap. iij. tit. iij.  
aut cap.  
cap. qui de or.  
no iij. tit. iij.  
moning sum t.  
de leg. 3. b. ff. 6.  
p. l.  
\* vide. l.  
nemo. c.  
de epis. an.  
di. & l. i.  
§. Julian.  
ff. de iis.  
ali. pri.

*exigere possunt decimam, vel etiam quotam litis, etiam si hoc habeat consuetudo.*  
*Capitulum. x.*

1. Thef. 5.

**C**um ab omni specie mali præcipiat Apostolus abstinere: & infra. Sanè ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quòd cum ex delegatione nostra causas suscipitis pertractandas: more secularium super decima litis, vel parte alia pro diuersa terrarum consuetudine præter expensas victualium cū litigantibus receptis pignoribus, pro salario conuenitis. Nos adtendentes, quòd ad hoc vobis & aliis clericis sint ecclesiastici reditus deputati, vt ex ipsis honestè viuere debeatis: et infra. Ideòque mandamus, quatenus ab huiusmodi exactio- nibus decætero abstinentes \* vigorem iudicarium gratis lu- deatis litigantibus impartiri, non obstante quòd in fraudem à quibusdam proponitur, quod id exigatur nomine adfessorum: cum nec iustum iudicium iudici vèdere liceat, & venales sententiæ ab ipsis etiam secularibus legibus reprobètur.

\* Simile vide in l. 3. ff. quod cuiusque vni. & in l. que one randa. ff. de op. leg.

Idem Liuoniën. episcopo, & eis, qui cum ipso sunt fratribus.

*Ad evitandum scandalū, possunt religiosi diuersi habitus mis- si ad prædicandum de nouo conuersis, se in vnum superiorem ha- bitum & propositum confirmare.*  
*Cap. xi.*

**D**eus qui ecclesiam suam noua semper prole sæcundat: & infra. Ne igitur, si dispar in vobis obseruantia fuerit, & dissimilis habitus, apud eos, quibus vnum euangelium prædicatis, scandalum susciteretur: Mandamus quatenus eo non obstante, quòd inter vos monachi sunt, & canonici regulares, vel alij etiam regularè vitam, sub alia distinctione professi, omnes pariter in vnum regularè propositū & honestum habitū quan- tum ad hoc spectat, officium conformetis. \*

\* Ad hunc locum vide Abb.

Idem.

*Ludi theatrales etiam prætextu consuetudinis, in ecclesijs, vel per clericos fieri non debent.*  
*Cap. xii.*

**C**um decorem domus dei: & infra. Interdum ludi sunt in ecclesijs theatrales, & non solum ad ludibriorum spectacula introducuntur in eis monstra lãruarum, verum etiam in aliquibus festiuitatibus diaconi, presbyteri, ac subdiaconi infan- tiæ suæ ludibria exercere præsumunt: & infra. Frat. v. manda- mus, quatenus ne per huiusmodi turpitudinem ecclesię inquie- netur honestas, prælibatam ludibriorum consuetudinem, vel potius corruptelam, curètis à vestris ecclesijs extirpare.

Idem in concilio generali.

Clerici

*Clerici debent continere, & castè viuere: contra facientes, puni- tur: & seuerius puniuntur illi, qui possunt legitimo matrimonio vri.*

*Capitulum. xiii.*

**V**T clericorum mores, & actus in melius reformatur, cõ- tinèter & castè viuere studeant vniuersi, præsertim in sa- cris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio præcauentes, maximè illo, ppter quod venit ira dei in filios diffidètia, qua- tenus in conspectu omnipotentis dei puro corde, ac mundo corpore valeant ministrare. Ne verò facilitas veniæ, incen- tum tributat delinquendi, statuimus, vt qui comprehensi fue- rint incontinentiæ vitio laborare, prout magis aut minus peccauerint, puniantur \* secundum canonicas sanctiones, quas ef- ficacius & districtius præcipimus obseruari: vt quos diuinus ti- mor à malo non reuocat, temporalis saltem pœna cohibeat à sa. s. i. cõ- nor. ff. de lebrare diuina: nò solum ecclesiasticis beneficijs spoliectur, ve- rù etiam pro duplici culpa perpetuò deponatur. Prælati ve- rò, qui tales præsumperint in suis iniquitatibus sustinere, ma- ximè obtentu pecuniæ vel alterius commodi temporalis: pari subiaceant vltioni. Qui autem secundum regionis suæ mo- rem non abdicarunt copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gra- uius puniantur: cum legitimo matrimonio vri possint.

\* Vide l. i. cõ- nor. ff. de rei vi. & i. de pu. iudi. S. i. i. l. lege Tul.

Idem in eodem.

*Clericus crapulosus vel ebriosus monitus non desistens, ab offi- cio vel beneficio suspenditur.*  
*Cap. xiiii.*

**A** Crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstinèat: vnde vinum sibi temperent, & se vino. Nec ad bibendū quipiam incitetur: cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abusum penitus decernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores: & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices sæcundiores ex- haurit. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit: nisi à superiore commonitus satisfecerit, ab officio vel benefi- cio suspendatur.

Idem in eodem.

*A negotijs, personis, locis, ludis, vestibus inhonestis, & ornato minus honesto, præcipit clericos abstinere, & habitu honesto vri: cuius vanitatem in pluribus exprimit & detestatur.*  
*Cap. xv.*

**C**lerici officia vel commercia secularia nò exercent, ma- ximè inhonestas. Mimis, ioculatoribus, & histriionibus non intendant. Et tabernas prorsus euitent, nisi fortè causa necessi- tatis

B

tatis in itinere constituti . Ad aleas & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis interfint. \* Coronā & tonsuram habeant congruētē. Et se in officiis ecclesiasticis, & aliis bonis studiis exerceant diligenter. Clausa deferant desuper indumenta nimia breuitate vel longitudine non notanda . Pannis tibeis aut viridibus, nec non manicis aut fotalibus confuticiis, frenis, sellis; pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus non vtantur . Cappas manicatas ad diuinum officium intra ecclesiam non gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio & personatibus constituti : nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neq; corrigias auri vel argenti ornatum habētes, sed nec anulos: nisi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico, & in ecclesia superindumentis lineis, omnes vtantur: nisi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem . Pallii distibulatis non vtantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hincinde connexis.

Honorius. iij. Ambianē. episcopo.

*Clericus, qui tertio monitus à negociationibus secularibus non abstinet, interius perdit, quo ad bona priuilegiū clericale. h. d. Et est textus multum no. & qui quotidie allegatur. Cap. xvi.*

**E**X literis Pontini comitis intelleximus, quod quidā clericus se terræ potius secularibus negociationibus, quàm officiis diuinis intendunt: & gaudere volentes priuilegio clericali, nolūt statuti patriæ (quibus quoties expedit, sicut laici se tuentur) in negociationum suarum quæstibus subiacere: & infra. Mandamus, quatenus si tales tertio à te communiti ab huiusmodi non respuerint, sed prætermisissis diuinis officiis, negociationibus insisterint supradictis, cū facto priuilegiū abiciant clericale, & tu quo minus, dū his se implicat, de suis facultatibus statutis, & consuetudinibus patriæ subiacere, non defendas eosdem.

\* vide. l. quæstiones. C. de re iudi. C. l. si pponas. §. i. ff. de inof. testa.

De cohabitatione clericorum & mulierum. Titu. iij.

Ex concilio Maguntin.

*Clericus nō debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia, etiam si sit mater, vel alia consanguinea. Cap. i.*



**I**nhibendū est, vt nullus sacerdos fœminas, de quibus suspicio potest esse, retineat. Sed neq; illas quas canones concedunt, matrem, amitam, & sororem: quia instigante diabolo, & in illis scelus perpetratum reperitur; aut etiam in pedissequis eundem:

*randem.\* Sed si qua de his necessitatem habuerit, presbyteri habeant in vico aut in villa domum longè à sua conuersationi: & ibi eis, quæ sunt necessaria, subministrant. Prohibendum quoq; est, vt nulla fœmina ad altare præsumat accedere, clerici aut presbytero ministrare, aut intra cæcellos stare siue sedere.*

Ex decreto Eugenij papæ.

*Excommunicatur clericus in sacris, qui à suspectarum mulierum colloquio, vel earum consortio, monitus non desistit. Cap. ii.*

**S**I quisquam sacerdotum, id est, presbyter, diaconus, subdiaconus, de quacunque fœmina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam & tertiam admonitionem inueniatur fabulari, & aliquo modo conuersari cum ea: excommunicationi subdatur, fœmina verò canonicè iudicetur.

Alexander. iij. Sacer. archiepiscopo.

*Non debet prælatus clericum cogere ad concubinam abiurandam: sed eam nolentem dimittere potest excommunicare. Cap. iij.*

**C**lericos in sacris ordinibus constitutos, qui publicè tenent concubinas, ad eas abiurandas nolimus à tua fraternitate compelli, ne in eandem fornicationem in instinctu diabolicæ fraudis redeuntes, per iurij reatum incurrant. Verùm ipsos per suspensionis & interdicti sententiam debes arctius cogere, vt mulieres ipsas à se ita remoueāt, quòd de illis sinistra suspicio non possit haberi. Et si qui eorum ad ipsas redire, vel alias accipere fortè præsumperint: in aliquos eorum debes perpetuam excommunicationis sententiam proferre, vt alij eorum exemplo perterriti, à similibus arceantur.

Idem Cantuarien. archiepiscopo, & eius suffraganis.

*Si clerici moniti concubinas non dimittunt, suspenduntur à beneficiis, & si se non corrigunt, deponuntur. Cap. iij.*

**S**icut ad extirpandam: & infra. Frat. v. mandamus, quatenus clericos vestræ iurisdictionis, qui in subdiaconatu, & supra fornicarias habuerint, studiosè monere curetis, vt à se illas remoueant, eas vtterius minimè admittant. Si verò ad quietem contempserint, eos ab ecclesiæ beneficiis vsque ad satisfactionem congruam suspendatis. Et si eas suspensos præsumperint detinere, ipsos ab eisdem beneficiis perpetuo remouere curetis.

Idem Eboracē. archiepiscopo.

*Littera à clerico concubinario suspensa super absolutione (sacris facti serie) obtenta, non valent. Capitulum. v.*

B ij Super eo

## Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. iij.

**S**Vper eo verò, quòd adseris A. presbyterum fornicariarū detinentem, propter hoc ab officio suo suspensum: & infra, Porro si literas à nobis obtinuerit, quæ facti feriem non cōtincant: nolimus illas, sibi prodesse.

Idem Lugdunē. episcopo.

*Si clerici moniti non dimittunt concubinas, suspenduntur à beneficiis: & si se non corrigunt, deponuntur.* Cap. vi.

**S**I autem clerici tuæ iurisdictionis (siue in sacris ordinibus, siue in inferioribus constituti) fornicarias detinent: nisi eas ad secundam vel tertiam commonitionem à se dimiserint, eadem decætero contempturi, liceat tibi eos ecclesiis, vel earum portionibus adpel. postposita spoliare, officio ipsis nihilo minus interdicto.

Lucius tertius.

*A clerico fornicario, quando toleratur, nec habet operis euentiam, licitè audiuntur diuina, & percipiuntur ecclesiastica sacramenta. à notorio vero abstinendum est, non quia in sacramento sit defectus, sed ad ipsorum fornicatorum emendationem. h. d. in habendo verbis literæ.* Cap. vii.

**V**estra duxit deuotio inquirendum: & infra. Alicubi dicitur, nullus audiat missam sacerdotis, quem scit indubitanter concubinam habere. alibi verò legitur, nō potest aliquis quantūcunque pollutus fuerit diuina polluere sacramenta, quæ purgatoria cunctarum cogitationum existūt. Qualescūq; enim sacerdos sit, quæ sunt sancta coinquinari nō possunt. Sumite ergo ab omni sacerdote Christi mysteria: quia omnia in Christi fide purgantur\*. Cæterum aliud est crimen notorium, aliud occultum. Notorium definitur, de quo presbyter canonicè condemnatur. Occultum, quod ab ecclesia toleratur. Cæterum aliud est, quando crimen notorium non diffiteatur presbyter, vel de ipso est canonicè condemnatus. Aliud est penè occultum, quod ab ecclesia toleratur. Item aliud est à talium officii abstinere, vt peccandi licentia cæteris auferatur, & huiusmodi ad penitentiam fructum trahantur: atque aliud si tāquam in fornicatione iacentium, talia mysteria respiciantur. Sine dubitatione itaque teneatis, quòd à clericis & presbyteris, quantum fornicariis, quando tolerantur, nec habent operis euentiam, licitè diuina mysteria audiuntur, & alia recipiantur sacramenta ecclesiastica.

Innocentius. iij. Exon. episcopo.

*Si fornicatio clerici est ita publica, quod transit in notorium, nec adfator nec testis necessarius est: sed si est publica per solam famam*

## De cohabitatione clericorū & mulierū. 195

*famam, non sufficiunt ad condemnationem sola testimonia, id est testium dicta non iuratorum: sed si ex hoc oriatur scandalum, indi- citur purgatio, in qua deficiens canonicè punitur.* Cap. viii.

**T**u nos duxit fraternitas consulendos, si de clericis publicè concubinas habentibus, quæ quando à te conueniuntur, se esse concubinario diffidentur, nec adparet contra eos legitimus adfator, credendum sit testimonio bonorum virorum, inter quos viuere dignoscuntur. Nos igitur con. t. t. respon. quòd si crimen eorum ita publicum est, vt meritò debeat appellari notorium: in eo casu nec testis, nec adfator est necessarius: cum huiusmodi crimen nulla possit tergiversatione cessari. Si verò publicum est, non ex euentia, sed ex fama: in eo casu ad condemnationem eorū sola testimonia nō sufficiunt: cū non sit testimonii, sed testibus iudicandum. Sed si de clericis ipsis talis habeatur suspicio, vt ex ea scādalum generetur in populo, \*licet contra ipsos non adparuerit adfator, eis tamen est canonica purgatio indicenda: quam si præstare noluerint, vel defecerint in præstanda, eos canonica debebis animaduersione punire.

Idem Pistoriensis episcopo.

*Breue est: vnde non summatur.*

Capitulum. ix.

**A** Nobis tua fraternitas requisit: & infra. Cum clericis quoque non permittas mulerculas habitare, nisi fortè de illis personis existant, in quibus naturale fœdus, nihil permit- tatur fœui criminis suspicari.

Gregorius nonus.

*Clericus concubinaris in officiis vitandus non est, nisi sit notorius.* Capitulum. x.

**Q**uæstum est de clericis in fornicationem prolapsis, si eorum sit officii prius, quam pœnituerint audiēdū. Verum etsi quemlibet pro mortali peccato, quo ad se ipsum constet esse suspensum, non debet tamen in officiis euitari: quia quantum ad alios etiam in casu proposito suspensus non est, nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam, seu confessionem factam in iure, aut per euentiam rei, quæ tergiversatione aliqua cæleri non possit.

## De clericis coniugatis. Tit. iij.

Alexander tertius.

*Matrimonium contractum per clericum existentem in sacris, non tenet: fœcus in minoribus, sed tunc cogitur dimittere beneficium.* Capitulum primum.

B iij si qui

\* Fides sola aperit iannā cœli. not. d. s. Cy. C. de sum. tri. & fide catho. in rub.

\* Vide. l. si oleū. ff. de dolo. et. l. equis sumum. ff. de usufr.



**S**iqui clericorum infra subdiaconatū acceperint uxores, ipsos ad relinquenda beneficia ecclesiastica, & retinendas uxores districtione ecclesie compellatis. Sed si in subdiaconatu & aliis superioribus ordinibus uxores accepisse noscuntur: eos uxores dimittere, & pœnitentiam agere de commisso, per suspensionis & excommunicationis sententiam compellere procuretis.

Idem Herfor. episcopo.

*Coniugatus ad administrationem, & ad ordinem ecclesiasticū, vel beneficium non promouetur, nisi castitatem promittat, & non sit dignus.*

Capitulum. ii.

**S**anè: & infra. Provideas adtentius, ne deinceps clericus coniugatus ad ecclesiastica beneficia, vel sacros ordines, aut administrationes ecclesiasticas admittatur: Nisi forte castitatem voueret perpetuam, & qui vnica & virginē habuisset uxorem.

Idem Verulan. episcopo.

*Si clericus in minoribus beneficiatus matrimonium contrahat, priuatur beneficio: & quod dedit ecclesie, sibi restituitur, hoc dicit. Et in hoc vltimo est casus not. & multum allegabilis.*

Capitulum. iij.

**Q**uod à te: & infra. Verū clerici infra subdiaconatus ordinem constituti, qui continere carnis deuicti vitio non valentes, uxores accipiunt, ecclesiastico beneficio canonicè debeant spoliari. Id volumus te tenere, quòd cum simul voluptatibus & carnalibus desideriis, ac diuinis & ecclesiasticis obsequiis vacare non valeant, ob immunditiam suam ecclesiasticis sacramentis indigni tractandis, ecclesiasticis proculdubio beneficiis sunt priuandi. Sanè si ecclesiis, quibus intulati fuerant, de possessionibus aut aliis bonis aliqua contulisse noscuntur: cum ab earundem ecclesiarum ministerio fuerint & beneficio sequestrati: ad ipsos recta via debent absque contradictione redire.

Idem.

*Peracta pœnitentia dispensant episcopi cum sacerdotibus, qui matrimonium de sacro contraxerunt.*

Capitulum. iij.

**S**anè sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quæ non nuptiæ, sed contubernalia sunt potius nuncupanda: post longam pœnitentiam, & vitam laudabilem cōcinentes, officio suo restitui poterunt, & ex indulgentia sui episcopi eius executionem habere.

Innocentius

Innocentius. iij. Noruicē. episcopo.

*Auferenda sunt clerico beneficia, quæ habebat tēpore cōtractus matrimonij: collata vero postmodum sciēter per episcopū, per eundem auferri non possunt, sed per superiorem. h. d. Capitulum. v.*

**D**uicis fallaciis: & infra. Accepimus autem, quòd quidam clerici tuæ diocesis, qui matrimonium contraxerūt, ecclesiastica beneficia detinere contendunt: in quorum conuersatione cithara cum psalterio male concordat. Cū ergo vir cogitet quomodo placere possit uxori, & ideo minus, quæ deisunt valeat cogitare, cum quasi diuisus in duo \* plenam sui non habeat potestatem: vt ei, à quo stipendium recipit, plenius famuletur: mandamus, quatenus huiusmodi clericis beneficiis ecclesiasticis, quæ in tua diocesi sunt adepti, priues adp. re. præsertim cum rerum ecclesiasticarum substantia per tales soleat deperire. Nisi forte tu talibus sciēter contuleris ecclesiastica beneficia: quibus eos non per te, sed per superiorem decernimus spoliandos.

\* Vide. l. si plures. ff. de pac.

Idem Archeronē. archiepiscopo.

*Filius sacerdotis Græci ex uxore genitus licite inter Latinos promouetur. si scandalum non obstat. h. d. Et est casus notabilis.*

Capitulum. vi.

**C**ym olim ad nostram audienriam peruenisset, quod canonicus Angloriē. cantorem Tricaricē. sibi elegerant in pastorem: & infra. Licet tibi de forma electionis canonice, ac idoneitate personæ in aliis cōstitisset: mouit te tamē, quod cum pater eius Græcus fuerit, & iuxta ritum Græcorum vxorē duxerit in minoribus ordinibus constitutus, cantorem ipsum ex vxore legitima in sacerdotio suscepisset. Nos igitur adtendentes, quòd Orientalis ecclesia votum continentie non admittit, quoniam Orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in superioribus vtuntur matrimonio iam contracto: mandamus, quatenus nisi pro eo, quod inter Latinos Græci huiusmodi conuerfiantur, regionis consuetudo repugnet: si aliud canonicum nō obstat, ad confirmationem & consecrationem eiusdem sine dubitatione procedas.

Idem episcopo Pictauiē.

*Clericus coniugatus non beneficiatus, non cogitur de se referre sonfuram.*

Capitulum vii.

**I**oannes nobis conquerendo monstrauit, quòd tu eum, quam iam dudum uxorem legitimam duxerit, pro eo, quòd prius in acolythum fuerat ordinatus, cōpellere niteris, vt tonsuram deferat clericalem, ex qua inter ipsum & uxorem suam posset scandalum generari, cum de consuetudine terræ tuæ clerici

B iij rici

*de vi rapto  
scandalum  
Vide R. d. n.  
C. 2. in p.  
de no. vi. obedi.  
prop. 2. ubi.*

rici vxorati non cogantur inuiti portare tonsuram. Quoniam igitur idem etiam tonsuratus non potest privilegio clericali gaudere: mandamus, quatenus ipsum super tonsuratione huiusmodi non molestet, dummodo nullum percipiat beneficium ecclesiasticum, cuius ratione teneatur clericalem deferre tonsuram: quia cum eum oporteat secularibus negociis immisceri, tonsura ipsius secularia exercentis videretur profecto in ministerij nostri vituperium redundare.

Idem.

*Vxorati non admittuntur ad ecclesiasticas dignitates, & coguntur dimittere, quas habent.*

Capitulum. viii.

**C**um decorem: & infra. Eos qui sunt publice vxorati, non admittatis decetero ad ecclesiasticas dignitates, dimittis ab eis, quas non possunt sine prauo exemplo & graui scandaloretinere.

Honorius. iij. H. quondam reginæ Anglorum.

*Clerici coniugati, in rebus suis nō gaudent privilegio clericali.*

Capitulum. ix.

**E**x parte tua fuit propositum, quod nonnulli literati terræ tuæ (habitu & tonsura clericali relicta) publicæ ducit vxores: & infra. Vt tamen conuictis iustitiis & debitis obsequiis te defraudent, tonsuram resumunt abiectam: & infra. Quidam etiam accepta prima tonsura similiter contrahunt: & eandem tonsuram deferunt, vt eodem prætextu excusari valeant à prædictis: & infra. Cum igitur reddenda sint, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo: æquanimiter duximus tolerandum, vt à talibus iustitiis debitas velut ab aliis vxoratis exigas & seruitia consueta.

Idem.

*Si clericus in minoribus militet, non est cogendus deferre tonsuram vel habitum clericalem.*

Capitulum. x.

**V**t consultationi tuæ breuiter satisfaciat, respondemus, quod R. miles tuæ diocesis, qui olim cum in minori esset constitutus ætate, tonsuram tatum & coronam clericalem adsumpsit, non est cogendus deferre habitum clericalem.

De clericis non residentibus in ecclesia vel præbenda. Tit. iij.

Ex concilio Sardicensi.

*Episcopo non licet sine licentia pape transire ad alium episcopatum, ipsum acceptando, aliàs priuatur habito & ambito, hoc intendit cum glossa.*

Capitulum. i.

Non



**N**on liceat episcopo de ciuitate sua transire ad aliam. Manifesta est enim causa, pro qua facere hoc adtentat. Cum nullus sit inuentus episcopus, qui ad minorem de maiori ciuitate transfret.

Leo quartus.

*Depositor cardinalis, qui in suo titulo non residet, hoc dicit. Et est iste textus multum notabilis.*

Capitulum. ii.

**E**x gestis: & infra. In synodo Anastasius presbyter cardinalis. beati Marcelli ab omnibus canonicis est depositus. Eo, quod parochiam suam per annos quinque, contra canonum instituta deseruit, & in alienis vsque hodie demoratur.

Ex concilio Lateranen.

*Vni plures dignitates, vel ecclesia conferri non debent, & ecclesia est conferenda illi, qui residere & regere valeat per seipsum, alias perdit ecclesiam, & donans conferendi potestate priuatur.*

Capitulum. iiii.

**Q**uia nonnulli modum auaricie non ponentes dignitates diuersas ecclesiasticas & plures ecclesias parochiales, contra sacrorum canonum instituta nituntur accipere, vt cum vnum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vindicent plurimorum: ne id decetero fiat, districtius inhiabemus. Cum igitur ecclesia vel ecclesiasticum ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona queratur, quæ residere in loco, & curam eius per seipsum valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit: & qui receperit, quod contra sacros canones accepit, amittat: & qui de derit, largiendi potestate priuetur.

Alexander. iij. Eboracen. archiepiscopo.

*Præsentatus ad ecclesiam non confirmatus, si apparet, quod non licet residere, non debet institui per superiorem: confirmatus autem & ex non iusta causa non residens, priuatur adpellatione remota.*

Capitulum. iiii.

**R**elatum est nobis, quod cum in Lateranen. concilio statutum sit vt personæ tali ecclesia vel beneficium ecclesiasticum conferatur, quæ residere in loco, & curam eius per se valeat exercere, nonnulli ad ecclesias præsentati hoc se posse affirmant, sed efficere contradicunt: & infra. Cum igitur verba accipienda sint cum effectu, tales si præsentati fuerint, non debent admitti, & admissi poterunt amoueri: nisi forte de licentia suorum prelatorum, vel studio literarum, vel pro aliis honestis causis contigerit eos abesse, nec parrocinari debet eis adpellationis diffugium, si contra huiusmodi intentionem decreti fuerit intericium.\*

Idem.

Breue

\* vide. l. si qua pena. cum concord. ff. de verb. signifi.

Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. iij.

Breue est, nec potest breuius summari. Capitulum. v.

**F**raternitati tuæ: & infra. Præterea clericum alterius diocesis absque commendaticijs literis sui episcopi non debet recipere, nisi pro eo receperis ab apo. sede mandatum.

Idem.

*Qui non residet in beneficio etiam modica asimationis, illo priuatur.*

Capitulum. vi.

**C**onquerente nobis R. presbytero accepimus, quod G. clericus ab eo pro ecclesia sua, de qua vitæ necessaria vix potest percipere, annuatim. xx. solidos extorquere conatur, adferens beneficium istud in eadem ecclesia sibi fuisse collatum: & infra. Frat. t. mandamus, quatenus si tibi cõsulerit, quod dictus G. habeat ecclesiastica beneficia sibi sufficientia, vel quod eidem ecclesiæ non deseruiat: sibi super præscripto beneficio silentium (sublato impedimento adpellationis) imponas.

Idem.

*Qui est in seruitio episcopi, percipit fructus beneficii tanquam residens, præter distributiones quotidianas.* Abbas. Cap. viii.

**D**ecreto: & infra. Statuimus ne canonici, donec in seruitio tuo fuerint, quicquam subtrahi debeat vel auferri, quod de communitatis sibi beneficio debetur: Nisi forte sint victualia, quæ non consueuerunt absentibus exhiberi.

Celestinus tertius.

*Priuandus est prelatus vel clericus non residens, qui citatus non reuertitur in termino sibi præfixo, nisi habeat iustum impedimentum. h. d. cum duobus sequentibus.* Capitulum. viii.

**E**x parte vestra nostro fuit apostolatus reseratum, quod ecclesie vestre decanus, qui in partibus Gallicanis sibi potius habitationem elegit, iam per decem annorum spacium ecclesia vestra ipsius presentiam habere nequiuit. Quia ergo nolumus, ut eadem ecclesia decani officio defrauderetur, mandamus, quatenus scribatis eidem, quod suum ibidem officium, ut decanus debeat exercere. Quod si vocatus, venire noluerit, eligendi alium, qui præsit ecclesiæ vestre valeat & prodesse, vobis ex tunc concedimus liberam facultatem.

Innocentius. iij. ca. Ragusino.

*Summatum est in capitulo procedenti.* Capitulum. ix.

**Q**ualiter archiepiscopus vester temeritate propria recessit ab ecclesia Ragusinensi, nec iam ultra quadriennium expectatus redierit per literas etiam vestras reuocatus: & infra. Discret. v. mandamus, quatenus (nisi forsitan iam redierit) vos post mensem à receptione presentium, personam

vobis

De clericis non residentibus &c. 198

vobis idoneam in archiepiscopum eligatis.

Idem Constan. patriarcha.

*Summa ut in capitulo, ex parte supra eodem.* Capitulum. x.

**N**ec quatuor animalia: & infra. De clericis, qui ecclesias vel prebendas sibi concessas, sine iusta & necessaria causa defecerunt, tuo præsertim non accedente consensu, hoc tibi diximus respondendum, quod postquam congruo Tempore fuerint expectati, nisi redierint ad illas, possunt eis iuste priuari, dummodo non sint iusto impedimento detenti.

Idem archiepiscopo Panoormitano.

*Si nescitur ubi sit clericus, tribus publicis edictis citabitur in ecclesia sua: & si intra sex menses non reuerit, priuabitur ecclesia sua. hoc dicit. vsque ad versu contra eos.* Capitulum. xi.

**E**x tunc deuotionis: & infra. In ecclesiis eorum, qui se fraudulenter absentant, nec ad quos valet citatio peruenire, tunc citationis edictum facias publicari: & si nec sic curauerint obedire, & ultra sex menses, suas deseruerint ecclesias, iuxta sanctiones canonicas, eis debent merito spoliari.

*Iste vers. non summatur propter varietatem lecturarum, & quia prefatum nunc intellectum non facit ad rubricam.*

Contra eos etiam procedatur, ut ipsos per suspensionis & excommunicationis sententiam ad tuam obedientiam venire compellas. Quod si nec sic eorum malicia poterit molliori, eos B. ti. sanctæ Susannæ presbyter cardin. apo. sed. leg. à spiritualium administratione remoueat, & quibus præsent ecclesiis, de personis idoneis faciat provideri, sed in eos degradationis sententiam non promulget, ut cum eis misericorditer (si expediat) facilius agi possit.

Idem Alrihsiodorensi episcopo.

*Prislegiatus ut absens in studio fructus prebende recipiat. Existens in villa vel castello, ubi nullum est, vel minus competens studium, priuilegio non utitur.* Capitulum. xii.

**T**uæ fraternitatis discretio postulauit, & infra. Quæsiuisti gratia est indultum, ut in absentia sua fructus percipiant prebendarum suarum, accepta licentia se ad villas transferunt vel castella, in quibus nullum est vel minus competens exercitium studiorum: verum prebendarum suarum fructus sint talibus concedere: Ad quod bre. rñ. eis qui huiusmodi fraudem committunt (cum fraus & dolus nemini debeat patrociniario impartiri) prefatum indulgentiam competere non debere.

Honorius. iij. præposito de Valeris.

Qui

quis  
breuiter  
an bono  
us re  
habent  
vobis  
21. 7. 2.

leg. 5. h. 9. p. l.  
\* vide. l. ubi dicit  
barres meo  
ff. de con-  
di. & de  
mon. & l. vii. et ad su  
in fran-  
dem. ff. de  
iure fisci.



Decretaliū Gregorij Lib.iii. Tit.iii.

*Qui inuit in ecclesia residere, pro seruitiis ecclesia licite absentat.* *Capitulum.xiii.*

**E**X parte tua fuit propositum, quod tempore, quo recepisti præposituram de Valeris, præstitisti de facienda residentia iuramentum: & infra. Postulationi. r. r. quod si te non absentando in fraudem, præposituræ tuæ iura fideliter profeceris, cum ex hoc censeris debeas residens, peritium non incurris.

Idem capitulo Meten.

*Familiaris papa (non obstante constitutione contraria) præbenda suæ fructus percipit in absentia.* *Capitulum.xiii.*

**C**um dilectus filius magister Otto, & infra. Mandamus, quatenus non obstante constitutione, quæ contra absentes canonicos inter vos dicitur manasse, fructus præbendæ suæ adsignetis eidem, in nostro seruitio commoranti: Cum familiares nostri, qui circa nos se obsequiales exhibent vniuersis, \* minori non debeant prærogatiua gaudere, quam vestri singuli, quorum negocia per seipios sæpius promouentur.

Idem Melden. episcopo.

*Duo canonici absentes cum episcopo, seu in eius seruitio, fructus præbendarum suarum percipiunt in absentia, constitutione ecclesia contraria non obstante.* *Capitulum.xv.*

**A**udientiam nostram peruenit, quod cum in Melden. ecclesia quædam sit constitutio vallata iuramento, & auctoritate sed. apo. confirmata: vt canonici, qui nõ residet in eadem, suarum priuenter fructibus præbendarum, illis exceptis, quos infirmitas excusaret, siue in apostolicæ sedis seruitio coningeret detineri. & infra. Decernimus, vt duo ex canonicis ecclesiæ memoratæ, in tuo seruitio existentes, suarum fructus integre percipiant præbendarum: cum absentes dici non debeant, sed præsentis, qui tecum pro tuo & ipsius ecclesiæ seruitio commorantur.

Gregorius. ix. patriarchæ Antiochiæ aposto. sed. legato, *Si ecclesia patitur ministrorum defectum, priuilegiati super absentia per subtractionem prouentuum redire coguntur. hoc dicit. Et est bonus textus, & potest multum praticari.* *Cap. xvi.*

**C**um ad hoc sint ecclesiastica beneficia deputata: & infra. Sane nobis innotuit, quod ecclesia Antiochena multis ex leuitioribus eius absentibus esse se re destituta ministris.

Vnde mandamus, quatenus non obstantibus apostolicis indulgentiis, \* & prædecessorum tuorum licentiâ, absentes canonicos & alios reuoces ad residendum in ecclesia supradicta: & si non

De præbendis & dignitatibus. 199

& si non venerint, tu de ipsorum beneficiis, dum absentes fuerint, ipsi ecclesiæ facias congrue deserui, in vtilitatem eiusdem, quod ex præfatis beneficiis super fuerit conuertendo.

Idem.

*Privatur beneficio clericus non residens, si monitus non redeat, nec iustam excusationem alleget. hoc dicit, & est casus notabilis.*

*Capitulum. xvii.*

**C**lericos in ecclesiis tuæ iurisdictionis beneficia, quæ residentiam exigunt adsecutos, si ad alterius dioccesim absque licentiâ tua morandi causa transferint, liceat tibi, si moniti non redierint, dictis beneficiis (nisi excusationem rationabilè ostenderint) spoliare.

De præbendis & dignitatibus. Tit. v.

Ex concilio Pistauicn.

*In bonis ecclesiæ non succeditur iure consanguinitatis.* *Cap. i.*

**N**ullus de clero siue populo ecclesiastica bona iure consanguinitatis sibi requirat habenda.

In corpore canonum.

*Non licet episcopo aliquem ordinare sine titulo.*

*Capitulum. ii.*

**N**on liceat vlli episcopo ordinare clericos, & eis nullas alimonias præstare: sed duorum alterum eligat, vel non faciat clericos, vel si fecerit, det illis vnde viuere possint.

Gregorius Anth. subdiacono.

*Bona ecclesiarum communia sunt, nec debet quisquam tanquæ propria vindicare.* *Capitulum. iii.*

**R**atio nulla permittit, vt quod pro communi vtilitate datum esse cognoscitur, propriis cuiusquam vibus adplicetur. \*

Alexander. iii. in concil. Lateran.

*Qui ordinavit aliquem ad sacros ordines sine titulo non habet. actio. S. Labeo. ff. pro so. & titulum fuerit consecutus.* *Capitulum. iiii. l. i. ff. solu. matr.*

**E**piscopus si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vltimè percipiat, in diaconum vel presbyterum ordinauerit: tantum ei necessaria subministret, donec in aliqua ecclesia ei conuenientia stipendia militiæ clericali adsignet. Nisi talis ordinatus de sua paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere.

Idem in eodem.

Non

\* vide. l. sed & reprobari.

S. pe. per Bal. ff. de excu. tuto.

ofo +

ofo + \* vide. l. ii. p. Bal. ff. ne quid in loc. publi.

Non debent episcopi permittere quos plures ecclesias obtinere.  
Capitulum. v.

**Q**uia in tantum quorundam processit ambitio, ut non duas vel tres, sed plures ecclesias prohibeantur habere, cum nec duabus possint debitam provisionem impedire. Per fratres & coepiscopos nostros hoc emendari precipimus, & de multitudine prabendarum canonibus inimica, quae dissolutionis materiam & euagationis inducit, certumque continet periculum animarum, eorum, qui ecclesiis deseruire valeant, indigentiam volumus subleuari.

Idem.

Ad mandatum papae non tenetur quis providere illi, qui beneficium in literis tacuit, vel cui sine scandalo provideri non potest. h. d. Et in vet. est iste textus sempermenti tenendus. Cap. vi.

**C**um teneamur: & infra. Si mandatum nostrum proaliquius provisione receperis, qui aliud beneficium habet, de quo valeat commodè sustentari: \* nisi forte in literis ipsis de hoc mentio habeatur: aut si non potest ei sine scandalo provideri: quamvis sustinemus, si pro eo mandatum nostrum non duxeris exequendum.

Idem.

Abens plures ecclesias, alteram eligere & alteram dimittere compellitur.

Capitulum. vii.

**R**efrente I. presbytero accepimus, quod cum duas haberet ecclesias, archidia. tuus ipsum altera spoliavit: & eundem presbytero G. nomine assignavit eandem. praedictus autem I. sentiens se in hac parte gravari, ad metropolitanum, videlicet Roman. archiepiscopum appellavit. Cumque de mandato eiusdem archiepiscopi in praedicta ecclesia restitutus fuisset, praefatus archidiaconus eundem I. pro eo, quod ad praesentiam suam vocatus venire contempsit, vinculo excommunicationis astringit. Nos autem ipsum a sententia, quatenebatur, facientes absolvi, tibi mandamus, quatenus praescripto I. de praedictis ecclesiis vna quam maluerit, relicta, altera praefato G. si ecclesiam non habet, non differas assignare. alioquin ipsam alteri personae idoneae beneficio ecclesiastico carcuncunctauer assignes.

Idem in concilio Turonensi.

Prabende & dignitates non debent dividi, nec etiam permittari.

Capitulum. viii.

**M**aioribus ecclesiae beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis videtur, ut minorum clericorum prabenda patiatur sectionem. Idcirco ut sicut in magnis, ita

ita quoque in minimis membris suis firmatam ecclesia habeat unitatem, \* divisione prabendarum, aut dignitatum permutationem fieri prohibemus.

\* Vide. l. cui pacto p. Bart. ff. de servis expor.

Idem Cantua. archiepiscopo.

Receptus in canonicum ex promissione capituli, debet quando facultas se obtulerit habere prabendam. vide capi. ii. de concess. prabend. in vi. cum gloss.

Capitulum. ix.

**R**equam magister I. in ecclesia tua canonicus est institutus, & a te habuit in promissis de conferenda sibi prima prabenda, cum in ecclesia ipsa vacaret, ut debeat prabenda integritate gaudere: mandamus, quatenus si idem I. in ecclesia tua est canonicè institutus, & in choro & capitulo & aliis, quorum usus est communis, potestatem sicut canonicus habet: ei prabenda si cõnuc vacat, vel cum ibi primò vacaverit, secundum promissionem tuam concedas liberaliter & assignes: quia non est congruum, ut prabenda careat, qui in canonicum noscitur esse receptus.

Idem canonicis regularibus, & monachis Eboracens. diocesis. Religiosi redditus ecclesiarum suarum deminueri non possunt respectu portionis, quae debetur rectoribus seu vicariis, nec parochias dividere.

Capitulum. x.

**A**varitia, quae est idolorum servitus: & infra. Intelleximus, quod in ecclesiis vestris, de quibus certas pensiones conluevitis percipere, portiones, vel antiquos redditus minoralis, quos nonnulli clerici ecclesiarum ipsarum olim habuisse noscuntur: & infra. Ideoque mandamus, quatenus, si quae portiones vel antiquos redditus clericorum sine consensu archiepiscopi vestri minuere, vel parochias dividere praesumpseritis, ad integritatem pristinam revocetis.

Ephes. 5. Coloss. 3.

Idem preposito & capitulo Insul.

Possunt prelati & capitulum prabenda vacanti honestum onus imponere, ad quod prabendarius tenetur. Capitulum. xi.

**S**ignificatum est nobis, quod cuidam sacerdoti prabendam vnam in ecclesia vestra communi voluntate de distis, ita quod missam de sancta Maria (nisi corporis infirmitate gravatus sit) debeat quotidie celebrare; & ecclesiam vestram non nisi communi tam praepositi, quam capituli assensu possit dimittere; vel cuiquam prabenda illius anniversarium delegare. Quam siquidem institutionem eatenus confirmamus, ut praedictus sacerdos, nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, aliquid debeat obsequium suum impendere ecclesiae memoratae, & quanto frequentius potest (salva honestate sua; & debita devotione) missam

Handwritten notes in the left margin, including "ad hoc", "de hoc", "et infra", "et in vet.", "et in concilio", "et in concilio", "et in concilio".

ne) missarum solennia celebrare: nec sibi liceat hoc illi subtrahere: siue causa voluptatis, siue se ad aliam ecclesiam transfereudo.

Idem Vigoriē. archiepiscopo.

Ad presentationem religiosorum in eorum ecclesiis, nulla debet institui per episcopum, nisi prius ei congrua portio redditū assignetur.

Capitulum. xii.

**D**E monachis, qui vicarios parochialium ecclesiarū grauat, vt hospitalitatem tenere non possint, eam prouidentia habeas, quod ad presentationem monachorum nullum recipias, nisi tantum ei de prouentibus ecclesie coram te fuerit assignatum, vnde iura episcopalia possit perfoluere, & congrua sustentationem habere.

Idem Salernitano archiepiscopo.

Plures dignitates vel personatus in vna vel in diuersis ecclesiis quis habere non potest.

Capitulum. xiii.

**A**D hæc licet: & infra. Illud est omnirationi contrarium, vt vnus clericus in vna vel diuersis ecclesiis, plures dignitates vel personatus obtineat. Cum singula officia in ecclesiis assiduitatem exigant personarum.\*

Idem Burdegalē. archiepiscopo.

Habens plures dignitates, alteram dimittere compellitur.

Capitulum. xiiii.

\* vide. l. f. p. Bald. C. de iudic. vi. c. l.

his. C. de reuocā. do.

**P**Rætere de G. qui in tua & Tolosana ecclesia est archidiaconus constitutus, & in vtraque ecclesia regulariter professus: Mandamus, quatenus eundem altero, quem maluerit, archidiaconatu facias esse contentum.

Idem Cantua. archiepiscopo.

Si electus ad secundam ecclesiam, noluerit dimittere primam, eligentes possunt resiliere, & electum non acceptare.

Cap. xv.

**C**um vnus ignoret, quod vna ecclesia vnus debeat esse clericus: & infra. Cum igitur nuncius presbyteri, qui in duabus ecclesiis locum habere contendit, & quidam clerici alterius ecclesie ad nostram presentiam accesserint, contra eum: nos attendentes non esse conueniens, vt idem presbyter locum habeat in duabus ecclesiis: mandamus, quatenus ipsum beneficium quod habet, facias manere contentum. Quod si forte archipresbyter & clerici alterius ecclesie in eum consenserint, eis nunc dissentientibus, cum ipsorum scandalo non debet locum in ipsa ecclesia querere vel habere.

Innocentius. iij. Zamoren. episcopo.

Ordinato ad sacros per episcopum sine titulo, nemine presentante

tante ordinator vel successor compellitur in necessariis provide, donec titulum habuerit.

Capitulum. xvi.

1. Cor. 9.

**C**um secundum apostolum, qui altario seruit, viuere debeat de altari: & qui ad onus eligitur, repelli non debet à mercede: patet à simili, vt clerici viuere debeant de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio deputantur: vt ipsa nominatio persuadet. Cum enim à clericos, quod est fors vel hereditas, clerici adpellentur: quia in sui ordinatione, vel adsumuntur in hereditatem domini, vel adsequuntur hereditatem in ipso, vt vere possint pallere cum propheta, dicente: Dominus pars hereditatis meæ: dignū est vt ecclesie stipendiis sustentetur, in qua & per quam diuinis obsequiis adscribuntur. Licet autē prædecessores nostri ordinationes eorum, qui sine certo titulo promouentur, in iniuriam ordinationum irritas esse voluerint & inanes: nos tamen benignius agere cupientes, \* tādū per ordinatorum vel successorum eorum prouideri volumus ordinatis, donec per eos ecclesiastica beneficia consequantur.

Psal. 115.

\* vide. l. cū in testamento ff. de re iud. c. l. quoniam. co. ti.

Inde est quod cum G. lator presentium à prædecessore tuo fuerit ad subdiaconatum nullo presentante promotus: mandamus, quatenus si cum hi, quibus examinationem ipsius duximus committendā, te citato legitime, vt per te ipsum vel idoneum responsalem interis, & tam super idoneitate personæ, quam etiam super quantitate ac qualitate beneficii proponere tibi liceat quicquid rationabiliter duxeris proponendum, idoneum esse repererint, tandiu ei vitæ necessaria congruè subministres, donec per te in Zamoren. ecclesia, vel alia fuerit competens beneficium ecclesiasticum adsecutus: sciturus pro certo, quod si per examinationem eorum fueris repertus idoneus, & tu ei iuxta mandatum nostrum neglexeris provide, cum hoc nobis per literas eorum innotuerit, ad id exequendum, te per dictam ecclesiam compellemus.

Idem archiepiscopo Senonen.

Qui hoc ignoranti scienter contulit præbendam, quam non potuit, illa euicta aliam, quam potest, conferre tenetur, hoc dicit. & est singularis dispositio.

Capitulum. xvii.

**I**nter cætera: & infra. Facta resignatione à G. quondā canonico Laudunē. de præbenda eiusdem ecclesie, quæ per commutationem præbendarum H. tunc Siclunē. canonico auctoritate apostolica assignari debebat, magister P. per Laudunē. episcopum de præbenda fuit inuestitus eadem. Super quod cum inter magistrum ipsum & dictum H. controuersia suborta fuisset, per C. papā prædecess. no. omnia retractata fuerunt: & infra.

& infra. Supradicto episcopo dedimus in præceptis, vt de- nec idem magister in eadem ecclesia fuerit præbendale bene- ficium adsecutus, nulli alij præbendā assignare præsumat. quod si fortè præsumpserit, id irritum decernimus & inane. decerne- nim, vt quia præbendam ei, quam de iure non potuit assigna- uit, eam, quam de iure potest assignet, ne præbendam illi frau- dulenter visus sit assignasse.

Idem episcopo & cantori Tornacensi.

*Cassatur electio illius, qui possidet plures dignitates atque præ- bendas: & idem si detinetur aliquo vitio hic scripto. Cap. xviii.*

**C**um iam dudum: & infra. Veram quoniam ab R. Siclu- nca. canonico, l. de Bythinia quādā obiecta fuere, multi- tudo videlicet tam dignitatum, quāam etiam præbendarum, \* ambitionis & auaritiæ vitium: cui nondum sine imponens, con- tra definitionis nostræ tenorem, & Lateranen. concilij statuta, ad obtinendam præposituram Sicluncā. se ingerit & ingessit, & quod dic intrusionis suæ ante confirmationem præsumpserit ministrare, sicut & post confirmationem cassatam. Man- damus, quatenus si inueneritis prædictum l. habere plures alias dignitates atque præbendas: aut aliquid aliud præmissorum quod ad cassationem eius sufficiat, inueneritis esse verū: eis su- per iam dicta præpositura silentium imponatis, ab impetitione ipsius Siclunca. ecclesiæ absoluentes. Cum multa per- patientiam tolerantur: quæ si deducta fuerint in iudicium, exigē- te iustitia non debeant tolerari. \*

\* vide. l. j. s. pe. ff. de testi. de his, qui not. infra.

Idem archiepiscopo, & archid. Senonensi.

*Recepto in canonicum, quā cito facultas se obtulerit, debetur præbenda: & interim habeat quotidianas distributiones. Cap. xix.*

**D**ilectus filius T. canonicus Linconien. proposuit, quod cū de mandato C. papæ præ. no. Linconien. episcopus quam- dam præbendam assignauit eidem in ecclesia Linconien. quā capitulum ipsum ad eandem recipere contemnebat. & infra. Ad instantiam Remen. archiepiscopi, tunc episcopi Præ- stinen. apo. se. le. & autoritate illius, talis inter eum & episcopum & canonicos Linconien. compositio intercessit, q̄ ipso ab eis recepto in canonicū, & concessio sibi stalli in choro, & par- ticipatione qualibet diuinorum, idem fructus præbendæ per- cipere non deberet, nisi loco proximo vacatura. & infra. Cū ergo dictum T. in canonicum recipi, canonicis non obuiet, in- stituitis, & vacatura expectare præbendam Lateranen. concil- io nō sit dubium obuiare, nos facto eiusdem legati illicito re- probato, quod est licitum adprobantes: \* quia videtur indi- gnum,

num, vt receptus in canonicum præbendæ beneficio defrau- detur: mandamus, quatenus dictos episcopum & canonicos, vt ei præbendam (cum se facultas obtulerit) non differant assi- gnare, adpel. postposita compellatis. Facientes eidem por- tiones quotidianas, quæ sunt in ecclesia memorata sine demin- uatione qualibet assignari.

Idem episcopo Brixieni.

*Non tenet electio cum ad vnam præbendam duo simpliciter e- liguntur. Capitulum. xx.*

**T**rafraternitatis deuotio. & infra. Cum sæpe contin- gat q̄ ad vnam præbendam duo clerici propter importu- nitatem potentium eligantur. \* Nos adtendentes, q̄ si duo vnam præbendam tenerent, illud esset contra concilij Turo- nen. quod præbendam prohibet sectionē: & si vnus illorum ipsam obtineret præbendā, sub expectatione alius cōtra Lare- ranen. concilij statuta remaneret. Inquisi. t. r. q̄ talis electio de rigore iuris penitus est cassanda. Idem.

\* alia adde, in- terdum.

*Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittat in iudice, potuit iudex alterum confirmare, & alteri pro bono pacis de pro- uentibus provisionem facere. Ista est pulcherrima dispositio, & in toto corpore iuris non habes consimilem. Capitulum. xxi.*

**N**isi essent viri prouidi & honesti, tam qui ordinationem fecerunt, quāam illi, circa quos est facta ordinatio, in eccle- sia vestra super negotio prioratus, ordinationem illam valde suspectam propter exempli perniciem haberemus. Quod ergo post concertationem diuinam ordinatum est circa vnum de duobus electis, vt ipse habeat prioratū, hoc ex iurisdictione delegata secundum iustitiam videtur esse statutum. quod autē ordinatum est circa reliquum, vt ipse viginti libras de redditib⁹ capituli, & quadraginta de prouentibus prioratus percipiat annuatim: hoc secundum prouidentiam intelligitur esse præce- ptum ex arbitraria potestate, cum in delegatos fuerit cōpro- missum, qui autoritatem sibi retinendo commissam, se pro bo- no pacis & vtilitatis hoc ordinasse fatentur. Quia igitur hæc ordinatio ab omnibus est recepta, possuntq̄, licite prior & ca- pitulum de peruentibus suis propter causas prædictas, nō quidem ex pactione partium, sed ex iurisdictione iudicum prouisione huiusmodi exhibere: nos eam hoc adhibito moderamine tole- ramus, vt ad præstationem quadraginta librarum non dignitas prioratus, sed persona prioris maneat onerata: ne forte circa prouentus aliqua videatur facta sectio ad præstationem quadra- ginta

ginta librarum minime teneatur.

Idem Vaden. episcopo, & abba. Vatiā.

*Canonici priuilegiati a papa super certo numero, si sponte receperunt aliquem supra numerum, contra impetrantes a papa exceptione numeri vti non possunt.*

*Capitulum. xxii.*

**P**Ro illorum prouisione. & infra. Burdegalen. archiepiscopo mandauimus, vt magistro P. in aliqua ecclesiarum suarum, vbi ei expedire cognosceret, competens faceret beneficium assignari, contradictores ecclesia. distictione compescens: qui decano & capitulo Xantonen. auctoritate nostra mandauit, vt ipsum admitterent in canonicum & in fratrem. Cumque iidem reluctaretur canonici, ac indulgentiam de quadragenario canonicorum numero ei obponerent: quia archiepiscopus cognouit illos in elusionem mandati nostri indulgentia concessa eis irruenter abuti, predictum magistrum de prebenda & canonica Xantonen. ecclesie inuestiuit, contradictores vinculo excommunicationis adstringens. & infra. Quia vero quod per dictum archiepiscopum de memorato magistro auctoritate nostra prouide factum est, firmitatem volumus obtinere: mandamus, quatenus si vobis confiterit predictos canonicos indulgentiam, quam habet de certo canonicorum numero, non seruasse, & aliquem vltra constitutum numerum in canonicum auctoritate propria recepisse: cum nobis legem imponere nos debeant, quam ipsi negligunt obseruare, latam in ipsos excommunicationis sententiam a predicto archiepiscopo tamdiu denunciatis sublato adpellationis obstaculo seruandam, donec saepe dictum magistrum recipiant in canonicum, & ea, quae ad canonicatum pertinent: cum stallis chori & loco capituli ei studeant assignare.

Idem Bisuntinen. archiepiscopo.

*Non beneficiatus habens sufficiens patrimonium, ad sacros legitime promouetur.*

*Capitulum. xxiii.*

**T**Vis quaestionibus respondemus, quod clericis in minoribus ordinibus constitutos de patrimonialibus bonis habentes, vnde possint congrue sustentari, & si nondum fuerint beneficium ecclesiasticum adsecuti. Dummodo aliud canonicum non obstat, ad superiores poteris ordines promoueri.

Idem episcopo Zamoren.

*Absenti potest conferri beneficium alio mediante, nec refert vtrum absens inuestiatur per personam mediam, vel persona media inuestiatur pro absente. h. d. coniungendo vtrumque intellectum.*

*Est et casus nos. & quoti die practicitur.*

*Capitulum. xxiiii.*

Acc-

**A**ccedens ad apostolicam sedem. & infra. Inquisitioni. c. r. r. quod clericus absens per alium vel alius magis, pro ipso poterit de beneficio ecclesiastico inuestiri. \*

\* Vide. l.

qui mihi

donatu p

Bar. ff. de

dona.

Idem Treceñ. episcopo.

*Si ad vnum canonicatum & prebendam duo sunt recepti simpliciter, receptio non tenet, etiam interueniente apostolica auctoritate. hoc dicit, & est notabile cap. quare tene semper menti. & nota ipsum.*

*Capitulum. xxv.*

**D**ilecto filio P. sanctae Prudentianae presbytero cardinali cellerario Treceñ. & R. procuratori tuo auditore coecef: so, idem cellerarius proposuit coram eo, quod cum in manibus Remen. archiepiscopi tunc apo. se. le. intendētis prouidere nepoti suo in Treceñ. ecclesia prebendam, quam ibi obtinebat liberaliter resignauit, dictus legatus praefatum G. & eundem cellerarium in canonicos Treceñ. instituit, & ambobus idem capitulum Treceñ. stallum in choro, & locum in capitulo, & idem archiepiscopus supra dictae prebendae fructus diuidendos communiter assignarunt, donec idem G. integrum esset prebendale stipendium adsecutus: & infra. Quorum receptionem procurator generalis praed. tui in partibus Constantinopolitanis tunc agentis postmodum adprobauit. Dictus quoque cellerarius lectionem & euangelium in hebdomada sua legisse dignoscitur, & tam decani quam episcopi electioni & aliorum negotiorum tractatibus sicut canonicus Treceñ. interfuit, & domum quandam per capitulum memoratum obtinuit, quae non nisi canonico consueuerat assignari: tunc cum ad eandem accessisset ecclesiam consecratus, cum cum canonicis aliis ad osculum recepisti, cum tunc non nisi canonici ad osculum admittantur: & eidem super praedictis non mouisti per biennium quaestionem, propter quod petiit, vt te ab ipso super hoc molestatione indebita coepescere dignaremur: & infra. Procurator tuus proposuit ex aduerso, quod ad vnicum ius spirituale, quod vacabat ibidem, in simul duos canonicos instituere: praedicto legato non licuit. nam si duo vnicam prebendam haberent, id esset contra Turonen. concilium, quod prebendarum inhibet sectionem. Si vero duobus receptis vni tantum prebenda daretur, sub expectatione alius contra Lateranen. concilium remaneret. Praeterea licet in ecclesia, in qua non est certus numerus prebendarum, nulla etiam vacante in canonicum quis possit adsumi, cum intelligatur ad quoddam ius eligi, quod ex electorum ad sensu de nouo creatur, & cum electo in canonicum nascitur, & definit: cum defuncto in ecclesia tamen, quae

determinatum habet numerum præbendarum, vno individuo iure vacante, duo simul eligi non possunt ad illud, eo quod huiusmodi spirituale ius diuidi seu comunicari nequeat inter eos, quanquam interdum hi, ad quos spectat electio, de communi assensu augmentare valeant numerum præbendarum quoddam ius spirituale de nouo creando, nisi forte statutum aliquod obuiaret, quod esset iuramento firmatum, vel cui se. apo. confirmatio accessisset, huiusmodi clausula prohibitionis adiecta, ut si quicquam contra id fieret, non valeret: propter quod institutionem præfatam nullam fuisse dictus adseruit procurator, cum in Trecent. ecclesia certus sit præbendarum numerus, quæ capitulum vel legatus augmentare minime intendebat, velius aliquid de nouo creare. Vnde dictum cellerarium ad restitutionem eorum, qua ratione prædictæ institutionis tenebat, sententialiter duximus condempnandum, ei super præbenda ipsa vel eius parte silentium imponentes: Ita quod per hoc prædicto G. nullum præiudicium generetur: cum res inter alios acta, regulariter aliis non obstat.

Idem.

*De vna præbenda vacante, possunt fieri dnc. si eius suppetant facultates, alias diuidens integrare tenetur. Capitulum. xxvi.*

**V**acante quadam præbenda in ecclesia tua, duas ex ea constituens, ad illas de consensu capituli tui duos canonicos adimplisti: quorum altero viâ vniuersæ carnis ingresso, præbendam, quam defunctus habuerat, quidam clericus nomine Hippolytus tui autoritate se. apo. adsecutus. Verum cum idem Hippolytus te super integritate præbendæ, per quasdam nostras literas inquireret, & alius idem ius aduersus te, se habere proponat, quid facere debeas requisisti. Super quo sic duximus respondendum, quod cum Turonen. statuta concilii electionem inhibeat præbendam, teneris vtrique de his, quæ vacare contigerit, integrare præbendam, nisi rationabili causa de vacante præbenda supradicta dux fuerint constituta, ac tot sunt vtriusque prouentus, quod per vtramque sit vtrique prouisum in beneficio competentis.

Idem Vercellen. episcopo.

*Si papa mandat capitulo, ut aliquem in canonicum recipiant, & præbendam (si qua vacat) conferant, si de mandato scientes alii conferunt, coguntur primum recipere, & de redditibus ecclesie loco beneficii prouidere, donec præbendâ habeat. Capitulum. xxvii.*

**D**ilectus filius G. clericus nobis exposuit conquerendo, quod cum pro eo ad Nouariens. capitulum mandatum apostolicum misissemus,

misissemus, ut cum in canonicum reciperet & in fratrem præbendam (si qua tunc vacabat) conferentes eidem: & infra. Fraternalitati tuæ mandamus, quatenus si tibi constiterit, quod in Nouariens. ecclesia præbenda vacaret tempore quo eisdem ecclesie canonici nostras literas receperunt: cum eam alij in elusiuem mandati nostri duxerint conferendam, eundem clericum si non habet sufficientes beneficium ecclesiasticum, in canonicum recipi facias, & sibi de redditibus ecclesie singulis annis assignari prouentus, donec ei sit in beneficio præbendali prouisum.

Idem in concilio generali.

*Habens personatum, vel beneficium curatum, si secundo tale receperit, vacat primum: quod si retinere contenderit, etiâ secundo priuabitur. hoc primo. Et is, ad quem spectat beneficii curati collatio, licet conferat statim cum institutus aliud receperit: & si intra sex menses non conferat, deuoluitur ad alium collatio. & aliter puniuntur. hoc secundo. Cum sublimibus vero & literatis personis circa pluralitatem beneficiorum incompatibilium solus papa dispensat. hoc tertio. Hoc dicit istud cap. vtile & famosum. Cap. xxviii.*

**D**E multa prouidentia fuit in Lateranen. concilio prohibitum, ut nullus diuersas dignitates ecclesiasticas, vel plures ecclesias parochiales recipere contra sacrorum canonum instituta, alioquin recipiens sic acceptum amitteret, & largiendi potestate conferens priuaretur. Quia vero propter præsumptiones & quorundam cupiditates, nullus hactenus aut rarus de prædicto statuto fructus prouenit: nos euidentius & expressius occurrere cupientes, Præsenti decreto statuimus, ut quicquid receperit aliquod beneficium curam habens animarum adnexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso iure priuatus: & si forte illud retinere contenderit, etiam alio spoliatur. Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius liberè conferat, cui merito viderit conferendum: & si ultra sex menses conferre distulerit, non solum ad alios secundum Lateranen. concilij statutum eius collatio deuoluatur, verum etiam tantum de suis cogatur prouentibus in utilitatem ecclesie, cuius est illud beneficium assignare, quantum à tempore vacationis ipsius constiterit esse perceptum. Hoc idem in personatibus esse decernimus \* obseruandum: addentes ut in eadem ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere presumat, etiam si curam non habeant animarum. Circa sublimes tamen & literatis personas, quæ maioribus beneficiis sunt honorandæ: cum ratio postulauerit,

\* al. idem in ecclesiis decernimus.

per sedem apostolicam poterit dispensari.

Idem in eodem.

Concilium prouinciale à benefactorum collatione suspendit eos, qui post secundam correptionem indignis beneficia conferunt: prouidet etiam quis interim beneficia conferat, & illam suspensionem relaxat solus papa, vel solus patriarcha. Cap. xxxi.

**G**raue nimis est & absurdum, quòd quidam ecclesiarū prælati, cum possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promouere: adsumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum sciētia suffragatur, carnalitatē sequentes adfectum, non iudicium rationis: unde quanta ecclesiis damna proueniant, nemo fanē mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus, vt prætermisissis indignis, idoneos adsumant, qui deo & ecclesiis velint & valeant gratum impendere famulatum. fiatq; de hoc in prouinciali concilio diligens inquisitio annuatim: ita, vt qui post primam & secundam correptionem fuerit repertus culpabilis\*, à beneficiis conferendis per ipsum concilium suspēdatur, instituta in eodem concilio persona prouida & honesta, quæ suspensum suppleat defectum in beneficiis conferendis. Et hoc ipsum circa capitula, quæ in his deliquerint, obseruetur. Metropolitanus vero delictū, superioris iudicio relinquitur ex parte concilij nūciandum. Vt autem hæc salubris prouisio pleniorē consequatur effectum: huiusmodi suspensionis sententia præter Romanū pontificis auctoritatem, aut proprii patriarchæ minimè relaxetur, vt in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur.

Idem in eodem.

Rector ecclesie, non obstante consuetudine episcopi, vel patroni, debet de redditibus ecclesie sufficientem habere portionem. h. d. vsque ad. §. qui verò. Capitulum. xxx.

**E**xtirpanda consuetudinis vitium in quibusdam partibus inoleuit, quòd scilicet parochialium ecclesiarum patroni, & alia quædam personæ prouentus ipsarum sibi penitus vindicantes, presbyteris earum seruitiis deputatis, relinquūt ad eò exiguam portionem, & ex ea nequeant congruè sustentari. nam (vt pro certo didicimus) in quibusdam regionibus parochiales presbyteri pro sua sustentatione non obtinent, nisi quartam quartam, id est, sextamdecimam decimarum. Unde fit, vt in his regionibus penè nullus inueniatur sacerdos parochialis, qui vllā portionem vel modicam habeat peritiam literarum. Cum igitur eo bonis ligari non debeat eritanti: sed qui altario seruit, de altari viuere

\* Vide. l. 3. cū vul. C. de epis. aud. c. l. seruos. C. ad. l. 1. de vi pub.

Dent. 25. I. Cor. 9.

viuere debeat: statuimus vt ( consuetudine qualibet episcopi vel patroni, seu cuiuslibet alterius non obstante ) portio presbyteris ipsi sufficiens assignetur.

Præbendarius est parochiali ecclesie rector in ea non residens, nisi sit annexa dignitati vel præbendæ: quo casu debet ibi habere perpetuum vicarium. Et in fine prohibet in fraudem rectoribus de ipsius prouentibus pensionem in beneficium dari. h. d. vel sic: Non residens in ecclesia parochiali, vel non ponens vicarium, quado est annexa beneficio maiori, præbendarius est ea. hoc dicit.

Qui verò parochialem habet ecclesiam, non per vicarium sed per seipsum illi deseruiat in ordine, quem ipsius ecclesie curare requirit, nisi forte dignitati vel præbendæ parochialis ecclesie sit annexa: in quo casu concedimus, vt qui talem habet præbendam vel dignitatem, cum oporteat cum in maiori ecclesia deseruiat, in ipsa ecclesia parochiali idoneum & perpetuum habeat vicarium canonice institutum, qui (vt prædictum est) concurrentem habeat de ipsius ecclesie prouentibus portionem: alioquin illa se sciat auctoritate huius decreti priuatum, liberè alij conferenda, qui velit & possit, quòd dictum est, adimplere. Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem de prouentibus ecclesie, quæ curam habere debet proprii sacerdotis, pensionem alij quasi pro beneficio conferre præsumat.

cap. a l. n. d. sententia si eccle. non nisi cura p. non nisi cura p. si non est ad ep.

Idem in eodem.

Non debent religiosi ecclesias vel decimas à laicis sine diocesanorum consensu recipere, excommunicatos, vel interdictos ad diuina admittere, in ecclesiis quoque, quæ ad eos non pleno iure pertinent, instituere vel destruere, sed præsentantibus diocesanis ad. \* vide. l. cas viros idoneos. Capitulum. xxxi. 2. ff. de lib. et post. h. u. c. l. quous. S. si quis nominatus. Nos autem id fortius inhiibentes, transgressores dignam animaduersione punire, statuantes nihilo minus, quatenus in ecclesiis, quæ ad ipsos pleno iure non pertinent, iuxta eiusdem concilij statuta episcopis instituendos presbyteros repræsentent, vt illis de plebis cura respondeant: ipsi vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competetem, institutos verò remouere non audeant episcopis inconsultis. Sane adiciamus, vt illos repræsentare procurent, quos vel conuersatio

be. et post. h. u. c. l. quous. S. si quis nominatus. Nos autem id fortius inhiibentes, transgressores dignam animaduersione punire, statuantes nihilo minus, quatenus in ecclesiis, quæ ad ipsos pleno iure non pertinent, iuxta eiusdem concilij statuta episcopis instituendos presbyteros repræsentent, vt illis de plebis cura respondeant: ipsi vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competetem, institutos verò remouere non audeant episcopis inconsultis. Sane adiciamus, vt illos repræsentare procurent, quos vel conuersatio

conuersatio notos reddit, vel commendat probabile testimo-  
nium pralatorum.

Honorius. iij. abbati & priori sancte Genouefa.

*Absens in theologia studio, fructus beneficiorum suorum percipit in absentia, sed quotidianas distributiones non.* Cap. xxxii.

**L**icet vobis direxerimus scripta nostra, vt magistro N. Ebo-  
raceũ archidiacono in sacra pagina cupienti studere, pro-  
uentus suos ecclesiasticos faceretis integrè ministrari. Nolu-  
mus tamen, vt quotidianas distributiones, quæ tantum reside-  
ntibus in ecclesiis, & his, qui inter sunt, horis canonicis, exhiben-  
tur, ei tribui faciatis.

Idem Vesprimeñ. episcopo.

*Propter paupertatem præbendarum ecclesia cathedralis possunt  
eis adnecti capella, reseruat ipsarum presbyteris congrua por-  
tione.* Capitulum. xxxiii.

**E**xposuisti nobis, qd ecclesia tua canonici deminuta ipsorũ  
prouisione à tempore concilij generalis, cũ eis ex tunc nõ  
fuerint ad eorum sustentationem concessæ capellæ, sicut antè  
fieri consuevit, de redditibus præbendarum suarum nequeunt  
sustentari: & infra. Si euidentis necessitas vel utilitas exigat,  
præbendas ecclesiæ tuæ poteris de capellis in perpetuũ adoe-  
ctendis eiusdem (sicut discretionè præuia expedire videris) aug-  
mentare, reseruata congrua capellarum presbyteris portione.

Idem episcopo, & priori, & archidiacono Herforden.

*Licet ecclesia ex donatione laici beneficiũ conferat, tenet illius  
beneficij imperatio, de hoc mentione non habita.* Cap. xxxiiii.

**D**ilectus filius G. clericus nobis proposuit, qd cum decano &  
capitulo A. n. degauen. preces direxerimus & præcepta, vt  
ipsum quãcito facultas se offerret, in canonicum reciperent &  
in fratrem, vobis super hoc executoribus sibi datis: quia decani  
& capituli procurator excipiendõ proposuit literas non valere,  
pro eo qd in eis mentio non fiebat, & præfatus decanus ex  
donatione regis præbendarum eiusdem ecclesiæ collationem  
haberet: vos mandati nostri executores non esse interloquen-  
do dixistis: & sic dux præbendæ, quæ medio tempore vacau-  
runt, aliis sunt collatæ: & infra. Mandamus, quatenus occasio-  
ne huiusmodi (quam reputamus friuolam) non obstantè, man-  
datum nostrum exequi procuretis.

Gregorius. ix. Argentinẽ. episcopo.

*Pueri & alias beneficiati non sunt idonei ad beneficia, conse-  
quenda. d. d. inherendo verbis litera.* Cap. xxxv.

Super

**S**uper inordinata ordinatione: & infra: Cũ autem illi sine  
in ecclesiis idonei reputandi, qui seruire possunt & volung  
in ipsis: Consult. t. r. respond. quod pueri & beneficiati qui  
non possunt in eadem ecclesia deseruere, in ea non debet idõ  
aci reputari.

Idem archiepiscopo & magistro R. Turonẽ.

*Pro vniu. præbende integratione, alia diuidi non debet.*

Capitulum. xxxvi.

**C**um causam, quæ inter Aurelianẽ. episcopum, & I. de  
Blesis canonicum sancte Crucis, super integratione præ-  
bendæ ipsius canonici vertebatur, vobis duxerimus committ-  
endam: & infra. Consultationi. t. r. r. quod nostræ intencionis  
non existit, vt pro integratione præbendæ supradicti canonici,  
præbenda de nouo aliqua scinderetur.

Idem.

*Clerici ignobiles & non eminentis scientia, propter hoc non de-  
bent à præbendis repelli, etiam in ecclesia, quæ tales admittere nõ  
consuevit.* Capitulum. xxxvii.

**V**enerabilis frater noster Portuẽ. episcopus supplicauit,  
vt cũ quandam præbendam, quæ in Argentinẽ. eccle-  
sia iamdiu vacauerat, & donatio eius erat ad sedem apostolicã  
deuoluta, I. clerico contulerit, dum in illis partibus legationis  
officio fungeretur, suam collationem benigno prosequere-  
mur adfectu. verũ procurator Argentinẽ. capituli proposuit:  
ex aduerso, quod idem capitulum hoc audito consuetudinem  
allegans antiquam inuolabiliter obseruatam, iuxta quam nul-  
lum, nisi nobilem & liberum, & ab vtroque parente illustrem,  
honestæ conuersationis, ac eminentis scientiæ, in suum con-  
sortium hactenus admisserat: ne contra hoc fieret (maximè  
cũ nulla tunc præbenda vacaret, antequam monitorias vel  
executorias literas recepisset) ad sedem apostolicam appel-  
luit: & infra. Nos igitur adtendentes quod non generis, sed  
virtutum nobilitas, vtrq; honestas, gratum deo faciunt, &  
idoneum seruitorem, ad cuius regimen non multos secundũ  
carnem nobiles & potentes elegit, sed ignobiles ac pauperes:  
quod non est personarum acceptio apud ipsum, & vix ad  
culmina dignitatum (nedum ad præbendas) viri eminentis  
scientiæ valeant reperiri, exceptiones huiusmodi non duxi-  
mus admittendas: & infra. Discretioni vestræ mandamus,  
quatenus si vobis constiterit prædictam præbendam vacasse,  
quando ipsam dicto I. episcopo concessit memoratus, ipsam ad  
eam recipi faciatis.

Idem.

*Ubi Grola  
in p. r. c.  
V. b. sandus  
in p. r. c.*

Rom. 12.  
Cala. 2.  
Eph. 6.  
Colof. 3.



Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. vj.

Idem.

*Si mandatur provideri in ecclesia, non potest de ecclesia proi-  
deri.*

*Capitulum. xxxviii.*

**C**um olim priori sanctæ M. dederimus in mandatis, ut Gu-  
diacono in aliqua ecclesia civitatis vel diocæ. Luc. autho-  
ritatē apostolica provideret: idem præfatum Gu. ecclesiæ sancti  
Pe. de vico rectorem autoritate huiusmodi nifus est designa-  
re: in qua rector ab eiusdem ecclesiæ clericis eligi consuevit,  
excommunicationis sententiam nihilo minus proferens in re-  
belles. Cū igitur mandatem huiusmodi se ad talia non ex-  
tendat, nec ad rectoriam vel dignitatem nostra feratur inten-  
tio, cum pro simplici beneficio iussio nostra manat: mandamus,  
quatenus tam institutionem huiusmodi, quā excommunica-  
tionis sententiam propter hoc latam denuncies non tenere.

De clerico agrotante, vel debilitato.

Titulus. vj.

Grego. Candido episcopo Vrbeutañ.

*Clericus infirmus integre percipit fructus beneficii sui. Cap. i.*



Um percussio corporalis: & infra. F. c. hortamur,  
quatenus latorem præsentium ad percipienda quæ  
consueta sunt ab ecclesia tua, ægritudo sua nõ de-  
beat impedire. \* Quia si alij eius essent exem-  
plo deterriti, forte non posset, qui militaret eccle-  
sia, inueniri: sed secundum eius ordinem quæcunque ei si sanus  
esset, poterant ministrari, de ipsa exiguitate, quæ ecclesiæ po-  
test accedere, fra. tua præbeat ægotanti.

Eugenius papa.

*Presbyter, cui medietas palmæ cum duobus digitis est abscis-  
duplici. ff. sa, missam non celebrat, sed cæteris sacerdotalibus fungi potest.*

*Capitulum. ii.*

**P**resbyterum, cuius duos digitos cum medietate palmæ  
prædone abscessos significasti, missam non permitimus ce-  
lebrare: quia nec secure propter debilitatem, nec sine scanda-  
lo propter deformitatem membri hoc fieri posse confidimus.  
Ipsū autem cæteris officiis sacerdotalibus fungi minime  
prohibemus.

Lucius tertius.

*Si rector ecclesiæ sit leprosus, dandus est ei coadiutor. Cap. iij.*

**D**e rectoribus ecclesiarum lepræ macula vsque adeo infe-  
ctis, quod altari seruire non possunt, nec sine magno scan-  
dalo

\* Vide. l.  
seruus. ff.  
de eue. gl.  
in. l. nauis  
S. cū au-  
tē. in ver.  
duplici. ff.  
ad. l. R. b.  
de iac.

De institutionibus.

207

daloeorum, qui sani sunt ecclesias ingredi: Hoc volumus te  
tenere, quod eis dādus est coadiutor, qui curam habeat anima-  
rum: & de facultatibus ecclesiæ ad sustentationem suam con-  
gruam recipiat portionem. Clemens tertius.

*Si rector ecclesiæ sit leprosus, ab administrationis officio remo-  
uetur, sed de bonis ecclesiæ sustentatur. Cap. iij.*

**T**u nos duxit. f. consulendos: & infra. De sacerdote, qui  
diuino iudicio lepræ morbo repercussus in paræciali eccle-  
sia prælationis officio fungitur: Dicimus quod pro scanda-  
lo & abominatione populi, ab administrationis debet officio  
remoueri, ita q̄ iuxta facultates ecclesiæ sibi necessaria, quan-  
diu vixerit, ministrentur.

Innocentius. iij. Arelaten. archiepiscopo.

*Episcopo qui propter morbum incurabilem pastorale officium  
exercere non potest, dandus est coadiutor. Capitulum. v.*

**E**x parte tua fuit propositum, quod cum Aurasienfis episcopo  
gravi morbo & incurabili fere per quadriennium labo-  
rauit, ita quod pastorale officium non potest vllatenus exerce-  
re, princeps terræ illius, ac ciues ciuitatis eiusdem, à te postu-  
lant incessanter, ut ipsi (cum sis metropolitanus eorum) stu-  
deas providere. Verum cum ipsum ad cessionem compelle-  
re non possis, nec debeas vllō modo, nec afflicto afflictio sit ad-  
denda, imo potius ipsius miseriam miserendum, eo quod idem  
vir bonus extiterit, & ecclesiam salubriter sibi commissam gub-  
ernaauerit: nos volentes tam episcopo, quā ecclesiæ provide-  
re: mandamus, quatenus illi coadiutorem ad socios virum prouid-  
um & honestum: per quem tam episcopo, quā populo vtiliter  
consulatur. Hono. iij. episcopo Auersano.

*Breue est, & non summatur.*

*Capitulum. vi.*

**C**onsultationibus: & infra. Archidiacono autem, quem  
morbo paralytico laborantem officii linguæ adferis ami-  
sisse, coadiutor est merito adhibendus. \*

\* vide ad  
the. nauig-  
gia. C. de  
fur.

De institutionibus. Tit. vij.

Ex concilio Arelatenfi.

*Numerus clericorum debet institui in ecclesiis collegiatis, secun-  
dum facultatem ipsarum. Capitulum. i.*



On amplius suscipiantur in monasterio mona-  
chorum, aut clericorum, seu etiam puellarum;  
quā quot se regere de bonis ecclesiæ abique  
penuria possint.

Eugenius.

Laici

*Laici in canonicos non possunt institui. Capitulum. ii.*

**I**n ecclesia vestra certum numerum canonicorum (sicut nobis innotuit) cōmuniter instituire curauistis: & infra. Cum laici non debeant in canonicorum numero computari, nec vos debeatis differre, quo minus statutum numerum de aliis clericorum personis idoneis suppleatis: tales ad supplendum numerum inuenire curetis, per quos deo in diuinis officiis per ecclesiasticos ordines congrue seruiatur.

Alexander tertius Cantuarien. archiepiscopo, & eius suffraganeis.

*Institutio beneficiorum spectat ad episcopos, vel eorum officiales.*

*Capitulum. iij.*

**E**x frequentibus querelis didicimus in partibus vestris consuetudinem prauam à multis retro temporibus inualuisse, quod clerici ecclesiastica beneficia sine consensu episcopi diocese. vel officialium suorum (qui hoc de iure possunt) recipiunt, minus quam deceat cogitantes, quomodo id à patrum sanctorum est institutionibus alienum, & ecclesiastica contrarium honestati. Vnde cum tu frater archiepiscopo ex officio tibi commissio, tam iniquam consuetudinem de prouincia tua velis (sicut debes) radicitus extirpare, \* tam in illos, qui ecclesiastica beneficia taliter occupata scienter detinent, quam in eos, qui de cetero occupare præsumperint, excommunicationis sententiam protulisti. Nos itaque eandem sententiam ratam habentes, & eam auct. apost. confirmantes mandamus, quatenus clericos ipsos, qui ipsam sententiam incurrerint, nisi congrue satisfecerint, absolueri minime præsumatis.

Clemens. iij. clero Constantino.

*Vltra facultates non debet quis institui inuitis clericis ecclesie.*

*Capitulum. iiii.*

**A**uthoritate apost. se. & infra. Statuimus insuper, ut nullus in ecclesiis vestris ultra quam facultates earum sustineant, vobis instituat inuitis.

Innocentius tertius sancti Marcelli, & sancte Sulfannæ cardin. ap. se. leg.

*Cum in ecclesiis oportet extraneos institui, non debent institui clerici certæ originis tantum, sed vnde cumque sint, dum tamē sint idonei.*

*Capitulum. v.*

**A**d decorem: & infra. Sicut nostris auribus est suggestum, Constantinopolitanus patriarcha aliarum nationum clericos spernens, Venetos tantum in Constantinopolitanis ecclesiis satagit collocare, non ad tendens quod in omni gente, qui

facit

facie iustitiam, acceptus est deo, nec sanctuarium dei conuenit iure hereditario possideri. Quocirca mandamus, quatenus moneatis eundem, vt viros literatos, \* & aliis idoneos vnde. \* *Literati ita debent recipi & canonicos sicut nobiles: vt no. in. l. societate. in. gl. ff. pro so.*

in maiori instituire non postponat, alioquin indignum se reddet: vt vos aliarum clericorum nationum ad eius obedientiam compellatis. Nec dissimulare potestis, quin hoc nostris auribus intimatis, vt ex hoc ipso, an verum sit, quod super hoc Venetis dicitur promississe, coniciere valeamus.

Idem Helien. episcopo, & archidiacon. Noruicē.

*Institutiones & custodia possunt de iure speciali ad non episcopum pertinere, & pendente lite cum diocesano defenditur in possessione. hoc dicit. Vel sic: Si possidet ius instituendi is, ad quem de iure communi non spectat, pendente iudicio proprietatis in possessione defenditur.*

*Capitulum. vi.*

**C**um venissent ad apost. se. archidiaconus Richimundie, & procuratores Eboracē. archiepiscopi, ex parte archiepiscopi fuit propositum, quod institutio personarum & custodia ecclesiarum vacantium ad eum in diocese sua spectat, tam de iurisdictione communi, quam de consuetudine generali. verum quidam prædecessores ipsius quibusdam archidiacon. Richimundie tam institutionem, quam custodiam personaliter commiserunt. & infra. Inter alia vero archidiacon. ipse respondit, quod archiepiscopus tam institutiones, quam custodias, non personaliter archidiacono, qui tunc erat, sed perpetuo de consensu capituli archidiaconatus reali concessione donauit. Cum autem archidiaconatus ipse in cōtinua possessione, tam istarum, quam aliarum libertatum multorum archiepiscoporum & archidiaconorum temporibus extitisset, & archiepiscopus sine conditione qualibet concessisset ipsum eandem, post concessionem adseruit, quod ipsum concesserat institutionibus & custodiis vacantium ecclesiarum exceptis. Ipse vero timens, ne si negaret expresse, cum nondum esset archidiaconatus possessionem adeptus, vel impediretur penitus factum eius, vel diutius differretur: respondit quod nō solum de illo, sed de omnibus relictibus suis faceret quod sibi placeret: & infra. Nos igitur interlocuti fuimus, archidiaconum esse in plena libertatum eiusdem archidiaconatus possessione ruendum, donec probatum legitime fuerit ex aduerso libertates ipsas archidiaconis ab archiepiscopis personaliter fuisse concessas: cum in hoc casu tam ante, quam post, & in ipsa etiā concessione, archiepiscopos eas retinere potuerit licite tanquam suas, vel donec legitime probatum

batum fuerit easdem libertates archidiaconum abiurasse. Sed in hoc casu si concessio illa fuerit realis, archiepiscopo nihil iuris vel utilitatis accederet, quia nos vel ad petitionem Eboracen. ecclesie, vel per nos ipsos super hoc archidiaconatu consulemus. Si ergo alterutrum ipsorum fuerit legitime adprobatum, archidiacono super libertatibus ipsis: si neutrum, archiepiscopo silentium imponatur.

Idem episcopo Treceñ. & archidia. Parisiensi.

*Is, ad quem spectat collatio dignitatum, seipsum instituire non potest.*

Capitulum. vii.

**C**um ad nostram: & infra. Illud autem nolumus vos iurare, quod postquam M. fuit abbas effectus, custodiam de iure non potuit obtinere: quia cum ratione abbatiæ ad ipsum pertineat donatio tam custodiæ, quam aliarum dignitatum, ac etiam præbendarum in ecclesia Patranen. custodiam ipsam recipere non potuit à seipso. Cum inter dantem & accipientem debeat esse distinctio personalis: sed nec ab alio, cum ius conferendi alius non haberet.

De concessione præbendæ, & ecclesie non vacantis. Tit. viij.

Gelasius papa ad Ro.

*Institutus scienter in beneficium viuens, deponendus est.*

Capitulum. i.



Vi in viuorum sacerdotum loco ponuntur, hoc ipso sunt ab ecclesiastica communione pellendi, quo se passi sunt successores viuus sacerdotibus adhiberi.

Ex concil. Lateranen.

*Beneficia nō vacantia concedi vel promitti nō debent: cum vacauerint, concedi debent intra sex menses: quibus elapsis de episcopo ad capitulum, & è contra, demum ad proximum superiorem deuoluitur collatio.*

Capitulum. ii.

**N**ulla ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia vel ecclesie tribuantur alicui, seu promittantur ante quam vacent: Ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum & beneficium se crediderit successurum. Cum enim ipsi etiam legibus gentium inueniatur in prohibitum, turpe est, & diuini plenum animaduersione iudicij, si locū in ecclesia dei, futuræ successiois expectatio habeat, quam ipsi etiam gentiles condemnare curarunt. Cum verò præbendas ecclesiasticas,

cas, seu quælibet officia in aliqua ecclesia vacare contigerit, non diu maneant in suspenso, sed intra sex menses personis, quæ digne administrare valeant, conferantur. Si autem episcopus vbi ad eum spectat conferre distulerit per capitulum ordinetur. Quod si ad capitulum pertinuerit, & intra præscriptum terminum hoc non fecerit, episcopus secundum deum hoc cum religiosorum virorum consilio exequatur. Vel si omnes forte neglexerint, metropolitanus de ipsis secundum deum absque illorum contradictione disponat.

Alexander. iij. Eboracen. archiepiscopo.

*Beneficia vacantia conferuntur non obstante adpellatione illorum, quibus promissa fuerant ante, quam vacarent.* Cap. iij.

**R**elatum est auribus nostris: & infra. Consul. t. t. respon. quòd cum in Lateranen. concilio promissiones factæ de ecclesiis non vacantibus, sint cassatæ: prætextu adpellationis eorum, quibus dictis promissionibus innituntur, omitti non debet, quin ecclesie, cum vacauerint, de personis idoneis ordinentur.

Innocentius. iij. præposito & capitulo Cameracen.

*Si scribitur ei, ad quem spectat collatio, dato execute ad procedendum, per presentationem literarum collatori factam adficiatur præbenda: ita quod collatio alteri facta non tenet. hoc dicit. secundum verum intellectum. vide. c. si capitulo. eo. titu. in. vi.*

Capitulum. iiii.

**P**roposuit nobis T. presbyter, quòd cum C. papa præ noster pro receptione ipsius in fratrem, & assignatione præbendæ ad donationem vestram spectantis in ecclesia vestra proximo vacatura mandatum apostolicum vobis destinasset, decano Remensi execute concessio, decanus ipse vos contumaces inueniens ipsum de præbenda primò vacatura in ecclesia vestra, quæ ad donationem capituli pertinet, autoritate apostolica inuestiuit: & infra. Sed cum præbenda quæ ad donationem vestram spectabat in ecclesia Cameracen. vacasset, eam alij assignastis: & infra. Idem autem prædeces. no. quod ab eodẽ decano factum fuerat, ratum volens haberi, collationem præbendæ factam à vobis penitus irritauit, & eum de ipsa per anulum inuestiuit.

Licet autem intentionis nostræ non sit inuestitura de vacaturis factas contra canonum instituta raras habere, qui secundum plenitudinẽ potestatis de iure possumus supra ius dispensare: adtendentes tamen quòd idem presbyter nō de vacatura, sed de vacante per præd. no. fuit inuestitus, utpote quæ post cassationem concessiois à vobis factæ intelligebatur vacare: mandamus, quatenus amoto ab ea præbenda quolibet detentore, eam

re, eam ipsi cum plenitudine honoris canonici adsignetis.  
Idem P. sanctæ M. in Via lata diac. car. apo. sc. leg.  
*Semestre ad eligendum seu conferendum à iure præfixum non currit legitime impedito, nec incipit currere, nisi à die notitiæ vacationis, hoc dicit. Et est textus multū allegabilis & quotidianus.*

Capitulum. v.

**Q**uia diuersitatem corporū, diuersitas sæpe sequitur animorum: & infra. Conquererebatur inter cætera Eboracē. archiepiscopus quod cum ad eum in ecclesia Eboracē. & aliis suis ecclesiis collatio pertineat præbendarum, tempore suspensionis ipsius; & postmodum etiam quidam præter eius auctoritatem se intulerunt in ipsas: & infra. Mandamus, quatenus eos, qui præbendas vel dignitates ecclesiæ Eboracē. vel aliarum ad donationem eius spectantes præter auctoritatem acceperunt ipsius, ad eas resignandas monitione præmissa per excommunicationis sententiam & subtractionem aliorum beneficiorum non obstante confirmatione à sede apost. obtenta sub forma communi, quæ confirmat beneficia & præbendas, sicut iuste & pacifice possidentur: adpel. re. compellas: Nisi forte aliqui ea vel speciali mandato apo. se. vel auctoritate Lateran. concilij ab Eboracē. capitulo sint adepti: Sic tamen, ut tempus suspensionis in sex mensibus nullatenus computetur: cum illa Lateran. concil. constitutio contra negligentes tantum fuerit promulgata: & tunc si voluerit, non tamen valuerit archiepiscopus ipse in conferendis præbendis uti propria potestate, à qua & si fuerit sua culpa suspensus, non tamen ad ipsum capitulum ex illa culpa præbendarum erat donatio deuoluta: sed ad illum tempore suspensionis illius præbendarum donatio pertinebat, qui præter eius desiderium & negligentiam poterat præbendas donare. \* Tempus etiam quo ad apost. sed. accessit, & apud illam permanit, vel recessit ab illa, intra sex menses nullatenus computetur. Semestre autem tempus non à tempore vacationis præbendarum, sed notitiæ ipsius potius volumus computari.

Idem Basilien. episcopo. & abba. sanctæ Mariæ.

*Non valent literæ ad beneficium impetratæ, quæ de alterius colorata facti possessione non faciunt mentionem. hoc dicit, secundum verum & communem intellectum. Et est textus multum allegabilis, & habet materiam quotidianam: Et fuit decisio multum subtilis.*

Capitulum. vi.

**C**um nostris fuerit olim auribus intimatum, quod præpositura ecclesiæ Lausan. tempore tanto vacasset, ut secundum

\* vide. l. pupillus. ff. de pri. ni. cred. et l. graui. ff. de his, qui mot. infra.

dam statuta Lateran. concil. ad nos esset eiusdem donatio deuoluta: episcopo & canonicis Lausan. mandauimus, vt præposituram ipsam thesaurario Lausan. conferrent, quibusdam super hoc executoribus deputatis: & infra. Verum præfati episcopus & canonici literis receptis præposituram prædictam non vacare dixerunt, quia licet ille, qui præpositus fuerat, in episcopum fuisset adsumptus, ad ipsam tamen præposituram post consecrationem suam denuo fuerat ab ipsis canonicis electus, & eam sic antea possidebat. Quod dicti executores dicentes contrarium esse iuri, ipsam præposituram de iure vacantem auth. apo. præfato thesaurario assignarunt: & infra. Auditor igitur super hoc datus à nobis, de mandato nostro decreuit, vt quod à memoratis executoribus factum fuerat obtentu licentiarum notarum, eo quod per falsi suggestionem, & veri suppressionem fuerant impetratæ, cum præpositura illa non vacaret de facto: quia talis possessio plus habet facti, quam iuris, haberetur irritum & inane. Nos vero sententiam eiusdem ratam habentes, mandamus, quatenus nisi prædictus episcopus sufficienter ostenderit, quod vel ex indulgentia sed. apost. speciali, vel ex alia iusta causa & necessaria sibi post consecrationem suam præpositura concessa fuerit memorata, ipsum ad resignationem ipsius (si sponte noluerit) compellatis. \* Deinde Lausan. capitulum ad conferendam eam thesaurario supradicto diligentius inducere procuretis.

Idem archidiacon. Richimundiæ.

*Vbi constat beneficium collatum per habentem potestatem, per exceptionem ab iurationis & renunciationis, non debet possessio & vobis retardari.*

Capitulum. vii. q. Alex.

**P**ost electionem & confirmationem episcopi Elien. vacante archidiaconatu Richimundiæ, quem tenuerat, Eboracē. archiepiscopus eū tibi propria liberalitate concessit, dans Eboracē. capitulo in mandatis, vt te in archidiaconum recipere procurarent: cuius noluerunt mandato parere: quia præ. no. inter alia, quæ decano & capitulo Eboracē. suo priuilegio noscitur indulgisse, ordinationem canonicorum seu personarum liberam esse decreuit, vt videlicet idonea & honesta persona, cui archiepiscopus vacantem in ecclesia Eboracē. præbendam vel dignitatem duxerit conferendam, secundum antiquam ipsius ecclesiæ consuetudinem præsentaretur decano & capitulo supradictis: & infra. Si quis contra consuetudinem huiusmodi in ecclesia ipsa esset per aliquem introductus, nec pro persona, nec pro canonico haberetur. Quod si archiepiscopus intra terminū

\* vide. l. filio. §. in iuris. ff. de pcur. & l. in iuris. ff. de ser. vrb. præ.

\*Vide. l. quid tamē. ff. de arbi.

Lateranen. concil. secundum formam præscriptam persona idonea non conferret, liceret de cano & capitulo aucto. apo. iuxta eiusdē concil. statuta cōferre. \* Cum igitur in literis archiepi scopi directis capitulo de decano mērio nullatenus haberetur, per cuius manū debebas in capitulo inuestiri, eius mandato extitit contradictō : & infra. Ipsius igitur institutione propter præmissas rationes à capitulo reprobata, ipsi intelligentes archidiaconatus donationem ad eos, tam aucto. Latera. concil. quā indulti sibi priuilegij deuolutam, R. de sancto Cadmundo illum vnanimiter contulerunt, inuestientes eundem de ipso, & soleniter installantes. Processu vero temporis præfatus archiepiscopus post resignationem & abiurationem à te factam, & receptam ab ipso, eidem R. archidiaconatum contulit ante dictum: qui archidiaconatum ipsum, tam ratione primæ, quā secundæ concessionis, sibi assignatum, per se. apost. petiit confirmari: & infra. Quoniam constitit nobis archidiaconatū prædictum tibi per Eboracē. archiepiscopum primitus fuisse concessum, & quōd institutione facta per ipsum, secundum iuris ordinem minimè reprobata, archidiaconatus non vacans non potuit nec debuit in alium ritè transferri: memorato R. qui contra iustitiæ regulam in archidiaconatum alterius prouehi se consensit, super eo duximus silentium imponendum: sententialiter decernentes, vt institutio facta per archiepiscopum de te fortiaur effectum. Exinde si super renunciatione, vel abiuratione, vel aliquo præmissorum aliquis, qui velit & valeat, aduersus te quicquam duxerit proponendum: ordine poterit iudicatio experiri.

Idem C. canonico Tridentino.

Recepto in canonicum, tenetur capitulum prouidere, quā cito facultas se obtulerit. Capitulum. viii.

Cum super quæstione Triden. præbendæ: & infra. Cum cautè cōstet te in canonicū Triden. ecclesiæ fuisse receptū, licet receptionem tuā factā cōtra Lateranen. concil. pars aduersa proponat, quia tamen probatum non extitit, nec ipsi canonici videbantur tibi hoc opponere posse de iure, qui se fatentur te contra statuta præfati concilij recepisse: Sententialiter decernimus, vt tibi, quā cito se facultas obtulerit, præbendale beneficium in Triden. ecclesia conferatur: cum ex quo receptus es in canonicum, non debeas carere præbenda.

Idem episcopo & magistro P. canonico Hildesens.

Si habens præbendam, in eadem ecclesia recipit dignitatē cum præbenda, vel aliam præbendam, vacat prima: & quāuis à superiore

riore sibi confirmetur, tamen valet impetratio per alium facta de ipsa, etiam tacito de possessione alterius: quæ colorata non est. hoc dicit, secundum verum intellectum. Panor. Capitulum. ix.

Litteras vestras accepimus, quōd cum pro D. clerico vobis scripserimus vt eū de præbenda vacante sancti Vniscardi Bremen. quam dicebat ad donationem nostram fuisse iuxta Lateranen. concil. statuta deuolutam, curaretis aucto. apost. inuestire: & infra. De facto fuit propositum coram nobis, quōd H. propositus, quondam simplex canonicus eiusdē ecclesiæ de ipsa in maiori ecclesia in canonicum est electus, & postmodum anni spacio euoluto, in ipsa ecclesia sancti Vniscardi in præpositum est adsumptus, priorem præbendam nihil minus retinens: quam in ipsa ecclesia tunc habebat: & infra. Sed præpositus allegabat e contra, q̄ erat ex consuetudine generali, quōd vnus in eadem ecclesia plures haberet præbendas, & cum archiepiscopus Bremen. præpositum ipsum de præpositura in plena synodo inuestiret, tam præposituram illam, quā præbendam ei de canonicorum confirmauit ad sensu: & infra. Vnde cum vobis dubium videretur, vtrum cum aliquis de vna præbenda eligatur ad aliam, statim prior vacare incipiat, an per se tentiam debeat adiudicari\* eidem, an propter confirmationem huiusmodi, quæ superius est expressa, præbenda illa dici debeat non vacare: nos consulere voluistis. Cum igitur si ita est, præbenda illa etsi non de facto, de iure tamen vacare noscatur: mandamus, quatenus dictum præpositum, vt illum sine difficultate resignet, ad p. re. cogatis: quam, cum de facto vacauerit, clerico memorato conferre curetis.

Idem episcopo & archiepiscopo Papien.

In ecclesiis non numeratis vacatio præbendarum, seu canonicatum possibilis non est: nec fit ibi deuolutio ad superiores ex negligentia semestri in non prouidendo ecclesiæ de ministris. hoc dicit. & est casus notabilis. Capitulum. x.

Ex parte Hastenē. ecclesiæ nostris est auribus intimatum, quōd cum quedam præbendæ in ipsa per quatuor annos, & amplius vacauissent, Hasten. episcopus quosdam ibidem instituit, credens sibi hoc ex Lateranen. concilio licere. Instituti autem scientes, non esse firmam institutionem huiusmodi, ad Mediolanen. archiepiscopum recurrerunt: qui eosdem in canonicos Hasten. ecclesiæ ordinauit, & in corporalem possessionem præbendarum induxit, capitulo eiusdem ecclesiæ præbente ad sensum, tribus tantum exceptis, qui se institutioni huiusmodi opponere curauerūt: & infra. Tandem vtraque pars concorditer

\* Alias, abdicari.

concorditer est concessa, quod in prædicta ecclesia non erant distinctæ præbendæ, nec canonicorum numerus erat certus.

Nos igitur intelleximus euidenter statutum Lateranen. concilij de beneficiis vltra sex menses vacantibus, locum in hoc articulo nullatenus habuisse, etsi fortè Hasten. ecclesia canonicorum pareretur defectum. vnde institutio per archiepiscopum, vel episcopum facta occasione concilij memorati, carere debet robore firmitatis. Quia vero totum capitulum tribus exceptis, prædictorum receptionem adfectat, nec ab illis tribus, aliquid rationabile contra ipsos obiectum est & ostensum: mandamus, quatenus si Hasten. ecclesia suppent facultates, secundum consuetudinem hæcenus obseruatam prædictos clericos pro canonicis faciatis haberi.

Idem episcopo & capitulo Laudunensi.

*Habens potestatem conferendi potest de iure alteri tradere potestatem conferendi primum beneficium, quod vacabit.*

*Capitulum. xi.*

Constitutus in præsentia nostra H. ecclesie vestre canonicus humiliter intimaui, quod tu frater episcope potestatem ei dedisti sacerdotalem conferendi præbendam, quæ primo in ecclesia vestra esset vacatura: & Reraen. archiepiscopus tunc apost. sed. leg. vobis filij capituli auctoritate nostra præcepit, vt cum præbenda ipsa vacaret, personam illam, cui vellet eam H. conferre, sine interpositione alterius persone recipere ad ipsam: & infra. Quocirca mandamus, quatenus personam illam, cui memoratus H. sacerdotalem præbendam, cum contigerit eam vacare, duxerit canonicè conferendam, sine contradictione qualibet admittatis: & tu interim frater episcope præbendam huiusmodi contra formam concessionis tuæ, conferre alicui non præsumas: & infra. Quia vero concessiones tales (si ad consequentiam traherentur) fieri possent in fraudem canonicæ sanctionis, per quam prohibentur ecclesiastica beneficia concedi siue promitti antequam vacent, nolumus, quod huiusmodi occasione mandati, quod gratiam continet personalem, fraudem adhibere volentibus, licentia concedatur.

Idem.

*Lateranense concilium de beneficiis vltra sex menses vacantibus, ad episcopatus non extenditur.*

*Capitulum. xii.*

Dilectus filius magister G. canonicus vester nobis suggestit, quod episcopo vestro viâ vniuersæ carnis ingresso, archiepiscopus sanctæ Scuerinæ adherens, quod propter negligentiam vestram

vestram ad ipsum erat eligendi auctoritas deuoluta, in episcopum vestrum elegit eundem. Nos igitur adtendentes, quod canon Lateran. concilij ab Alexand. papa contra negligentes edictus, ad archiepiscopatum, vel episcopatum non solet extendi, sed ad personatus alios & minora ecclesiastica beneficia comparari, electionem huiusmodi iustitia cassauimus exigente.

Idem priori Hostien. & superiori sancti Fœdi.

*Non valet promissio, beneficii vacaturi. Capitulum. xiii.*

Extempore literarum vestrarum accepimus, quod cum causam, quæ inter I. clericum ex vna parte, & abbatem & conventum de Bello ex altera, super prouisione vertebatur ipsi: & infra. Dicitur clericus post litem contestatâ chartam quandam monachorum exhibuit, continentem quod primam ecclesiam ad donationem suam spectantem assignarent eidem: & infra. Nos igitur adtendentes, quod promissio prædicta non tenet, vt poret contra statuta Lateranen. concilij adtentata: mandamus, quatenus memorato clerico super hoc silentium imponentes, ab impetitione ipsius dictos abbatem & monachos absoluat.

*\* Alias proxima.*

Idem.

*Obligatur praelatus, qui pmititit providere cū poterit. Ca. xiiii.*

Accedens ad apostolicâ sedem R. clericus sua nobis insinuatione monstrauit, quod cum promiseritis vos prouiduros eidem in ecclesiastico beneficio cum potestis, sicut per literas iudicis delegati, inde cõfectas liquido adparebat. & infra. Nos autem considerantes, quod aliud est praelatum promittere beneficii collationem cum poterit, aliud cum vacabit: cum in multis casibus se facultas offerre possit, in quibus collatio non esset in expectatione vacaturi beneficii differenda: mandamus, quatenus memorato R. (cum poteritis) ecclesiasticum beneficium assignetis.

Idem.

*Si ad capitulum & praelatum, vt praelatum potestas conferendi pertinet, de vno ad alterum lapsu temporis non transit: secus si praelatus interfuit, vt canonicus: quia tunc de capitulo transit ad praelatum, nisi dolum committat. hoc dicit, & est textus multum allegabilis.*

*Capitulum. xv.*

Postulatis per se. aposto. edoceri, vt cum ad vos & archiepiscopum vestrum, simul donatio præbendarum ecclesie vestre pertineat, vt rum præbendæ vacantis donatio penes archiepiscopum ipsum remaneat, si eâ intra semestrem tẽpus negligentis ordinare? Ad quod breuiter. r. quod si vos & idẽ archiepiscopus

D iiii

episcopus intra tempus præscriptum, circa hoc negligentes exiteritis: sicut nec ab illo ad vos, ita nec à vobis ad illum potestas deuoluitur conferendi, sed secundum statuta Lateran. concii. ad superiorem transit donatio: Nisi forte archiepiscopus nō vt prælatus, sed vt canonicus vobiscū ius habeat cōferendi. \* Et in hoc casu cū dolose impederit, dolus ei suffragari non debet.

\* Vtrum  
donata a-  
fragari non  
debet.  
basatori-  
bus cedat  
eorum lu-  
cro, vide  
varias opi-  
nio. in. l. ff.  
vero. Si itē  
quicquid.  
ff. so. mat.  
C. l. qui  
pprio. ff.  
de procu.

Honorius. iij. episcopo & præposito capituli Cameracen. Sicut non potest patronus promittere se presentaturum aliorum ad beneficium vacaturum, ita nec dare potestatem presentandi antequam beneficium vacet. Capitulum. xvi.

CVm dilecta in Christo filia comitissa Fladrē. fecerit promissiones de non vacantibus beneficiis ecclesiasticis, in quibus ius obrinet patronatus, & donationes eorū in manibus posuerit alienis: Mandamus, quatenus id irritum decernentes, inhibeatis eidem ne similia decætero adtentare presumat.

Ne sede vacante aliquid innouetur.  
Titulus ix.

Innocentius tertius priori & conuentui Glaston.  
Vacante sede status eius mutari non debet. Capitulum. i.



Quit ille, qui scrutator est cordiū, quod licet C. præ. no. ecclesiam vestram erexerit cathedralē, ipsam Bathonien. ecclesie vniendo, & idē esset episcopus vtriusque: quia tamen hæc vniō adferrebat à vobis in graue præiudicium Glaston. ecclesie reducere, cum per ipsam dissolueretur religio, & fraudaretur elemosyna, & hospitalitas tolleretur: nos ad releuandum ecclesie vestre statutum cōpimus intendere diligenter: & infra. Vos autem post obitum Bathon. episcopi humiliter postulastis, vt quia tempus aduenerat, quo sine scandalo ecclesie vestre ruina poterat releuari, \* cum & Bathonien. ecclesia, id ipsum pariter postulare, rex quoq; cum regni magnatibus, & quidam episcopi cum multis abbatibus deposcerit illud idem, vt vniōne penitus dissoluta monasterium vestrum reduceremus in statum antiquum, sub abbatibus regimine gubernandum. Adtententes igitur, quod episcopali sede vacante, non debet aliquid innouari, cū nō sit, qui episcopale ius tueatur, maxime ne pl<sup>9</sup> fauisset personæ, quam ecclesia videremur, si quod eo viuente concessimus, post obitum eius subito mutaremus: petitionem vestram nequiuimus exaudire: auctoritate

\* Vide. l.  
aquisimū  
cū nota. ff.  
de vsufru.

ritate prædicta indulgetes, vt cum Bathonien. ecclesia de præfate fuerit ordinata, ius vestrum apud sedem apostolicam prosequendi, facultatem liberam habeatis: interim autem sub cura prioris idem monasterium gubernetur.

Honorius tertius episcopo Calmen. & magistris  
V. & S. canonicis Suesfanen.

Beneficia spectantia ad collationem prælati, non possunt conferri per capitulum, sede vacante. Capitulum. ii.

Ulla deuotionis sinceritas: & infra. Ecclesiam sancti Leuicini, de qua magistrum R. donationis nostræ gratiæ præcedente præbendæ nomine de mandato nostro Capuanus archiepiscopus inuestiuit, sibi duximus confirmandam: Non obstanti concessione per capitulum facta alij, seu confirmatiōne nostra, si qua in forma communi adparet obtentā: cū nūquam inueniatur cautum in iure, quod capitulum vacante sede fungatur vice episcopi in collationibus præbendarum: nec in eodem casu potest dici potestas conferendi præbendas ad capitulum per superioris negligentiam deuoluta, cum nō fuerit ibi superior, qui eas posset de facto, vel de iure conferre. Idem episcopo Burginen.

Sede vacante iudicium habitum contra ecclesiam, non tenet. Capitulum. iii.

Constitutis coram I. præ. no. procuratore ecclesie sanctæ Mariæ de Castro forti, & Burginen, episcopo prædecessore tuo, dictus procurator petebat ab eodem episcopo restitutionem super libertate libere eligendi sibi prælatum: & infra. Nos igitur depositiones testium, qui vacante Burginen, ecclesia & carente legitimo defensore fuerunt recepti, duximus reprobandas.

De his, quæ fiunt à prælato sine consensu capituli. Tit. x.

Ex concilio apud Valentiam.

Non tenet alienatio rei ecclesiastica absque adprobatione capituli. Capitulum. i.



Lrita erit episcoporum donatio, vel veditio, vel commutatio rei ecclesiasticæ absque collaudatione & subscriptione clericorum.

Alexander. iij. Noruicen. episcopo.

In temporalis alienatione, quam facit prælatum, auctoritas capituli habetur pro consensu. Capitulum. ii. Contine-

**C**ontinebatur: & infra. Con. t. t. r. q. concessio decimæ ab abbatiſſa prius facta, ſi conuencu ſciente, & non contradicente facta eſt, robur firmum debet habere. Verum ſi ignorant: conuencu aut contradicente decimam prius prædicto H. conceſſit, & non poſt multum temporis de adſenſu cõuentus eandem decimam dedit eidem, ſecunda conceſſio debet præiudicare priori.

Idem Vigorieñ. episcopo.

*Alienatio temporalis facta ſine conſenſu capituli, per ratificationem eius roboratur.* Capitulum. iij.

**C**um nos iam pridem: & infra. Certum eſt de rigore iuris conceſſionem illã non tenere, quam reclamaſte capitulo per prædeceſſorem tuum conſtat factam fuiſſe. Niſi eã ratam poſtmodum habuiſſet.

Idem Hieroſoly. patriarchæ.

*Prælatu ſine conſilio capituli inſtituere, vel deſtituere, vel alia negocia eccleſiæ tractare non debet. hoc dicit. cum capitulo ſequenti.* Capitulum. iij.

**N**ouit tuæ diſcretionis prudentia, qualiter tu & fratres tui vnũ corpus ſitis, ita quòd tu caput, & illi membra eſſe probantur. vnde non decet te omiſſis membris, aliorum conſilio in eccleſiæ tuæ negocijs uti: cum id non ſit dubium & honeſtati tuæ, & ſanctorum patrum inſtitutionibus contrarie.

Innoſuit ſiquidem auribus noſtris, quòd tu ſine conſilio fratrum tuorum abbates, & abbatiſſas & alias eccleſiaſticas perſonas inſtituis & deſtituis: & infra. Ideoque id authoritate apoſt. prohibemus: & infra. Nos enim tales inſtitutiones, & deſtitutiones carere decernimus robore firmitatis.

Idem eidem.

*Summatum eſt ſupra capitulo proximo.* Capitulum. v.

**Q**uanto: & infra. Fraternè mandamus, quatenus in conceſſionibus & confirmationibus, & alijs eccleſiæ tuæ negocijs fratres tuos requiras, & cum eorum conſilio, vel ſenioris partis eadem peragas & pertractes, & quæ ſtatuenda ſunt ſtatuas, & errata corrigas, & euellenda diſſipes & euellas. Abſentium quoque fratrum nomina inſcribi non ſinas, quia taliã munimenta ſunt irrita & falſa, & tu exinde quaſtionem falſi poteris merito formidare.

Celeſtinus tertius.

*Si eccleſiã collegiatã habet præſentationem, præſentabit prælatu de conſenſu capituli, vel maioris partis, niſi de conſuetudine, vel priuilegio competat ſoli prælato.* Capitulum. vi.

Ea no-

**E**a noſcitur: & infra. Cum in prouincia tua ſæpe contingat, quòd ad eccleſias, in quibus collegia ius præſentandi habere noſcuntur, eorum abbates aut per ſe, aut per literas, perſonas idoneas episcopis diœcef. præſentant, & eis præſentatis & receptis, aliquando ante, aliquando poſt, monachi contradicunt. Reſpondemus, quòd in præſentationibus prælatorum intelligi debet, quòd ſiant de collegiorum ſuorum adſenſu, ſine quo non obtinent firmitatem. Vnde ſi conſtitit conuencus, vel maioris & ſenioris partis nõ adfuiſſe conſenſum, inſtitutiones huiuſmodi cõuenit euacuari, niſi ex antiqua & approbata conſuetudine, \* vel cõceſſa libertate, aliqui eorum probauerint commiſi ſibi collegij non debere in eccleſiarum ſeu beneficiorum collationibus requiri conſenſum. ¶

Innocentius tertius archipreſbytero & magiſtro ſcholarium Bituricen.

*Tenet donatio, quam de ſeculo diœceſani conſenſu facit laicus eccleſiæ de decimis, quas ab alia eccleſiã habet in feudum ab antiquo, id eſt ante Lateranenſe concilium.* Capitulum. vii.

**C**um apoſtolica ſedes: & infra. Sane ſicut accepimus, cùm ex vna parte capitulum ſancti Stephani, & ex altera monachi de Platea, ſuper decima quadam in veſtrum compromiſſent arbitrium: Dicti monachi proponebant donationem ipſius decimæ, ſibi à quodam milite factam, & Bituricenſis archiepiscopi diœcef. eius accedente conſenſu, confirmatã fuiſſe, ſeq̃ue authoritate Hieronymi munitos exiſtere, qui ſcribēs ad Damaluſum ait: Si aliquãdo fuerint à laicis male detenta, quæ diuini iuris eſſe noſcuntur, & in vſum tranſierint monachorum, episcopo loci præſente conſenſum, conſtabunt eis omnia perpetua firmitate ſubnixã. E contrario pars allegabat aduerſa conſenſum episcopi ſine cleri conſenſu minus ſufficere, authoritate Leonis papæ dicentis: Ne quis episcopus de rebus eccleſiæ, quicquam donare vel commutare vel vendere audeat, niſi forte aliquid horum faciat, vt meliora proſpiciat, \* & cum totius cleri conſenſu atque tractatũ elingat, quod non ſit dubium eccleſiæ profuturum. Quia vero nos conſulere voluiſtis, vtrum quando decima tenetur à laico, ſi conferatur eccleſiæ, ad confirmandam donationem conſenſus episcopi, ſine cleri conſenſu ſufficiat: Taliter reſpon. quòd monendus eſt laicus, qui decimam detinet, vt eam reſtituat eccleſiæ, ad quam ſpectat, qui ſi \* forte induci nequiverit, & eã cum diœceſani cõſenſu alteri eccleſiæ adſignauerit, præſertim religioſo conuencui: conſtabit ipſa donatio perpetua

\* Que di  
catur an-  
tiqua con-  
ſuetudo  
ad pbata:  
vide per  
doc. in l.  
hoc iure.  
S. ductus  
aqua. ff.  
de aqua  
co. &  
aſ-  
ſi.

\* vide l.  
prator. in  
prin. per  
Bar. ff. ne  
quid i lo.  
pu. & l.  
phibere.  
S. plane.  
ff. quod vi  
aut. clam.  
\* al. ſi ad  
hoc.



Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. x.

perpetua firmitate subnixā. Authoritates enim præmissæ, licet diuersæ sint, nõ tamen aduersæ: cum aliud sit alienare, quod ab ecclesia possidetur: & aliud, quod detinetur à laico, ad vsũ ecclesiasticũ reuocare. In alienatione quoque iuxta Leonis papæ decretum consensus episcopi sine clericorum consensu non sufficit. In reuocatione autem iuxta scripturam Hieronymi sufficit consensus episcopi, cum per vtrũque vtilitati ecclesiæ consulatur. Nam & in Lateranen. concilio est inhibitum, ne qualibet religiosa persona ecclesiæ & decimas de manibus sacrorum, sine consensu episcoporum recipiat. per quod indirectè datur intelligi, quod sufficit consensus episcopi, vt licet ecclesiæ sit decimas de manibus recipere laicorum. Hoc autem de illis decimis intelligimus, quæ laicis in feudum perpetuò sunt concessæ.

Idem Meten. archidiacono.

*Non potest episcopus sine consensu capituli, concedere ecclesiis aliis ecclesiis, etiam si habeat ius patronatus in ecclesiis concessis.*

Capitulum. viii.

**T**Va nuper: & infra. Adiecisti etiam, vtrum episcopo, vel electo cum solo archidiacono, præter adensum maioris ecclesiæ, cum ab ipsa eligatur episcopus, & archidiaconus adsumatur de ipsa: cœnobii vel ecclesiis conuentualibus, ad quas ius pertinet patronatus, liceat cõferre perpetuò vacantes ecclesiis baptismales: & .j. Alterius etiam quæstionis solutio ex epistola Leonis papæ colligitur euidenter, in qua legitur: Ne quis episcopus de rebus ecclesiæ, quicquam donare vel permittare vel vendere audeat, nisi fortè aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat, & totius cleri tractatu atque consensu id eligat, quod non sit dubium ecclesiæ profuturum. Irrita enim episcoporum donatio, venditio, & commutatio rei ecclesiasticæ erit, absque cõiuentia & subscriptione clericorum. per hoc enim noueris solutam secundo loco propositam quæstionem, cum concessiones ecclesiarum ad perpetuas alienationes non sit dubium pertinere.

Idem episcopo Helien.

*Episcopus parociales ecclesias, vel obventiones ipsarum, de cõsensu patroni sine consensu capituli sui, monasterio conferre non potest.*

Capitulum. ix.

**P**astoralis officij diligentia: & infra. Præterea quæsiuisti, (cum autoritate Dionysij fuerint parocciæ limitatæ) quantum singularum parocciarum prouentus in vsus ecclesiæ ceterent necessarios, & stipendia ministrorum: si episcopo liceat sine

De his, que sũt à maiori parte capit. 215

sine autoritate summi pon. vel saltè sine sui capituli voluntate, viris religiosi conferre obventiones alicuius parocciæ ecclesiæ, sustentatione vicarij reseruata. Et cum Lateranen. concilij statuta prohibeant ecclesiis nouam imponi, vel augeri veterem pensionem, postulas edoceri, an episcopus valeat religiosi consentiente patrono totam ecclesiam, vel de nouo cõferre aliquam portionem? Ad quod breuiter respond. quòd salua constitutione canonica de cõcedenda piis locis quinta gesima portione, neque primum, neque secundum potuit facere episcopus (nisi de licentia Rom. ponti.) præter capituli sui voluntatem.

Innocentius tertius archiepiscopo Senon.  
& eius suffraganeis.

*Ad concilia provincialia vocari debent & admitti cathedralium ecclesiarum capitula.*

Capitulum. x:

**E**T si membra corporis: & infra. Prouinciæ Senon. capitula cathedralium ecclesiarum ad nos querimoniam trãsmiserunt, quòd archiepiscopus Senon. & eius suffraganei, procuratores eorum nuper ad prouinciale concilium conuocatos ad tractatum eorum admittere noluerunt: & infra. Visum fuit nobis & fratribus nostris, vt capitula ipsa ad huiusmodi concilia debeant inuitari, & eorum nuncijs ad tractatum admitti, màximè super illis, quæ ipsa capitula contingere dignoscuntur.

De his, quæ sũnt à maiori parte capituli. Titulus. xj.

Ex concilio Lateran.

*In vniuersitatibus ecclesiasticis præualeat regulariter, quod sit à maiori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat. h. d.*

Capitulum. i.



**V**m in cunctis ecclesiis, quod pluribus & sanioribus fratribus visum fuerit, incũctanter debeat obseruari: graue nimis est, & reprehensione dignissimum, quòd per quasdã ecclesias pauci quãdoque non tam de ratione, quàm de propria voluntate ad ordinationem ecclesiasticã procedere nõ permittunt.

Quocirca præsentì decreto statuimus, vt nisi à paucioribus & inferioribus aliquid rationabiliter obiectũ fuerit & ostensum, ad. re. præualeat semper & suum consequatur effectum, quòd à maiori & saniori parte capituli fuerit constitutum. Nec constitutionem nostram impediatur, si fortè aliquis ad conseruandã ecclesiã

Decretalium Gregorij Lib. iij. Tit. xj.

ecclesiæ suæ consuetudinem se iuramento dicat adstrictum, nec enim iuramenta, sed potius periuria sunt dicenda, quæ cõtra utilitatem ecclesiæ, & sanctorum patrum veniunt instituta. Si quis autem huiusmodi consuetudines, quæ non ratione iuuantur, nec sacris congruunt institutis; iurare præsumpserit: donec dignam egerit pœnitentiam, à perceptione sit domini corporis alienus.

Celestinus. ij. Claremonensi episcopo.

*Canonicus non interdicit ecclesiam, sed hoc facere debet episcopus cum capitulo.*

Capitulum. ii.

**Q**uasiuit: & infra. Super eo, quod ecclesiam tuam quidam ex canonicis etiam minimis, quia p̄sio ecclesię debita nõ redditur, vel clericus aliquis aut parœcianus deliquit, sine tuo & aliorum canonicorum adfensu interdicto supponunt: & infra. Fra. t. t. r. quod interdictum in aliqua ecclesia per aliquem vel per aliquos de canonicis tuis sine tuo & aliorum fratrum adfensu positum, obseruare non debes, nec etiam sustinere: vt ab aliis obseruetur: & infra. Sed si quis in his deliquerit, ecclesiasticę coercionis subiaceat: cum peccata suos auctores tenere debeant, nec pœna sit vterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente repertum\*.

\* *vide. l. da, quam delictum fuerit in excedente repertum\*.*

*ex factõ.*

Innocentius. iij. Augusten. præposito.

*S. Iulianus. Communis ordinatio ecclesię, per contradictionem & adpellationem eius, cuius non interest, impediri non debet. hoc dicit, quod & pupil. ad titulum.*

Capitulum. iij.

**E**x ore sedentis: & infra. Accedentibus ad præde. no. T. ac B. Augusten. canonico pro quæstione, quę inter vos super præpositura Augusten. ecclesię verrebatur: ex parte ipsius B. fuit propositum, quod pater eiusdem à C. præ. no. decano & capitulo Augusten. literas obtinuit destinari, vt intra spaciu mensis vnus eundem eligerent & adsumerent in præpositum Augusten. in signum inuestiturę anulo aureo destinato, & quibusdam mandati apostolici executoribus constitutis. Capitulum memoratum, cum audisset quod E. quondam eorum præpositus in episcopum Brixien. electus & confirmatus fuisset: licet dictas literas recepissent, in contemptum tamen eorũ ad signato prius termino, intra quem ipsi deberent super mandato apostolico respondere, H. tunc Augusten. decanum in præpositum elegerunt: & infra. Quia verò legitimè consistit, & prædictus B. de præpositura non fuit aliquatenus inuestitus, euss mandatum fuerit, vt de ea inuestiretur: de qua etiam si inuestitus fuisset, inuestitura eius per præd. no. certa fuit ratione cassata:

Vt ecclesiast. beneficia sine demi. cõfer. 216

cassata: quæ nec etiam si cassata fuisset, per hoc, quod dicto H. reuerentiam exhibuit, quæ debetur præposito, iuri suo renunciasse videtur\*: nos adtendentes sibi de iure non potuisse cõpetere, vt per adpellationem db id interpositam, communem ordinationem ecclesię impediret, intelligentes etiam te à maiori parte tam dignitate, quam numero eorum, quos eligendi ius constabat habere, electum fuisse canonicè in præpositũ: electionem tuam autoritate apostolica confirmamus, præfato B. super præpositura silentium imponentes:

Idem.

*Prælati cum maiori parte capituli contradicente minori statuere potest, quod ad necessariam reparationem fabricæ quilibet canonicus conferre teneatur.*

Capitulum. iiii.

**E**x parte tua nobis fuit frater archiepiscopo intimatũ, q̄ ad restaurandam fabricam Rothomagen. ecclesię tractatũ cõmuniter habuistis; te postulante vt quilibet canonicorum tecum pariter aliquam suorum redituum portionem operi tam pio & necessario deputaret: & infra. Stauimus, vt si quis vestrum tuis, frater archiepiscopo, & maioris & sanioris partis capituli statutis super hoc duxerit resistendum; obtineat sententia plurimorum\*.

\* *vide. l.*

Vt ecclesiastica beneficia sine deminutione conferantur. Tit. xij.

Innocentius. iij. Mediolanen. archiepiscopo.

*Rubrum sufficit pro summario. Vt summa sic secundũ Abbatem: Occulta collatio beneficii, licet sit suspecta, bene valet, dummodo alias legitimè facta probetur. h. d. Et est casus not. non tamen facti ad titulum, nec omnes indistincte hoc tenent; sed maior pars concludit cum hoc summario.*

Cap. s.

**N**ostrum prodeat de vultu dei iudicium: & infra. Præterea proponebas, quod cum nullus debeat sine adfatore dånari, nec aliquid circa negocium illud sit actum in forma iudicij, depositiones testium non poterant tibi præiudicium generare. Quia verò hæc allegatio personam nostrã tangere videbatur, dignum duximus causam cõmisse inquisitionis & ordinem plenius explicare, ne quis quomodolibet suspicetur, quos in hoc negotio perperam processerimus, presertim cum ratio assignanda debeat esse posteris profutura. Cum enim iuris sit explorati, quod actor non probante is, qui conuenitur, etiam si nihil præstiterit, debet absolui: videri poterat, quod

\* *suũ hæ redẽ. S. fi. cõ. l. seq. ff. de pac. et. l. quod maior. ff. ad munic.*

nos

nos tibi, qui conueniebaris à nobis, malicioſe vel indiſcretè o-  
nus probationis ſuper tribus præmiſiſ articulis impoſuimus:  
videlicet vt oſtenderes, quòd prædictam cancellariam poſuimus:  
non idoneam, modo canonico, & tempore competenti donafſet.  
Porro cùm donatio fuiſſet occulta, & ideo ſuſpicionè non ca-  
reat, & elapſo anno nullus cancellarius omnino adpa-  
reat: non immeritò credebamus, quòd ſecundum Lateranenſi,  
concil. ſtatuta ad nos eſſet ipſius cancellariæ donatio deuolu-  
ta, & ideo potuiſſemus ipſam ſine culpa conferre: quoniã eſſi  
locum dei teneamus in terris, nō tamen de occultis potuimus  
diuinare. Quia ergo contra illud, quòd prima facie iuſtè præſu-  
mebatur pro nobis, præſertim cùm reſponderis prima vice, ꝑ  
cancellariam alicui non cōtuleras, facultatem tibi pro te pro-  
bandi conceſimus: non fuit grauamen, ſed gratia: nec ex mali-  
cia, ſed ex benignitate proceſſit. Quòd etiam de modo cano-  
nico fidem nobis fieri mandauimus, tu cauſam præſtituisti man-  
dato, qui ſæpe nobis per literas tuas intimafſti, & tandem pro-  
baſti per teſtes, quòd retentis tibi prouentibus officium con-  
ceſſeras memoratum: ex quo non immeritò in talem cōceſſio-  
nem fuimus ſuſpicati. Et ideo nos, qui non tam ex plenitudine  
potestatis, quàm ex officij debito poſſumus & debem⁹ de ſub-  
ditorum exceſſibus ad correctionem inquirere veritatem, te  
maximè cauſam & occaſionem præſtante, in quæſtionem com-  
miſimus faciendam. Omnibus ergo diligenter auditis, te in  
tribus comperimus fuiſſe culpabilem, circa cōtrarietatem reſ-  
ponſi, quia non ſolum nobis, ſed nec cuiquam debuifſes ex cer-  
ta ſcientia contraria reſpondere. Circa carnalitatē animi, quia  
non ex adfectu carnali, ſed diſcreto iudicio debuifſti eccleſia-  
ſticum officium & beneficium in perſona magis idonea diſpen-  
ſare. Et circa inhoneſtatē facti, quia nō licuit ex pacto vel  
conuentione quacunque, ſub modo vel tenore præſcripto cō-  
cedere nudum officium, & tibi retinere prouentus: cùm in La-  
teran. concil. prohibuitur ſic, ne quis cōferendo eccleſiaſticum  
beneficium partem prouentuum ſuis vſibus retinere præſumat,  
& alibi cautum reperitur in canone, quòd eccleſiaſtica bene-  
ficia ſine deminutione debent conferri. Vnde credimus diſ-  
tinguendum, vtrum qui dat ſpirituale beneficium, prouentus  
ipſius ante donationem percipiat. Nam ſi prouentus ante do-  
nationem non perceperit ipſe ſed alius, & ex donatione conſe-  
quatur vt ipſe prouentus percipiat, non eſt dubium circa hæc  
intercedere ſimoniacam prauitatem. Si verò ante donationem  
perceperit ipſe prouentus, credimus diſtinguendum, vtrū an-  
te donationem conſtituat vt ipſi prouentus retineantur ad tē-  
pus

pus pro cauſa iuſta & neceſſaria: aut conueniat cum eo, qui ac-  
cepit beneficium, ſeu cum mediatore quocunque, vt officio illo  
conceſſo retineat ipſe ſibi prouentus. Primum enim membrum  
credimus eſſe licitum. Secundum autem dicimus non licere: ne-  
ciam aperiamus his, qui prauitatem ſuam ſaragunt palliare.

De rebus eccleſiæ alienandis, vel non.

Titulus xij.

Ex concilio Lugdunenſi. iij.

*Non poteſt prælatus res vnius eccleſiæ alteri dare, nec inimicem  
res illas commutare ſine ambarum conſenſu.* Cap. i.

**N**on licet epifcopo vel abbati terram vnius eccle-  
ſiæ vertere ad aliam, quãuis ambꝫ in eius ſint po-  
teſtate: tamen ſi commutare voluerit terras ear-  
um, cùm conſenſu ambarum partium faciat.

Ex eodem.

*Principes ſeculares res eccleſiæ donare non poſſunt: & qui ab  
eis recipiunt, excommunicantur: & perdunt omnia, quæ ab eccle-  
ſiâ alias legitime obtinebant. h. d. ſecundum vnum intellectum, qui  
ſatis placet.* Capitulum. ii.

**Q**ui res eccleſiæ petunt à regibus, & horrenda cupidita-  
tis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt, irrita habeân-  
tur, quæ obtinent, & à communione eccleſiæ (cuius fa-  
cultatem auferre cupiunt) excludantur.

Ex concilio Toſe.

*Reſtor eccleſiæ, qui dat eccleſiæ rem dupla æſtimationis, ſeruos  
eccleſiæ manumittere poteſt: ipſe tamen manuſiſſus & eius poſte-  
ri erunt ſub patrocinio eccleſiæ. ita communiter ſummatur, tamen  
non placet Panor. id quòd dicitur de æſtimatione.* Cap. iij.

**C**onſenſus totius cōcilij deſiniuit, vt ſacerdotibus, qui aut  
aliquid eccleſiæ ſuæ relinquunt, aut nihil habètes, aliqua  
prædia, vel familias eccleſiis ſuis adquirunt, liceat aliquos de fa-  
milia eiufdem eccleſiæ manumittere iuxta rei collaræ modum,  
quem antiqui canones decreuerūt: Ita vt cum peculio & po-  
teſtate ſua, ſub patrocinio \* eccleſiæ maneant, vtilitates iniū-  
ctas ſibi, iuxta quòd poterunt proſequentes.

\* Alias,  
patrimo-  
nio.

Ex eodem.

*Si prælatus nil de ſuo dans eccleſiæ, ſeruum eccleſiæ manumit-  
tit, non tenet manuſiſſio.* Cap. iij.

**E**pifcopi, qui nihil ex proprio eccleſiæ Chriſti conferunt,  
liberos ex famulis eccleſiæ ad condemnationem ſuam fa-

E cce

Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xiiij.

ecce non presuntant. Impium est enim, vt qui res suas ecclesie nō adtulerit, damnū inferat. Tales igitur liberos successores episcopus absq; aliqua oppositione ad ius ecclesie reuocabit.

Ex concilio apud Siluanen.

*Res ecclesie alienari non debent.*

Cap. v.

\*vide. l. 2. c. 3. ff. de diuer. tempo. & pres.

**N**ulli liceat alienare rem immobilem ecclesie, siue agrum, siue rusticum mancipium, neque specialiter hypotheca titulo obligare. Alienationis autem verbum continet donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuticum perpetuum contractum. Vnde omnes sacerdotes ab huiusmodi alienatione abstineant: pœnas timentes, quas Ecclena constitutio comminatur.

Symmachus papa.

*Alienatio de rebus ecclesie facta non tenet, & alienatores nisi rem restituunt, excommunicantur: & quilibet clericus potest contradicere, & rem cum fructibus repetere. hoc dicit. Et est textus notabilis, & quotidie allegatur.*

Cap. vi.

\* Alias, remedio.

**S**i quis presbyterorum, diaconorum, seu defensorum alienanti prædium ecclesie subscripserit: quo iratus deus animas percutit, anathemate feriat: nisi fortè & alienator, & qui acceperit, celeri restitutione \* sibi prospexerint. Quod si minore animæ suæ cura remedium oblatum neglexerint, præter pœnam super hoc adscriptam: confectum exinde documentum vitibus (quâuis ab initio nullas habuerit) vacuetur. Sed etiam licet quibuscumque ecclesiasticis personis vocem contradictionis offerre: vt & cū fructibus possint alienata reposcere, & ecclesiastica auctoritate fulciri.

Alexander. iij. Vigor. episcopo.

*Terrâ non fertilibus ecclesie dari potest in emphyteusim ei, cuius studio redueatur ad culturam.*

Cap. vii.

**A**d aures: & .j. Illas terras, quæ de syluis extirpatæ, sunt arabiles factæ, eis hereditario iure poteris concedere sub annuo censu tenendas, à quibus suo vel parentum suorum labore constituerit extirpatæ: Nisi fortè tunc aliis possint ad maiorem ecclesie utilitatem cum eodem labore & onere cõferri.

Celestinus. iij. Rauenn. archiepiscopo.

*Turans non alienare bona ecclesie, non potest alienare ea, quæ sunt de mensa, vel ea, de quibus dubitatur, nisi sint de mensa. hoc dicit, vsque ad. §. possessiones. Abbas.*

Cap. viii.

**V**T super aliqua: & infra. Sanè quæsiuisti à nobis, si possessiones siue redditus regalium decimationum, & aliorum

de c.

De rebus ecclesie alienandis, vel non. 218

de ex certis locis proueniētes, quos præ. t. quousq; diem clausit extremum, ad manus tuas tenuit, & in proprium vsum expedit vel expendit, nec aliis infudauit, de mensa sine archiepiscopi intelligendi, & de eis cū ex sacramento fidelitatis tenearis ap. se. nihil alienare, contractus alienationis cuiuslibet possit interuenire. Tuæ ergo inquis. t. respon. q. siue intelligantur de mensa, siue non: vt non alienentur, consilius existimamus.

*Possessiones ecclesie minus vtilis, pro vtilioribus de consensu capituli potest episcopus permutare vel alienare. h. d.*

Possessiones verò, quæ ecclesie tuæ minus sunt vtilis, pro aliis vtilioribus de fratrum tuorum & sanioris partis consilio & ad sensu alienandi seu commutandi liberam concedimus facultatem.

Idem Exon. episcopo.

*Canonicus prædium ecclesie perpetuo locare non potest.*

Capitulum. ix.

**A**udientiam nostram noueritis peruenisse, quod quidam de canonicis Exon. ecclesie quædam prædia eiusdem (inconsultis aliis fratribus) in damnum eius in perpetuum locauerunt. Ideoq; mandamus, quatenus (si verum est quod adseritur) locationes illas legitime reuocare procure: ita, quod si eadem prædia non aliter reuocari poterunt, eos, quos noueris harum locationum auctores, ad susceptam inde pecuniam conductoribus refundendam ad pel. re. compellas.

Innocentius. iij. archiepiscopo Montis regalis.

*Possessiones, quæ sunt de mensa, non possunt alienari. Et ecclesie consueta regi per regulares, secularibus clericis conservi nō debent. h. d. Ioan. de Imola.*

Cap. x.

**P**ossessiones ad mensam tuam vel capituli pertinentes, alio usare non debes: Aut ecclesias in quibus monachi ministrare consueverunt, clericis vel laicis assignare.

Idem episcopo Mauriensi & præposito Vicoi.

*Restituitur ecclesia contra alienationem, per quam enormiter fuit laesa. h. d. secundum lecturam veriorum.*

Cap. xi.

**A**d nostram noueritis audientiam peruenisse, quod cū Tullien. monasteriū depressum esset onere maximo debitum, abbas & conuentus eiusdem villam quandam necessitate coacti B. laico concesserunt in feudum, tali conditione adposita, q. idem. lxxx. libras persolueret, pro quibus eadem extiterat obligata: quod nō distulit effectui mancipare: \* & infra. Vnde humiliter supplicauerunt, vt feudum prædictum faceremus

E ij ad vti-

*ac qui emit re. de leg. n. 2. q. 1. re. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

\*vide. l. qd si minor §. re. tit. ff. de minor.

ad vtilitatem monasterij reuocari, præsertim cum idem laicus primo anno de ipsis prouentibus vltra summam percepit prætaxatam, & per multos postmodum annos sumperit eius fructus: & infra. Quocirca mandamus, quatenus, si predictum monasterium, propter hoc inueneritis enorme dispedium incurrisse, dictum laicū vt (pecunia, quam pro exoneratione feudi, seu etiam pro vtilitate ipsius monasterij expendisse noscitur, ab eisdem abbate & cōuentu recepta, cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore) præfatum feudum eidem monasterio dimittat liberum & quietum, adpellatione postposita, compellatis.

Idem in concilio generali.

*Alienatio rei ecclesiastica facta sine legitimo ecclesiasticarum personarum ad sensu, non tenet, licet adprobetur per constitutionem laicorum.* *Capitulum. xii.*

**C**um laicis, quamuis religiosis disponendi de rebus ecclesiæ nulla sit adtributa potestas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi: dolemus in quibusdam ex illis sic refrigescere charitatem, quod immunitatem ecclesiasticæ libertatis, quam non tantum sancti patres, sed etiam principes seculares privilegiis multis munierunt, non formidant suis constitutionibus vel potius destitutionibus \*impugnare\*, nõ solum de alienatione feudorum, ac aliarum possessionum ecclesiæ, & vsurpatione iurisdictionum: sed etiã de mortuariis, necnon & aliis, quæ iuri spirituali adnexa videntur, illicitè presumendo. Volentes igitur super his indemitatibus consulere ecclesiæ, ac tantis grauaminibus prouidere, constitutiones & vtilitates huiusmodi feudorum seu aliorum bonorum ecclesiasticorum sine legitimo personarum eccle. ad sensu presumptas occasione constitutionis laicæ potestatis (cũ non cõstitutio, sed destitutio vel destructio dici possit, necnon vsurpatione iurisdictionum) sacri adprobatione concilij decernimus non tenere, præsumptoribus per cen. eccle. compellendis.

De precariis. Titu. xiiij.

Ex concilio apud Beluacem.

*Breuis est, nec potest breuis summani.* *Cap. i.*



Recariæ de quinquenio in quinquenniũ secundum auctoritatē & antiquã cõsuetudine renouentur. Ex concilio Carthaginen.

*Renocat successor precariam per prædecessorem irrationabiliter factam.* *Capitulum. ii.*

De pre-

\* Alias, destructio nibus. \* Vide auth. cas. sa. p. Bar. C. de sac. san. eccle.

**D**e precariis irrationabiliter factis à rectoribus ecclesiæ se suosque successores pœna graui obligantibus, vt facta ipsorum dissoluere nequeant: Præcipimus, vt nemo successor antecessoris sui pœna sit obligatus, sed lux prouidentia sit cõcessum, vt si antecessor eius, res ecclesiæ irrationabiliter distribuit, ab eo ad ius eiusdem ecclesiæ reuocentur.

Gregorius nonus.

*Concessio precarii extinguitur voluntate concedentis, aut eius succedentis: precaria autem concessio non.* *Cap. iiii.*

**P**recarium vtendum conceditur, quamdiu patitur, qui cõcessit: \*soluitur quoque obitu eius, cui concessum est, non etiam concedentis: aut cum ipsum alienari cõtingit alicui hoc reuocare volenti: quia per conventionem huiusmodi, non licet rem alienam inuito domino possideri. Porro precaria, quæ quandoque de ecclesiæ possessionibus fieri solent, non sunt pro voluntate concedentium reuocanda. \*

\* vide. l. p. Bar. ff. eud.

\* vide. l. credito- res. & qd ibi not. Bar. C. de pign.

De commodato. Titu. xv.

Idem Gregorius nonus.

*Commodatarius gratia sui tenetur etiã de leuissima culpa, non de casu, nisi in tribus casibus hic positis. Et commodatum ante vsu completum non reuocatur. h. d.* *Cap. vnicum.*



**V**m gratia sui tantum quis commodatum accepit, de leuissima etiam culpa tenetur: Licet casus fortuitus (nisi acciderit culpa sua, vel interuenierit pactum, seu in minora fuisset) sibi nõ debeat imputari. Contra eum quoque rectè commodati nõ agitur, nisi post vsu expletum, cuius gratia res fuerat cõmodata. Cũ non decipi beneficio nos oporteat, sed iuuari.

De deposito. Titulus. xvj.

Alexander. iij. London. episcopo.

*Ex deposito facto apud clericum ecclesiæ, non tenetur ecclesiæ: nisi in vtilitatem ecclesiæ sit versum.* *Cap. i.*



**G**rauis illa querimonia vsque ad nos super deposito tuo tibi hætenus denegato peruenit: & infra. Cũ enim non constet pecuniam tuam, quam ille vir Belial furatus est, in ecclesiæ vtilitatem cõuertam, non debemus de iure contra canonicos eiusdem ecclesiæ præcisè intentare iusionem instantiam, vt tibi eadem reddant pecuniam personæ non ecclesiæ commendatam. Quocirca suademus, vt in illum furem tuam dirigas actionē,

E iij. co q

eo q̄ (vt audiuius) loculos habet: & ea, que tibi subrepta sunt, asportauit. Nam & iudicibus dedimus in mandatis, vt illum iniquum sub quæstionibus ad rationem ponant, etiam (si oportuerit) vinculis alligatum, vt dictam pecuniam reddere cõpelatur: & infra. Si autem cum eis amicablem poteris de redituum perceptione pacisci, noueris id nobis acceptum.

Gregorius nonus.

*Dicit ad quid tenetur depositarius, & quomodo repletur depositum.*

**B**ona fides abesse præsumitur, si rebus tuis saluis existentibus, depositas amisti. De culpa quoq; teneris, si te ipsum deposito obulisti, vel si aliquid pro custodia recepisses. Pacto vero, culpa vel mora præcedentibus, casus etiam fortuitus imputatur. Sanè depositori licuit pro voluntate sua depositum reuocare, contra quod compensationi vel deductioni locus nõ fuit, vt contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiã minime referatur, licet compensatio admittatur in aliis, si causa, ex qua postulatur, sit liquida, ita, q̄ facilem exitũ credatur habere.

De emptione & venditione. Tit. xvij.

Ex concilio apud Valen.

*Corit episcopus, ne carius vedatur transeuntibus, quam in mercato venderetur.*



**P**lacuit vt presbyteri plebes suas admonent, vt & ipsi hospitaes sint, & non carius vendant transeuntibus, quam mercato vedere possunt. Alioquin ad presbyterum transeuntes hoc referant, vt illius iussu cum humanitate sibi vendant.

Ex concilio Maguntinẽ.

*Fraudans mensuras & pondera, triginta diebus in pane & aqua penitere debes.*

**V**T mensuræ & p̄dera iusta fiant: & infra. Si quis iustas mensuras & iusta pondera causa lucri mutare præsumpserit. xxx. dies in pane & aqua peniteat.

Alexander. iij. Atr̄baten. episcopo.

*Tenet venditio licet venditor sit deceptus ultra dimidiam si precii: potest tamen venditor agere, vt restituatur res, vel instum precium suppleatur: & si alterũ præcise petit, succubit.*

**C**um dilecti filij Beluacẽ. canonici contra abbatem & fratres Cariloci proponerent querimoniam, quod syluam, quæ Nigraualis dicitur, à quibusdam eorũ ignorante capitulo

*vide l. 23 obserua. cap. 24. et 17. cap. 1.*

pro. x. libris. xl. marchas tunc valentem comparassent: causam ipsam Morinen. episcopo & decano Remen. cõmissum terminandam: adicietes, q̄ si vterque causæ cognitioni interesse nequiret, alter in eodẽ negotio procedere non differret: & infra. Tandem decanus in illius causæ cognitione processit: & cum ei per testes constitisset, quod prædicti fratres syluam minus dimidia iusti precij comparassent, pronunciauit venditionem non tenere: & syluam Beluacẽ. ecclesiæ adiudicans, canonicos in possessionem induxit: & infra. Quia vero in arbitrio emptoris est, si velit, suppleere iustum precium, aut venditiõẽ rescindere, cum res minus dimidia iusti precij comparatur: scietiam ipsam tanquam iuri contrariam irritantes. \* *Vide l. in causa. ff. de min. et m. l. ii. C. de re. scin. ven.*

Celestinus tertius.

*Si vir habeat alia bona, vnde vxor possit sibi consulere, & conseruante vxore rem propter nuptias donatam vxori vendiderit: emptorem, qui spacio triginta annorum rem possederit, non potest vxor inquietare super ea, maxime si precium fuit conuersum in communem usum viri & vxoris, hoc dicit, secundum intellectum, quem tenet Panor. Et est casus notab. limitans ius civile secundum Io. And. non oportet adicere, maxime: sed omnia illa iura necessario requiruntur.*

Capitulum. iiii.

**P**eruenit ad nos quòd P. miles, A. vxori suæ quandam domũ in donationem propter nuptias assignatam, muliere ipsa expressum dante consensum, B. mulieri vendidit pro certa pecuniæ quantitate: & infra. Prænominato vero milite viã vniuersæ carnis ingresso, relicta eius venire contra hoc præsumit, allegans dictam domum titulo donationis propter nuptias sibi concessam alienare nõ potuisse, licet eius cõsensu ipsi noscatur contractui accessisse. \* præfata vero B. ex eo nititur se tueri, quòd per. xxx. annos constante illorũ matrimonio domum ipsam bona fide, tituloque iusto possedit, & quia in cõmunes usus viri & vxoris illius precium est conuersum, ac factæ venditionis tempore, vnde sibi præfata mulier consulere potuisset, in vtrifacultatibus cõsistebat. Quia igitur super his nos cõsulere curasti, respondemus prædictam emptricem (si vera sunt, quæ præmissimus) præscriptis occasiõibus super ipsa domo non debere vterius fatigari.

Innocentius tertius episcopo Pallionen.

E iij

Si in

*Si in venditione adponitur pactum de recuperanda re, post certum tempus, modico constituto precio: presumitur pignus, & non venditio.*

*L. 41. de rei vind.*

**A**d nostram noueris audientiam peruenisse, quod cum R. laicus lator presentium ab M. mutuum recipere uoluisset, creditor ne per canonem contra vsurarios editū possēt in posterum cōueniri, domos & oliuas recepit ab eodem titulo emptionis, cum reuera contractus vsurarius ageretur: quod patet ex eo, quod creditor debitori promisit, quod quodcumque à septennio vsque ad nouennium daret. lx. vncias tarenorum, quæ vix dimidiam iusti precij continebant, domos eius restitueret & oliuas. Quia igitur fraus & dolus cuiquam patrocinari non debent: mandamus, quatenus si res ita se habet, instrumēto venditionis confecto in fraudem canonis promulgati contra vsurarios non obstant prædictum M. ad restituendas domos & oliuas ei, ad quem debent hæreditario iure deuolui (cum debitor sit viam vniuersæ carnis ingressus) per penam in Laerancē. concilio contra vsurarios promulgatam, adpellatione remota compellās.

*\*Vide. l. si in frau. dem. C. de legi. & l. i. & l. ex dolo. ff. de dolo.*

Idem episcopo & archidia. Vrbinat.

*Venditor deceptus ultra dimidiam iusti precij agere potest, vt res sibi reddenti, precium acceptum restituatur, vel iustum precium suppleatur: & in hoc electio est emptoris, hoc dicit secundum Antonium.*

**C**um causa, quæ inter æconomum monasterij sancti Martini de monte ex parte vna, ac ciues Viterbientes super casamentis ex altera vertebatur, fuisset aliquadiu ventilata, cum constitisset nobis monasterium in venditione ultra dimidiam iusti precij fuisse deceptum: sententiam de creuimus, vt præfati ciues aut recepto precio possessiones restituerent memoratas, aut supplerent, quantum constaret legitimæ venditionis tempore iusto precio de fuisse.

*Ponit tres casus, in quibus re euicta non tenetur venditor emptori de euictione.*

**S**i venditori post institutum contra se iudicium, quis omiserit, vt rem venditam sibi defenderet nunciare, vel contumaciter abfuit tempore sententiæ promulgatæ, seu per iniuriã sententia lata fuit: de euictione iuxta legitimas sanctiones agere non valebit.

De locato & conducto. Tit. xviii.

Clemens tertius.

*Excommunicati*

*Excommunicati sunt magistri, & scholares Bononienses, qui ante tempus conductionis conducunt hospitia aliorum magistrorū vel scholarium, sine eorum consensu.*

**E**x rescripto literarum Tusculanē. episcopi nobis innotuit, quod cum ciuitatem Bonon. tēpore suæ legationis intrasset: & infra. Constitutionem factam ab episcopo Portuē. aposto. sed. leg. & à prædicto Tusculan. episcopo postmodum confirmatam, videlicet vt nullus magistrorum \* seu scholarium super conducendis aliorum hospitiis in læsionem & præiudicium habitantium audeat hospitem conuenire, nisi prius constituerit tempus conductionis elapsum, vel iniqui in hoc suum fauorem præsterint & consensum, cum idem Portuē. sub excommunicatione hoc phibuit, & alter sub pœna anathematis idem decreuit obseruandum: ratam esse decernimus, & auctoritate apostolica confirmamus: Statuentes, vt à te frater episcopo & tuo quolibet successore hoc singulis annis in communi audientia magistrorum atque scholarium recite tur.

Innocentius tertius abbati & conuentui sancti Petri de Prætel. Londen. dicitur.

*Persona ecclesiastica locare possunt prouentus decimarum his, cum quibus conditio ecclesiæ sit melior, statuto diocessani contrario non obstante: & eadem ratio est de alijs rebus ecclesiæ.*

**V**estra nobis relatio declarauit, quod cum ad firmam fructus vestrarum dare consueueritis decimarū: & infra. Diocess. episcoporum statuto contrario non obstante, vestrarum decimarum prouentus illis libere locare potestis, cum quibus ecclesiæ vestræ conditionem poteritis facere meliorem: ita tamē, quod huiusmodi locatio ad feudum vel alienationem non videatur extendi.

*Propter sterilitatem grauem conductori sine culpa sua contingentem remittitur pensio pro rata, nisi possit cum vbertate præcedentis, vel sequentis temporis compensari. hoc dicit vsque ad. §. vltimum.*

**P**ropter sterilitatem adficientem magno incommodo conductores, vitio rei sine culpa coloni, seu casu fortuito contingentem, colonis ecclesiæ tuæ pro rata pensionis remissio est faciendā, nisi cum vbertate præcedentis, vel subsequentis anni valeat sterilitas compensari.

*Ponuntur hic quatuor casus, in quibus iniquilinus potest ante tempus conductionis finitæ licitè expelli. Abbas.*

*\* Adpellatioe magistrorum comprehenduntur doctores vtriusque iuris. l. milites & l. hi qui. ff. ex qui. cau. maio.*

*lege 22. ff. §. 1.*

Verum

Verūm inuito inquilino domū inhabitare vel rescere potest, si necessitas (quæ tamen non imminet locutionis tempore) id exposcat: remissa sibi pro residuo temporis pensione: qui etiam inde rationabiliter amquetur, si peruersè sibi fuerit conuersatus, vel cum canonem per biennium non soluerit, sibi satisfactione celeri non prouidit.

Idem.

Emphyteuta ecclesia meliorationes suas vendere non potest, nisi seruatis his, de quibus hic. Et si contra fecerit, vel canonem per biennium non soluerit, nec moram postea celeriter purgauerit, iuste potest expelli.

Capitulum. iiii.

\*vide. l. i. s. fr. ff. de p. & l. domos. s. i. & v. vobis. Bart. ff. de leg. i. vide. l. insula. & ibi. doc. ff. de ver. ob.

Potuit emphyteuta (ecclesia primitus requisita, eique nunciato, quantum sibi ab aliis offertur, \* si nolle se emere dixerit, vel à denunciationis tempore duorum spacium mensium sit elapsum) meliorationes & ius sibi competens aliis vendere, quæ ab emptione huiusmodi minime prohibentur. Emphyteuta quoque, secus præsumedo, vel cessando in solutione canonis per biennium (nisi celeri satisfactione postmodum sibi consulere studuisset) iuste potuisset expelli. \* Non obstante, quod ei ut canonem solueret, non extitit nunciatum: cum in hoc casu dies statuta pro domino interpellat.

De rerum permutatione. Tit. xix.

Ex concilio apud Siluan.

Princeps potest rem ecclesie immobilem per permutationem adquirere, data re meliori vel equali, hoc dicit. Et in hoc quod dicit, vel equali, est casus notabilis.

Capitulum. i.



Princeps voluerit rem mobilē sanctis locis præstare, & accipere ab eis aliam immobilem, eoque modo de communi voluntate permutationem contrahere: liceat ei hoc facere, si causa rationabilis id exposcat, & res quam præstiterit, maior fuerit, vel equalis: pragmatica sanctione super hoc promulgata. Ex concilio Beluacensium.

Permutatio rerum ecclesiasticarum facta in casu non concessa, seu non seruata solennitate iuris, est reuocanda per successorem.

Capitulum. ii.

Ut cōmutationes rerum ecclesiasticarum, quæ ab antecessore inconsulte factæ sunt, ab eo, qui successor est, emendantur.

Ex concilio apud Siluanectum.

Mancipia

Mancipia ecclesie non debent permutari nisi ad libertatem, vel nisi sint fugitiua. hoc dicit cum cap. sequenti. Capitulum. iiii.

Mancipia ecclesiastica, nisi ad libertatem non conuenit commutari: videlicet ut mancipia, quæ pro ecclesiastico homine dantur, in ecclesie seruitute permancant, & ecclesiasticus homo, qui commutatur, fruatur perpetua libertate. quod enim semel deo consecratū est, ad humanos vsus transferri nõ decet. Ex eodem.

Serui ecclesie cum prophanis permutari non possunt, nec alienari, nisi sint fugitiui. Capitulum. iiii.

Inustum videtur & impium, ut mancipia, quæ fideles deo, & sanctis eius pro remedio animæ suæ consecrarunt, cuiuscunque muneris mancipio, vel commutationis commercij iterum in seruitutem secularium redigantur, cum canonica auctoritas seruos tantummodo permittat distrahi fugitiuos. Et ideo ecclesiarū rectores summopere cauēat ne elemosyna vnius alterius peccatum fiat. Et est absurdum, ut ab ecclesiastica dignitate seruus discedens, humanæ sit obnoxius seruituti.

Verbanus tertius.

Præbenda pacto præcedente permutari non possunt: episcopus tamen potest de loco ad locum permutare personas. Capitulum. v.

Quæ situm est ex parte tua, si commutationes fieri valeant præbendarum, cum commutatio dignitatum in Turonensium concilio fuerit interdicta: & infra. Generaliter itaque teneas, quod commutationes præbendarum de iure fieri non possunt, præsertim cum pactioe præmissa, quæ circa spiritalia vel connexa spiritalibus habet continet semper simonia. Si autem episcopus causam inspexerit necessariam, licite poterit de vno loco ad alium transferre personas: ut quæ vni loco minus sunt vtilis, alibi se valeant vtilius exercere. Clemens tertius.

Ecclesie iure proprietatis possunt adinuicem permutari, & possessiones earum etiam permutari possunt, & pro minus valentibus precium suppleri. Capitulum. vi.

Ad questiones soluendas: & infra. Intelleximus ex literis tuis, quod duæ conuenticales ecclesie sunt in tua diocesi constitutæ, quarum vtraque parociale habet ecclesiam cum possessionibus magis alteri, quam sibi vicinam. Illis autem desiderantibus permutare eas, cum illarum altera respectu meliorum prouentuum plus abundet, & ideo sibi postulet adici certam summam pecunie numeratæ, ut sic ad æqualitatem permutationes

vide. l. i. s. fr. ff. de p. & l. domos. s. i. & v. vobis. Bart. ff. de leg. i. vide. l. insula. & ibi. doc. ff. de ver. ob.

Handwritten notes in the left margin, including 'vide. l. i. s. fr. ff. de p. & l. domos. s. i. & v. vobis. Bart. ff. de leg. i. vide. l. insula. & ibi. doc. ff. de ver. ob.' and other illegible scribbles.



## Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xix.

gationes valeant peruenire, vtrum posset id licite fieri, exitit dubitatum. & infra: Respondemus, quod cum de distis parochialibus ecclesiis per se queat commutatio celebrari, & in permutatione possessionum per se non sit inhibitum, si altera ratione possessionum alteri præponderet, pecuniam posse refundi de ipsarum possessionibus adinuicem, prout visum fuerit expedire: resula certa pecuniæ quantitate poterit contractus permutationis iniri, sic tamen, quod illi cōtractus nequam sibi iniuicem misceantur.

Innocentius tertius Senoñ. archiepiscopo.

*Beneficia sua perdunt, qui ea propria permutant auctoritate.*  
*Capitulum. vii.*

**C**um olim magister S. & B. archidiaconatum & præposituram adinuicem commutassent: & infra: Licet prædictus magister ab initio sponte fuerit de permutatione confessus, idem tamen B. eam inficiabatur omnino, proponens, quod ipse præposituram sine conditione qualibet resignauit, & post resignationem prædicti magistri archidiaconatum fuerat adsecutus: & infra. Cum ergo nobis constaret quod ipse suum præsterit permutationi consensum, prædictus autem magister suum publice fateretur errorem: & tunc præpositura, & illum archidiaconatu curauimus spoliare, super hoc definitiuam cōtra eos sententiam preferentes.

Idem archi. & P. sancti Andree Colonien.

*Si permutatio beneficiorum completa est ex vna parte, & per alteram stat, quo minus impleatur, restituitur pars ad suum beneficium. & secundum hoc continet ius.*  
*Capitulum. viii.*

**C**um vniuersorum: & infra. Intelleximus G. canonicum recessente, quod cū ipse & L. clericus de permutatione præbendarum suarū inter se tractare cœpissent, quam vtilitati vtriusque imminere credebant, tandem idem L. præbendam eiusdem G. cuidam consanguineo suo assignata, præbendam suā ei sicut promiserat, noluit resignare: & infra. Cum igitur deceptis & non decipientibus iura subueniat: licet ipsi per se de iure non possint ecclesiastica beneficia permutare: vt tamen simplicitati venia tribuatur: \* mandamus, quatenus, si constiterit prætaxatum G. taliter fuisse deceptum, amoto à præbenda sua consanguineo ipsius L. vel quolibet alio illicito detentore, eam restitui faciatis eidem.

Gregorius. ix. Betoñ. & Fungien. Abbatibus.

*Spirituale cum temporali permutari non potest.*

*Cap. ix.*  
*Exhibita*

\* Vide l. ff. de dona. & l. tutor. ff. de susp. pec. tu. 20.

**E**xhibita nobis abbatis & conuentus sancti Martini de Pannonia petitio, continebat quod cū super causa, quæ inter ipsos ex vna parte, & præpositum Albanen. ex altera, super quibusdam decimationibus vertebatur, ad C. capellanas nostrum, tunc in Hungaria commorantem, nostras literas impertrassent: ipse ac magister M. in quos vtrinque tanquam in arbitros exitit compromissum, arbitrati fuerunt, quod si dictus præpositus obtineret decem millia solidorum regalium à rege Hungariæ concedi monasterio memorato, ipsi ab eandem decimationum petitione cessarent: & infra. Quocirca mandamus, quatenus si vobis constiterit de præmissis (cū permutatione de spiritualibus ad temporalia improbetur) prædictum arbitrium, & quicquid secutum est ex eo vel ob id, irritum & inane decernatis.

## De feudis. Titulus. xx.

Innocentius. iij. Marien. episcopo.

*Si dominus à vasallo recipit feudum in pignus, abstinendo ab eius seruitio non tenetur computare fructus in sortem, hoc dicit secundum intellectum communem. Et est casus singularis, qui alibi non legitur.*  
*Capitulum. i.*

**N**on inuentione presentium declaramus, quod gagerias quam de feudo ecclesiæ tuæ ab M. dignoscere receperis, à te potest libere detineri fructibus non computatis in sortem. Ita videlicet, vt quamdiu fructus illos ceperis in sortem minime computandos, idem M. à seruitio, in quo tibi & ecclesiæ tuæ pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis.

Idem Mediolanen. archiepiscopo.

*ponit tres casus, in quibus non obstante iuramento de non infundando, potest episcopus antiquum feudum ad ecclesiam reuersum nouo vasallo concedere. hoc dicit. Et est casus notabilis interpretans iuramentum de non alienando.*  
*Capitulum. ii.*

**E**x parte tua nostro est apostolatui reseratum, quod sepius dubitasti vtrum cum contingit vasallum tuum decedere, & ad te feudum ipsius redire, feudum eius alius liceat tibi dare, quamuis iuramento tenearis astrictus, non incedere de nouo, Romano pontifice in consulto? Ad hæc si vasallum tuū feudum alienare contingat, an ipsius filium vel consanguineum eiusdem feudi consortem de ipso valeas inuestire? \* Alia quoque dubitatio continebat, vt cum feudum alienatum repereris, quod per te facile recuperare non potes: vtrum possis alii laico in feudum illud concedere, qui & illud recuperet, & in feudum

\* vide l. j. si re p. Bar. ff. de pec. & l. ii. C. de li. & eo. li.

Decretalium Gregorij Lib. iij. Tit. xxj.

In feudum per ecclesiam recognoscatur & infra. In primo ergo casu feudum decedentis libere (si videtur expedire) cõcedas. Atque in secundo filium, vel consanguineum alienatis inuictens. In tertio feudum alienatum poteris ei licenter concedere, per quem ipsa ecclesia valeat rehabere.

De pignoribus, & aliis cautionibus. Titulus xxj.

Ex concilio Remen.

Res ecclesia pignori non debent, nisi ex necessitate & rationabili causa. Capitulum. i.

**N**illus presbyter præsumat calicem, vel patenam, vel vestimentum sacerdotale, aut librum ecclesiasticum tabernario, vel negotiatori, aut cuiilibet laico, vel femina in vadum dare, Nisi iustissima necessitate vigente.

Gregorius. iij. Exon. episcopo.

Liber homo non potest pignori. Capitulum. ii.

**L**ator præntiũ: & infra. Lex habet, vt homo liber pro debito non teneatur, etiã res defuerint, quæ possint pro debito addici.

Alexander. iij. episcopo Exoniẽ.

Si rector ecclesie pro facto proprio rem ecclesie obligauit, cogitur eius heres rem redimere, & ecclesie restituere. Capitulum. iij.

**E**x præsentium latoris insinuatione accepimus, quod sacerdos ecclesie de Offitona calicem argenteum & medietatem vnus breuiarij eiusdem ecclesie pro sua necessitate pignori obligauit, & ea morte præuentus minime recollegit.

Vnde quoniam indignum est, vt eidem ecclesie res sue (præsertim quæ sacris ministerijs deputatæ sunt) taliter debeant deperire: mandamus, quatenus si verum est, quod adicitur, filium eius qui ex successione ipsius patrimonij ius dicitur obtinere, moneas & compellas vt ea recolligat, & restituat ecclesie memoratæ.

Innocentius tertius G. subdiacono nostro, & P. canonico Pisano.

Si vsuarius emit rem eo pacto, quod post tempus restituat eam venditori, recipiendo aliquid vltra sortem, fructibus tamen in ea computatis iudicatur contractus feneratorius. Capitulum. iij.

**I**llo vos credimus scientie dono vigere: & infra. Sane intemastis nobis, quod causam, quæ vertitur inter H. & B. filios G. de

De pignoribus, & aliis cautionibus. 224

G. de Cosa ex vna parte, & G. filiam T. & heredes ipsius ex altera, super quibusdã terris præfatis personis pro viginti tribus libris pignori obligatis: vobis duximus committendam: & infra. Ex parte prædictæ G. & heredum eius fuit propositum terras, quas iidem H. & B. repetebant; ab eis non esse pignori obligatas, sed pure venditas: sicut in instrumento confecto exinde continebatur: \* Præfatus vero H. pro se ac fratre suo firmiter adserbat terras nõ esse pure venditas, sed pignori obligatas: cum venditioni prædictæ talis fuerit adiecta cõditio; vt si à tempore contractus vsque ad duos proximos annos præfatio T. emptio displiceret, G. pater H. abinde vsque ad annum vicennum sextum libras (perceptis fructibus computatis in ipsas dare debet. Verum, quia ambigitis vtrum pura sit & absoluta venditio, an præfatus contractus pignus debeat iudicari.

Respondemus, quod qualiscunq; fuerit intentio contractuum, & ex forma contractus venditio non adpareat conditionalis, sed pura: quamuis per conditionem possit resolui, ex duobus tamẽ, quæ in pacto fuerunt expressa, videlicet quod fructus percepti deberent in soluenda pecunia numerari, & quod vltra summam receptam. lx. solidi. deberent persolui, contra ipsum emptorem præsumitur vehementer, præsertim cum viuras confluerit exercere.

Idem episcopo. Aquinati.

Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentẽ bona mariti. Capitulum. v.

**E**x literis, F. T. accepimus, quod causam, quæ vertitur inter R. & A. mulierem, tibi duximus committendam: & infra.

Si quidem probatum est, quod pro facinore à marito prædictæ mulieris commissio, eo fugam petete, tam frater mariti, præfatus videlicet R. quam ipsa mulier (licet minus iuste) \* a regio iusticiario capii fuerint, & de ipsius mandato bonorum omnium delinquentis facta distractio, & soluta pecunia mercatori, qui à marito mulieris vulneratus fuerat, & rebus propriis spoliatus, sed quædam possessiones illius penes eundem R. remanserant: quas idem de mandato curiæ retinuit, soluta pro eis pecunia prædicto mercatori, quia emptor alius propter possessionum minutias non exibat: pars vero mulieris æstimationem dotis instantius petebat sibi restitui, vel in possessiones, quæ mariti fuerant ex officio delegationis induci: & infra. Mandamus, quatenus si tibi constiterit ex his, quæ in presentia tua fuere proposita & probata, & mulier dicit

L. 19. C. de  
Vtr. lib. 1.  
C. de i. i. 17.  
\* Vide. l.  
quod si no  
lit. in ff. ff.  
de ad. l. e.  
dit.

\* Vide. l.  
j. & quasi  
per tuum.  
C. ne vx.  
p. ma. q. 4  
facit in ca  
jul. scire.  
C. qui. mo.  
pign. ta. cõ  
tra.

Handwritten notes and signatures at the bottom of the page, including names like "G. de" and "C. de".

a. & notata d. h. ad d. 12. c. 2. p. 1. p. 1.

Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xxj.

viro dedisse in dotem: & prædictum R. de bonis fratris aliqua possidere: cum mulieribus fauor multus in recuperandis dotibus debeat, & cautum sit in iure, quòd propter maleficiū viri mulier remanere non debeat indotata, cum etiā bona viri mulieri sint pro dote tacite obligata, & cum suo onere transferantur ad quemlibet possidentem: R. prædictum eisdem mulieri ad restitutionē dotis eatenus condemnes, quatenus, de bonis fratris sui præfati noscitur possidere.

Idem R. de monte Fortino.

Si creditor vel is, qui ab eo causam habet, tot fructus percepit ex pignore, quòd satisfactum est, sorti, debet pignus restitui debitori.

Capitulum. vi.

Um contra G. ciuem Anagineū. super quibusdam possessionibus, quas quondam pater tuus L. de Saul. pro certa quantitate pecuniæ obligauerat, & ipsius creditoris hæredes prædicto G. pignorauerant, mouisses in nostra præsentia questionem, legitime probauisses, quòd ex earum prouentibus tantum fuerat tam ab eodem G. quam ab alijs, qui eas tenebant, à tempore, quo fuerant obligatæ perceptū, quòd fructus sorti poterant adæquari: Nos igitur adtendentes, quòd in talibus perceptio fructuum in solutione sortis accedat, cum secundū canonicas sanctiones fructus restitui, & in sortem debeant computari, considerantes etiam, quòd possessiones ipsæ iam extenuassent penitus totum onus, & debitum annullassent, ipsas tibi restituendas esse decreuimus, & te per nuncium nostrum in possessionem induci fecimus corporalem.

Idem.

Si is, qui sub pacto legis commissoriæ pignorauit rem suam, & inuauit non contrahere: in se impeditus intra diem statutum non redemit, post diem redimere poterit.

Capitulum. vii.

Significante R. ciue Pisano nobis innotuit, quòd cum domum suam G. Pisano cui pro. ccl. libris pignori obligasset, ac promississet præstito iuramento, quòd nisi domum ipsam statuto termino recolligeret, creditorem ulterius super eo minime molestaret: & intra statutum tempus per certum fidèle nuncium (prout ei videbatur) creditori pecuniam numeratam remisit: quam idem nuncius infideliter agens, sicut ei iniunctū fuerat non perfoluit: & postmodū idem R. ab imperatore detentus dicto G. satisfacere non potuit, vt debuit: & infra. Cū igitur pactum legis commissoriæ sit in pignoribus improbatum: & prædictus R. quantum in eo fuit, iuramentū debitum adimpleuit: cum per eum, quē certum nuncium esse sperabat, pecuniam

Causae 19.  
Capp. 4.

De fideiussoribus.

pecuniam remisit termino statuto, sed in captione detentus satisfacere non potuit creditori. \* Mandamus, quatenus si est ita, prædictum creditorem, vt forte contentus, pensionibus pignoris computatis in eam illud præfato R. omni dilatione postposita resignet (pacto tali vel iuramento nequaquam obstante) cen. eccle. cogatis.

Gregorius nonus.

Vsfructuarium cauet, quòd fructus rebus immobilibus salua ipsarum substantia, & pecuniam & æstimationem mobiliam, que consumuntur vsu, finito vsufructu restituet. Capitulum. viii.

Um constet I. mulierem vxorem Ogerij, quòd ad vsufructum filio suo successisse in bonis, quorum proprietates ad M. mulierem vxorem C. dignoscitur pertinere: Mandamus, quatenus eam ad cautionem idoneam exhibendam, quòd utatur & fruatur salua rerum substantia in rebus immobilibus quæ vsu non consumuntur, ad arbitrium boni viri. Pecuniā vero si quam habuit vel habebit, ac æstimationem bonorum, que consumuntur vsu, & in hæreditate inuēta fuerint: in morte sua dictæ mulieri, vel hæredibus eius restituat: per censuram ecclesiasticam compellatis.

De fideiussoribus. Tit. xxij.

Ex concilio Cantuariensī.

Breue est, nec potest breuius summari.

Capitulum. i.



Lericus fideiussoribus inseruiens abiciatur. \* Lucius tertius Elien. episcopo, & archiepiscopo Noruicensi.

\* al. ab ecclesia abiciatur.

Compellitur clericus seruare fideiussorem indemnem per adsignationem reddituum suorum. Cap. ii.

Peruenit ad nos ex conuentione R. clerici, quòd cum ipse pro C. & F. clericis, mercatoribus Bononiensibus fideiussoribus illis præscriptam pecuniam non soluentibus coactus est satisfacere de eadem. Ne igitur dispendium patiatur, vnde videtur præmium meruisse: Bonon. episcopo dedimus in mandatis, vt super debitis illis instrumēta, quæ sunt apud creditores inspiciat: & eorum transcripta suo sigillo signata vobis mittere non postponat. Mandamus itaq; discretioni vestræ, quatenus si ex concessione prædictorum clericorum vel alijs legitimis vobis rem ita se habere cōstitit: moneatis eosdē vt memorato R. pecuniam, quam pro eis soluit restituant, ipsūmq; seruet indemnem: alioquin de redditibus eorum præscripta debita faciatis exolui, & damna etiam, quæ propter hoc pertulerit, resarciri aut prædictos redditus sibi adsignetis: tamdiu sine

F mole-

molestia detinendos, donec ipsa damna refarcita fuerint, & debita sine deminutione soluta. Præfatos vero clericos, si religionem fidei & iuramenti sui eos violasse constiterit: ab officio & beneficio suspendatis.

Idem Cantuariensis archiepiscopo.

Per distractionem canonicam compellitur debitor à fideiussione absolueri fideiussorem, qui à creditoribus molestatur. Cap. iiii.

Constitutus in præsentia nostra magister S. sua nobis adser-tione monstravit, quod pro cancellario tuo tempore La-teran. concilij in quadam summa pecunia intercessit, quâ quâ- vique modo debitor non persoluit, se adserit plurimas à cre-ditoribus Bononiens. molestias pertulisse, & debitum augmen- tarum: Ideoque mandamus, quaterius si legitime tibi de hu- iusmodi adseritione constiterit, præfatum debitorem vt cum à prædicta intercessione sine dilatione prorsus absoluat, eccle- sien. compellas. Præsentium quoq; auctoritate iniungimus, vt si debitum vel actiones ille negauerit, consuetudine, quæ est legi contraria nõ obstante, iuramentum calumnia subire co- gatur. Præterea quia difficile foret intercessori suos testes in Angliam ducere, iudicibus Bonon. (satisfactione idonea à can- cellario ipso accepta, quod ad testes audiendos vadat vel mit- tat intra terminum competentem) literis tuis significes, vt eos vice tua recipiat & examinent diligenter, & depositiones eor- um transmittentes inclusas significant quanta fides possit in- strumentis vel testibus adhiberi.

Innocentius. iij. in concil. generali.

Si sine licentia prælatus & maioris partis capituli religiosus fideiussit, vel mutuum acceperit, non tenetur ecclesia, & ipse recipiens punitur, nisi mutuum sit versum in utilitate ecclesie. Cap. iiii.

Quod quibusdam religiosis à sede apostolica est prohibi- tum: volumus & mandamus ad vniuersos extendi, \* ne quis videlicet religiosus absque maioris partis capi- tuli & abbatis sui licentia pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuam accipiat vltra summam communi prouidè- tia constitutam alioquin non teneatur contentus pro his ali- quatenus respondere: Nisi forte in utilitatem domus ipsius manifeste constiterit redundasse: Et qui contra istud statu- tum venire præsumperit, grauiori disciplina subdatur.

Gregorius nonus.

Ponit tres casus, in quibus fideiussor contra debitore agit an- sequam soluat, vt à fideiussione liberetur. Capitulum. iiii.

Edm;

VM, pro quo te fideiussorem obligasti, si diu in debiti so- lutione cessauit, aut dissipare bona sua cepit, seu super hoc condemnatus fuisti, iure poteris conuenire vt te à fidei- ussione debeat liberare.

De solutionibus. Titulus. xxiiij.

Alexander. iij. de cano & capitulo Morin.

Successor in beneficio tenetur soluere debita prædecessoris pro necessitate ecclesie contracta. Capitulum. i.



In hoc apostolicæ: & infra. Sicut filius debita patris soluere tenetur, ita prælatus sui prædeces- soris pro ecclesia necessitate contracta.

Gregorius. ix.

Si prælatus obligat ecclesiam pro alienis debitis, est suspensus ipso facto ab administratione spiritualium & tem- poralium, & ecclesia non tenetur. Capitulum. ii.

SI quorundam: & infra. Firmiter inhibemus, ne quis præ- sumat ecclesiam sibi commissam pro alienis grauari debiti- us, aut literas alicui seu sigilla concedere, quibus possent eccle- sia obligari: \* Decernentes si secus fuerit adtentatum, ad so- lutionem talium debitorum ecclesias non teneri. Si quis aut- tem contra præmissa decetero venire præsumperit, ab admin- istratione spiritualium & temporalium nouerit se suspensum.

Idem de cano & I. canonico Tullen.

Si clericus non habeat, vnde satisficiat suis creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter molestari: præstabit tamen cau- tionem saltem iuratorijs de soluendo, cum venerit ad pinguiore fortunam. Capitulum. iiii.

Doardus clericus proposuit, quod cum P. clericus, D. lai- cus, & quidam alij ipsum coram benefice archidiaconi Re- men. super quibusdam debitis conuenissent, idem in cum re- cognoscentem huiusmodi debita, sed propter rerum inopiam soluere non valentem, excommunicationis sententiam pro- mulgauit: & infra. Mandamus, quatenus si constiterit, quod prædictus O. in totum vel pro parte non possit soluere debi- ta prædicta, sententiam ipsam sine difficultate qualibet re- laxetis, recepta prius ab eo idonea \* cautione, vt si ad pingui- orem fortunam deuenierit, debita prædicta persoluat.

Idem.

Conquerens se indebite soluisse, hoc probare debet, nisi in caso hic posito. Capitulum. iiii.

F ij

Is. q. vi

*si fecit conuenire de- bito, in utilitate ecclesie, (beneficij) ita ant. q. m. a. q. s. t. t. u. n. l. si sine in. ver. si vero*

*\* Vide. l. qua. dotu. ff. sol. ma. tri. c. l.*

*Luci. & r. v. b. i. q. de Bar. ff. de fide. istr.*

*\* vide. Albi. c. Feti.*

*19 Cap.*

*\* vide. l. cum ac- tiffimi. p. Bar. C. de fidei. cum.*

*\* vide. l. eū de in- debito. ff. de proba.*  
**I**S, qui conqueritur indebitam pecuniam se soluisse, probare tenetur, quòd indebite sit soluta. \* Nisi eius aduersarij solutionem inficians exinde conuincatur: tunc enim diffidenti onus incumbit probandi, quòd debitum receperit.

De donationibus. Tit. xxiiij.

Gregorius A. Patricio Gallorum.

*Potest intelligi duobus modis. & secundum primum intellectū hoc dicit. Liberalis in donando existimat se debere quod donat. Vel sic secundum alium intellectum: Promittentes aliquid donare, illud tanquam debitum adimplere tenentur.* Capitulum. i.

**R**udentes: & infra. Hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponit, vt debere se, quod sponte tribuit, existimet: Et nisi in beneficiis suis creuerit, nihil se prestitisse putet.

Alexand. iij. Parisiē. episcopo.

*Non valet donatio, quam facit prælatus inconsulto capitulo, & in damnū ecclesie.* Capitulum. ii.

**F**Raternitatem tuam credimus non latere, quòd cum episcopus & quilibet prælatus ecclesiasticarum rerum sit procurator, & non dominus: conditionem ecclesie meliorare potest, facere verò deteriorem non debet. Accepimus autem, quòd prædecessor tuus graues donationes in rebus episcopatus fecit in detrimentum ecclesie, suis canonicis inconsultis:

Vnde quoniam donationes huiusmodi de iure non tenent, indulgemus tibi, vt liceat donationes huiusmodi tā a clericis, quàm a laicis legitime reuocare.

Idem Vigor. episcopo.

*In considerando, an valeat donatio facta per prælatum, debet attendi quantitas rei donata, & loci consuetudo. hoc dicit in habendo litera.* Capitulum. iij.

*\* vide. l. & postea conuentus pars reclamauerit: Data rei quantitas, & illius terræ consuetudo (quæ tamen sacris canonibus non obuiet) est diligenter attendenda: \* & secundum hoc est donum ratum vel irritum iudicandum.*

Idem abbati sancti Alberti.

*Ecclesia non vacans, in beneficium concedi non potest, sed in proprietatem sic, de auctoritate tamen episcopi, & sine prauicio prælati.* Capitulum. iiii.

Con-

**C**onsultationibus: & infra. Donationes verò vel cessiones ecclesiarum si quæ fiant priuatis personis, videntibus illis, qui ipsas ecclesias possident: nullius debent esse momenti. Si religiosis fiant locis ab episcopo, vel eius auctoritate, ratæ debent haberi: Ita quòd personæ, quæ iam distas ecclesias possident, sine ipsorum aduensu eis in vita sua non debeant spoliari. Innocen. iij. episcopo. Floren.

*Non obstante iuramento de nouo, prælatus integrare potest feudum, si adpareat vasallum in mensura fuisse deceptum.* Capitulum. v.

**P**er tuas literas proponere procurasti, quòd cum quidam nobiles Florentini tempore schismatis episcopum Floren. in domo sua tenuerunt, idem episcopum se data schismatis tempestate de mandato Alexand. pa. quatuor modios terræ in feudo concessit eisdem: & successor ipsius (prout est moris) de certo feudo præfatos nobiles inuestiuit. verum cum ipsi assignatam terram mensurari fecissent: non nisi duos modios inuenissent, feudum integrari cum instantia postulantes. super quo dubitas, eo quòd non sunt in possessione ipsius: ne de nouo videaris illud conferre: & infra. Nos igitur attendentes, quòd ecclesia in actibus suis fraudem non debet aliquam adhibere, respondemus quòd feudum ipsum secure poteris integrare, cum terra illa quatuor modiorum ipsis fuerit assignata.

Idem R. de Bur. & G. Berbur. abbatibus.

*In donationibus plenissima fit interpretatio: & ob hoc clausula onerosa post multas donationes adposita, proximam donationem tantum respicit. hoc dicit. & est casus singularis.* Capitulum. vi.

**C**um dilecti filij abbas & monachi de Melios proposuerint coram nobis, quòd nobilis vir Alanus quasdam terras à patre ipsius, eorum ecclesie in elemosynam assignatas, violenter redigere cupiat in forestam: & infra. Mandamus, quatenus ad sententiam pro ipso monasterio proferendam adpel. postposita procedatis, cum ex tenore instrumenti vehementer adparet, quòd hæc fuit mens & intentio donatoris, vt clausula de foresta, quæ in fine ponitur instrumenti, non ad superiorem donationem, quæ tam libera & pura fuit vt immuuis esset ab omni vexatione & consuetudine seculari, sed ad inferiorem confessionem quæ pensionem & determinationem habet inseratam, iuxta sanum referendum intellectum: quia in contractibus plena, \* in testamentis plenior, in beneficiis quotique plenissima est interpretatio adhibenda.

Idem Heliens. episcopo.

F iij Si epi-

*\* Interpretatio facienda est in meliore parte vt res valeat. vid. l. quoties. ff. de re. dub.*



inferat detrimentum, quia tamen non solum si saepe, sed etiam si semel id fiat, ex variis circumstantiis deprehendi potest interdum valde damnosum: quod quidem magis potest ex ostensione facti, quā expressione alicuius statuti cognosci: nec quinquagesima, nec centesima semel aut successiue debet cum graui ecclesie damno conferri. Si verò intantum abundet episcopus, vt sine damno ecclesie suae possit amplius etiā, quā per quinquagesimam vel centesimam partem necessitati alterius ecclesie subuenire, quāuis per se nō debeat summam excedere à canone praefinitam, per quam incaute largiri volētibz est occursum: de superioris tamen autoritate pontificis: potest etiam in maiori summa inopiae alterius prouideri.

Gregorius nonus.

*Donatio potest per donatorem non per heredem eius, qui tacuit ob ingratiudinē donatarii reuocari in casibz hic expressis. Ca. x.*

**P**ropter eius ingratitudinem, in quem liberalitas est collata, donatoris persona de rigore iuris cā potuit reuocare. Si forte in ipsum impias manus iniecerit, aut sibi atroces iniurias, seu graue rerum suarum damnum, vel vitae periculum inferre praesumpserit. Quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successores.

De peculio clericorum. Tit. xxv.

Ex concilio Arelatensi.

*Quaesitum à rectore ecclesiae tempore promotionis nihil habere praesumitur de bonis ecclesiae quaesitum. Cap. i.*



nuestigandum est si nihil patrimonij habēs presbyter, quando promotus est ad ecclesiasticum ordinem, postea emerit praedia cuius iuris sint: quoniam ecclesiae, ad quam nihil habēs promotus est, esse debent iuxta canonicam auctoritatem.

Ex eodem.

*De emptis per praelatum de bonis ecclesiae, debet instrumentum confici nomine ecclesiae, alias debet praelatus ab administratione remoueri. Capitulum. ii.*

**P**resbyter cum diocesim tenet: de eis, quae superemerit, ad ipsius ecclesiae nomē scripturam faciat: aut ab eius ordinatione discedat.

Ex epistola Pij papae.

*Quaesita per episcopum post consecrationem suam, ecclesiae relinquenda sunt. Capitulum. iii.*

¶

**V**T vnusquisque presbyter res, quas post dies cōsecrationis adquisierit, propriae ecclesiae relinquat.

Ex concilio Remensi.

*Empta per praelatum ex emolumentis ecclesiae, efficiuntur ecclesiae, licet praelatus emerit nomine alieno. Cap. iiii.*

**I**nquirendum est si quis presbyterorum de redditibus ecclesie, vel oblationibus vel votis fidelium alieno nomine res cōparauit, quia sicut nec suo, ita nec alieno nomine presbyter fraudem facere de facultatibus ecclesiasticis debet, quoniam hoc sacrilegium est, & par crimini ludae furis, qui sacras oblationes asportabat & furabatur.

Ex concilio Toletano.

*Meliorationes factae per praelatum in rebus ecclesiae, sunt suae in via, etiam si dimittat beneficium: sed de his testari non potest. hoc dicit, secundum intellectum satis notabilem. Cap. v.*

**S**i quis sanē clericorum agella vel vineolas in terra ecclesiae sibi fecisse probabitur sustentandae vitae causa, vsq; ad diem obitus sui possideat, verum post suum decessum ecclesiae restituet, nec testamentario aut successorio iure cuiquam haereditum probaredumve relinquat, nisi forsan cui episcopus pro seruitutis ac praestatione ecclesiae largiri voluerit.

De testamentis, & vltimis voluntatibus.

Titulus xxvj.

Gregorius. iij. Antonio subdiacono.

*Episcopus de rebus patrimonialibus testari potest, de rebus vero ecclesiae seu intuitu ecclesiae quaesitis, testari non valet.*

Capitulum. i.



Vorundā ad nos relatione peruenit, quod I. A. tel lanæ ciuitatis episcopus condito testamento in octo vnciis substantiae suae nurum haereditatem instituit, ecclesiam suam in residuis quatuor. Hortamur igitur, vt sollicitè hoc discutias, & quicquid ipsum habuisse patuerit, à qualibet persona detineri nullatenus patiaris, nisi hoc solum, quod eum ante episcopatus ordinem proprium habuisse constiterit. Quicquid verò ecclesiae ante ipsius consecrationem fuisse cognoueris, vel in episcopatus ordine praedictum episcopum adquisiuisse, in eiusdem ecclesiae dominio conferuetur.

Idem.

*Abbatissa testari non potest, etiam si nunquam induisset habitum monachalem. Capitulum. ii.*

¶

*vide infra  
20. oct. 17. 17. 9. 4.  
vide. l. i. c. 2.  
C. de li. et corio libe.  
17. 9. 4.*

**Q**uia ingredientibus: & infra. Gabina abbatissa conque-  
sta est S. quondam abbatissam monasterij sui postquam  
regendi suscepit officium, condito testamento lega-  
ta reliquit, dicens eam vsque in diem obitus sui non induisse  
habitum monachalem, sed in vestibus, quibus vtitur loci illius  
presbyteri permanisse, sicut & illa que ante ipsam fuerat ab-  
batissa, & hoc plene ex consuetudine licuisse: & infra. Necessarium  
ergo visum est, postquam abbatissa ordinata est, & in mo-  
nasterio per annos plurimos vsque ad obitum præsuit, vestis  
qualitatem ad culpam forte episcopi pertinere, qui eam sic esse  
permisit, non tamen potuisse praeiudicium monasterio irro-  
gare \* sed res ipsius eidem loco ex quo illic ingressa & abba-  
tissa constituta est, de iure competere.

\* Alias, tantum.  
\* Alias, generare.

Idem.

*Si intra annum a die mentionis non fit executio testamenti per debentem exequi, deuoluitur executio ad episcopum.* Cap. iij.

**N**os quidem: & infra. Peruenit ad nos S. de hac luce mi-  
grante. Suprema voluntatis religio monasterium praece-  
pisse fundari: cuius desiderium a T. religiosa foemina eius ha-  
rede protrahitur. Quamobrem te hortamur vt eam commo-  
neas \* quatenus intra annum monasterium quod iustum est de-  
beat ordinare, & cuncta secundum voluntatem defuncti sine al-  
tercatione construere. Quod si intra praedictum tempus  
sue in loco, quo constitutum fuerat, seu si ibi non potest, & alibi  
placet ordinari, tecum implere neglexerit: tunc per te adifice-  
tur, & omnia per te loco ipsi sine diminutione qualiter adsi-  
gentur. Sic enim secundum piissimas leges dilatas defuncto-  
rum pias voluntates episcopali deccis est studio adimpleri.

\* vide. l. nulli. C. de epis. & cleri. in auth. de eccl. si. §. si quis adificatione.

Idem Petro subdiacono.

*Debetur legatum, quauis nudis verbis a testatore sit relictum.* Capitulum iij.

**I**ndicante: & infra. Cognouimus R. referente quod mo-  
riens vxor Redempti \* concham argenteam nudis verbis  
iussit venundari, & suis dari libertis, & scutellam argenteam  
cuidam monasterio reliquisset. In quibus voluntatem eius per  
omnia volumus adimpleri.

\* Alias, Recepti.

Idem T. episcopo.

*Non debetur legatum, cum testator rem non suam, sed ecclesie legauit, h. d. simpliciter inherendo litera.* Cap. v.

**F**ilius noster F. conquepitus est, quod quondam P. pater suus  
aliqua ecclesie vultura sepultura sua gratia iuris alieni reli-  
quit. Et quidem leges seculi hoc habent, vt heres ad soluendum

dum cogatur, si auctor eius rem legauerit alienam: sed quia lege  
dei, non auctem lege huius seculi viuimus, \* valde mihi vi-  
detur iniustum, vt res tibi legatae, quae cuiusdam ecclesiae esse  
perhibentur, a te teneantur, qui aliena restituere debuisti.

\* Alias, vimur.

Ex concilio Maguntino.

*Heredi non adimplenti iussa testatoris, ab episcopo interdicitur, vt a testatore relicta, h. d. inherendo litera.* Cap. vi.

**S**i heredes iussa testatoris non adimpluerint. Ab episco-  
poloci illius omnis res, quae eis relicta est, canonicè inter-  
dicatur cum fructibus & ceteris emolumentis: Vt vora de-  
functi adimpleantur.

Ex concilio Lateranensi.

*De bonis per ecclesiam acquisitis, clerici testari non possunt.* Capitulum vii.

**C**um in officiis charitatis primo loco illis beneamur obno-  
xii, a quibus beneficium nos cognoscimus accepisse, e contra  
quidam clerici cum ab ecclesiis suis multa beneficia percep-  
erint, bona per eas acquisita, in alios transferre praesumunt.  
Hocigitur, quia antiquis canonibus constat prohiberetur, nos in-  
demnitati ecclesiarum prouidere volentes, siue incestati de-  
cellerint, siue aliis conferre voluerint, penes ecclesias eadem  
bona praecipimus remanere.

Alexander tertius.

*Moderatam elemosinam de bonis per ecclesiam acquisitis ele-  
nici facere possunt, etiam in aegritudine constituti.* Cap. viii.

**A**d haec praesentibus innotescat, quod clerici de mobilibus,  
quae per ecclesiam sunt adepti, de iure testari non pos-  
sunt. Viuentes tamen & sui compotes moderatè valent ali-  
qua de bonis ipsis non ratione testamenti, sed elemosinae in-  
uitu erogare in aegritudine constituti.

Idem Vigilanti episcopo.

*De bonis propriis, vel acquisitis intuitu personae clericis, testari  
possunt, de acquisitis intuitu ecclesiae non.* Cap. ix.

**Q**uia nos: & infra. Consultationi. t. r. quod licet clerici  
de his, quae paterna successione, vel cognationis in-  
tuitu, aut de artificio sunt adepti, seu dono constan-  
tium, aut amicorum, non habito respectu ad ecclesiam,  
perueniant ad ipsas, liberè disponere valeant. De his tamen,  
quae consideratione ecclesiae per ceperunt, nullum de iure pos-  
sunt facere testamentum.

Idem Hostianensi episcopo.

\* Alias, tua nos.  
Clericus indiget  
habet uxorem  
in omni bono  
suaque sita  
caly acquisit  
vale  
cap. 7. p. notata  
de 34. de episc. &  
clericis.



a=derius. valet pro duobus vel tribus testibus  
ut hic et ubi. lib. 3. cap. 8. r. 55

Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xxvj.

*Valet testamentum, quod paracianus facit corā presbytero pa-  
rochiali & duobus testibus: nec valet contraria consuetudo. hoc di-  
cit, inhærendo verbis literæ.* Capitulum. xi.

**C**um es in nostra præsentia constitutus, proposuisti ta-  
stem in tuo episcopatu cōsuetudinem obtinere, quod te-  
stamenta, quæ sunt in vltima voluntate, penitus rescindantur,  
nisi cum subscriptione septem vel quinque testium fiant, secun-  
dum quod leges humanæ decernunt. Quia vero à diuina le-  
ge, & sanctorum patrum institutis, & à generali ecclesiæ conse-  
tutine id noscitur esse alienum, cum scriptum sit, quod in ore  
duorum vel trium testium stat omne verbum: præscriptam con-  
suetudinem improbamus. & testamenta, quæ paraciani coram  
presbytero suo, & tribus vel duobus aliis personis idoneis in  
extrema fecerint voluntate, firma decernimus permanere, sub  
interminatione anathematis prohibeantes, ne quis huiusmodi  
audeat rescindere testamenta.

Deut. 17.

Idem iudicibus Vellenei.

*Valet vltima voluntas ad pias causas coram duobus testibus,  
& est casus singularis.* Capitulum. xi.

**R**elatum est, quod cum ad vestrum examen super relicti-  
ecclesiæ causa deducitur, vos nisi septem, vel quinque ido-  
nei testes interuenerint, inde postpositis iudicare: & infra.

Mandamus, quatenus cum aliqua causa talis ad vestrum fue-  
rit examen deducta, eam, non secundum leges, sed secundum de-  
cretorum statuta tractetis, tribus aut duobus legitimis testibus  
requisitis: Quoniam scriptum est: In ore duorum vel trium  
testium stat omne verbum.

Ibid. &  
Matt. 18.

Idem Electo & capitulo Cassanē.

*De propriis potest testari clericus: in adquisitis per ecclesiam,  
etiam si sint mobilia, succedit ecclesia vel successor: potest tamen ali-  
qua seruitoribus vel pauperibus largiri. si autem defunctus ha-  
bet plures ecclesias vel beneficia, fiet aq̄ue diuisio inter illa.*

Capitulum. xii.

**R**elatum est auribus nostris, quod quia statuimus in Latera-  
nen. concilio, vt bona\* per ecclesiam ad quæ sita, ad eam in  
clericorum obitu deuoluantur, dubitatis an hoc sit de immobi-  
libus tantum, vel de mobilibus sentiendum: & infra. Respon-  
demus, quod generaliter bona quælibet per ecclesiam ad quæ sita  
eis debent iuxta Lateranen. concilium post acquirentis obitu  
remanere. Nomine autem ecclesiæ non episcopus vel  
successor clerici morientis, ubi est collegium clericorum, sed  
communis congregatio intelligitur, quæ rerum illarum debet  
canonicam

leg. 40. ff. de l. bonorum  
cū not. ff. de ver. si.  
\* vide l. haves me  
ff. de con- dit. & de- mon. & l. in fraudē.

Detestamentis, & vltimis voluntatibus. 231

canonicam distributionem & curam habere. Vbi autem in loco  
defuncti tantum est vnus ordinandus, is ea bona (sicut & alia ip-  
sius ecclesiæ) in dei timore dispesct. Liceat autem mobilia per  
ecclesiam ad quæ sita, de iure in alios pro morientis arbitrio tran-  
ferri non possunt: consuetudinis tamen non est improbanda,  
vt de his pauperibus & religiosis locis, & illis, qui viuenti fer-  
uierat, siue sint cōsanguinei, siue alij, aliqua iuxta seruitij meri-  
tum conferantur. Cæterum, quæ ex hæreditate, vel artificio,  
aut doctrina proueniunt, distribuuntur pro arbitrio decedentis.  
Quia vero nonnulli in diuersis ecclesiis beneficia possiden-  
tes, diuidantur, quæ habuerant per æstimationem congruam  
inter ipsos.

Innocentius. iij. Altisiodoreñ. episcopo.

*Tenet testamentum, si quis extremam voluntatem suam alte-  
rius dispositioni committit, & dicitur testatus ad pias causas. hoc  
dicit, secundum intellectum notabiliorum.* Capitulum. xiiii.

**C**um tibi de benignitate: & infra. In secunda quæstione  
dicimus, quod qui extremam voluntatem in alterius di-  
spositionem committit, non videtur decedere intestatus.

Idem C. t. sancti Laurentij in Lucina presbyte. card.

*De relictiis ecclesia petit episcopus partem suam, licet aliquid  
fuerit sibi à testatore relictum, nisi eo modo & non in fraudem fue-  
rit relictum à testatore quod maneret ea parte contentus, & lega-  
tum agnouerit.* Capitulum. xviii.

**O**fficij: & infra. Secundò quæsiuisti cum quis in testamento  
relinquit episcopo propriam portionē, & alia multa mo-  
nasterijs vel ecclesijs, vtrum episcopus ex illis legitimam pos-  
sit petere portionem: & infra. Consultationi t. r. quod si por-  
tionem illam cum cōditione legauit episcopo, vt esset illa sola  
contentus, & episcopus acceptauit: quia per hoc alijs renuncia-  
se videtur, de cæteris non poterit exigere portionem. Quod si  
eam ipsi absolute reliquit, portionem sibi debitam poterit nihi-  
lominus de cæteris vindicare. Si vero constiterit, quod in frau-  
dem modicum constituit mortuarium, vt in cæteris episcopus  
porzione debita fraudaretur (quia frus & dolus alicui patro-  
cinari non debet\*) episcopus portionem ex illis poterit exi-  
gere à canone constitutam, saluis indulgentijs Romani ponti-  
ficis, quæ quibusdam regularibus sunt concessæ.

Idem.

*Relictum episcopo contemplatione persona non diuiditur cum  
ecclesia cathedrali: secus si contemplatione ecclesiæ, siue nihil re-  
linquat*

\* vide l. haves me  
ff. de con- dit. & de- mon. & l. in fraudē.

Decretalium Gregorij Lib. iij. Tit. xxvj.

In quatuor ecclesie, siue aliquid: siue coniunctim, siue separatim. Si autem soli ecclesie est factum relictum, episcopus habebit portionem canonicam: Presumitur autem relictum contemplatione ecclesie factum, quando fit ab extraneo habente administrationem: fecus si fiat ab administrationem non habente. Cum ecclesie vero inferioribus episcopus non diuidit sibi relictum, quia non est sibi tanta communitio cum ecclesie inferioribus, sicut cum cathedrali.

Capitulum. xlv.

Requisisti de his, quae testator pro anima sua legat in vltima voluntate, qualiter sint inter episcopum & ecclesiam diuidenda. Et quidem regulariter verum est, quod episcopus debet de his secundum diuersas consuetudines tertiam vel quartam portionem habere. Sed considerandum est diligenter, vtrum testator legat hoc modo: Relinquo istud episcopo, an relinquo istud ecclesie: vel relinquo istud episcopo & ecclesie: an relinquo istud episcopo, & illud ecclesie. In primo casu distinguendum est, vtrum relinquatur episcopo ab extraneo aut propinquo. Si ab extraneo, generaliter verum est, quod praesumitur esse relictum intuitu ecclesie, non persone: vnde cathedralis ecclesia de illo potest canonicam petere portionem: quemadmodum episcopo competit sua portio, si aliquid ecclesie relinquatur. & hoc verum est, nisi testator exprimat, quod velit illud tantum esse episcopi, non ecclesie: in quo casu seruanda est dispositio testatoris. Secus autem si exprimat quod velit esse illud tantum ecclesie, non episcopi: quia priuata dispositio testatoris non potest generalem constitutionem canonis immutare. Nec est contrarium quod in canone legitur, videlicet quod pontifices, quibus ab extraneis aliquid, aut cum ecclesia, aut sequestratum dimittitur aut donatur (quia hoc ille, qui donat, pro redemptione anime suae, non pro comodo sacerdotis probatur offerre) non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesie, inter facultates ecclesie computabuntur, quoniam hoc est verum, cum testator ita sequestratum legat illud episcopo, quod non exprimit vtrum velit ad episcopum tantum, non ad ecclesiam pertinere. Si vero relinquatur illud episcopo ad propinquo, praesumitur esse relictum, non intuitu ecclesie, sed persone: nisi forte corroborari probetur: & de isto nihil potest ecclesia petere in vita eius. Quod si relinquatur episcopo & ecclesie: de illo inter ipsos canonica est diuisio facienda. Si vero istud episcopo, & illud ecclesie relinquatur: siue aequalia, siue inaequalia sunt relicta, reducenda sunt ad diuisionem canonicam inter episcopum & ecclesiam cathedralem, nisi ambo velint esse testatoris dispositione contenti, quam

propter

Mortuo de  
Caus. p. 1, l. 6. 1  
cap. 1 n. 20.

De testamentis, & vltimis voluntatibus. 232

propter vltimam voluntatis fauorem satis decens est obseruare, vbi neque fraus interuenit neque dolus, ne quisquam nimium defraudaretur debita portione. Secus autem est, si aliquid legerit episcopo, & aliqua capellis vel monasteriis, aut aliis piis locis. nam in hoc casu quod legatur episcopo, eius est praecipuum cum ecclesia cathedrali, quemadmodum si cuiilibet alii legaretur: & de illis, quae aliis legantur, portionem canonicam nihil minus obtinebit: quoniam non est tanta communio inter episcopum, & inter capellas & monasteria; seu alia pia loca, quanta est inter episcopum & ecclesiam cathedralem, cui est spiritali coniugio copulatus: vnde quae acquirit episcopus, non illis, sed isti tantum acquirit. Illud autem est generaliter obseruandum circa eum, qui potest proprium possidere, praedilectionem vel administrationem ecclesie non habentem, quod si aliquid relinquatur specialiter, non solum ad propinquo, verum etiam ab extraneo, intelligitur esse relictum, non intuitu ecclesie, sed personae, nisi praedilectio in contrarium adpareat: & idcirco de illo nec episcopus, nec ecclesia potest in vita eius sibi aliquid vindicare, & hoc intelligitur esse verum cum fraus minime procuratur: quae si detecta fuerit, patrocinari non debet.

Idem episcopo Tuscano.

In bonis patris, matris, & aui, habet quis debitam iure naturae, in qua grauari nequit: & filius rogatus de restituenda hereditate sub conditione, detrahat debitum iure naturae, & Trebellianicam, in qua computantur fructus post litis contestationem percepti.

Capitulum. xlv.

Rainutus de Clara duas habens filias, Altero cham videlicet & Adiectam, matrem insuper Cleram, & uxorem nomine Adelsiam, in extremis positus condidit testamentum, Altero cha filiae puero ultra dorem, quam ei dederat, domum & quendam hortum in eodem testamento relinquens. Adiecta vero impuberi reliquit certa bona sua, adiiciens vt Altero cha & sobiles, quam gestabat in utero, eidem impuberi succederent, si absque liberis moreretur. Mortuo itaque testatore, tutores impuberis eam cum omnibus bonis eidem relictis a patre iure Longobardorum cuidam P. nomine tradiderunt: quae filium ex eo suscipiens, tandem sine liberis est defuncta: cuius bona idem P. maritus eius superstes aliquanto tempore possedit in pace: qui cum alia muliere matrimonium contrahens, & filios suscipiens ex eadem, diem clausit extremum. Postmodum inter Altero cham & filium eius ex vna parte, & filios eiusdem P. & Raineriu tutorem eorum ex altera: super bonis praedictis eiusdem Adiectae suscitata materia questionis coeperunt coram G. iudice Tuscano adiuuante

adinuicem litigare : coram quo Alterocha & filius eius bona quondam Rainutij tanquam ex causa fidei commissi vel substitutionis sibi debita petierunt, tutore filiorum predicti P. ex aduerso dicente, quod obstat illis annalis præscriptio, vsu alio pro dote, ac longi temporis silentium diuturnum. Insuper allegabat quod de bonis illis tam tertia Cleræ matris testatoris, & tertia Adelaſiæ vxoris eiusdem, quam quarta per Trebellianum nomine ipsius Adiectæ erant ante omnia deducenda. Dicitur vero iudex supradictum Rainerium tutorem nomine pupillorum \* in restitutione bonorum Rainutij condemnauit, & tertia Cleræ primo deducta, quam Adiectæ ac viro suo donauerat: de qua in substitutione, quam fecit Rainutius, non videtur aliquatenus cogitasse: deducta quoque tertia Adelaſiæ, quæ ipsa P. vendiderat supradicto : præcepit etiam idem iudex de his rebus illas tertias deducendas, de quibus deduci poterant secundum Tuscanæ consuetudinem ciuitatis. Deduci præterea quartam per Trebellianū idem iudex iniunxit, cum etiam quilibet extraneus restitutione grauatus eam deducere potuisset. sed utraq; pars ab illa sententia prouocauit: & infra. Cum autē coram G. diacono cardi. auditore à nobis concesso fuisset diuinus litigatū, ipse de mandato nostro sententiam supradicti iudicis, videlicet in eo, quod dixit tertiam Cleræ & tertiam Adelaſiæ integraliter deducendas, pronunciauit iniustam, & ab ealegitime prouocatum definiens, sic illas tertias deducendas, vt legitima portio iure naturæ debita Alterochæ illi salua sit in veritate: ad cuius restitutionem dictum Rainerium condemnauit. In eo vero, quod quartam per Trebellianum idem iudex censuit retinendam: sententiam confirmauit eiusdem, ita videlicet, quod fructus de bonis ipsius à tempore litis contestatæ percepit à prædicto P. & filiis eius post mortem Adiectæ computentur in ea: qui si succerint ad quartam & fructus eius, eo nomine alia deductio nulla fiat: alioquin iuxta quantitatem fructuum perceptorum computatio ratio habeatur. Quia vero pater Adiectæ ipsam in legitima non potuit adgrauare, legitimam ipsam videlicet eius partis, quæ sibi debebatur ab intestato, deducendam censuit, & etiam retinendam, ita quod deductio fiat tantummodo de his rebus, de quibus secundum Tuscanæ consuetudinem ciuitatis fieri consuevit. In eo autem quod prænominatus iudex condemnauit Rainerium nomine pupillorum ad residui restitutionem Alterochæ ac eius filie faciendam, ipsius sententiam confirmauit. Nos igitur eiusdem cardinalis sententiam ratam habentes, ipsam auctoritate apostolica confirmamus.

\*vide. l. pupill. ff. de adm. tut. sal. in l. emanc. §. ff. de co. trahen. empt.

Gregorius

Gregorius nonus Nomoñ. episcopo.

Episcopus compellit fideicommissarios, seu executores testamenti ad exequendas pijs voluntates defunctorum, etiam si testator hoc interdixisset. Capitulum. xviii.

T Va nobis fraternitas intimaui, quod nonnulli tam religiosi, quam clerici seculares & laici pecuniam & alia bona, quæ per manus eorum ex testamentis decedentium debent in vltis pios expendi: non dubitant aliis vltimis adplicare. Cum igitur in omnibus pijs voluntatibus sit per locorum episcopos prouidendum, vt secundum defuncti voluntatem vniuersa procedant, licet etiam à testatoribus id cōtingeret interdici: mandamus, quatenus executores testamentorum huiusmodi, vt bona ipsa fideliter & plenarie in vltis prædictos expendant, \* mōnitione præuia compellas.

\*vide. l. ff. pupillorū. §. si prætor. ff. de reb. eo. per Bal.

Idem.

Filius rogatus restituere hereditatem, detrahit tertiam iure natura, & quartā Trebellianicam: in quibus potest legata relinquere, hæres instituire, & pœnam imponere. Capitulum. xviii.

R Ainaldus Peponis filius, hæres ab ipso institutus hoc modo, vt patris suis hereditatem restitueret, si abque filiis masculis moreretur: cum eis (mortuo Pepone) super quibusdam bonis hereditatis eiusdem in tres arbitros compromissit: quorum duo, mortuo reliquo (prouer ex forma compromissi poterant) procedentes, taliter arbitrati fuerūt, quod neutra pars haberet licentiam transferendi quocunque modo in alium res prædictas, nisi in eorum filios masculos ex ipsis legitime descendentes, & quod contra hoc fieret, non valeret. Porro dictus R. prolem non habens condidit testamentum, in quo medietatem partis suæ de rebus prædictis quibusdam auunculis suis, aliam verò medietatem & reliqua bona paterna vni ex patris suis & eius filijs legauit, adiiciens vt bona, in quibus ex testamento vel ab intestato dicti hæres R. possent succedere, si venirent contra legatum dictis auunculis suis debitum, ad ipsos pro determinatis portionibus deuenirent. Demum eodem R. nature debitum persolucit, ac vno ex patris hereditatem ad eundem prædictam, cum dicti auunculi aduersus eundem patruū ac filios eius coram iudice cōmunitatis Vrbenatensium mouerunt quæstionem, petendo pro rata, quæ ipsos contingit, legatum prædictum, & restitui eis, si contra ipsum illi venirent, quocunque occasione testamenti eiusdem R. ad ipsos peruenerant, vel poterant peruenisse. Præfatus iudex ab illorum impetitione super legato ipsos absoluens, ad restitutionem aliorum

G rum

Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xxvij.

rum bonorum sententialiter condemnauit eosdem. A cuius sententia cum ambæ partes nostram audientiam adpellassent, petente vtraque parte dicti iudicis sententiam infirmari, quatenus contra se fuerat promulgata, & quatenus pro se faciebat, executioni mandari. \* Dilectus frater noster. O sancti Nicolai in carcere Tullianensi. diaco. cardilite coram se legitime con-

\* Vide. l. etiam, ubi datur ratio huius dicti. ff. de mino. \* Vide. l. in ratione §. qd. vulgo. p. Bar. ff. ad l. Falcid. & auth. de hare. & sal. in pri.

testata, quoniam idem R. habebat in bonis quondam Peponis patris sui tertiam partem debitam iure naturæ, in qua grauari nequiuit, nec non quartam Trebellianicam, quam quilibet extraneus restitutione grauatus deducere potuisset, \* propter quod in rebus prædictis auunculis legatis portiones easdem habuit R. præfatus, easque potuit in vltima voluntate legare, ac per hoc legatum tenuit vsque ad tertiam & quartam præfatas: licet ipsas non expresserit in legando, pronunciauit (non obstante præmissio arbitrio, quod nec legatum teneret, non poterat impedire) iudicem ipsum in eo, quod super hoc dictum prauum in totum absoluit, qui confessus est se pro medietate possidere prædicta, perperam iudicasse, condemnauit que ipsum ad restitutionem medietatis tertie & quartæ partis ipsius legati pro rata, quæ dictos auunculos de ipso costringit; & in residuo præfati iudicis sententiam confirmauit. Cæterum in eo, quod idem iudex dictum patrum & eius filios totaliter in aliis, quæ in secundo articulo petita fuerant, condemnarat, male ipsum pronunciaisse decreuit, quia filij eius contra voluntatem testatoris non inueniuntur aliquid commississe, cum nihil de petitis reperti fuerint possidere. Verum in portione, quam patruus habebat in bonis illis ratione quartæ & tertie prædictorum, quas R. habuit in bonis eisdem, in quibus eius institutio & legatio ac adiectio pene tenebat: pro rata eosdem auunculos contingente de prædicto legato confirmauit sententiam iudicis prædicti. Eodem patrum & eius filijs in residuo absolutis, & saluo nihilo minus ei ex iure institutionis beneficio legis Falcidie, \* in restitutione præfati legati, si intra tempus legitimum voluntati paruerit testatoris. cumque inuentarium fecerit, & §. ff. de contra voluntatem testatoris: lex Falcidia inducatur. Nos itaque qui ipsius cardinalis sententiam ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus.

\* Vide. l. ex facto. §. ff. de vulga. & pupil.

Idem:

Executor testamentarius, qui suscepit illud officium, exequi compellitur. Capitulum. xix.

I Oannes clericus, & P. Jaicus, executores vltimæ voluntatis: O clerici sanctæ crucis, qui venerabilibus & pijs locis de bonis suis in vltima voluntate legauit, mandans insuper satisfieri creditoribus

De successione ab intestato. 234

creditoribus per eosdem: Post mandatum susceptum per decedentem cogi debent testatores explere vltimam voluntatem. Idem.

Ponit quædam legata, in quibus non soluitur canonica portio, nisi fiat in fraudem. Capitulum. xx.

D E his, quæ in ornamentis, vel pro cereis, seu fabrica, luminariis, anniuersario, septimo, vigesimo, tricesimo die, siue alius, ad perpetuum cultum diuinum legantur ecclesijs vel reliquis pijs locis, canonica portio, (Dummodo in fraudem non fiat, vt ea episcopus seu parochialis ecclesia debeat defraudari) deduci non debet.

De successione ab intestato. Tit. xxvij.

Ex concilio apud Alteneñ. habito.

Clericus bona propria dare potest, cui vult: sed si decedat intestatus, & non habet consanguineos, succedit ecclesia. hoc dicit, iun. cl. gl. Capitulum. i.



Ed hoc ibidem inuentum est de episcopis, presbyteris, & clericis, vt si per hæreditatem vel alio modo intuitu psonæ aliquid adquisierint, donare eis liceat cui voluerint, dum viuunt. Si autem ante obierint, quam hoc fecerint, altari cui seruiunt, omnia perpetuo sanctificentur, & in ius eius tradantur.

Ex concilio Tribur.

Si olim seruus, presbyter factus intestatus decedat, eius bona diuidantur secundum formam hic contentam. hoc dicit, secundum intellectum singularem. qui hodie etiam tenet. Capitulum. iij.

S ANCTO concilio adlatum est, quod quidam laici improbe agunt contra presbyteros suos, ita vt de morientium presbyterorum substantia partes sibi vindicent, sicut de proprijs seruis. Interdicimus itaque ne hoc vltius fiat, sed sicut liberi facti sunt ad suscipiendum gradum & agendum officium diuinum, ita nil ab eis præter diuinum officium exigatur. Peculium vero ipsorum diuidatur in quatuor partes, quarum vna episcopo, altera ecclesie, tertia pauperibus, quarta parentibus assignetur: & si non sint idonei patres, episcopus eam recipiat, & in vsum ecclesie diligenter distribuat. Et si quis contra hoc præsumperit, anathematizetur.

Innocentius. iij. Murneñ. episcopo.

Adtingendo duos notabiles & singulares intellectus huius capituli summatim secundum quemlibet intellectum. Et primo sic: p. alto

*Valeret testamentum ad pias causas conditum per verba enunciativa, etiam propter aliud prolata, quamquam successio seu testatio veniat ad exclusionē alterius ecclesie. Vel aliter secundum alium intellectum, & sic: Per unum testem de veritate, & per confessionem etiam incidenter factam probatur oblatio, etiam quo ad effectum consequendi bona oblata.* Capitulum.iiij.

**C**um dilectus filius abbas de Brusia, pro causa, quam adversus episcopum Aduenē habebat, diuini expectasset, abbas proposuit ante dictus, quod archipresbyter de Alerio, ad participationem orationum monasterio de Brusia, obtulit se & sua: & infra. Sufficenter intelleximus esse probatum, quod dictus archipresbyter agens in extremis velut ultimam exprimens voluntatem, adseruit se & sua monasterio contulisse. Unde cum requisitus esset, ut conderet testamentum, respondit se non posse testari: quia se & sua contulerat monasterio sapedito: & licet vnus testis solus dixerit se vidisse, quando se & sua obtulit monasterio, quia tamen alij testes dixerunt se audivisse ipsum in abbatis presentia, quod prædictum est, contententem, non tanquam sufficienter probantes, sed tanquam vehementer adminiculantes adserionem abbatis plurimum adiuuabant.

Quia vero pars episcopi adferebat se velle probare, quod dictus archipresbyter in extremis laborans tanquam phreneticus alienatus erat mente, unde non valuit quod expressit: Nos causam illam tibi sub hac forma duximus committendam, quod nisi præfatus episcopus legitime probauerit prædictum archipresbyterum suæ mentis compotem non fuisse, cum ultimam voluntatem expressit, super impetitione monasterij perpetuum ei silentium imponatur, & compellatur restituere monasterio, quæcunque de bonis ipsius archipresbyteri, vel etiam monasterij occupavit. Si vero legitime probauerit archipresbyterum, quæ super ultimam voluntate præmissa sunt, alienata mente dixisse: ad faciendam ei nomine paræcialis ecclesie (cuius ipse administrationem gesserat dum vixisset) restitutionem bonorum, quæ ipsius archipresbyteri fuerant, monasterium condemnatur, cum idem archipresbyter ab intestato decesserit: ipsique monasterio super impetitione episcopi silentium imponatur.

De sepulturis.

Tit.xxviij.

Leo tertius.

*Decedens intestatus sepelitur in sepulchro maiorum, vel ubi legitur sepultura paræcialis tamen ecclesia habeat canonicam portionem*

*tionem eius, quod relinquit ecclesia sepultura. hoc dicit, secundum veriore intellectum.* Capitulum.i.



**O**s instituta maiorum patrum considerantes, statim vnūquemque; in maiorū suorum sepulchris facere, ut patriarcharum exitus docet. Nulli tamen negamus propriam eligere sepulturam, & etiam alienam. dominus enim & magister alienam elegit ut propriam. Sed quia dignus est operarius mercede sua, tertiam partem sui iudicij illi ecclesie dari censemus, in qua cælesti pabulo refici consuevit: ut iuxta Apostolum sint consolationum socij, ut fuerunt passionem: & sic demum vbiunque liberum fuerit, eligat sepulturam. Aliter ne fiat, autoritate domini nostri, qui per prophetam locutus est, dicens: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui: sub anathematis vinculo deestamur, & contradicimus.

Gen. 49.  
Exo. 14.  
Luca. 10.

1. Thes. 5.  
2. Cor. 1.  
Prov. 22.

Leo papa omnibus fidelibus per Dardaniam constitutis.

*Qui conuertitur ad monasterium, medietatem bonorum, quæ pro anima sua disposuit, tenetur relinquere ecclesie paræciali.* Capitulum.ii.

**R**elatum est auribus nostris: & infra. Mandamus, ut quicumque amodo in monasterio conuertere voluerit, siue in morte, siue in vita omnium rerum & possessionum, quas pro salute animæ suæ decreuerit disponere, medietatem ecclesie, ad quam dignoscitur pertinere, relinquat.

Innocentius.iiij. Genueñ. archiepiscopo.

*Vbi quis sepulchro maiorum relicto eligit sepulchrum in locum religiosum dolo inductus, seu ex contemptu, seu non dimissa ecclesia sua canonica portione expresse vel tacite, non tenet esse relicto. hoc dicit, saluando istum textum, quantum fieri potest.* Capitulum.iii.

**F**raternitatem tuam non credimus ignorare mortuorum sepulchra, & cæmeteria apud illas ecclesias, & monasteria ex antiquo esse disposita, in quibus religiosorum fratrum conuentus sunt constitui, & orationes atque missarum solennia, tam pro viuis, quam pro defunctis frequentius celebrantur. Unde ipsorum deuotioni & extremæ voluntati, qui apud huiusmodi ecclesias sepeliri desiderant, minime contradicendum est. Qui vero relictis antiquis ecclesiis, & patrum aliorumque parentum suorum sepulchris, contra consuetudinem patrum veteris testamenti, qui cum patribus suis sepulti esse leguntur, ad noua

ua & minus religiosa loca se transferunt, irrationabiliter & contra antiquam institutionem facere videntur. Vnde si P. de Castello contra antiquam & rationabilem consuetudinem aliquid de corpore suo sepeliendo mandauit, hoc non præiudicat rationi, sed viribus debet carere. Quocirca mandamus, quatenus corpus ipsius monachis sanctis Stephani reddi facias, & cum suis patribus sepeliri.

Alexander. iij. episcopo Spalen.

*Si quis in ægitudine, de qua decedit, offert se & sua monasterio, ecclesia parochialis habet inde canonicam portionem, secus si in sanitate.*

Capitulum. iiii.

**D**E his, qui in infirmitate vel sanitate cum bonis suis ad religiosa loca se transferunt, nihil tibi vel ecclesiis, à quibus receperunt salutis pabula, relinquentes, hoc tuæ volumus prudentiæ innotescere, quòd si in ægitudine ipsa ad religionem transcant, dummodo de ægitudine illa decedant, de bonis suis ipsis ecclesiis, à quibus adsumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi. Si vero ad religiosa loca se in sanitate transtulerint, de his quæ locis ipsis conferent, cogi non possunt aliquid præscriptis ecclesiis impertiri, quia liberum est tunc bona sua, non solum religiosis, sed etiam quibuslibet priuatis conferre personis.

Idem.

*Qui sepeliunt parocianum alienum, quem sepelire non debet, coguntur restituere corpus, & quæ ratione ipsius obtinuerunt, hoc dicit, cum cap. sequenti.*

Capitulum. v.

**E**X parte canonicorum Obrigen. nobis est intimatum, quòd prior de Insula quendam parocianum suum post adpellationem ad nos factam in sua ecclesia sepeliuit: & infra. Mandamus, quatenus præfatam priorem compellas, vt memoratis canonicis præditi parociani corpus restituat, & exinde antea libenter conueniat cum eisdem.

Idem decano & magistro R. Rauenna.

*Summatum est supra cap. prox.*

Capitulum. vi.

**C**um liberum sit: & infra. Ad audientiam nostram peruenit ex conuersione abbatis, & fratrum sancti Martini Laudonen. quòd cum presbyter quidam corpus cuiusdam mulieris (prout in vltima voluntate disposuit) ad eandem ecclesiam sepeliendum deserret, monachi sancti Vincentij Laudon. corpus ipsius violenter rapere, & in ecclesia sua sepelire minime dubitarunt: & infra. Mandamus, quatenus si ita esse inuenieris, præfatos monachos compellatis, vt olla præfate mulieris,

lieris, & beneficia, quæ occasione sepulturæ ipsius recepisse non sciuntur, memoratis fratribus cum integritate restituant, & de cætero talia non præsumant.

Lucius tertius.

*Mulier nuptia libere potest sibi eligere sepulturam. Cap. vii.*

**D**E vxore vero, \* vttrum quemadmodum vir liberam deo inter habere sepulturam: Nobis videtur, quòd nulla super hoc inter virum & mulierem sit facienda distinctio, sed vtrique in casu isto æqualem esse credimus facultatem, cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier soluitur à lege viri. \*

*Pater filios impuberes, vbi voluerit, potest sepeliri facere, si hoc habet consuetudo. hoc dicit.*

Vtrum autem pater quò magis voluerit minores filios valeat sepelire, non inuenimus à sanctis patribus definitum, & præterea terræ consuetudini decernimus relinquendum.

Idem præposito & capitulo Fauenti.

*Si parocianus ecclesia cathedralis alibi sepelitur, de ipsius funeralibus; seu veltis ecclesie sepultura debetur quarta capitulo ecclesie cathedralis.*

Capitulum. viii.

**C**um super quodam capitulo: & infra. Præsentium auctoritate statuimus, vt si aliquem parocianorum vestrorum, alibi contingerit eligere sepulturam, de testamento ipsius quarta vobis portio relinquatur.

Clemens tertius.

*In quantitate canonica, quæ debetur ecclesie parochiali, statuerit loci consuetudini.*

Capitulum. ix.

**C**ertificari voluisti à nobis, quomodo illa clausula, quæ in priuilegiis solet adponi, salua iustitia illarum ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora adsumuntur, intelligi debeat & exponi. Cum autem super hoc articulo diuersa antecessorum nostrorum manuerint instituta, Leone iustitiam illam quòdque tertiam partem, quandoque mediam, & Urbano quartam fore censentibus: nos tale præbemus in hac varietate responsum, vt sicut beatus Hieronymus inquit, vnaqueque prouincia in suo sensu abundet, secundum rationabilem consuetudinem regionis \* illa iustitia circa medietatem, vel tertiam, aut quartam partem pro locòrum diuersitatibus adtendatur.

Inno. iij. epò Claremonten. & abbati Maurien.

*Præiudicium super iure funerariis, sepelire possunt illos, qui apud eos eligunt sepulturam, soluendo tamen canonicam portionem stru.*

G iiii- ecclesia

\* *Præiudicium de sepul. leg. & l. de la. monis. S. asnam. ff. de fun. in. pud. eos. eligunt. sepulturam. soluendo tamen canonicam portionem stru.*

*ecclesia parœciali. Si vero alios sepeliunt, tenentur restituere quicquid occasione funeris receperunt.*

*Capitulum. x.*

**I**N nostra presentia constitutis priore ecclesie montis Ferrandi, & procuratore hospitaliorum Claremonten. diaec. idem prior proposuit, quod predicti hospitalarij quosdam parœcianos suos, quorum duo erant intra annos legitimos, receperunt ad ecclesiasticam sepulturam. Ecœtra predictus proposuit procurator, quod tam ex privilegio, q̄ ex in dulgētia speciali, licet hospitalariis omnes passim præter excommunicatos & interdictos ad ecclesiasticam sepulturam recipere, qui apud illos elegerint sepeliri, fideique commissa in ultima voluntate relicta possunt licenter accipere, soluta tantummodo quarta parœciali ecclesie, de cuius parœcia mortuorum corpora adsumuntur, præterquam de equis & armis, quæ in dulta sunt ipsi in subsidium terre sanctæ, de quibus quartam deducere non tenentur: & infra. Talem super his duximus sententiam proferendam, quod predicti hospitalarij decetero non recipiant parœcianos ecclesie supradictæ ad ecclesiasticam sepulturam, nisi apud eos elegerint sepeliri: & tunc parœcialis ecclesie de oblationibus, lectis, & aliis, quæ defunctus pro anima sua in ultima dispositione reliquit, præterquam de equis & armis recipiat quartam partem, & hospitalarij residuum habeant, nisi dolo, vel fraude eorum defunctus inductus fuerit ad dispositionem huiusmodi faciendam. Nihilominus ipsis hospitalariis iniungentes, vt de quarta trium millium solidorum priori satisfaciatur memorato, cum constet eos à parœcians eius illos solidos recepisse, nisi sit sufficienter ostensum, quod eorum oblati vel conuersi fuissent. Eidemque præterea duximus iniungendum, quod nisi probauerint, quod Gu. parœcians prioris, qui fuit interfectus in campis, apud ipsos elegerit sepulturam, vniuersa, quæ ipsius intuitu eius receperunt, priori restituant memorato: \* alioquin quartam partem solummodo restituere tenentur. Pro illis vero, quos constat infra annos legitimos decessisse, quæ sepulturæ eorum gratia receperunt, restituant vniuersa. Idem archiepiscopo Turonensi.

*Casualiter mortuus priuari non debet ecclesiastica sepultura.*

*Capitulum. xi.*

**E**X parte parentum M. nobis est intimatum, quod cum nobilis vir dominus I. de insula Butardi eidem posuisset insidias, quam sollicitauerat sæpe de itupro, & ipsa gartionibz, qui eam rapere nitebantur, super quendam pontem occurrerent, tam dem fugiens manus illorum, in amnem de ponte cadens fuit ca-

tu sub-

\* Vide. l. j. cū no. C. de insti. & subst. & l. quæ sub eonditõe. S. quoties. cū ver. se. quæ. ff. de cõdi. insti.

submersa. Quocirca mandamus, quatenus cum illa nõ spõte præcipitauerit se de ponte, sed (sicut superius est expressum) casu ceciderit, corpus eius tradi facias ecclesiasticæ sepulturæ: præsertim cum ex honesta causa fugisse noscatur, & cui comunicatur viuenti, communicandum sit iam defunctæ.

Idem Nidrosien. archiepiscopo.

*Si ossa excommunicatorum sunt sepulta in ecclesiastico cœmeterio, & discerni possunt, debent exhumari, & prouici: alias sepeliri.*

*Capitulum. xii.*

**S**acris est canonibus institutum, vt quibus nõ communicauimus viuus, non communicemus defunctus: & vt careant ecclesiastica sepultura, qui prius erant ab ecclesiastica vnitatem præcisi, \* nec in articulo mortis ecclesie reconciliati fuerint.

Vnde si contingat interdum, quod vel excommunicatorum corpora per violentiam aliquorum, vel alio casu in cœmeterio ecclesiastico tumulentur, si ab aliorum corporibus discerni poterint, exhumari debent, & procul ab ecclesiastica sepultura iactari. Quod si discerni non poterint, expedire non credimus, vt cum excommunicatorum ossibus corpora extumulentur fidelium, cum licet non obit iustus sepulturam nulla vel vilis, impius tamen celebris, vel speciosa non profit.

Innocentius tertius episcopo Magalen.

*Terra cœmeteriata pro sepultura fodienda vendi non debet.*

*Capitulum. xiii.*

**A**bolēdæ consuetudinis pueritas apud montem Pessulan. (vt dicitur) inoleuit, vt decedentibus non prius permitatur effodi sepultura, q̄ pro terra, in qua sepeliendi sunt, certum precium ecclesie persoluatur: & infra. Mandamus, quatenus cum loci diœcesanus existas, inhiibes clericis, ne quicquam omnino præsumant exigere hac de causa.

Gregorius. ix. episcopo N.

*Excommunicatus, qui per suum presbyterum fuit absolutus in morte, in cœmeterio sepeliri debet, & ad satisfaciendum coguntur heredes.*

*Capitulum. xiiii.*

**P**arœciano tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum iniectione in personas ecclesiasticas, ecclesiarum violatione vel incestu fuit, dum ageret in extremis \* per presbyterum suum iuxta formam ecclesie absolutus, non debent cœmeterium & alia ecclesie suffragia denegari. Sed eius heredes & propinqui, qui ad quos bona peruenerunt ipsius, vt pro eodẽ satisfaciatur, tenentur ecclesiastica compellendi.

\* Quis dicatur cõstitutus in extremis. vide in. l. iij. cum. l. sequen. ff. de donat. cau. mor. Bar. i. l. j. C. de sacr. san. eccle.

De pa-

De parœciis, & aliis parœciis.

Titulus. xxix.

Ex concilio Aphricano.

Inter episcopum substitutum episcopo heretico, & ipsum episcopum hereticum reuerſum, & ex dispensatione receptum, diuiditur episcopatus modo hic expreſſo.

Capitulum. i.

**S**episcopus ex Donatistis ad catholicā vnitate est conuerſus, æqualiter inter ſe diuidant eas, quæ ſic inuenta fuerint, vbi ambæ partes fuerint: id est, vt alia loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita vt ille diuidat, qui amplius tēporis in episcopatu habet, & minor eligat. Quod ſi forte vnus fuerit locus, ad eū p̄tineat quæ plebs elegerit. Sed ſi antiqui catholici ſui voluerint, & illi ſuum, qui ex Donatistis conuerſi ſunt: plurimorū voluntas paucioribus præferatur. \* Si autem partes æquales ſunt, maioris temporis episcopo deputetur. Si autem in plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerint, vt non poſſint æqualiter diuidi, velut ſi in impari numero fuerint, diſtributis locis, qui parem habent numerum, quicunque locus remaneret, hoc in eo ſeruetur, quod dictum est, cum de vno loco ſuperius tractaretur.

Ex concilio Maneten.

Presbyteri parœciales dominicis diebus & feſtiis parœcianos alienos ad miſſam admittere non debent, ſi ex contemptu ad eorū eccleſiam accedunt.

Capitulum. ii.

**V**T dominicis vel feſtiis diebus presbyteri ante quā miſſam celebrent, plebem interrogent, ſi alterius parœcianos in eccleſia ſit, qui proprio contemptu presbytero ſibi velit miſſam audire: quem ſi inuenerint, ſtatim ab eccleſia abiciāt.

Hadrianus papa.

Episcopus parœcianos alterius ſine ipſius licentia ordinare non poteſt, nec eum aliter iudicare.

Capitulum. iiii.

**N**illus episcopus alterius parœciani iudicare præſumat: & infra. Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare poteſt.

Urbanus tertius.

Fines parœciarum, de quibus conſtat, vel finibus cohærentia præſcribi non poſſunt.

Capitulum. v.

**S**uper eo verò, quod apud vos intelleximus dubitatum, an quod de finibus & his, quæ ſingulis cohærent, non præſcribendis, ſtatutū per canones eſſe dignoſcitur, ſit in parœciarum limitibus,

Luſac. 13061.  
Cap. 24.

\* vide. l.  
& ſui hæ  
redē. §. fi.  
cū. l. ſeq.  
ff. de pact.

limitibus, ſicut in provincialibus admittendum: Reſpondeamus quod bene videtur in vtroque ſeruandum, ſi fines legitime probatione, vel alias indubitata fide conſtitit eccleſiastica ordinatione ſtatutos.

Celeſtinus tertius.

**S**i parœcianos ſeu diœceſanos domicilium transfert, primus prælati in eo iura parœcialia ſeu diœceſana ſibi non vindicat: decimæ tamen præſentis illius parœcie, ſibi debentur, niſi alteri debeantur ex conſuetudine.

Capitulum. v.

**S**ignificauit nobis Aconen. episcopus, quod cum poſt reuocationem Aconen. ciuitatis, ad habitandam in ea ſe quæſtione contuliſſent, qui ante generale occupationem terre ſancæ in aliis ciuitatibus regni Hieroſolymitani elegerant manſione: & infra. Et mandamus, quatenus prædictorū locorum prælatos, vt ſibi nullam in prædictis Aconen. habitatores iuriſdictionem vſurpent, nec ab eis tēporalia exigāt, quib⁹ ſpiritalia non miniſtrāt; diſtinctione, qua cōuenit cōpellatis: ita q̄ ſi de agris in eorū parœcia conſtitutis fructus percipiunt, & in ultramarinis partibus ratione prædiorū decimæ perſoluantur, deinceps eis ipſis cū integritate perſoluāt: dicto vero Acon. tanquā diœceſano ſuo cogantur de ceteris reſpondere.

De decimis, primitiis, & oblationibus.

Titulus. xxx.

Hieronymus ſuper Ezechielem.

Exprimit quatuor genera decimarum, quæ ex veteri lege debebantur.

Capitulum. i.

**D**ecimam partem omnium frugū Leuiticæ tribui populus ex lege debebat. Rurſus ex ipſis decimis Leuitæ, hoc eſt inferiorū miniſtrorū gradus decimas dabāt ſacerdotibus. Erāt quoque & alia decimæ, quas vnusquisque de populo iſrael in ſuis horreis ſeparabat, vt comederet eas, cum iret in tēplum in vrbe Hieroſalem, & in veſtibus templi ſacerdotes & Leuitæ ad conuictum inuitaret. Erāt autē & alia, quas pauperibus recondebant. At vero primitiæ, quas de frugibus offerebant, nō erāt ſpeciali nomine definitæ, ſed offerentium arbitrio derelictæ. Traditionem quoque accepimus Hebræorū, non lege præceptam, ſed arbitrio magiſtrorū inolitā, q̄ qui plurimū, xl. partē dabāt ſacerdotibus: qui minimū, lx. inter. xl. & lx. licet quodcumque voluiſſent, offerre. Quod igitur in Pentateuco dicitur de primitiis derelictū eſt, hoc ſpecialiter deſignatur propter ſacerdotū avaritiam,

Vide Luſac.  
in part. c.  
p̄ niaz Regard.  
p̄ 1000. Cap.  
2. et 22 obi.  
Cap. 38. =

N. AM. 18.



Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xxx.

auariciam, ne amplius à populo exigant in primitiis offerēdit.  
Paschalis secundus.

*Non potest congruē summati, propter varietatem lecturatum.*  
Capitulum. ii.

**N**Ouum genus exactionis est, vt clerici à clericis decimas exigant, cū nusquam in lege domini hoc legamus. non enim Leuitā à Leuitis decimas accepisse leguntur. Illi profecto clerici, qui à clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent.

Hadrianus Vigoreñ. & Herfor. episcopis.

*Compositio super decimis non tollitur per priuilegium sequens, si de illa mentionem non facit.*

**E**X multiplici cōuestione V. presbyteri accepimus, quod cū inter abbatem de Brudeia, de consensu totius cōuentus, & prædictum presbyterum talis intercesserit conuenticio, scripto monachorum authentico roborata, quod monachi dicto presbytero & ecclesiæ suæ de blado, & vniuersis leguminibus, quamdiu viueret, decimas persoluerent, exceptis minutis decimis, quas idem presbyter quitas clamauit: idem abbas à nobis priuilegium obtinuit, vt de laboribus, vt de propriis manibus aut sumptibus excolunt, nulli decimas soluere tenerentur: & infra. Vnde quia non fuit nostræ intentionis per priuilegium nostrum conuentioni derogare prædictæ: mandamus, quatenus abbatem & monachos, vt eandem cōuentionem (nō obstante dicto priuilegio, nisi de ipsa contineatur in eo) inuiolabiliter teneant & obseruent, vel exinde secum pacificè conueniant, ad pel. postposita compellatis.

Idem Thomæ Cantuarien. archiepiscopo,

*Monachi tenentur soluere decimas prædiales, de prædiis nouiter cultis, de quibus decimæ prius soluebantur.*

**C**ommissum est nobis: & .j. Peruenit ad nos quod monachi de Bosse, ecclesiæ sanctæ Mariæ, in cuius parœcia cōmendantur, decimas ex integro non persoluant. Ea propter mandamus, quatenus eos, vt decimas de terris cultis, in quibus olim domus constructa fuerant, præfatæ ecclesiæ cum ea integritate persoluant, qua priusquam in eadem parœcia morarentur soluebant persolui, compellas. Et sicut etiam de pascuis olim decimæ persoluebantur, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitate translatis, decimas volumus absque deminutione persolui.

Alex. iij. Cātuarien. archiepo, & eius suffraganeis.

*Per excommunicationem compellitur quis ad soluendas decimas de molendinis, & aliis hic contentis. & ca. se. h. d. cū seq.*

Peruenit

De decimis, primitiis, & oblationibus. 239

**P**eruenit nos: & infra. Mandamus, quatenus parœcianos vestros monere curetis, & si opus fuerit, sub excommunicationis distictione compellere, vt de prouentibus molendinorum, piscinarum, fœno, & lana, decimas ecclesiis, quibus debentur, cum integritate persoluant.

Idem Vintoniē. episcopo.

*Summatum est cum præcedenti, & declarata vt in præcedenti dictum est.*

**N**uncios: & infra. Mandamus, quatenus parœcianos tuos de apibus, & de omni fructu decimas persoluerre ecclesiæ distictione compellas.

Idem Exoniē. episcopo.

*Decima fructuum statim cum collectis sunt, solui debet, non deductis expensis.*

**C**um homines de Hortoneñ. de frugibus. ix. partibus sibi retentis decimam ecclesiæ, cuius parœciani sunt, sine deminutione soluere teneantur: & ante quam id faciant, seruitibus & mercenariis suis de frugibus non decimatis debita totius anni pro seruitio suo impendant, tunc demum de residuo decimam persoluentes: Mandamus, quatenus eos cogatis, vt decimam statim fructibus collectis persoluant, atq; de subtrahis & retentis dignam satisfactionem exhibere procurant.

Idem monachis de Neucleñ.

*Priuilegiati super decimis non soluendis, de iis prædiis, quæ ab aliis conuadunt, decimam soluere tenentur.*

**D**ilecti filij abbas, & fratres sanctæ crucis suæ nobis cōuestione monstrarunt, quod prædia vnde decimas, & in magna parte sustentationem consueuerunt habere, à plerisque laicis conduxistis, & recepistis ad firmam. Vnde quoniam iidem fratres ex hoc grauantur enormiter, nec fuit intentionis nostræ, aut antecessorum nostrorum, vt de possessionibus, quas cōduxistis, decimas non soluatis: mandamus, quatenus de prædiis, quæ conduxistis in parœciis suis, de quibus consueuerunt decimas percipere, plenariè soluatis eisdem, vel cum ipsis amicabiliter componatis.

Idem abba. & fratribus Doloñ.

*Reuocatur priuilegium si ex postfacto incipit enormiter nocuum esse.*

**S**uggestum est ex parte vestra, quod abbas & fratres monasterij de Vrsiñ. decimas à vobis auferre conantur: Mandamus, quatenus cum prædicto abbate, & fratribus super

*\* vide. l. si manifeste. C. de ser. & a qua. per Bar. et. l. i. ff. de a qua. plō. arceñ.*

Capitulum. vii.

Cap. viii.

Capitulum. ix.

Dis. v.

ipsis decimis componatis. nam quando Romana ecclesia ordini vestro priuilegia de decimis dederat, ita erant rare abbatia vestri ordinis, quod exinde nulli poterat de iure scandalum suboriri: sed nunc in tantum augmentatae sunt, ac possessionibus ditatae, quod multi viri ecclesiastici de vobis apud nos querelam sepe proponunt.

Idem Tetracensis archiepiscopo.

Cistercienses, templarii, & hospitalarii decimas praediorum suorum, quae propriis manibus aut sumptibus excolunt solvere non tenentur: alii vero religiosi non soluant decimas de hortis & nutrimentis animalium, nec de nouilibus, quae propriis manibus ac sumptibus excolunt.

Capitulum. x.

Ex parte tua ad nos noueris peruenisse, quod albi monachi & nigri, & quidam alij religiosi ecclesias tuae iurisdictionis redditibus decimarum occasione priuilegiatorum, quae sibi Romana indulget ecclesia spoliare praesumunt. Sane nolimus te latere, quod praedecessores nostri ferè omnibus religiosi decimas laborum suorum concesserant. Sed praedecessor noster Hadrianus solis fratribus Cisterciensium ordinis, & templariis, & hospitalariis, decimas laborum suorum, quos propriis manibus vel sumptibus colunt, indulget: ceteris vero, ut de nouilibus suis, quae propriis manibus vel sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis decimas non persoluant: quem sumus super his imitati. Quare istis, quibus hoc indulgentium est, hac occasione decimas de aliis rebus ecclesiae suae non possunt subtrahere, vel sibi aliquid ulterius vindicare.

Idem.

Priuilegium super decimis laborum non extenditur ad terras, quae alijs traduntur excolendae.

Cap. xi.

Licet de benignitate sed. apost. sit vobis indultum, ut de laboribus, quos propriis manibus vel sumptibus colitis, nemini decimas solvere teneamini: propter hoc tamen non est licitum vobis decimas de terris vestris subtrahere, quas alijs traditis excolendas.

Idem.

Priuilegium super decimis laborum, etiam ea, quae non sunt noualia comprehendit.

Capitulum. xii.

Ad audientiam nostram: & infra. Illud priuilegij capitulum praua quidam interpretatione peruerentes, quo Cisterciensibus indulgetur, ne de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, aliquis decimas ab eis exigat: adferunt

serunt, & pro laboribus noualia intelligi debent: & infra. Mandatum, quatenus non permittatis hoc fieri. nam si intelligeremus tantummodo de noualibus: vbi ponimus de laboribus, de noualibus poneremus. \*

Idem Brixien. episcopo.

Decima noualium debentur ecclesiae, in cuius parocchia surgunt. si vero non sunt in certa parocchia, debentur dioecesano, qui potest sibi retinere, vel alteri ecclesiae concedere.

Cap. xiii.

Quoniam a nobis sollicitudo tua requisit, quid de decimis noualium tuae dioec. tibi sit statuendum. Respondemus, ut si terra, quae arabiles sunt, intra certam aliquam ecclesiam parocchiam fuerint, decimas earum (tua parte retenta) eidem ecclesiae facias assignari. Alioquin ipsas secundum discretionem a deo tibi datam, alij ecclesiae deputare, vel ad opus tuum poteris retinere.

Idem Remensi archiepiscopo.

Decima possent exigi.

Capitulum. xiiii.

Parocianos: & infra. Cum decimae non ab homine, sed ab ipso domino sint institutae, quasi debitum exigere possunt.

Idem Ambianen. episcopo.

Decima laico iure hereditario concedi non potest.

Cap. xv.

Ad haec donationem decimae, quam abbas sancti S. de Mōstrali cuidam loco concessit per successionem tenendam: (Quoniam sanctuarii dei iure hereditario possideri non debet) virtus carere decernas: & laicum (nisi decimam ipsam ipsi ecclesiae liberè resignauerit) vinculo excommunicationis adstringas.

Idem Marsilien. episcopo.

Iudaei coguntur praediales decimas solvere, aut praedia dimittere.

Capitulum. xvi.

De terris, quas Iudaei colunt, tuae prudentiae respondemus, ut eos ad decimas persoluentes, & vel possessiones penitus renunciandas, cum omni districtione compellas, ne forte occasione illa ecclesiae valeant suo iure fraudari.

Idem.

Decima vel oblationes ecclesiae laicis concedi non possunt, & prelati contra faciens est puniendus.

Cap. xvii.

Quamuis sit graue nimis, & diuini dignum animaduersione iudicij habeatur, quod laici quidam quod sacerdotum est in ecclesiasticis rebus usurpant: maiorem tamen incurunt formidinem, quod fomitem sui erroris dicuntur in ipso cleuiculis, & aliquoties inuenire, dum quidam prelatorum ecclesiarum decimas, & ecclesias disponere eis indulgent, & eos in deum mortis impellunt;

\* Vide. l.

ab hostibus

S. sed qd

simplici-

ter. ff. ex

quib. cau.

ma. & l.

3. ff. de of-

fi. pra.

\* Vide. l.

impator.

ff. de pub.

cu no. per

Bal. & l.

comperit.

C. de pra-

scri. xxx:

vel. xl. ubi

no.

Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xxx.

pellunt, qui prædicatione eorum ad viam vitæ fuerant reuocandi: & infra. Statuimus, vt si quis alicui laico in seculo remanenti ecclesiam, decimam, oblationemq; concesserit, à statu suo sicut arbor quæ inutiliter terram occupat succidatur, & donec emendet, dolore suæ iaceat ruinæ prostratus.

Idem.

*Statut consuetudini an colonus soluat decimam ecclesie, in cuius parœcia sita sunt prædia, an ecclesie, vbi audit diuina, & percipit ecclesiastica sacramenta.* *Capitulum. xviii.*

**C**um sint homines in parœcia vnus ecclesie (sicut adferis) qui terras in alia parœcia excolunt. t. di. nos consuluit, cui ecclesie de terris illis decimas soluere debeant: & infra. Sane non est nobis facile super hoc certum dare responsum: cum auctoritates sanctorum patrum etiam sint diuersæ. Et ideo in huiusmodi dubitatione ad consuetudinem duximus recurrendum, \* & adtendendum etiam, si illæ ecclesie in vno sint, vel in diuersis episcopatibus constitutæ: quia difficile nimis videtur, vt vna ecclesia in episcopatu alterius recipiat decimas: cū ex hoc episcopatum fines confundi non immeritò videretur.

Ex concilio Lateran.

*Non potest laicus transferre decimam in alium laicum, etiam si cum titulo illam possideat. h. d. cum gloss.* *Cap. xix.*

**P**rohibemus ne laici decimas cum animarum suarum periculo decimantes, in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis verò receperit, & ecclesie nõ reddiderit, Christiana sepultura priuetur.

Lucius. iij. Strigõn. archiepiscopo.

*Decima personalis debetur ecclesie, vbi quis percipit sacramenta, licet alibi lucrum contigerit. In prædiali verò, statut consuetudini, si in aliena parœcia colonus prædium coluit.* *Cap. xx.*

**A**d apostolicæ sedis regimè: & infra. Intelleximus, quòd quedam consuetudo in Hungaria inoleuit, vt multitudo populi plerunq; de parœcia vnus episcopi in diocesim alterius transferatur: in qua licet per multa tempora moram traxerit, vt etque tamen episcoporum, tam is cuius parœciam reliquerunt, quàm is cuius parœciam sunt facti, decimationem requirit. Ideoq; t. nos duxit fraternitas consulendos, cui potius decimæ sint reddendæ. Noueris igitur, quòd æquum est, vt illi ecclesie decimæ personales reddantur ab eis, in qua ecclesiastica percipiunt sacramenta. Super decimis verò meliũ, vel fructuum arborum, si coluerint in alia parœcia, quàm in ea, in qua

De decimis, primitiis, & oblationibus. 241

in qua habitant (quoniam à diuersis diuersa consuetudo tenetur) tu eligas in hoc casu, quòd per consuetudinem diu obtentam ibidem noueris obseruatum.

Clemens tertius.

*De omni fructu prædij soluenda sunt decima.* *Cap. xxi.*

**E**x parte canonicorum ecclesie tuæ nobis est querela proposita, quòd quidam agriculatores, cum simul vel diuersis temporibus anni, in eodẽ orto, vel agro diuersa semina sparserint, nõ nisi de vnus illorum seminum fructibus decimas illi perfoluunt: & infra. Mandamus, quatenus si noueris rem taliter se habere, agriculatores illos, vt de omnibus prædiorũ fructibus decimas absque deminutione perfoluant, ecclesia. cens. compellas.

Celestinus tertius.

*Decima prædialia soluenda sunt, expensis non deductis.* *Capitulum. xxii.*

**N**on est in potestate hominum, cum plantant arbores, vel aliquam semina terræ mandant: & infra. Reuera sicut sancti patres in suis tradiderunt scripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipsa etiam militia, de venatione, & de omnibus bonis decimæ sunt ministris ecclesie tribuendæ, ita vt qui de his eas soluere neglexerint, ecclesiastica districtione debeant percelli: & infra. Volumus etq; districtè precipimus, quatenus antequam vllas deducatis de bonis prædictis expensas, decimas ecclesiis, ad quas pertinent, cum integritate debita perfoluatis.

Idem.

*De redditibus molendini ad ventum, soluenda sunt decima.* *Capitulum. xxiii.*

**E**x transmissa quærela rectoris ecclesie de N. intelleximus: & infra. Quia fidelis homo de omnib; quæ licitè potest acquirere, decimas erogare tenetur. Madamus, quatenus H. militem ad solutionem decimarum de his, quæ de molendino ad ventum proueniunt, sine deminutione aliqua compellatis.

Innocentius. iij. Pistorien. episcopo.

*Locator vel conductor possessionum tenetur ad decimas, nisi se immunes ostendant.* *Capitulum. xxviii.*

**A** nobis tua fraternitas requisit: & infra. Cum igitur, quilibet decimas soluere teneatur, nisi à prædicatione ipsarum specialiter sit exemptus: Fraternitati. t. respon. quòd à dantibus & recipientibus possessiones ad firmam, de fructibus,

*de cap. 1. ecclesie*

*\* Vide. l. minimè. c. l. si de interpre. ff. de lega.*

*alibi*

*de cap.*

*capitulum*

*capitulum*

*H*

Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xxx.

bus, quos percipiūt, decimæ sunt soluendæ: Nisi ab eis ostendatur, quare ab huiusmodi sint immunes.

Idem Vercellens. episcopo.

Imperialis concessio, sub quacunque forma à solutione decimarum eximere non potest. Capitulum. xxv.

**T**Va: & infra. Porro cum laicis nulla sit de spiritibus concedendi, vel disponendi facultas, imperialis concessio quantumque generaliter fiat, neminem potest à solutione decimarum eximere, quæ diuina constitutione debentur.

Decima non alium non pertinet ad laicum, qui decimas habet in feudum, hoc dicit.

Nec occasione decimationis antiquæ (licet in feudum decimæ sint concessæ) sunt decimæ noualium usurpandæ, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restringenda.

Idem eadem.

Sine deductione seminis & sumptuum, debent dominus & colonus decimam soluere, & non eui uoluerint ecclesie, vel pauperibus, sed ecclesie eui debentur: nec ab hoc excusantur propter malitiam clericorum. Capitulum. xxvi.

**T**Va nobis. Intimauit, quod quidam laici decimas ecclesie à clericis tuis peruersis machinationibus subtrahere moliantur. Quidam enim ex eis semen & sumptus, qui sunt in agricultura, dicunt primitus deducendos, & de residuo impendendam decimam adferunt. Alij uero de portione fructuum, quam à colonis accipiunt partem decimæ separantes, eam capellis suis aut alijs clericis, aut etiam pauperibus conferunt, vel in usus alios pro sua uoluntate conuertunt. Nonnulli etiam vitam clericorum tanquam abominabilem detestantes, decimas eis ob hoc subtrahere non uerentur: & infra. Verum si ad id eum (à quo cuncta bona procedūt) adferores huiusmodi debitum respectum haberent, ius ecclesiasticum deminuerent non contenti erant, nec decimas (quæ tributa sunt egetium animarum) præsumerent detinere. Cum enim deus, cuius est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo, deterioris conditionis esse non debeat, quam dominus temporalis, cuius statum de terris, quas exhibeatis excolendas, non quidem de ductis sumptibus aut semine separato, necessarium cum integritate perhibuit: nimis profecto uidetur iniqui si decimæ, quas deus in signum uniuersalis dominij sui reddi præcepit, suas esse decimas & primitias adferant, ostendunt

\* Vide. l. cū quidā. cū vulga. ff. de libe. & posth.

Psal. 23. \* Vide. l. Quintus Mun. 2. S. argeto. ff. de auro & ar. le.

De decimis, primitiis, & oblationibus. 242

casione premissa, vel excogitata magis fraude deminui valeat, cum deo debita sit solutio decimarum, in tantū, ut ad eas clericis exhibendas, quibus eas ipse pro suo cultu concessit, laici sumoni reddere noluerint, ecclesiastica sint districtio cogendi. Et cū de cunctis omnino prouentibus decimæ sint reddenda, sicut colonus de parte fructuum, que sibi remanet ratione culture: sic & dominus de portione, quam percepit ratione terre, decimam reddere, sine deminutione tenetur. Preteritū uero nequitia clericorum nequeunt eas (nisi quibus ex mandato diuino debentur) pro suo arbitrio erogare: cum nulli felicitum aliena cuiquā concedere præter domini uoluntate. & infra. Quoniam igitur pari uolumus, ut ecclesiarum & clericorum iura præsumptione qualibet minuantur: mandamus, quatenus omnes, qui ratione personarum, aut etiam prædiorū decimas ecclesis & clericis tuæ diocæ. exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas adpre. compellas.

Idem abbati sanctæ Columbæ Senon.

Prælegium super decimis non soluendis ecclesiastica persona concessum non alia comprehendit. h. d. secundum intellectum, qui placet Panor. Capitulum. xxvii.

**E**X parte tua: & infra. Cum tibi, quod maius est, sit concessum, ut uidelicet decimas de laboribus terræ parocciarum tuarum, cum integritate percipias: de noualibus eas exigere facis potes: quia ubi maius conceditur, minus concessum esse uidetur.

Idem Helien. episcopo.

Negotiator de lucro decimam soluit deductis expensis, quas facit de pecunia decimata: expensæ uero, que sunt pro habendis fructibus non deducuntur. & de fructibus soluitur decima, etiam non deductis expensis factis pro re restauranda. Cap. xxviii.

**P**astoralis officij: & infra. Explicari postulasti, utrum quis possit de molendinis, & piscariis necessarias expensas deducere priusquam soluat decimas ex eisdem, sicut est in negotiatione concessum. Ad quod respondemus, quod licet circa res adquisitionis, vel factas de pecunia decimata, cum ipse uenduntur, credamus deducendas expensas, & de residuo quasi de lucro decimas persolundas, ut si uendatur domus, ager, uinea, clybantus, molendinum, grex, aut qualibet mercēs.

Expensas tamen, que sunt pro fructibus percipiendis, ex illis, de quibus fructus proueniunt, non credimus deducendas, etiam si fuerint decimata. quoniam salua decima fructus



talibus personis & taliter sua prædia excolenda committant, quòd absque contradictione ecclesiis decimas, cum integritate persoluant, & ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellantur.

*Iste. §. propter sui breuitatem non summatur.*

Illæ quippe decimæ necessariò soluendæ sunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine adprobata.

Idem in eodem.

*Præius soluendæ sunt decimæ, quàm cæsus seu tributa: & si præius illa soluantur, postea decimari debent.*

Cap. xxxiii.

I. Cor. 3.  
Ioan. 12.

**C**um non sit in homine, quid semen ferenti respondeat, quoniam iuxta verbum apostoli. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus: ipsum quidem mortificato semine plurimum fructum adfert: nimis auarè quidam in decimis defraudare nituntur census & tributa, quæ interdum indecimata prætereunt, de fructibus primitiis deducetes. Cum autem in signum vniuersalis dominij, quasi quodam titulo speciali, sibi dominus decimas reseruauerit: nos & ecclesiarum dispendiis & animarum periculis obuiare volentes, statuimus, vt in prerogatiuum dominij generalis exactionem tributorum & censuum præcedat solutio decimarum, vel saltem hi, ad quos census, vel tributa indecimata peruenerint, (quoniam res cum onere suo transiit) ea per cen. eccle. decimare cogantur ecclesiis, quibus de iure debentur.

Idem in eodem.

*Cisterciens. templarii & hospitalarii de fructibus possessionum, quas adquisierunt post concilium generale, de quo hic decimas soluere tenentur: si de illis possessionibus præius soluebantur decime.*

Capitulum. xxviii.

**N**uper abbates Cisterciens. ordinis in generali concilio congregati, ad commotionem nostram prouidè statuerit, ne decætero fratres ipsius ordinis emant possessiones, de quibus decimæ debeantur ecclesiis, nisi fortè pro monasteriis nouiter fundandis. Et si tales possessiones eis fuerint pia fidelium deuotione collatæ, aut emptæ, pro monasteriis de nouo fundandis, committantur aliis excolendæ, à quibus ecclesiis decime persoluantur. Ne occasione priuilegiorum suorum ecclesie vltèrius prægrauerent, \*decernimus, vt de alienis terris, & amodo adquirendis, etiam si eas propriis manibus, aut sumptibus excolant, decimas persoluant ecclesiis, quibus ratione prediorum antea soluebantur, nisi cum ipsis ecclesiis aliter duxerint cõponendum. Et hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudet

sumilibus

\*Vide. l. ex facto. ff. de vul. & pup. et l. quoties. et not. C. de preci. impera. offi.

sumilibus priuilegiis, extendi volumus & mandamus: vt ecclesiarum prælati promptiores, & efficaciores existant ad exhibendum eis, de suis malefactoribus iustitiæ completum, eorumque priuilegia diligentius & perfectius studeant obseruare.

Gregorius nonus.

*Breue est. & ideo non summatur.*

Capitulum. xxxv.

**I**nterdicimus vniuersis personis ecclesiasticis, vt decimas decimas à laicis ad alienas ecclesias pertinentes in pignus recipere ab eisdem laicis non præsumant.

De regularibus, & transeuntibus ad religionem. Tit. xxxj.

Ex concilio Marguntin.

*Non potest quis ad religionem admitti nisi volens, & in ætate idoneus.*

Capitulum. i.



**N**ullus tondeatur, nisi in legitima ætate & spontanea voluntate.

Ex eodem.

*Impubes monasterium ingressus, post annum à parentibus reuocari non potest, hoc dicit primo. Pubes per vim ingressus, post annum exire, vel à parentibus reuocari non potest, hoc dicit secundo. Abbas.*

Capitulum. ii.

**S**i quis ante annos legitimos tonsuratus \* est sine consensu parentum suorum: si parentes ipsius intra annum non reclamauerint ad principem, aut proprium episcopum, vel ad missum dominicum, in clericatu permaneat. Si vero post legitimos annos, per vim clericus factus est, & nec ipse nec parentes eius intra annum, ad memoratas personas reclamauerint, in clericatu permaneat, sicut is, de quo superius dictum est.

Ex concilio Toletano.

*Clericus secularis vtens habitu & nomine monachali, cogitur, vt fiat monachus, vel ab hoc desistat.*

Capitulum. iii.

**V**T clerici, qui se fingunt habitu & nomine monachos, & nõ sunt, corrigantur: vt veri monachi sint, vel veri clerici.

Ex concilio Arelateno.

*Novitia, quæ sponte se ingerit actibus professorum, per hoc censetur professi. hoc dicit, & est casus multum notabilis.*

Cap. iiii.

**V**idua si sponte velum conuersationis, qua quis non sacrum sibi imposuerit, & in ecclesia inter velatas oblationem deo obtulerit, velit nolit sanctimoniam habitum vltèrius debet habere.

H iiii

Vide Can. Vi duos, 27, q. 1.

\*Vide. l. si ex causa. §. Papiinianus. & sibi glo. Bar. ff. de mino. idè in. l. pater. ff. de adul.

4. =

habere. Licet sacramento firmare velit eo tenore velamen sibi imposuisse, vt deponere possit.

Gregorius tertius Anath. subdiaco.

*Monachus temere ad aliud monasterium transire, vel peculium habere non potest.* Capitulum. v.

**I**oannes frater: & infra. Præsenti iussione mandamus, vt ne quem monachum de monasterio in monasterium temere migrare liceat, nec eorum aliquem peculiare quicquam habere. Sed si hoc præsumpserit, monasterio, in quo ab initio conuerfatus est, sub abbatis sui regula cōpetenti coercitione reddatur.

Ex regesto Gregorij.

*Vbi est dura congregatio vel religio, requiritur in proficiēte plena pubertas, scilicet tempus. xviii. annorum. hoc dicit habitus respicere ad mentem litera. Et est textus singularis.* Capitulum. vi.

**Q**uia in insulis dura est congregatio monachorum, pueros in eorum monasteriis, ante decimum octauum annum suscipi prohibemus.

Alexander tertius archiepiscopis, & aliis ecclesiarum prælatis, per Galliam constitutis.

*Si Cisterciensis sine licentia sui abbatis, ad aliud monasterium transit, ad proprium monasterium regredi cogitur.* Cap. iiii.

**N**on est vobis dubium: & infra. Vniuersitati vestra mandamus, quatenus monachos, vel conuersos Cisterciens. ordinis, post professionem sine licentia abbatum suorum, per episcopatus vestros recipi, nullatenus permittatis. Et si qui ex eis, sine licentia abbatum suorum, de monasterio exire præsumpserint, & commoniti celeriter non redierint, eos regredi compellatis.

Idem magistro F. Ciuitateñ. cano.

*Professio facta ante. xiiii. annum non obligat. post. xiiii. vero si fit per susceptionem habitus professorum, etiam non obligat, nisi detur perseverantia tridui.* Capitulum. viii.

**A**d nostram noueris audientiam peruenisse, quod eremita de monte Folio quosdam pueros seduxerunt in tantum, quod quidam suasionibus eorum ad sensum præbentes, statim religionis habitum in ipsorum monasteriis susceperunt: quorum vnus T. nomine statim penituit, quod habitum induisset: & infra. Quocirca mandamus, quatenus si constiterit, quod præfatus T. ante consummationem. xiiii. anni susceptum habitum deposuerit, aut si post. xiiii. annum habitum ipsum sine probatione susceperit, & intra triduum deposuerit, cum ab impetitione

impetitione prædictorum eremitarum denuncies absolutum: & eam, quam postquam exiuit, iurauit accipere in vxorem, libere posse traducere, si alia causa rationabilis non obstat.

Idem Helien. episcopo.

*Qui recipit habitum professorum, vbi distincti sunt habitus, compellitur ibi vel alibi esse religiosus: sed si recipit habitum nouitimum, potest ad seculum redire.* Capitulum. ix.

**S**uper eo, quod quaesitum fuit de clericis, qui religionis habitum susceperunt, & ante professionem ad priorem statum sunt reuerſi: Respondemus, quod si austeritatem religionis, ad quam migrasse noscuntur, seruare noluerint, ad minorem religionem sunt cogendi transire: nec amplius in ecclesiis secularibus debent adsumi: ne contra votum, quod dominum fecerunt, venire probentur. Verum si ante susceptum huiusmodi habitum in probatione positi recedere voluerint, secundum regulam beati Benedicti, non videntur prohiberi ad priorem statum redire, quæ videtur præcipere, vt in eadem veste, in qua veniunt, reuertantur.

Idem Ambianen. episcopo,

*Canonicus regularis potest effici monachus, si religio, ad quam transit, est strictior sua: alias secus.* Capitulum. x.

**S**ane de canonico, qui in ecclesia Aromateñ. professionem fecerat, & fugerat ab eadem, in monachum à quodam abbate recepto: Id. t. f. significamus, quod si locus vbi nunc per manet, maioris religionis, quam ecclesia Aromateñ. existit, ipsum in eodem loco cum pura conscientia remanere permittas, alioquin eum ad priorem ecclesiam redire compellas.

Idem Beluacē. episcopo.

*Minor. xiiii. annis, profitendo non obligatur religioni, nisi factum maior ratum habuerit.* Capitulum. xi.

**S**ignificatum est nobis: & infra. Mandamus, quatenus si indueris, quod G. non fuisset à parentibus oblatas: & intra. xiiii. annum facti voti penitens, à religione recesserit: ab illo voto professionis, quod fecit, denuncies absolutum. Si autem à parentibus fuerit oblatas, seu. xiiii. annum compleuerit, cum religionem intrauit, seu post decimum quartum annum professionem à se prius factam, ratam habuerit: eum ad eandem vel ad aliam religionem transire compellas.

Clemens tertius,

*Si filia minor. xii. annis à parentibus monasterio tradita, maior facta sponte veletur, ad seculum redire non potest.* Cap. xii. Cum

*Sanchez*  
*lib. 9. tit. 9. c. 6.*  
*n. 17.*

**C**um virum: & infra. Vtrum ea, quæ intra discretionis annos à parentibus monasterio tradita, habitum religionis inducens, benedictionem accepit, & exiens postmodum se cuidam militi copulauit, ad monasteriū redire cogatur: Consultationi tuæ taliter respon. quod cum iuxta concilij Toletani censuram, monachum aut paterna deuotio, aut propria professio faciat: quicquid horum fuerit allegatum, tenebit, reuertendi ad seculum, aditu penitus interdicto. Non enim videtur illa monastica professio à se posse iugum excutere, cum eam non constet euidenter contraxisse, cum benedictionem accepit, quam non nisi in ætate discretionis recipiunt quæ velantur, præsertim si rati habitione secuta (etsi eam quandoque contraxisse constiterit) quod ante gestum fuerat, roboratur. Nec obloquitur quod de præde. noſt. Leonis pape constitutione per contrarium sensum sumitur, vt puella, quæ coactè parentum imperio virginittatis habitum susceperunt, ipsum possint sine præuaricatione deserere: cum de ea recte possit intelligi, quæ in ætate nubili noscitur constituta. tunc enim quia liberum habet arbitrium, in electione propositi, sequi parentum non cogitur voluntatem.

Idem.

*Valet professio facta sine susceptione habitus religionis.*  
*Capitulum. xiiii.*

**P**orreſtum nobis ex parte tua petitorum continebat, quod I. canonicus Archerontinus infirmitate grauatus, votum vt fieret monachus se adferit emisisse: vnde metueas ne voto decederet non cõpleto, iunctis manibus tibi se reddidit in monachum & in fratrem: & infra. Inquisitioni tuæ taliter respon. quod cum monachum non faciat habitus, sed professio regularis: ex quo à conuertendo votum emittitur, & recipitur: ab abbate talis vt fiat monachus, & reddat domino, quæ promissa erit vtique compellendus.

Celestinus tertius.

*Si pater se cum bonis suis & filio impubere obtulit monasterio, filius factus maior, exire potest religionem, & legitimam à monasterio petere.*  
*Capitulum. xiiii.*

**C**um simus: & infra. Sane nostris auribus est relatum, quod cum B. miles se cum filio suo discretionis annos nullatenus adtingente, ad quoddam monasterium cum bonis suis etiam conuulisset, dictum filium suum fecit habitum suscipere monachalem: & infra. Discretionis tuæ taliter respon. quod si dictus puer ad annos discretionis peruenierit, & habitum

rum retinere noluerit monachalem: si ad hoc induci nequiverit, non est vllatenus compellendus: quia tunc liberum sibi erit cum dimittere, & bona paterna, quæ ipsi ex successione proueniunt, postulare.

Innocentius tertius episcopo & cap. Targilen.

*Paruos profiſtendo non obligatur, nisi factus sana mentis ratum habuerit.*  
*Capitulum. xv.*

**S**icut tenor literarum: & infra. Consultationi vestra taliter respõ. & licet ista duo inter se repugnãtia videantur, vt quilibet scilicet sit extra se positus, & de præſenti vita desperet: si tamen eo tempore quo P. sacerdos lator præſentium positus extra mentem adferitur, indutus fuit habitu monachali, cum alienus non sentiat, ac per hoc non valeat consentire, eū denuncietis ab obseruatione monastici ordinis absolutum, nisi postquam mentis suæ factus est compos, spontanea voluntate professionem fecerit monachalem.

Idem Pisano archiepiscopo.

*Professio nec fieri, nec recipi debet intra tempus probationis, sed facta & recepta tenet. hoc dicit. & est casus notabilis, & quodidie allegatur.*  
*Capitulum. xvi.*

**A**d apostolicam sedem: & infra. Cum monachū fieri ante vnus anni probationem, regularis institutio interdicit: & infra. Questionibus tuis taliter resp. quod licet tempus probationis à sanctis patribus sit indultum non solum in fauorem conuerſi, sed etiã monasterij, vt & ille asperitatis istius, & istud mores illius valeat experiri: (quod vtrunq; diligenter est obseruandum, præsertim cum ab vtroq; de reliquo facta certa noticia non habetur) si tamen ante tempus probationis regulariter prænitum is, qui conuerſi desiderat, habitum recipit, & professionem emittit, abbate per se vel per alium professionem recipientem monasticam, & monachalem habitum concedente, vterque renunciare videtur ei, quod pro se noscitur introductum: ideoque obligantur per professionem emissam pariter & acceptam ad obseruantiam regularẽ, & vere monachus est censendus: quia multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obſtinent firmitatem. Prohibendum est abbatibus, ne passim ante tempus probationis quoslibet ad professionem recipiant: & si contra formam præſcriptam quoslibet indifereceperint, animaduersione sunt debita corrigendi: cum in subdium fragilitatis humanae spaciū probationis sit regulariter institutum\*.

\* *Alias. indultum.*

Idem



Idem Aconē. episcopo.

*Qui professionem fecit, licet in clauſtro nunquam permanſerit, ſed in ſeculo, & ſuis bonis uſus fuerit, ad obſeruantiam regularem compellitur.*

Capitulum. xviij.

**S**icut nobis fuit propositum, quidam clericus cum agritudine nimia laboraret, quasi de morte securus, & de recuperanda sanitate desperans, habitum canonicorum regularium petiit & accepit, sed nec ad ecclesiam transiit, nec bonis suis uti cessauit, uidentibus & scientibus episcopo & canonicis ecclesie Nazarenē. A quibus habitum susceperat regularem: & infra.

Fraternitati tuę taliter respon. quod si regularem habitum se postulante suscepit, & ad obseruationē religionis canonicę suę se professione ligauit: tūc selumēdum habitum, ecclesiasticę est districtione cogendus, cum quod tanto tempore extra canoniam mansit, \* non in excusationem eius, sed in maioris transgressionis augmentum merito ualeat allegari.

Idem priori & conuentui Dimoliensij.

\* Religio  
sua contra  
bonis obe-  
dientia non  
potest pra-  
scribere.  
Vide. l. j.  
C. de ser-  
uis fugi.

*Potest religioſus zelo ſanctioris uite ad religionem tranſire ſtrictiorem, petita prius licentia prælati ſui, licet non obtenta, etiā ſi primum monaſterium ſit priuilegiatum, quod de illo ad aliud euiam arctius tranſire non poſſit. hoc dicit. Et eſt caſus notabilis, & quotidie allegatur.*

Capitulum. xviii.

1. Cor. 7.  
2. Cor. 3.

**L**icet quibusdam monachis & canonicis, necnon hospitalariis & templariis a sede apost. sit indulcetur, ne postquam aliquis professus fuerit apud eos, ad alium locū possit ipſis inuitis arctioris etiam religionis obtentu transire, ut uoluit que secundum Apostolum in ea uocatione permaneat, in qua dignoscitur esse uocatus. Quia tamen ubi spiritus dei est, ibi libertas: & qui dei spiritui aguntur, nō sunt sub lege, quia lex non est posita iusto: ea ratione uideretur hoc illis fuisse concessum, ne quis ex temeritate uel leuitate in iacturā uel iniuriā sui ordinis sub pretextu maioris religionis, ad alium ordinem trāsuolaret, sicut frequenter a multis cōstat esse presumpitū: nō quidē ut ei transeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate ac puritate duxerit postulandā, ut non fictē, sed uerē ad frugē melioris uitę ualeat transmigrare. Talis ergo postquā a prælato suo transeundi licentiam postulauerit, ex lege priuata (quę publicę legi praiudicat) absolutus, libere potest sanctioris uitę propositum adimplere, non obstantē proterua indiffertē contradictione prælati: quia priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. Cum etiam Romanus pontif. qui supremam in ecclesia obtinet potestatem, archiepiscopis

chiepiscopis & episcopis cedendi licentiā ex iusta causa peccentibus sine difficultate concedat. Quocirca nouerint uenerū, quibus huiusmodi priuilegium est concessum, se ad cōcedendam licentiam transeundi taliter postulantes de iure teneri: quia sicut subditus a prælato cum humilitate & puritate debet transeundi licentiam postulare, ne bonū obedientię contemnere uideatur, sic profecto prælatus subdito sine difficultate & prauitate qualibet, debet transeundi licentiam indulgere, ne uideatur propositum impedire diuinitus inspiratum. Si uerō probabiliter dubitetur, utrum quis uelit ad ordinem arctiorem aut laxiorem ex charitate, an ex temeritate transire, superioris est iudicium requirendum: ne forte angelus sathana in lucis angelū se transformet. Illa semper regulari inuolabiliter obseruata, ut nullus absq; licentia Romę pontif. presumat occasione quacunq; deſerere presulatum: quoniam sicut maius bonū, minori bono prapōnitur, ita communis utilitas, speciali uilitati prafertur. \* Et in hoc casu recte preponitur doctrina silentio, sollicitudo contēplationi, & labor quieti. Ad quod utiq; designandū uirginitus dei filius Iesus Christus non de Rachele, secundum carnē natus est, sed de Lia: nec legitur eum in domum suam Maria recepisse, sed Martha. Unde quando potest episcopus prodesse pariter & praeſſe, non debet cedendi licentiam postulare, aut etiam obtinere. Cū ergo R. monachus uester ad fratres Cisterciē. ordinis trāsmigrauerit, non ut ordini uestro aliquatenus derogaretur, sed ut apud eos uitam duceret arctiorem: mādamus; quatenus super eo, quod de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta fecisse dignoscitur, eum nullatenus molestetis: quia charitas est fons proprius \* cui non communicat alienus.

\* Vide. l. actione. S. Labeo. in ver. eo tēpore. ff. pro glo. in l. j. p. Bar. ff. sol. ma. tri.

Idem prapposito, & decano, & scholastico; Demerenē. Coloñ. diocēſ.

\* Alias uinum;

*Coniuges religionem profertendo ab inuicem diuertere possunt: aliter se abiuuant, & non continent, illicitum est iuramentum.*

Capitulum. xix.

**V**eniēs ad apost. sed. G. mulier supplici nobis insinuationē monstrauit, quōd cūm matrimonium cum E. in facie ecclesie contraxisset & diutius cohabitasset eidem, orta est dissensio inter ipsos, in tantum, ut quōd deinceps alter nō requireret alterū, uterq; corporaliter prastitit iuramentū: hęc uir ipse diuortij causam assignans, & quandā ipsius mulieris amicitia cognouisset antequam eam duceret in uxorem: quōd licet adlererent quamplurimi, non fuit super hoc ecclesie facta fides. Cum autem postmodum ad secunda uota cōuolasset uterque;

que, secūdo viro viam vniuersæ carnis ingresso, priore super-  
stite, dicta mulier se fecit in arcto loco ad penitentiam agen-  
dam includi, postulans vt ei dignemur impendere consiliū  
salutare. Nos igitur adtendentes, quōd illud fuit illicitum  
iuramentum: mandamus quatenus præfatum virum monito-  
ne præuia compellatis, vt ea, quam superduxit, exclusa, præ-  
fata mulierem recipiat: audituri postmodū si quid fuerit qua-  
stionis. Si vero contra matrimonium nihil fuerit ostensum, &  
vir seculo derebēto maluerit ad regularem vitam migrare,  
vos ei super hoc licentiā tribuatis, vt & illa possit in suo pro-  
posito remanere.

Idem abbati de A filigen. & magistro R.  
& G. canonicis Traiecten.

*Qui ad monasterium conuertitur sumendo habitum nouitii, p-  
test intra tempus probationis redire ad seculum; nisi adpareat ei  
vitam voluisse mutare omnino.*

**C**onsulti sumus frequenter à multis, vtrum is, qui mona-  
steriū ingressus est, habitum sumēdo nouitii, si ante pro-  
fessionem emissam intra tempus probationis exire voluerit,  
licite possit absq; apostasiæ nota vel noxa, præsertim cum de-  
bita morum correctione ad seculū remeare. Licet autē super  
hoc senserint diuersi diuersa, nos tamen credimus distinguen-  
dum, vtrum is, qui cōuertitur, proposuerit absolute vitā mutare,  
vt sub habitu regulari omnipotenti deo decætero famuletur:  
an conditionaliter experiri obseruantia regulare, vt ita demū  
si intra annū sibi placuerit, profiteatur ordinis disciplinam: aut  
si forte nō placuerit, moribus emendatus ad statū reuertatur  
pristinū. In primo casu debet, vt regulariter viuat, ad laxio-  
rem saltem regulā pertransire. In secundo potest ad seculū non  
tamen vt viuat seculariter, remeare. Vt ergo, quæ sit eius ini-  
tio plenius agnoscat, propositū suū in principio protestetur.

Idem.

*Qui intra annum probationis non facta professione redit ad  
seculum, licite potest ad ordines & beneficia promoueri. Cap. xxi.*

**P**ostulati: & infra. Tertio quaeriuisti, vtrum illi, qui in  
annis minoribus constituti nouitiorum habitum suscep-  
erunt, & intra annum postmodum non facta professione; ad se-  
culum sunt reuersi, & episcopis suis hoc sciētibus ad sacros or-  
dines sunt promoti, iustineri debeant in illis ecclesijs ministri-  
re, in quibus sunt ab eisdem episcopis instituti. Nos frat-  
raliter respon. quōd propter hoc non sunt ab ecclesijs ipsi-  
mouendi, sed in eis possunt libere ministrare.

Honor.

Honorius. iij. Vene. episcopo.

*Qui vltra annum portat habitum monachalem in monasterio,  
ubi sunt habitus indistincti, censetur professus. Capitulum. xxvii.*

**E**x parte tuā fuit propositum, quōd nonnulli sunt, qui licet  
pluribus annis gestauerint habitum monachalem, profes-  
sionem tamen monasticam non fecerunt. vnde cum super eo,  
quōd habet proprium, & alias irregulariter viuunt, à te vel ab  
aliis arguuntur: non erubescunt dicere se ad carentiam proprii  
& continentiam, ac alias regulares obseruantias non teneri, cū  
habitum non faciat monachum, sed professio regularis. & infra.

Ideoque fraternitati tuæ mādamus, quatenus quōslibet tibi  
lege dicecesanā subiectos, qui prædicto modo terram duabus  
viis ingredi non verentur: vt postq̄ per annum gestauerint ha-  
bitum monachalem, regulam secundum formam ordinis pro-  
fiteantur & seruent, eccle. cen cōpellas. Gregorius. ix.

*Intra probationis annum libere quis redit ad seculum, nisi p-  
fessionem fecerit tacite vel expresse, vel adpareat eum vitam mu-  
tare voluisse. hoc primo. Secundo dicit, quod ad hoc vt dignoscantur  
nouitii à professis, debet habitus professorum benedici in locis,  
ubi habitus non est distinctus. Capitulum. xxviii.*

**S**tatuimus nouitios in probatione positos ante susceptū re-  
ligionis habitum, qui dari profectibus consuevit, vel ante  
professionē emissam ad priorem statum redire posse libere  
intra annum: Nisi euidenter adpareat, q̄ tales absolute vo-  
luerint vitam mutare, & in religione perpetuo domino deser-  
uire: Cum quilibet renunciare valeat ei, quod pro se nocui-  
rit introducū. \* Nihilominus statuentes ad omnē ambi-  
guitatem penitus amonendā, q̄ cum in quibusdā locis religio-  
sis nouitiorum habitus non distinguatur, ab habitu professorū,  
professionis tempore benedicantur vestes, quæ profectibus cō-  
ceditur, vt nouitiorū habitus à professorū habitu discernatur.

Idem.

*Religiosi fugitiui annuatim sunt requirendi, & cogendi vt ad  
monasterium reuertantur. Capitulum. xxviii.*

**N**ē religioſi vagādi oſſaſione habētes, salutis priuæ detri-  
mentū incurrāt, & sanguis eorū de prelatorū manibus re-  
quiratur: Statuimus, vt præſidentes capitulis celebrandis se-  
cundum statutū concilij generalis seu patres abbates, seu prio-  
res fugitiuos \* suos & eiectos, de ordine suo requirant foli-  
cite annuatim. Qui si in monasterijs suis accipi possunt se-  
cundum ordinem regularem, abbates seu priores eorum mo-  
nitione præuia per censuram ecclesiasticam compellantur  
ad re-

\* Vide. l. si quis in-  
scriben-  
do. C. de  
pactis. B.  
l. lecta. ff.  
de re iudi.  
\* Quis di.  
catur fugi-  
tiuus, vide  
ff. de adil.  
edi. l. quis  
sit fugiti-  
uus. l. i.  
j. S. seruū.  
ff. de ad-  
quire. pos.  
ad re-

\* vide. l.   
 equissimū   
 ff. de r. su-   
 fru. & l.   
 oleū. cum   
 not. ff. de   
 do.

ad receptionē ipsorum salua ordinis disciplina. Quod si hoc regularis ordo non patitur, auctoritate nostra provideant, vnde apud eadem monasteria in locis competentibus, si absq; graui scandalo fieri poterit, \* alioquin in aliis religiosis domibus eiusdem ordinis ad agenda ibi pœnitentiā, talib; vitæ necessaria ministrantur. Si vero huiusmodi fugitiuos vel eiectos inobedientes inuenerint, eos excommunicent: & tamdiu faciant ab ecclesiarum pœlatis excommunicatos publice nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur.

De conuersione coniugatorū. Tit. xxxij.

Alexander. iij. Vbergen. episcopo.

Si vir de vxoris licētia proficitur, & vxor ipsa suspecta necōtinentiam vouet, nec religionem ingreditur: episcopus vxori virū restituet. h. d. iuxta literam.

Capitulum. i.

**R**eterea verū laicus vxoratus, qui pœsētib; sacerdotibus & monachis ignorante episcopo, de licētia & permissione vxoris monasteriū ingressus profekionem fecit, vxore in seculari habitu remanente, nec transeunte ad religionē, aut perpetuam continentiam vouente, ab episcopo suo possit ad torū reuocari vxoris, an illa compellenda sit continentiam obseruare: Dicimus quod nisi vxor ad religionem transerit, aut perpetuo castitatem seruare promiserit: vir potest & debet de monasterio reuocari.

Idem Salernitano archiepiscopo.

Ante matrimonium consummatum potest alter coniugum, etiā altero inuito ad religionem ingredi: sed remanens in seculo potest ad secunda vota transire.

Capitulum. ii.

**V**erū post consensum legitimum de pœsēti, licitum est alteri altero etiam repugnante eligere monasterium, (sicut sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt) dummodo carnalis cōmixtio non interuenerit inter eos: & alteri remanēti (si commonitus continentiam seruare noluerit) licitum est ad secunda vota transire: Quia cū non fuissent vna caro simuleffecti, satis potest vnus ad decum transire, & alter in seculo remanere.

Idem Pisano archiepiscopo.

Qui inuita vxore professionem fecit, & ei postea restituitur, nō compellitur mortua vxore ad monasterium redire: matrimonium tamen contrahere non debet.

Capitulum. iij.

**Q**uidam intrauit monasterium inuita vxore: qua ipsūm repente, coactus est ad eam redire. ea mortua, quærit, an ipse

an ipse cogatur reuerti ad monasterium, an aliam possit ducere in vxorem? Consul. t. taliter respondemus, quod votum non tenet. vnde ratione voti ad monasterium nō tenetur redire, vterius vero non poterit vxorem accipere. promisit enim se nō exigere debitum, quod in eius potestate erat: & idcirco quo ad hoc votum tenuit, non reddere autem non erat in eius, sed mulieris potestate. vnde Apostolus: Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier.

Idem Exonen. episcopo.

Vxoratus religionem intrare non potest, nisi etiam vxor ingrediatur, vel nisi suspecta nō sit, & continentiam promittat. h. d. Et est r̄num cap. de principalioribus titu.

Capitulum. iiii.

**C**um sis pœdicitus scientia literarum, ignorare non debes \* sanctorum patrum cōstitutioni esse contrarium, vt vir vxore sua, aut vxor viro eius non adsumēte religionis habitum, debeat ad religionem transire: & infra. Indē est q̄ auctoritate apo. prohibemus, ne in episcopatu tuo virum vel vxorē (nisi vterq; ad religionem migrauerit) transire permittas. Verū si ita vxor senex est & sterilis, quod sine suspicione possit esse in seculo, dissimulare poteris, vt ea in seculo remanente, & castitatem promittente, ad religionem transeat vir eiusdem.

\* Iurispe-   
 rito nō est   
 probabilis   
 ignorātia.   
 Vide. l. ij.   
 ff. de orig.   
 iur.

Idem Strigōū. & Colon. archiepiscopis.

Coniugatus non est ordinandus ad sacros ordines, nisi vxor cōtinentiam promittat.

Capitulum. v.

**C**oniugatus: & infra. Nullus coniugatorum est ad sacros ordines promouēdus: Nisi ab vxore continentia proficente, fuerit absolutus.

Idem eisdem.

Vxoratus in episcopum promoueri non potest, nisi vxor religionem profiteatur.

Capitulum. vi.

**S**ane si coniugati consenserint ordinari, vxoris voluntas prius est requirenda: & infra. Fra. ve. auctoritate aposto. prohibemus, ne vxoratum pœsumatis in episcopum ordinare, nisi vxor prius professā continentiam, sacrum sibi velamē imponat, & religiosam vestem, vel vitam adsumat.

Idem Brixien. episcopo.

Sponsa de pœsēti non cognita, que dicit se velle religionem ingredi, compellitur intra certum tempus profiteri, vel adherere marito.

Capitulum. vii. in

**E**x publico instrumento nobis innotuit, quod cū Veronē episcopus causam matrimoni, quæ inter A. virum & M. mulierē vertebatur suscepisset terminandā, iudiciali sentētia matri-

matrimonium adprobauit; & eidem mulieri præcepit, vt ad virum rediens exhereret eidem conjugalem adfectum, quod cum reuerret, fuit vinculo excommunicationis adstricta. \* *Nō coi- sum, sed cō sensus fa- cit matri- moniū. vi- de. l. nu- ptias ff. de reg. iij.*

Ceterum quia licet à præfato viro desponsata fuit: adhuc tamen (sicut adserit) ab ipso est incognita: mandamus, quatenus si prædictus vir ipsam carnaliter nō cognouerit, & eadē ad religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficienti cautione, quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire intra duorum mensium spacium debeat, ipsam à sententia, quæ tenetur absolvas, ita quod si ad religionem transierit, vt que restituat alteri, quod ab eo noscitur recepisse: & infra. Sane quod dominus in euangelio dicit, non licere viro, nisi ob causam fornicationis vxorem suam dimittere, intelligendum est, secundum interpretationem sacri eloquij de his quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua confirmari non potest.

Math. 5.  
Cap. 19.

*de heretico rescripto  
at, nisi uxor dnu  
intra fuerit & gom  
20. 50. 2. 5. 6. 7.  
# 2 p. 4. n. 15*

Idem priori & fratribus sancti Ioannis:  
Summa vt supra eod. cap. cum sis. *Capitulum. viij.*

**V**Xoratus sine licetia vxoris inter vos nullatenus recipiatur, quæ integræ opinionis existat, ita quod nulla maritus suspicio habeatur, eā ad secunda vota velle migrare, vel quod minus continenter debeat viuere: quæ si talis extiterit, marito eius in consortio vestro recepto, ipsa publicè in cōspectu ecclesiæ continentiam professa, in domo propria cum filiis suis & familia poterit permanere. Si autem talis fuerit, quæ suspitione non careat: voto continentie celebrato, à secularium hominum se conuersatione renoueat, & in loco religioso, vbi deo seruiat, perpetuo commoretur. Nullus vestrum, mulierem aliquam tonsurare, vel ad habitandum secum præsumere adsumere.

Vrbanus. iij. priori sanctæ Crucis.

*Coniugatus faciens professionem vxore consentiente, licet nunquam intravit monasterium: si mortua coniuge, cum alia contrahat, non valet matrimonium, & monasterium intrare compellitur.* *Capitulum. ix.*

**E**X parte abbatis sancti Petri ad audientiam nostram peruenit, quod cum D. in infirmitate positus consentiente vxore vbtum vouens castitatis monachalem habitū suscepisset, postmodum liberatus vxorem retinuit, & aliā ea defuncta sibi temperè copulauit. Quia vero licet prædictus D. vxore sua remanente in seculo de iure ad religionem nequiverit proficisci, tamen sublata de medio, votum sine salutis suæ periculo nō potuit

potuit violare, mandamus, quatenus si verum est, quod adseritur, prædictum D. per excommunicationē cōpellas, vt muliere dimissa ad suū monasteriū reuertatur, sub regulari habitu de cetero dominō seruiturus. *Clemens. iij.*

*Professus religionem vxore sciente & dissimulante, ea mortua, ad seculum redire non potest. hoc dicit, secundum intellectum vxorem & singularem in materia. Capitulum. x.*

**C**onsuluit nos G. sacerdos, vtrū vir ad religionē transiēs, & in ea per annū & amplius morā facies, vxore sua postquam ad domū transierat regularē de præsentī vita sublata, secularem habitum resumere valeat, & aliā ducere in vxorē, vel si ductam ei liceat retinere. Consultationi huiusmodi taliter respondemus, quod prædictus vir nec habitū potest abicere, quē adsumpsit, nec aliquā sibi matrimonio \* copulare. Quod si cōtraxerit, matrimonium ipsū decernimus dirimendum. *\* al. matri- monia liter.*

Celestinus tertius.

*Coniunx, quæ continentiam vouit, tenetur reddere debitū coniugi, licet ad tempus voto consenserit. Capitulum. xi.*

**C**harissimus: & infra. Fraternalitatis vestræ mandamus, quatenus si inueneritis vxorem regis Suauitæ graui infirmitate depressam continentiam vouisse, & virum eius ad tempus præbuisse consensum, maxime si non idem vir continentiam vouit perpetuam, eandem viro cohabitare faciatis, & vtrumque inuicem maritali adfectione tractare.

Idem.

*Si alter coniugum altero ignorante religionem profectetur, & propter hoc de monasterio educitur, illo mortuo, ad monasterium redire non cogitur. Capitulum. xii.*

**P**lacet nobis: & infra. Sollicitudo tua nos consuluit, vtrū mulier, quæ credens mortuum maritum, habitum religionis adsumpsit, & eo reuerso, de monasterio educta fuit, post obitum viri sit ad regularē obseruantiam compellenda. Super quo respondemus, quod licet votum eius vsquequaq; non teneat, eatenus tamen fuit obligatoriu, quatenus se poterat obligare. promisit enim intrando monasterium se non exacturā carnis debitum, quod erat in potestate ipsius: redire vero ad seculum, in eius potestate non erat, sed in potestate mariti: & ideo quantum ad ipsam tenuit votū, quod post viri obitū tenere non desit: cum ad eum casum, à quo poterat efficax habere principiu, peruenisse noscatur. Cōsultius itaq; dicimus, & ei congruetius ad salutē, vt ad monasteriū redeat, vbi bona dūcta intētionē professionē fecit, & habitum religionis accepit.

I ij Si vero

Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xxxij.

Si vero ad hoc induci non poterit, ipsam inuitam credimus nõ cogendam.

Innocentius. iij. Pisano archiepiscopo.

*Summa vt supra eod. cap. cum sit. Capitulum. xiii.*

**A**D apostolicam sedem: & infra. Cũ cum uir & uxor una caro sint per copulam coniugalem effecti: nec una pars cõuerti possit ad dominum, & altera in seculo remanere: profecto non est alter coniugum recipiendus, ad obseruantiam regularem: Nisi reliquus perpetuam continentiam reprobmittat: sed & vitam debet mutare, nisi forte sit eius ætatis, ut sine suspitione incontinentiæ valeat in seculo remanere.

Idem Lugdun. archiepiscopo.

*Per religionis professionem, non per propositum castitatis seruanda in seculo, dissoluntur sponsalia de presenti. Cap. xiiii.*

**E**X parte tua est intimatum, quod cum quædam mulier uelut uiduitatis coram duobus abbatibus adsumpisset, benedictione solenni, cum celebratione missæ ac litania (sicut debuit) accedente, quidam nobilis proponebat se prius mulierẽ ipsam mediantebus interueniens, per uerba de presenti arræciam interposita desponsasse: & infra. At illa se in illum consensisse confessã, dixit, quod audierat cum esse lepra percussum: & ob hoc eius fuerit abominata cõplexus: & infra. Nos autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod etsi possit non inconsulte uideri, quod ex quo matrimonium inter legitimas personas, per uerba de presenti contrahitur, \* illis uiuentibus in nullo casu possit dissolui, ut uiuente reliquo, alter ad secunda uota transmigraret, etiam si vnus fidelium, inter quos est ratum coniugium, fieret hæreticus, & nollet permanere cum altero sine contumelia creatoris: nisi forte secus fieret ex reuelatione diuina, quæ superat omnem legem: sicut à quibusdam sanctis legitur esse factum. Nos tamen nolentes à prædecessorum nostrorum uestigis declinare, qui respondere consulti, antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri coniugum, reliquo inconsulto, ad religionem transire, ita quod reliquus, ex tunc legitime poterit alteri copulari: hoc ipsum tibi consulumus obseruandum in articulo prænotato, quamuis falsã sit causa, per quam ad suspensionem uel prædictã mulier est inducã, cum sine qualibet tali causa id ipsum religionis obtentu facere potuisset. Porro licet prædictã mulier, uideatur in uel suspensione religionis habitum adsumpisse, si tamen uelit in domo propria remanere, quasi propositum castitatis in seculo seruatura, nihilominus

\* vide. l. c. in notis. mu. C. de prescrip. xxx. an. in rub. C. qui ma. ac. pos.

De conuersione coniugatorum. 251

minus consummandum est matrimonium iam contractum: nisi se uoto adstrinxerit ad obseruantiam regularem: in quo casu compelli potest, ut relicto seculo religionis propositum equatur.

Idem Rudinens. episcopo.

*Maritus factus monachus, à conuersione adulterata reuocari non potest. Capitulum. xv.*

**C**onstitutus in præsentia nostra H. sua nobis confessione monstrauit, quod in acolytharus ordine constitutus, quãdam puellam R. nomine in facie ecclesiæ duxit uxorem: quã cum carnaliter cognouisset, orta discordia inter eum, & amicos puellæ, ipsa fuit cuidam alij V. nomine copulata: & tu memoratum H. usque ad gradum sacerdotij ordinasti. Cũ autem eum sua conscientia remorderet, habitum ordinis Cisterciens. adsumpsit: & infra. Ideoque mandamus, quatenus si res ita se habet, prædictam mulierem, ut à dicto V. recedat, cui per adulterium est coniuncta, nec prædictum monachum inquietet, quo minus regulare uotum valeat adimplere, per eccle. cogere non omittas.

Idem Pictauiens. episcopo, & abbati de Boribard. Pictauiens. diocel.

*Uxor non potest repetere maritum, de cuius licentia religionem intrauit, si post ingressum non continuit, licet ad consentiendũ, seu ad dandam licentiam dolo fuit inducã. Capitulum. xvi.*

**V**eniens ad præsentiam nostram L. nobis intimauit, quod cum olim intrandi monasterium propositum concepisset, pluribus sacerdotibus præsentibus apud uxorem suam instituit, ut super hoc suum impartiretur adensum: & infra. Ipsa demum tam ipsius, quã multorum astantium precibus flebilisque deuicta, caput eius altari supposuit manu sua: qui ea præsentem confuratus, ibidem monasterium adiit, & finito probationis tempore professionem fecit solenniter monachalẽ, illa uero in seculo remanens, inhonestos amatores admisit: & infra. Quocirca mandamus, quatenus si ita est, prædictum L. in monasterio, quod intrauit, perseuerare libere permittatis. licet enim in hoc uideatur non modicum deliquisse, quod ca ptiore adseruit, quia nisi sibi eadem mulier cõsentiret, tam sibi, quã toti mudo se inutilem redderet, & cum presbyteros exorauit, ne prædictã mulieri exponerent, quod eandem relinquere seculo oporteret, si forte licentiam daretur viro: ex quo tamen eadem caput viri, altari sponte subposuit, & postmodũ non continuit: super reuocatione ipsius, nõ est aliquatenus audienda

dienda, cum ipsius intentio exceptione possit commissa fornicationis elidi: maxime cum antequam fuerit fornicata, ipsum non duxerit repetendum.

Idem.

*Vxor maritum professum repetere potest, non obstante licentia proficendi, ab ea metu extorta.*

Capitulum. xvii.

**A**ccedens ad presentiam nostram I. mulier proposuit: quod cum V. vir eius eam sibi matrimonio copulasset, volens tandem idem vir habitum adsumere monachalem, postulabat humiliter ab eadem ut tam pio proposito fauere ipsius, que propter multa verbera, & alia grauamina, que dictus vir inferebat eidem, se ipsam adlerens dimissurum, adnuir votis eius. Cumque idem vir in domo de Vader. Cisterciens. ordinis religionis habitum adsumpisset, mulier in domo monialium, nullo ibi habitu religionis adsumpto, vel voto conuersionis emissio permansit, processu vero temporis, cum idem vir ad seculum rediens religionis habitum reliquisset, eadem mulier se instanter ab ipso petiit readsumi: & infra. Quocirca discretioni vestre mandamus, quatenus si res ita se habet, dictum virum, ut eam recipiat, eique adfectum exhibeat coniugalem adpellatione remota cogatis.

Innocentius tertius episcopo & decano & thesaurario. Linconiensis.

*Vxor professi, que dedit viro licentiam proficendi, non compellitur ingredi religionem, si continens est, & non suspecta.* Cap. xviii.

**S**ignificauit nobis A. mulier, quod cum ipsa F. viro suo coram decano sancti Quiriaci viro archiepiscopi Senon. in hac parte fungente licentiam concesserit religionem intrandi, continentia tamen voto eidem iniuncto, & recepta fide ab ipsa, quod perpetuo contineret, idem decanus post factam professionem a viro predicto in monasterio, in quo habitum adsumperat monachalem, adseruit ipsam debere religionem intrare, quanquam id primo non expressisset eidem, & hoc expresso illi licentiam non dedisset: & infra. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, & est talis ætatis, de qua suspicio haberi non possit, ipsam votum continentie obseruantem, intrare monasterium compelli, non permittatis inuitam.

Gregorius nonus.

*Adultera quam maritus reconciliare non vult, ad agendam penitentiam, in aliquo claustro collocatur.* Capitulum. xix.

**A**udemus in domino: & infra. Mulieres vero, que relicto maritali voto lapsu carnis ceciderunt, si mariti earum a te diligenter

diligenter commoniti, eas ad frugem melioris vite conuersas noluerint recipere propter deum, in claustris cum religiosis mulieribus studeas collocare, ut perpetua penitentia ibi agant.

Idem I. moniali, monasterij de Plauda.

*Si coniuges se ad inuicem absoluerunt continentiam promittendo, & ritique vel alter eorum religionem proficetur, alter alterum repetere non potest.* Capitulum. xx.

Capitulum. xx.

**V**dum a C. laico mota contra te (quam vxorem suam dicebat) materia questionis, R. sanctæ M. in comel. diocardi. dedimus audire. Coram quo dictus C. conuersionem propones, quod indebitè reculabas eidem (cuius vxor eras per consensum de presentia, & carnis copulam subsecutam) matrimonialiter adherere, te sibi restitui postulasti. Ad quod fuit responsum, quod ipse pro animæ suæ remedio pura, & spontanea voluntate presentibus duobus religiosis sacerdotibus, & adhibitis quinque testibus fide dignis, omni iuri, quod in te habuerat, renunciauit omnino, resignando illud in manibus alterius ex sacerdotibus supradictis, qui in personam ecclesiæ resignationem huiusmodi recipere procurauit, & quod idem C. se castitatem seruaturum promisit, pauperumq; hospitalis, de Ponte obsequio se deuouit, promittens voto solenni omnia, & singula supradicta, & tribueas tibi licentiam, ad monasterium transeundi: te versa vice similiter promittente, ac tribuente illi licentiam, & ius quodlibet resignante, sicut hæc omnia dicebantur per publicum instrumentum esse probata manu B. notarij Aretinensis confectum. Verum prænominatus C. proposuit, quod casu amisso instrumento præfato, illud in prima persona, quod prius erat in tertia insertis pluribus in vno, aliter, quam in alio fuit ab ipso formatum: & cum tibi iratus fuisset, sicut verba & verbera indicabant, nondum calore iracundiæ quiescente, quidam ipsum deceptorie allexerunt pronones eidem, quod in hospitali prædicto cibis ad libitum posset vci, ac proprium retinere, præfato B. sibi nihilo minus promittente, quod non solum ardorem, sed etiam appetitum libidinis extingueret in eodem: propter quod quicquid in hac parte fecisse dignoscitur iratus, seductus pariter & illectus, & sub spe promissionis, ac sub ea conditione vel modo, si posset continentiam obseruare: adseruit a se factum. Sed ad ista respondebatur e contra, quod an tabellio in tertia persona instrumentum conficiat, vel in prima ( dummodo non mutetur substantia veritatis) nihil interesse videtur. Insuper quamuis aliquando spes memorato C. data fuisset, per quam ad hoc se

## Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xxxiij.

proposuit inductum, eo tamen tempore, quo talia facta fuerūt, pure, simpliciter, ac volūtariē pro amore dei, & remedio anime sue, solūmodo ad votū & ad alia supradicta noscitur processisse: \* *vide. l. cū plures.* propter quod à consortio secularium hominum debet discedere, vitamq; mutare, cū se illius ætatis esse proponat, vt sine suspitione incontinentiæ non valeat in seculo remanere. Nos itaque habito F. N. consilio, te ab impetitione dicti C. sententialiter duximus absolucndam, perpetuum illi super hoc silentium impoentes.

\* *vide. l. cū plures.*  
*S. locator ff. loca.*

Idem,

*Breue est, sed per alia verba potest sic summiari: Post sententiam diuortij, quo ad torum latam ob fornicationem spirituales mariti, potest vxor liberè religionem intrare. Cap. xxi.*

**M**ulier, quæ in fide remansit, potest nolente viro, qui ab infidelitate reuertitur, propter quam ab eo fuerat iudicia ecclesiæ separata, ad religionem liberè conuolare.

## De conuersione infidelium. Tit. xxxiij.

Celestinus tertius.

*Non potest quis illam habere in vxorem, cuius maritum occidit machinatione ipsius mulieris: secus si sine machinatione. Et est pulcher, & quotidianus casus. Capitulum. i.*

**A**udabilem: & infra. Interrogasti de Sarracenis, qui dum in captiuitate essent, quarundam Christianarum viros earum insidiis & machinationib<sup>9</sup> occiderunt, vtrum, quia postea per ipsas ad fidem Christianam conuersi sunt, eas de iure possint accipere in vxores: vel si duxerint, coniugium teneat eorundem. Hic Triburiensis concilij regula contenti lumus adherentes, quod si in morte ipsorum maliciose fuerint machinata, licet earum studio ad fidem accesserint, nec tamē eis adherere debent, nec sunt, si adhaerent etiam tolerandi, cū tale damni tali lucro ecclesiæ compensare non velit. Ad hoc Sarraceni quidam in bello sunt Christianos interfecisse notati, & Christiani similiter Sarracenos: postea verò Sarraceni ad fidem conuersi, vxores eorum, quos in belli certamine occiderunt, sibi matrimonialiter copularunt, & id ipsum Christiani de Sarracenis mulieribus, conuersi ad fidem fecisse noscuntur, quæ postquam de priorum virorum morte compererint veritatem, diuortium constantē e. possunt. In his igitur respondemus, & cū tales nō procurauerint virorum interitum defunctorum, matrimonij

## De voto, & voti redemptione. 253

matrimonium inter huiusmodi personas licitè potest cōtrahi, & taliter copulari diuortium nequeunt postulare.

Gregorius. ix. Argentinens. episcopo.

*Si alter infidelium cōiugum, venit ad fidem altero remanente in infidelitatis errore, cōmunis proles adsignatur cōuerso. Cap. ii.*

**E**x literis tuis accepimus, quod quidam de Iudaicæ cæcitate errore, ad Christum verum lumen adductus, vxore sua in Iudaismo relicta, in iudicio postulauit instāter, vt eorum filius quadriennis adsignaretur eidem, ad fidem catholicam, quā ipse susceperat perducendus. Ad quod illa respondit, & cū puer adhuc infans existat, propter quod magis materno indiget solatio, quā paterno, sibiq; ante partum onerosus, dolorosus in partu, post partum laboriosus fuisse noscatur, ac ex hoc legitima coniunctio maris & fœminæ magis matrimonium, q̄ patrimonium nuncupetur, dictus puer apud eam debet conuenientius remanere: & infra. Cū autem filius in patris potestate consistat, cuius sequitur familiam, & non matris, & in ætate tali, quis non debet apud eas remanere personas, de quibus possit esse suspicio, quod saluti, vel vitæ insidentur illius, & pueri post triennium, apud patrem non suspectum ali debent & morari, materq; pueri, si eum remanere contingeret apud eam, possit illum adducere ad infidelitatis errorem: in favorem maximæ fidei Christianæ respondemus patri eundem puerum adsignandum.

## De voto, & voti redemptione.

Titulus xxxiij.

Alexander. iij. Exon. episcopo.

*Vota possunt elemosynis redimi, vel in aliud commutari incedente superioris auctoritate, & iusta causa redimendi, vel mutandi. Capitulum. i.*

**E**peregrinationis votis, an elemosynis redimi possint, vel pro necessitate in aliud commutari. Respondemus, quod ab eius, qui præsidet, pendet arbitrio, vt cōsideret diligentius qualitatem personæ, & causam commutationis, scilicet, an ex infirmitate, seu astituentia diuitiarum, an alia causa probabili peregrinario, an recompensatio melior fuerit, & deo magis accepta: & secundum hoc debet exinde dispensare.

Idem Noruicen. episcopo.

*Commutat papa votum vltimarinum, in his maximè, qui in puerili ætate venerunt. Capitulum. ii.*

Venerunt

**V**enientis ad nos R. narratione accepimus, quod in pu-  
rili etate constitutus Hierosolymam disposuit proficisci:  
cuidam quoque, qui sepulchrum dominicum proposuerat vi-  
sitare, si dem dedit, & suam recepit ab eo, quod sibi inuicem, in  
via socij fideles existerent: & infra. Nos autem ipsum a voto,  
quod in etate tenera facilitate potius, quam ex arbitrio discre-  
tionis promissit, absolumus: ita tamen, quod idem votum elec-  
mosynis redimat, & iuxta consilium nostrum, toto vitæ sue te-  
pore vni pauperum Christi (dumodo ad hoc suæ facultates suf-  
ficient) debeat prouidere.

Idem magistro A. de Mandeforde.

*Ex sola conceptione boni explicandi non obligatur quis ad ho-  
num conceptum exequendum.* Cap. iij.

**L**iteraturam tuam: & infra. Cum ex quadam minutione,  
nimio fuisses mortis pauore perturbatus, hæc verba protu-  
listi, Non diu hic morabor: proponens in animo, quod religio-  
nis habitum esses aliquando susceptorus: & infra. Tibi igitur  
respondemus, quod si plus non est in voto processum, trans-  
gressor iudicari non poteris, si non impleas, quod dixisti.

Idem.

*Omne votum mutabile est, in votum religionis.* Cap. iiii.

**S**cripturæ: & infra. Reus fracti voti aliquatenus non ha-  
betur, qui temporale obsequium in perpetua noscitur re-  
ligionis obseruantiam commutare.\*

\*Vide. l.  
Cræc. ff.  
de fideius.

Innocentius. iij. Strigon. archiepiscopo.  
*Executio voti ultramarinum, auctoritate papæ potest ex causa  
differri.* Capitulum. v.

**N**on est voti dicendus transgressor, qui quod vouit autho-  
ritate sedis apost. distulit adimplere. Sanè significauit no-  
bis rex Hungariæ, q. cum in regni perturbatione consilium &  
auxilium tuū, sibi senserit haftenus profuisse, vtilitati eius non  
modicum derogaret, si Hierosolymam (sicut ex voto teneris)  
regno pergeres impacato: & infra. Ideoq; mandamus, qua-  
tenus non prius iter adripias Hierosolymam adeundi, quam  
regnum ipsum fuerit tranquillitati pristina restitutum, vel su-  
per hoc receperis ab apostolica sede mandatum.

Idem Andrea duci.

*Ecclesia compellit heredem laicum per excommunicationem,  
& bonorum subtractionem ad executionem voti ultramarinum, ad  
quod se obligauit pro defuncto.* Cap. vi.

**L**icet vniuersis liberum sit arbitrium in vouedo, vsque a-  
deo tamen solutio necessaria est post votum, vt sine pro-  
prio sa-

prio salutis dispendio, alicui non liceat resilire. Accepimus,  
siquidem, quod cum rex Hungariæ pater tuus agens in extre-  
mis votum, quod vouerat domino Hierosolymitanam prouisi-  
ciam, in forti manu, humili corde visitare, sub interminatione  
maledictionis paternæ, commiserit tuæ fidei exequendum, &  
tu adsumpto crucis signaculo te id impleturum, sine dilatione  
qualibet promissisti: & infra. Mandamus, quatenus postposi-  
tis cæteris sollicitudinibus, vsque ad festum exaltationis sanctæ  
Crucis debitum acceptæ crucis exoluens, propositum iter ad-  
ripias, & humiliter prosequaris. Ne si onus tibi a patre iniū-  
ctum, & a te sponte susceptum, occasione qualibet detractaue-  
ris, paternæ te reddas successionem indignū, & hæreditatis emol-  
umento priueris, cuius recuaueris onera supportare, sciturus  
ex tunc anathematis te vinculo subiaccere, & iure quod tibi, si  
dictus rex sine prole decederet, in regno Hungariæ compete-  
bat ordine genituræ\*, priuandum, & regnum ipsum ad mino-  
rem fratrem tuum adp. postposita deuoluendum.

\*Vide  
Bal. in. l.  
ex hoc iu-  
re. ff. de iu-

Idem Trecenti episcopo.

*Commutat papa votum, ultramarinum in vigiliis, orationes,  
& ieiunia, tunc maxime, cum cessat causa, qua induxit ad voue-  
dum, ita etiā, quod expense fiendæ in eundo, morando, & redeun-  
do, integraliter mittantur in terræ sanctæ subsidium.* Cap. vii.

**M**agnæ deuotionis: & infra. Cum Trecenti. ecclesia con-  
tra libertatem ecclesiasticam grauaretur, nec per alium  
quam per Campaniæ comitem in ultramarinis partibus cōsti-  
tutum eidem ecclesiæ crederes posse de facili subueniri, ad ip-  
sum proposuisti accedere: ac in signum peregrinationis & deu-  
otionis terræ Orientalis crucem dominicam adsumpsisti: &  
infra. Quamuis autem audita morte ipsius intentionem  
tuam conspiceres iam frustratam, noluisti tamen sine consilio  
apo. se. ad propria remeare, sed ingressus vrberem intensionis tue  
propositū, ac itarum Trecenti. ecclesiæ nobis humiliter expres-  
sisti: & infra. Et quidem tria præcipue duximus in hoc nego-  
cio adtendenda, quid liceat secundum equitatem, quid deceat  
secundum honestatem, & quid expediat secundum vtilitatem.  
Sanè non videbatur contra votum licitum, vt venires, cum  
vox clamet prophetica. Vouete, & reddite domino deo ve-  
stro, & primum ad consilium, secundum ad imperium refera-  
to. Sed nec decens videbatur, cum sit scriptum in euangelio:  
Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus  
est regno dei &c. Præterea non videbatur expedire, etiā ex ab-  
solutio tua scandalum posset laicorum mentibus generari,  
dicentium,

Psal. 75.  
Luc. 9.



dicentium, vbi est deus clericorum? & hoc exemplo credentium, se ad voti obseruantiam non teneri. Quod enim agitur à prælatis, facile trahitur à subditis in exemplum: iuxta quod dominus, inquit ad Moſen in Leuitico: Si sacerdos, qui est vnctus peccauerit, faciet delinquere populum. Verum ætatis viræ ſenſcentis defectus, atque canicies, quæ vix labores & dolores ſuos tolerare poſſunt, in contrarium allegabant, & eccleſiæ Treceñ. ſuſpiria, cui vinculo paſtoralis ſolicitudinis es ligatus, ſine cuius adſenſu votum peregrinationis emittere forſitan non debueras: & infra. Ipſum etiam votum, quod ex ſui forma ſanctū, & honeſtū erat, ex perſona vouentis minus licitum videbatur. Cum enim iuxta canonica inſtituta clericus, abſque ſui epiſcopi licentia, peregrinari non debeat, & epiſcopus non minus, imò potius ſedi apoſto. ſit adſtrictus, videri merito poterat, quòd abſque generali, vel ſpeciali licetia votum peregrinationis, qua te tamdiu abſentares, emittere non deberes: & infra.

Cum igitur in lege veteri, in qua non minus præceptum domini obligabat, quam votum hodie obliget in eccleſia, primogenita, quæ domino mandabantur offerri, quædam domino redederentur, vt primogenita Leuitarum: quædam redimerentur, vt aliarum tribuum: quædam commutarentur in aliud, ſicut primogenitum aſini, qui pro oue commutabatur: ex hoc adtendentes, quòd votum commutari poſſit in opus aliud pietatis, non curantes, quòd os loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus à tramite veritatis, de illius autoritate ſecuri, qui cum auდიſſet à diſcipulis: Scis quia Phariſæi auditio hoc verbo ſcandalizati ſunt? reſpondit, ſinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum: tibi pro te & famulis tuis licentiam concedimus votum peregrinationis taliter commutare, vt expenſas, quas fueras in cundo, morando, & redeundo facturus, alicui religioſo committas in neceſſarios vſus terræ illius ſine deminutione qualibet transferendas: & infra. Laborem etiam laboribus recompenſes, ſolicitius inſtando vigiliis, deuotius vacans orationibus, & in ieiuniis fortius te exercens\*. Ad hanc autem indulgentiam tibi faciendam ſpecialiter nos induxit, quòd cum pro libertate Treceñ. eccleſiæ per dictum comitem adſequendam præcipue votū peregrinationis emiſeris, eo ſublato, de medio, quia ceſſare cauſe, facilius ceſſare potuit, & effectus.

Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.

*Impedito ad tempus exequi votum vltimarum conceditur dilatio, perpetuo vero impedito indicitur redemptio in eo, quod magis expediat terræ ſanctæ.*

Capitulum, viii.

Quòd

Quòd ſuper his: & infra. Quæſiſti de his, qui pro ſuccurſu terræ ſanctæ ſigno crucis adſumpto, propter infirmitatem vel paupertatem, vel aliam iuſtam cauſam votum non poſſunt vtiliter adimplere, cum ſine diſtinctione receperis in mandatis, vt eos, qui ſignum crucis adſumptum abiecerunt, ad reſumptionem ipſius, & executionem voti cõpellas\*.

Nos autem in quæſitione tuæ taliter reſpond. quòd debiles & inopes magis illuc in defectum, quam ad profectum accedunt, cum iſti pugnare nõ poſſint, & illi mendicare cogantur, niſi forte ſint nobiles & magnates, qui ſuis ſecum expenſis bellatores adducant: vel artifices & agricolæ, qui de laboribus ſuis, ſibi poſſint acquirere neceſſaria, & terræ ſubſidia miniſtrare: quauis nõ multum ſalium, propter breuitatem poſſeſſionum, & paucitatem inhabitantium ibi ſint opportuni. Vnde credimus diſtinguendum inter illos, qui temporalem, & eos qui perpetuam impedimenti cauſam creduntur habere: quòd primis eſt indulgentia dilatio, ſecundis autem eſt redemptio iniungenda, ac rerum ſacultate penſata, quas poſſunt, aut quas facturi eſſent expenſas, perſonarum præterea recompenſato labore, in ſubſidium terræ ſanctæ tranſmittant, exequentes per alios, quod per ſe nequeunt adimplere. Rurſus inter illos, qui pro defenſione terræ ſanctæ votum peregrinationis emittunt, & eos quibus pro ſatiſfactione ſuorum criminum inter peregrinationis iniungitur, credimus diſtinguendum: quòd circa primos plus terræ ſanctæ ſuſcurſus, & circa ſecundos plus labor itineris, ſecundum intentionem vouentis vel pœnitentis debet adtendi. Vnde ſi quis hoc modo vouentium eſt inutilis ad pugnandum, quanuis habilis ſit ad eundem, melius eſt redimere votum, quam expenſas conſumere: quod & de pœnitente, qui propter debilitatem non poteſt iter iniunctæ peregrinationis implere, ſane valet intelligi, non autem de illo, qui quanuis ſit impotens ad bellandum, potens tamẽ eſt ad eundem: & infra. De mulieribus autem hoc credimus obſeruandum, vt quæ remanere noluerint, viros ſuos ſequantur: cæteræ vero (niſi forte ſint diuites, quæ ſecum in ſuis expenſis poſſint ducere bellatores) votū redimant, qđ vouerūt.

Idem eidem.

*Votum vltimarum certis caſibus redimi & commutari poſteſt, non tamen per alium, quam per papam, vel cum ipſius ſpeciali mandato, hoc dicit vſque ad. §. ſecundo quæſiſti. Cap. iij.*

Ex multa tuæ ſolicitudinis prouidentia: & infra. Ex conſultatione, quam ad inquæſitionem tuam ſuper negotio cruce ſignatorum olim edidimus, viam inueniſti ad alias quæſtiones,

& vltimum

Leuit. 4.

Exod. 13.

Ex. 22.

Nume. 3.

Ex. 8.

Deut. 15.

Luca. 2.

Leuit. 25.

Exo. 36.

Matt. 17.

\*Vide. l.

i. ff. de con

penſa.

\*Vide. l.

ſi quis ab

alio. ff. de

re iudi. &

l. ſtipula

tiones non

diuidun

tur. ff. de

verb. obi.

& verum quod in ea dicitur, ius constituat generale, vt passim prelati quibuslibet illos secundum formam expressam absolueri liceat, qui eorum sunt iurisdictioni commisi, sollicite requisisti. Ad hoc igitur respondemus, quod in consultatione nostra ius editur: & licet ad quales, ad quos tamen specialiter spectet eius executio, nullatenus explicatur: illis autem solummodo ius hoc exequendum incumbit, qui super hoc mādatum receperint à sede apostolica speciale. Sic ergo illi est inquisitioni responsum, qua consequēter tua fraternitas requisit, de quibus religiosis intelligendum hoc esset, vtum scilicet ibi religiosi vocentur hi tantum, qui religionis habitum susceperunt, quorum plures idiotæ sunt & iuris ignari\*, an episcopi, qui sicut dignitate præcellunt, sic & religione debent alijs præminere. nam ad neutros illius executio iuris spectat, nisi per apostolicam sedem eis specialiter delegetur.

\*Vide. l. i. cū not. per doct. C de ster. ma. inter. pup. not. Bal. in au. then. de mona. col. la. i.

*Habiles ad eundem, seu inhabiles ad pugnandum, si sunt strenui consilio, vel milites bellatores possunt secum ducere, votum vlttramarinum non redimunt. hoc dicit. Abbas.*

Secundo quaeristi, vtum quod dicitur, si quis vouentium est inutilis ad pugnandum, quāuis sit habilis ad eundem, melius est vt redimat votum, quā consumat expensas, generaliter accipi debeat, vt nobiles & magnates, qui sunt consilio strenui, & multos secum possunt trahere bellatores, an minores tantummodo verbum huiusmodi comprehendat? Verum si ad superiora oculum tuæ considerationis extendas, quæstionem istam inuenies in serie consultationis nostræ solutam, vbi dicitur, quod debiles & inopes magis in defectum terræ sanctæ, quā ad eius profectum accedunt &c. Quāuis possit aliter responderi, quod non sunt inutilis ad pugnandum, qui etsi per se pugnare non possunt, maturitate tamen consilij adesse valent pugnantibus, & personæ defectum per alios releuare: & infra.

*Vxores possunt sequi viros vltra mare si volunt, sed non tenentur, nisi & ipsæ vouerint. hoc dicit. Abbas Siculus.*

Quod autē superius ponitur, mulieres quæ remanere noluerint &c. de illis intelligendū esse videtur, quæ se ad peregrinationis propositum nullius voti vinculo adstrinxerunt: & infra.

*Viri sine consensu vxorum emittere possunt votum vlttramarinum. hoc dicit. Abbas Siculus.*

In tanta quoque necessitate populi Christiani, ne terræ sanctæ impediatur subsidium, viri præter vxorum adfensum, huius peregrinationis propositum vouere libere valent: & quod vouerint,

vouerint, libere adimplere. Vt autem consentiant, sunt adtentius commonendæ.

*Clerici tanquam inhabiles ad pugnandum redimūt votum vlttramarinum, nisi in certis casibus. hoc dicit. Abbas Siculus.*

De clericis vero duximus respondendum, quod cum clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnandum, nisi vel consilio strenui, vel officio prædicationis instructi, aut magnatum sint obsequio deputati, aut vsque adeo diuites fuerint & potentes, vt in expensis suis aliquos secum ducere videant bellatores: magis ab eis expedit redemptionem accipere, quā ad votum illos cogere prosequendum, si necessitas exigit, vel vtilitas persuadet. Hæc autem de vouentibus dicimus, non de his, quibus labor peregrinationis in præsentia est iunctus:

Idem.


*Qui vouit religionem ingredi, si voto non completo fiat episcopus: renuntiare debet, & votum implere. Sic communiter summam.* Capitulum. x.

Pertuas nobis liceras intimasti te in Garopolitana ecclesia suscipiendi habitum regularem votum solemniter emisisse, & postea promississe in manibus prelati eiusdem ecclesie te intra duos menses postquam ab apostolica sede rediisses, votum quod emiseras implendum. Cumque termino ipso transacto non curasses, quod voueras, adimplere, tandem existens voti transgressor vocatus fuisti ad regimen ecclesie Geben. & infra. Nos igitur tuæ discr. consulimus, vt si tuam sanare desideras conscientiam, regimen resignes ecclesie memoratæ, ac reddas altissimo vota tua. Quod si capitulum Geben. ecclesie te postmodum canonicè duxerit eligendum, electionem recipere poteris de te factam.

Honorius. iij. Haresben. & Bengag. prapostitis.

*Prælatus etiam professus potest votum vlttramarinum emittere, & in suos vsus vigesimam prouentum ecclesie conuertere.* Capitulum. xi.

Postulasti à nobis, an vobis professis ordinem regularem, quorum alter cruce signatus est, & reliquis caractere, crucis desiderat insigniri, liceat vigesimam prouentum ecclesiarum vestrarum deputatam succursui terræ sanctæ, deferre vobiscum: & infra. Discretionem vestræ taliter respondemus, quod si ecclesie vestre per absentiam vestram enormiter non ledantur, & vos viles fueritis terræ sanctæ verbo pariter & exemplo, (quod conscientie vestre duximus relinquendum) digni procuratoribus idoneis in ecclesijs vestris, potestis & tenetis



mini votum peregrinationis implere : & sic potest in vsus vestros transire viceſima ecclesiarum vestrarum terra sancta subſidio deputata.

De ſtatu monachorum, & canonicorum regularium. Tit. xxxv.

Gregorius. iij. archiepiſcopo Neapoli.

*Dioceſanus non debet moleſtare monaſteria, praterquam pro causa correctionis: nec eis oblata ſibi vindicare. Capitulum. i.*



Heodoſius : & infra. Alicui monaſterio nec tu nec preſbyteri tui, prater diligentiam diſcipline, aliquid moleſtiæ inferatis. Aut ſi quid illic pro diuerſorum deuotione acceſſerit, vobis vindicare æſtmetis. Cum monachis ſibi ſeruientibus debeat proficere quicquid à fidelibus taliter offerri contingit.

Ex concilio Lateran.

*Monachi non debent poni ſinguli per paroccias. hoc primo. Si pro monachatu aliquid datur, receptus à ſacris ordinibus prohibetur: & recipiens ab officio ſuſpenditur. hoc ſecundo. Monachus habens peculium ſine licentia abbatis, ab altaris communione remouetur: & ſic decedens, ſepultura & fratrum communione priuatur. hoc tertio. Si pecunia conferatur pro habendo aliquid officium in monaſterio, dans & recipiens deponuntur. hoc quarto. In prioribus conuentionalibus per electionem inſtituti non ſunt remoueri*

*\* vide. l. di ſine cauſa rationabili: & de cauſa rationabili tria ponit exempli. ff. ad pla. hoc dicit. comprehendendo ſubſtantiam. Capitulum. ii. Trebel.*

**M**onachi non precio recipiantur in monaſterio, nec peculium permittantur habere: \* nec ſinguli per villas & oppida per quacunq; parociales ponantur eccleſias, ſed in maiori conuento, aut cum aliquibus fratribus mancant, nec ſolinter ſeculares homines ſpiritualium hoſtium conſictum expectent, Salomone dicente: \* Væ ſoli: quia cum ceciderit, non eſt qui ſubleuet eum. Si quis autem exactus pro ſua redemptione aliquid dederit, ad ſacros ordines non aſcendat. Is verò, qui eum recipit, officij ſuſpenſione, mulctetur. Qui verò peculium habuerit: niſi ab abbate fuerit ei pro iniuncta adminiſtratione permiſſum, à communione rei oueatur altaris, & qui in extremis cum peculio inuentus fuerit, & dignè non perituerit: nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat ſepulturā. quod etiam de vniuerſis religioſis præcipimus obſeruari. Abbas autem,

autem, qui iſta diligenter non cauerit, officij ſui iacturam ſe noverit incurſurum. Prioratus quoque ſeu obediētiæ preciſiōnate nulli tradantur, alioquin dantes & accipientes à miniſterio ſane eccleſiaſtico alieni. Priores autem cum in eccleſiis conuentionalibus per electionem capitulorum ſuorum canonicis fuerint inſtituti, niſi pro manifeſta & rationabili cauſa non mutentur, ve videlicet ſi fuerint dilapidatores, ſi incontinenter vi xerint, aut tale aliquid egerint, pro quo amouendi merito videantur, aut ſi etiam pro neceſſitate maioris officij de concilio fratrum fuerint transferendi.

Alexander tertius abbatibus & conuentibus Ciſterciē. ordinis.

*Monet Ciſterciēſes vt ſeruent regulam, ſecundum primam inſtitutionem. hoc dicit. primo. Et domus religioſa adgregata Ciſterciēſibus, eorum mores ſeruari tenetur hoc dicit ſecundo. Capitulum. iiii.*

**R**ecolentes qualiter hæc ſancta plantatio: & infra. Doleſtes dicimus quòd etſi non ab omnibus neque in omnibus, à plerisque tamen & in pluribus, ab illa ſancta inſtitutione dicitur declinatum, in tantum, ve aliqui ex vobis patriæ inſtitutionis obliſi, contra ordinis veſtri regulam villas, eccleſias & altaria poſident, fidelitates & hominia benigne ſuſcipiunt, iuſticiarias & tributarias tenent: & infra. Ideoque precibus & monitiſ exhortamur, quatenus domus illæ quæ à prima ſui origine in ipſo ordine ſunt fundatæ, conſtitutis terminis ſine cōtenta: & infra. Si enim relictis originalibus ordinis inſtitutis, ad communia volueritis aliorum monaſteriorū iura diuertere, oportebit vos communi iure ceſeri, quia dignum eſt, vt qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam.

Ceterum domus illæ, quæ de aliis inſtitutionibus ad veſtrum ordinem ſe tranſtulerint, veſtris omnino ſe ſatagant vſibus conformare, & relictis poſſeſſionibus, vel etiam commutatis, quæ inſtitutio veſtra non recipit, ſic ſe in omnibus religioni veſtræ coaptent, vt quemadmodum gaudent ſe in ſocietatem ordinis, & habitus identitatem adſumpſas, ſic etiam in paupertate ſecularium rerum ſe lætentur veſtris inſtitutionibus conformatas.

Clemens tertius.

*Regularis canonicus, qui non reſignauit proprium in morte, nõ debet in cæmeterio ſepeliri: & ſi de factõ ſepulſus fuit, inde debet exhumari, ſi ſine ſcandalo fieri poteſt. Capitulum. iiii.*

**S**uper quodam canonico regulari, qui in articulo mortis agens, licet à priore ſuo communitus proprium quod cōtra regulam

regulam latenter habuerat, noluit resignare: & sic diem claudit extremum, & fuit inter alios fratres tradit⁹ sepultura: & infra.

Inquisitioni tuę taliter resp. quod ille canonicus non tantum fuit Christiana sepultura priuandus, verū etiam si sine maximo scandalo potuit fieri, de ipsa proici dignus est ecclesia. Hoc autem cum forte contigerit, in similibus est agendum.

Innocentius tertius V. plebano sancti Gaurij.

*Canonicus regularis potest profici ecclesie parœciali etiam seculari, sed debet habere socium secum sui ordinis, si commode fieri potest.*

*Capitulum. v.*

**Q**uod dei timorem præ oculis habeas, ex fructibus tuis colligitur euidenter, cum opera, quę facis, testimonium perhibeant veritati. Sane quondam desiderās ad frugē melioris vitę transire, officium plebani resignans coram fratribus sancti Victoris Bononię, promissionem de tua conuersione fecisti, neq; professionem solennem emittens, neq; habitum religionis adsumens: sed parœciani plebis eiusdem adtendentes te laudabiliter præfuisse, à Florentino episcopo impetrauerūt, vt ministrares ibidem. hoc etiam P. presbyter cardinalis tunc aposto. sed leg. proponitur adnuisse, quod iam dicti parœciani à nobis ratum haberi suppliciter postularant, presertim cum de licentiā prioris sancti Victoris noscaris hactenus id fecisse. Licet autem in Lateran. concil. de monachis caueatur, ne singuli per villas & oppida, per quascunq; parœciales ponantur ecclesias &c. quia tamen istud de canonicis regularibus specialiter non cauetur, quia et si à sanctorum monachorum consortio non putentur seruanti, regulę tamen inseruiunt laxiori, & per antiquos canones etiam monachi possunt ad ecclesiarum parœcialium regimen in presbyteros ordinari, ex quo debent predicationis officium (quod priuilegiatum est) exercere: sic adnuendum duximus postulatis, vt exercens plebani officium, si commode fieri poterit, vnum canonicum regularem tecum habeas ad cautelam: cuius in his, quę dei sunt & regularis obseruantia, tam consortio, quam solatio perfruaris.

Idem abbati & conuentui Sublacen.

*Primo tractat de vestibus monachorum. Secundo de abbatice proprie tatis. Tertio de silentio. Quarto de cibis. Quinto de officio in genere & in specie.*

*Capitulum. vi.*

**C**um ad monasteriū Sublacen. & infra. Firmiter inhibemus, ne quis decetero monachorum lineis camillis vtretur: & infra. Prohibemus quoque districte in virtute obedientie sub obsecratione diuini iudicij, ne quis monachorū propriū aliquo

aliquo modo possideat, sed si quis aliquid habeat proprii, totū incontinenti resignet. Si vero post hoc proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere: regulari moni. preuia de monasterio expellatur, nec recipiatur vlterius, nisi poeniteat secundum monasticam disciplinam. Quod si proprietatis apud quenquam inuenta fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilinio subterretur, secundū quod beatus Grego. narrat in dialogo se fecisse. Vnde si quicumque alicui fuerit spacialiter destinatum, non presumat illud accipere, sed abbati vel priori vel cellerario assignetur. In oratorio vero, refectorio & dormitorio continuum semper silentium obseruetur. In claustro quoq; certis horis & locis secundum antiquam consuetudinem monasterij laudabiliter obseruatum. In refectorio vero nullus omnino carne vescatur. Nec in quibusdam solemnitatibus (sicut aliquando fieri consuevit) cōuentus exeat cum abbate paucis ibi relictis, vt extra refectorium edant carnes: cum illis diebus præcipue regularis disciplina sit studiosius obseruanda. Sed nec extra refectorium: nisi in infirmitorio eum canium credant sibi licere. Quanquam ex indulgentia possit abbas interdum aliquos fratrum, nunc hos, nunc illos (prout necessitas postulauerit) aduocare, ipsosque secum in camera suā melius & plenius exhibere. Porro debiles & infirmi, qui inuisione indigent, vel aliqua medicina, nō seorsum in cameris, sed omnes in infirmitorio, quę necessaria fuerint sibi tam in carnis, quam in aliis recipiant competeter. Quod si quis eorum debilis fuerit, aut etiam delicatus, vt non possit communibus cibis esse contentus: sic ei prouideatur sine scandalo aliorum, vt si abbas vel prior voluerit in refectorio misericordiam facere speciale, cibum aliquem competentem non ante illum, sed ante se faciat adportari, de quo ipse illi faciat pietantiam pro sustentatione nature. Tales autem ad agenda officia monasterij deputentur, qui fideles fuerint & discreti. Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda tanquam in sua sibi vita locetur, sed cum oportuerit amoueri sine cōtradictione qualibet reuocetur. Prior autem præ cæteris post abbatem potens sit in opere & sermone, vt exemplo vitę, verbumque doctrinę fratres suos & instruere possit in bono, & à malo uocare: zelum religionis habens secundum conscientiam, vt delinquentes corripiat & castiget, obediens foueat & confortet. Abbas vero (cui omnes in omnibus reuerentē obediant) quanto frequētius poterit, sit cum fratribus in cōuentu: vigilem curam & diligentē sollicitudinē gerens de omnibus, vt de officio sibi cōmisso, dignā deo possit reddere rationem.

\* *vide. l. carceri. et l. milites. ff. de cust. reo.*

Quod si præuaricator ordinis fuerit, aut contemptor seu regis gens aut remissus, pro certo se nouerit non solum ab officio deponendum, \* sed & alio modo secundum regulam castigandus: cum offensa non solū propria, verū etiam aliena de suis manibus requiratur. Nec existimet abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispellere: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est adnexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus pontifex possit licentiâ indulgere.

Idem in concilio generali.

*Primo statuit de concilijs regularium provincialibus celebrandis singulis triennijs. Secundo moderatur numerum electionum & personarum venientium. Tertio disponit de instructoribus & presidentibus capitulo. Quarto de tempore, quo duret capitulum, & quid ibi fiet. Quinto quod obseruetur, quod ibi fiet. Sexto de capitulo sequenti. Septimo de communi vita ducenda. Octauo de visitatoribus eligendis & ipsorum officio. Nono extēdit ad canonicos regulares. Decimo prouidet super discordia visitatorum. Undecimo hortatur diocesanos ad monasteriorum reformationem. Duodecimo precipit proteruos & similes compesci ab offensis monasteriorum. Et hæc diuisi sufficit pro summario. Capitulum. vii.*

**I**n singulis regnis siue prouincijs fiat, de triennio in triennium (saluo iure diocesano pontificum) commune capitulum abbatum atque priorum, abbates proprios non habentium, qui non consueuerunt tale capitulum celebrare: ad quod uenerit conueniant præpeditioe canonicam non habentes apud vnum de monasterijs ad hoc aptum. Hoc adhibito moderamine, ut nullus eorum plus, quam sex electiones & octo personas adducat. Aduocent autem in huiusmodi nouitatis primordijs duos Cister. ordi. vicinos abbates ad prædicandum sibi consilium & auxilium opportunū, cum sint in huiusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine plenius informati: qui absque contradictione duos sibi de ipsis adsociet, quos viderint expedire: ac ipsi quatuor præsent capitulo vniuerso, ita quod ex hoc nullus eorum sibi auctoritatem prælationis adsumat, vnde cum expedierit, prouida possit deliberatione mutari. Huiusmodi vero capitulum aliquot certis diebus continue iuxta morem Cister. ordi. celebretur: in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, & obseruantia regulari. Et quod statutum fuerit illis quatuor ad probantibus, inuiolabiliter obseruetur, omni excusatione & contradictione & appellacione remotis: Prohibeo nihilominus vbi sequenti termino debeat capitulū celebrari. Et qui conuenerint, vitam ducant communem, & faciant proportiona-

proportionabiliter simul omnes communes expensas, ita quod si non omnes poterunt in eisdem, saltem plures simul in diuersis domibus comorentur. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosæ ac circumspectæ personæ, quæ singulas abbatias eiusdem regni seu prouinciæ non solū monachorum sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam vice nostra studeant visitare, corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere, ita quod si rectorē loci cognouerint ab administratione penitus amouendū denuncient episcopo proprio, ut illum amouere procuret. Quod si non fecerint, visitatores hoc referant ad apostolicæ sedis examen. Hoc ipsum regulares canonicos secundum ordinem suum volumus & precipimus obseruare. Si vero in hac nouitate quicquid difficultatis emerferit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad apostolicam sedis iudicium absque scandalo referatur, cæteris in refragabiliter obseruatis, quæ concordati fuerint deliberatione prouisa. Porro diocesani episcopi monasteria sibi subiecta, ita studeant reformare, ut cum ad ea prædicti visitatores accesserint, plus in illis inueniant quod commendatione, quam quod correctione sit dignum: ad tentissimè præcauentes ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus adgrauentur: quia sic volumus superiorum iura obseruari, ut inferiorum nolimus iniurias sustinere. Ad hoc districte precipimus tam diocesanis episcopis, quam personis, quæ præerunt capitulis celebrandis, ut per cent. ecc. ad pel. remota compescant aduocatos, patronos, vicedominos, rectores, & consules, magnates, & milites, seu quoslibet alios, ne monasteria præsumant offendere in personis aut rebus: & si forsitan offenderint, eos ad satisfactionem compellere non omitant, ut liberius & quietius deo valeant famulari.

Honorius. iij. abbatibus & monachis in Lombardia & marchia Teruissana constitutis.

*Primo tractat de correctione monachorum. Secundo de correctione abbatum. Tertio visitatorum. Quarto de secularibus in monasterijs beneficiatis. Quinto constitutionem extendit ad moniales. hoc sufficiat pro summario. Capitulum. viii.*

**E**A, quæ pro religionis honestate: & infra. Porro cum visitatores secundum statutum generalis concilij ordinati à generali abbatum capitulo processerint ad visitacionis officium exequendum, de statu monasteriorum & obseruantia regularibus diligenter inquirent, & tam in spiritualibus, quam in temporalibus corrigant, & reforment quæ viderint corrigenda: ita tamen quod monachos delinquentes per abbatem loci corrigant, & faciant,

faciant, eisq; iungi patientiam salutarem iuxta beati Benedicti regulam, & apostolica instituta, non secundum normam prauæ consuetudinis, quæ quasi pro lege in quibusdam ecclesiis inoleuit. Ipsi etiam visitatores monachos, quos contumaces inuenerint & rebelles, iuxta modum culpæ vice nostræ regulari censura percellant absque personarum delectu, non parcendo rebellibus ob suam pertinaciam vel potentiam amicorum, quin oues morbidam eiciant ab ouili, ne inficiat oues sanas. Si vero abbates in corrigendis iuxta uisitatoꝝ mandatum & regularia instituta seipsis seu monachis inuenti fuerint negligentes, proclamentur & corripiantur & ita purgantur publice in capitulo generali, quod pœna ipsorum sit aliis in exemplum. Quod si abbas non exemptus fuerit à uisitatoꝝ nimis negligens, & remissus inuatus: id loci diocæsano denuncient sine mora, & per illum detur ei fidelis & prouidus coadiutor usque ad caputulum generat. Si autem dilapidator inuentus fuerit, vel aliis merito admouendus: per diocæsana postquam hoc sibi à uisitatoꝝ denunciatum fuerit, amoueat ab iudiciorum strepitu à regimine abbatiæ, ac monasterio prouideatur interim administrator idoneus, qui temporalium curam gerat, donec ipsi monasterio fuerit de abbate prouisum. Quod si forsitan episcopus hoc adimplere noluerit vel neglexerit: uisitatoꝝ vel præfidentes capitulo generali defectum episcopi apo. sedi non differat intimare. Hæc eadem circa exemptas abbates fieri præcipimus per uisitatoꝝ, vel præfidentes capitulo generali: depositioni ipsorum sedi apollo. reseruata: ita ut abbate, qui amouendus uidebitur, interim per uisitatoꝝ vel in capitulo præfidentes ab administratione suspensio, administrator idoneus monasterio deputetur. Illorum autem excessus & alia, quæ uisa fuerint intimanda, capitulo præfidentes nobis denuncient per fideles nuncios & prudentes, quibus de communi contributione abbatum iuxta cuiuslibet facultatem sufficienter ministrentur expensæ. Sequentes autem uisitatoꝝ perquirant priorum uisitatoꝝ uestigia diligenter, & eorum negligentias & excessus referant sequenti capitulo generali, ut iuxta culpam publicè debitam pœnam portent. Idem etiam de abbatibus præfidentibus generali capitulo præcipimus obseruari. Præcipimus quoque, ut in nullo monasterio ad præbendas recipiant decetero abbates & monachi clericos seculares: nec hi, qui iam recepti sunt, locum vel uocem in capitulo dormitorio uel refectorio seu claustro sibi vindicare contendant, seu monachorum cœtibus importunè se præsumant miscere, sed

beneficiis

beneficiis sibi concessis, contenti conuerterentur, honestè oportuna obsequia in monasteriis fideliter impendentes, nihilque ultra in spiritualibus aut temporalibus exigat in ipsis monasteriis uel usurpent. Si qui uero talium à uisitatoꝝ inuenti fuerint criminosi, per diocæsimum in non exemptis, & per uisitatoꝝ vel præfidentes generali capitulo in exemptis beneficiis priuentur eisdem. Hæc autem omnia etiam in monasteriis, quæ non habent abbates proprios sed priores, necnon in monasteriis monialium, quò ad articulos abbatissis & monialibus congruentes, præcipimus obseruari. \*

*¶ Vide l. sita. cum gl. & not. ff. de le. ij.*

De religiosis domibus, ut episcopo sint subiectæ. Tit. xxxvj.

Gregorius Victor. archiepiscopo Neapo. si dubitatur in cuius diocesi sit basilica consecranda, ille episcopus consecrabit, qui prius in illo loco episcopalia exercebat. Ca. i.



Unc autem ad basilicam, quæ dedicanda est, debet disquiri cuius ciuitatis episcopus antequam fundaretur baptizauerit incolas: & ad cuius consignationem sub annua deuotione concurrerint.

Non enim terminis hæc aut locus cõuenit designari: sed ille ad consecrationem uocetur, cui per hunc modum, quem scripsimus, constat debere permitti.

Idem Agapito abbati.

Nihil inuis deperit episcopo, in cuius diocesi sita est ecclesia, quæ papa uisit ecclesiæ alteri diocesis, & est casus quodiarius. Ca. ii.

Quia monasterium, quod in fundo Martiano situm est, honestate faciente dicitur desolatum: illud tuo monasterio cum omnibus rebus suis, uel quæ ei competunt actionibus, perpeximus ueniendū: & infra. Ipsum autem monasterium sic tuæ nos ordinationi commississe cognoscas, ut tamè iurisdictionem illic non episcopus Surrentinus, in cuius ciuitate monasterium tuum est situm: sed Nucertinus, cuius est diocesis, habeat. Nam sic huius loci ordinationem disponimus, ut tamèn iura sua singulis episcopis inuiolata seruemus.

Ex decretis Eugenij papæ.

Episcopo subsunt omnia loca pia, & ad eius sollicitudinem debent ordinari ad usum destinatum. Capitulum. iiii.

De xenodochiis & aliis similibus locis per sollicitudinem episcoporum, in quorum diocesi existunt, ad eandem uoluntate, quibus constituta sunt, ordinantur.

K iij

Urbanus

Urbanus. iij. Ariminen. episcopo.

*Locus auctoritate episcopi ad usum hospitalitatis deputatus, est religiosus, & ad mundanos vsus redire non debet. Cap. iiii.*

**A**D hæc: & infra. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod si locus ad hospitalitatis usum, & pauperum provisionem fuerit (sicut moris est) auctoritate pontificis destinatus, cum sit religiosus, non debet mundanis vsibus deputari, sicut de vestibus & lignis vasis, & aliis vcnalibus ad cultum religionis per pontificem deputatis antiqua consuetudo indubitanter obseruat, & venerabiliū patrum edocent sanctiones. Innocentius. iij. Constantinopolitano patriarchæ.

*Locus religiosus debet reformari de religiosis dumtaxat, non de secularibus, nisi in defectum religiosorum. Capitulum. v.*

**I**Nter quatuor: & infra. Quamdiu monasteria per regulares remanere potuerint ordinata, non sunt ad seculares clericos transferenda. Sed si regulares defuerint, propter eorum defectum, in eis seculares clerici poterunt ordinari.

Idem abba. & fratribus Cryptæ ferratæ.

*Ecclesia sita in diocesi episcopi tenetur sibi in episcopalibus respondere, nisi adpareat remissa legitime. & potest episcopus remittendo episcopalia censum sibi retinere. Capitulum. vi.*

**C**onstitutus in præsentia nostra episcopus Albanæ. in ecclesia Castri, quod Pauli dicitur, in qua iuris patronatus monasterio vestro recognoscebat, à vobis ius episcopale petebat, quoniam sita erat in diocesi Albanen. & ideo de iure communi ei tenebatur in episcopalibus respondere: & infra. Verum æconomus vester proposuit ex aduerso, & etsi ecclesia sita esset in diocesi Albanen. ei tamen non tenebatur in aliqua respondere, cum Dominicus Lauitanus episcopus, qui fuerat episcopus Albanen. vniuersas ecclesias ad vestrum monasterium pertinentes in diocesi eius sitas, & quicquid iuris tam in monasterio vestro, quàm in eis habeat in emphyteusim sub annua octo denariorū vsualiu pensione monasterio vestro concessisset, ita videlicet, vt liceret abbati & fratribus à quocunq; vellent episcopo, tam ordinatione clericorū, quàm consecratione altarium in monasterio ipso & prædictis ecclesiis obtinere, in quibus etiā vobis tertiā partem mortuorum indulst: & Celest. pa. pra. n. quod ab eo factum fuerat confirmavit. verum etsi ecclesia ipsa fuisset aliquando ecclesiæ Albanen. subiecta, monasterium vestrum nihilominus legitima se poterat præscriptione tueri, cum per quadraginta annos ipsam pacifice possedisset. Cæterum æconomus episcopi concessionem episcopi Lauitani non tenere

et enere dicebat, vt pote continentem simoniacam prauitatem. cum enim tertiam mortuorum monasterio concessisset, & tam in ordinationibus clericorum, quam altarium consecrationibus indulstet ei plenariam libertatem, non est dubium, quin cum spiritualia hæc existant, eo ipso quod super his recompensationem certe pensionis accepit, comiserit vitium simonie. \* *vide. Bar. in. l. Titio centum. ff. de condi. & demon.*

vt de contractis huiusmodi nullam obtinet firmitatem. confirmatio autem apost. se fuerat per subreptionem obtenta, cum in eadem de pensione nulla mentio habeatur: & infra. Cum autem nec insolitum sit nec nouum, vt cum episcopi ecclesias concesserint pijs locis, aliquid sibi referuent in eis nomine pensionis: nos quoque cum libertatis priuilegium, vel protectionis præsidium aliquibus ecclesiis indulgemus, gratis accipiamus censum gratis oblatum: & in literis nostris ad successorum nostrorum memoriam census exprimamus etiam quantitatem: auditis propositis æconomum monasterij vestri æconomus eiusdem episcopi ecclesiæ nomine in solutionem pensionis prædictæ iuxta ratam, quæ contingit ecclesiam prædictam, & restitutionem subtraxit à quadraginta annis secundum ratam eandem per definitiuam sententiam condemnauimus, & eundem æconomum vestrum ab impositione æconomi eiusdem episcopi super aliis reddimus absolutum, perpetuum illi silentium imponentes.

Idem abbati & conuentui Farben.

*Episcopus petens ecclesiam quod ad temporalia & spiritualia, obtinet in spiritualibus, eo ipso, quod probat esse in sua diocesi, si non adpareat exempta: sed in temporalibus succumbit, nisi aliter doceat de iure suo. & in hoc vltimo est casus not. Capitulum. vii.*

**C**um venerabilis. f. n. l. Sabinen. episcopus ecclesiam sancti Angeli de Cauceia cum suis pertinentiis & possessionibus petiisset, adferens eam ad se, tam in spiritualibus, quam in temporalibus pertinere: adlegauit ante omnia ius commune, quia cum constituta sit in diocesi Sabinen. sub ipsius debebat consistere potestate. In temporalibus quoque ad se dictam ecclesiam pertinere nitentur ostendere per publicum instrumentum, in quo continebatur expressè l. Sabinen. episcopum H. Farben. abbati, & duabus personis post ipsum dictam ecclesiam cum suis pertinentiis locauisse pro annua quatuor solidorum Papien. pensione. Sed pars vestra proposuit instrumentum prædicto nullam fidem penitus adhibendam propter superflue scripturam, & rasuram loco suspecto factam, vbi videlicet adnotatio temporis recensetur: & infra. Quia igitur nobis constituit

stitit ecclesiam supradictam constitutā in diocesi Sabinae. episcopale ius in omnibus spiritualibus eidem episcopo adiudicauimus in eadem, illis tantum exceptis, quae per authentica scripta ei dignoscuntur esse subtracta: & infra. Quia vero instrumentum praedictum, per quod episcopus ecclesiam intendebat, quo ad temporalia vindicare, ad faciendam super hoc fidem inualidum esse cognouimus, ut propter praedicta de iure suspectum, vos ab impetitione ipsius quo ad temporalia eiusdem ecclesiae duximus absolucndos.

Idem.

*Monasterium subiectum est episcopo, in cuius diocesi situm est, nisi probetur exemptum. h. d. quod ad titulum. Capitulum. viii.*

**C**um dilectus filius: & infra. Quia causa non porerat in nostra praesentia terminari, cum nuncius monasterij sup procuracione vel ratihabitione literas non haberet, eam vestro duximus examini committendam, mandantes quatenus si constiterit abbatem ad se. apo. ante quod episcopus in eum suspensionis vel excommunicationis, & in monasterium interdicti sententias tulerit legitime appellasse, vel monasterium a iurisdictione episcopi eiusdem exemptum: eo non obstante quod abbas ab eo circumuentus praeter fratrum suorum adensum ei obedientiam reppromisit (cum fraus & dolus ei patrocinari non debeant) iudicet illes sententias non tenere. Quod si abbas in exemptionis probatione defecerit, nec legitima se poterit praescriptione tueri: licet probet se ante praedictas sententias appellasse: nihilominus tamen monasterium iudicetis Auriens. ecclesiae subiacere, in cuius est diocesi fundatum. Similiter eo in probatione appellacionis deficiente, si vobis constiterit de exemptione vel legitima praescriptione: tam abbatem, quam monasterium ab impetitione episcopi absoluatis.

Idem in concilio generali.

*Novam religionem non licet constituisse sine autoritate Roman. Non in diuersis monasteriis, potest quis esse abbas vel monachus. sic principaliter summatur, licet plura dicta habeat. Cap. ix.*

**N**e nimia religionis diuersitas grauem in ecclesiam dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis decetero nouam religionem inueniat, sed quicumque ad religionem conuertri voluerit, vnam de adprobatis adsumat. Similiter, qui voluerit religiosam domum de nouo fundare, regulam & institutionem accipiat de adprobatis. Illud etiam prohibemus, ne quis in diuersis monasteriis locum monachi habere praesumat, nec vnus abbas pluribus monasteriis praesidere.

De ca-

De capellis monachorum, & aliorum religiosorum. Tit. xxxvij.

Urbanus tertius.

*Ad curam monasterio subiectam, non monachi, sed seculares clerici praeficiuntur, & episcopis subijciunt. Capitulum. i.*



**N**on ecclesiis ubi monachi habitant, populus per monachum non regatur: sed capellanus, qui populum regat, ab episcopo per consilium monachorum instituat, ita ut ex solius episcopi arbitrio tam ordinatio eius, quam depositio, & totius vite pendeat conuerlatio.

Innocent. iij. archipresbytero & clericis sanctae Ceciliae.

*Si ecclesia non cathedralis vindicat sibi ius in alia ecclesia, obtemperat solum quo ad ea, quae probabit sibi deberi praescriptione, vel alio legitimo modo. hoc dicit, secundum communem & verum intellectum. Capitulum. ii.*

**D**ilectus filius M. syndicus ecclesiae vestrae ab economo sancti Laurentij de Piscinula, in scrutinij, baptismate, & capitulis, & similibus subiectionem postulans, possessionem & potestatem in tentabat. Cum enim ecclesia sancti Laurentij sit in parochia vestra sita, debet de iure communi ecclesiae vestrae in praedictis omnibus subiacere, quia nec priuilegium exemptionis habet, nec praescriptionem pro se poterat allegare, cum illa ecclesia sanctae Ceciliae praescripisset sicut per testes dicebat legitime comprobatur. Praeterea cum coram C. papa praedecessor noster super praedictis iuter vestram & praedictam ecclesiam quaesitio verteretur, M. presbyter eiusdem ecclesiae fuisse sponte confessus, quod ecclesiae sanctae Ceciliae scripturam & baptismata debebat. Cumque pars vestra testes, qui se illum diuersis temporibus ad capitulum vocasse, ipsumque venisse ad presbyter se vocatum iuisse, ad capitulum est confessus. unde praedictus praedecessor noster ecclesiam vestram capitulo, quae conquecta fuerat spoliata, saluo iure proprietatis ecclesiae sancti Laurentij reuestire curauit, sicut in eius literis continetur. per hoc ergo proprietatem, quo ad scrutinium & baptismata, & possessionem, quo ad capitulum, vester voluit syndicus comprobare. Ad haec sancti Laurentij economus ex aduerso respondit, quod ecclesia illa nullo medio ad Romanam ecclesiam pertinebat. Cum enim monasterium monialium fuerit, & gene-

\* Vide. l. j. c. de con. fef. Bar. i. l. cernu. S. p. s. ff. eo.



Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xxxvij.

generaliter feruetur in vrbe, vt nullum monasterium titulo sit subiectum, incongruum videbatur vt regulares secularibus supponantur. præterea vsque hodie nos in ea institutionem & destinationem liberam exercemus: & infra. Nos igitur auditis propositis & economum sancti Laurentij syndico vestro in bapismo & scrutinio condemnamus, ita vt per hoc ecclesie Romane nullum præiudicium generetur, si quando forte ius suū duxerit prosequendum. In institutione autem & destitutione & capitulo & economum ipsū ab impetitione syndici vestri prorsus absolimus, syndico vestro super hoc perpetuum silentium imponentes.

Honorius. iij. episcopo Venetē.

*In prioratibus monachorum non possunt singuli monachi commorari, etiam si super hoc habeant rescriptum apostolicum, nisi in illo fiat mentio de Lateranensi concilio.* Cap. iij.

**E**X parte tua fuit propositum: & infra. Abbas & conuentus Riuenē. Venetē. diocesis occasione literarū apostolicarū adserunt sibi esse concessum, vt in singulis ipsorum prioratibus singuli monachi cōmorentur, si pluribus facultates non suppetunt eorundem. Cū autem id obuiet Lateranēsi concilio, de quo nulla mentio est in literis antè dictis: fraternitati tuæ breuiter respondemus, q̄ huiusmodi literas ab apost. se. nō credimus emanasse. Quōd si per occupationem forsitan emanauerint, nolimus per hoc derogari concilio supradicto.

Idem Burdegalen. archiepiscopo.

*Ordinarius compellit abbatem, vt monachos à prioratibus reuocet ad claustrum, vel eis socios adiungat.* Cap. iij.

**A**D auidiam nostram peruēnit, quōd nōnulli monachi lege tibi diocesana subiecti, in quibusdam prioratibus habitant solitarij, contra statutum generalis concilij. Ideo quō mandamus, quatenus ipsorum abbates seu priores, vt vel ipsos ad claustrum reuocent, facientes in ipsis ecclesijs deferri per clericos seculares: vel alios monachos eiusdem adfocient, cum quibus vitam possint ducere regularem, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam compellas.

De iure patronatus. Titu. xxxvij.

Ex concilio Mediohanē.

*Si propter discordiam patronorum ecclesia caret administratore, cessatur in ecclesia à diuinis, tolluntur reliquia, & ostia clauduntur: si aliter sine scandalo ecclesia prouideri non potest. h. d. cum cap. sequen.*

Capitulum. i.

Perlatum

De iure patronatus.



**P**erlatum est: & infra. Nobis visum est, quōd ecclesia inter hæredes patroni diuidi non debeat. Et si similitates inter eos surrexerint, ppter quas sacerdos suo ibi officio canonicè fungi nō possit: si aliter prouideri nō poterit, præcipiatur ab episcopo, vt nullo modo ibi missarum solennia celebrētur, donec ad concordiam redeant, & ecclesia sacerdotem canonicè habeat, qui liberè suum ministerium valeat exercere.

Ex concilio Triburienā.

*Summatum est in cap. proxi.*

Capitulum. ii.

**Q**uæcunque ecclesia: & infra. Si contingat pro ecclesia disfidere patronos, vt eā nolint sub vno presbytero procurari: \* episcopus (si aliter non poterit ipsi cōsultare) tollat inde reliquias, atque eiusdem ecclesie claudat ostia: vt sacrum mysterium nullus in ea celebret anteq̄, quam vnū eligant presbyterum, qui sacrosancta sit idoneus procurare.

\* Alias, ordinati.

Ex concilio Lateranē.

*Si patroni in presentando discordant, presentatur presentatus à maiori parte si est idoneus: & si hoc sine scandalo fieri non potest, vel patroni intra tempus debitum non presentant, episcopus ordinabit ecclesiam.* Capitulum. iij.

**Q**uoniam in quibusdam locis fundatores ecclesiarum, aut hæredes eorum potestate, in qua eos ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur: & cū vna ecclesia vnus debeat esse rectoris, pro sua dissensione \* plurimos repræsentant. Presenti decreto statuimus, vt si forte in plures partes \* fundatorum se vota diuiserint, ille præficiatur ecclesie, qui maioribus iuuat meritis, & plurimorum eligitur & adprobatur ad sensu. \* Si autem hoc sine scandalo esse nequiverit, ordinet antistes ecclesiam, sicut melius eam secundum deum viderit ordinadam. Et id ipsum præcipi fiat, si de iure patronatus questio emerit inter aliquos, cui competat, intra quatuor menses nō fuerit definitum.

*De Cap. 53 de elec. non. \* Alias, defensio. \* Alias, personas.*

Ex eodem.

*Excommunicantur patroni laici, qui clericos instituunt & deservunt in ecclesijs etiam patronatus, vel bona ipsarum aliter administrant. Et clerici, qui institutionem laicorum recipiunt, communionem priuentur.* Capitulum. iij.

**P**ræterea quia in tantum quorundam laicorum processit ad dacia, vt episcoporum autoritate neglecta, clericos instituunt

tuant in ecclesiis, & remoueat, cum uoluerint, possessionem quoque atque alia ecclesiastica bona pro sua uoluntate plerūque distribuunt, ipsos anathemate decernimus feriendos. Clericus autem, qui ecclesiam per laicos sine proprii episcopi auctoritate receperit, cōmunionē priuetur: & si perstiterit, à ministerio ecclesiastico & ordine deponatur.

Alexander. iij. Eboracē. archiepiscopo.

*Si patronus laicus successiue presentat duos, & secundus instituitur ab episcopo, ualet institutio. hoc dicit primo. Patronus nō potest clerico vel alteri ecclesie conferre ecclesiam patronatam, vel alteri donare.* Capitulum. 7.

**Q**uod autem consulis, si clericus idoneus ad vacantem ecclesiam presentatus, non fuerit ab episcopo diocesano admissus, & postmodum alius idoneus presentatus, & institutus ab episcopo, possessionem tenuerit corporalem: an primo clerico ecclesiam petente debeat posterior remoueri, vel posterior priori preferri. Dubium non est, quin in casu isto melior sit conditio possidentis: quoniam antequam presentatio per diocesanum episcopum adprobetur, ratiū nō est, quod à patrono fuerit inchoatum. Decretō tuā pr. r. 9. si laici clericis uel collegiis de concessionibus uel donationibus instrumenta cōfecerint in hac uerba uel similia, cōcessi, uel dedi ecclesiā, & presentī charta firmari: si consensus episcopi non accesserit, nihil agi uidetur: quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare.

Idem Exoniē. episcopo.

*Comparans uel emens ius patronatus, eo spoliari debet. Vel sic: Qui emit ius patronatus ut possit presentare filium uel nepotem seu quem uult, eo priuari debet. h. d. Et utraque lect. potest sustineri.* Capitulum. vi.

**Q**uia clerici quidam aduocatas ecclesiarum comparant, uel quocūque modo possunt adquirent, postmodum eorum filij, uel nepotes ad easdem ecclesias presententur: precipimus ut id arctius inhibere procures. Eisdē aduocationibus taliter adquisitis adp. postposita spoliando.

Idem Harfordē. episcopo, & abbati de Forde.

*Ius patronatus consistens in aliqua uniuersitate temporalium, transit cum ipsa uniuersitate, etiam si uniuersitas transeat ad eum, quod ad uile dominium, nisi ius patronatus specificē sit exceptum. h. d. Et est notabilis casus, & quotidie allegatur.* Cap. vii.

Ex literis

**E**x licetis I. Salabrien. episcopi accepimus, quod defuncta persona ecclesie de Latoñ. G. miles, qui uillam, in qua ecclesia sita est, à monasterio de Vinton. ad firmam tenebat, ad eandem vacantem Gu. clericum prædicto episcopo presentauit, postmodum abbatissa prædicti monasterij aliu presentauit eidem ad ecclesiam supra scriptam, quo nolente presentatum ab ea recipere apud Cantuariensem archiepiscopum graue de episcopo deposuit questionem: & infra. Mandamus, quatenus si uobis cōstiterit, quod præfato militi præscripta uilla fuerit non excepto iure patronatus ad firmam concessa, uel antequam de iure patronatus inter abbatissam & militem controuersia esset suborta, præfatus Gu. in præscripta ecclesia per episcopum ad presentationem militis institutus fuisset: ci (dummodo aliās sit idoneus) adiudicetis ecclesiam, ita quod si abbatissa obtineat aduersus militem, illi de temporalibus debeat respondere.

Idem Vintoniē. episcopo.

*Si laicus clerico uel religioso loco concedit ecclesiam sine consensu episcopi, non obstante tali concessione, qua non ualet ad ipsam ecclesiam cum uacauerit, poterit presentare, & eam alteri ecclesie de consensu episcopi poterit concedere. hoc dicit, cum ca. cum laici. & ca. suggestum. j. eo.* Cap. viii.

**I**llud præterendum non duximus, & si laicus episcopo inconsulto ecclesiam non vacante concedit religioso domui, & postea cum uacauerit ad presentationem eiusdem laici clericus ibi fuerit per diocē. episcopum institutus, prior cōcessio secundam institutionem, quo minus habeatur rata & firma, nō potest aliquatenus impedire, cum illa cōcessio de iure nullius potest esse momenti, tum quia de re nō vacante facta est, tum quia laicus sine auctoritate episcopi nemini potest ecclesiam dare; Licet religioso loco ius patronatus conferendi liberam habeat facultatem. Si uero ius patronatus vacante ecclesia religioso loco contulerit, & aliquis sine presentatione fratrum eiusdem loci fuerit in ipsa ecclesia institutus, eius secundum rē gorem iuris est institutio irritanda.

Idem eidem.

*Instituti in ecclesiis patronatus per nonos patronos mutari non possunt, nec vicissitudines ecclesiarum per eos fieri.* Cap. ix.

**Q**uod uerimonia: & J. Absurdum uidetur omnino, ut ad singulas patronorum secundum humanam conditionem mutationes, ecclesiarum ordinationes mutentur. Et vicissitudines ecclesiarum ab aduocatis uel alijs præsumantur. Idem

Idem Eboracen. archiepiscopo.

*Patronus ecclesiam clerico conferre non potest: & si contulerit, potest hoc non obstante ad ecclesiam presentare rectore. Cap. x.*

**C**um laici episcopis nescientibus aut non cōsentientibus ecclesias clericis concedunt, in quibus habent ius patronatus, & postea pœnitentia ducti alios ad eandem episcopos presentant, & illi ad eorum presentationem in eisdem ecclesiis ab episcopis instituitur, eorum debet institutio stare, qui autoritate sunt episcopi instituti, concessione priori (quæ nulla est) omnino euacuata. Non enim licet laicis clericos in ecclesiis præsumptione propria ordinare.

Idem abbatibus, prioribus, & clericis per archiepiscopatum Eboracen. constitutis.

*Religiosi vindicare vel retinere non possunt ecclesias sibi concessas à laicis sine diocœsani cōsensu, nisi legitime præscripserint, vel postea diocœsanus consenserit. Cap. xi.*

**C**um pastorali: & infra. Mandamus, quatenus ex donatione laicorum, nisi autoritas diocœ. episcopi & cōsensu ad sit, nullus vestrum aliquas sibi ecclesias vindicare præsumat, vel retinere taliter adquisitas: Nisi legitima \* fuerit præscriptione munitus, aut diocœsani episcopi habuerit postea cōsensum. Cum enim laici non possint in alios, nisi ius, quod habent transferre, huiusmodi concessiones irritas penitus esse censemus.

\* Alias, longa.

Idem Lingonen. episcopo.

*Si patroni ecclesia vacantis intra tempus à iure concessum nō presentant, episcopus ordinabit ecclesias. Cap. xii.*

**S**i vero ordinatio alicuius ecclesiæ ad tuam institutionem spectat, & pro cōtrouersia laicorum de iure patronatus inter se disceptantium prorogatur. Fas tibi sit adpel. remota in eadem personam idoneam instituere: Ita quod representetur ab eo, qui ius euicerit patronatus.

Idem hospitalariis.

*Si ius patronatus ecclesia deuenit ad exemptos, per hoc in nulla debet ladi ius episcopale. Cap. xiii.*

**C**um seculum reliqueritis: & infra. Prohibemus, ne cum ratione feudorum emptorum aliterve adquiretorum, vel etiã alio modo ius patronatus in ecclesiis parochialibus adquisieritis, episcopo ius parochiale minuere præsumatis.

Idem.

*Sine cōsensu patroni nō potest quis ecclesia occupare. Ca. xiiii.*

Ex insinua-

**E**x insinuatione O. clerici accepimus quod cum ei frater eius ius patronatus, quod in quibusdam ecclesiis habebat, liberaliter contulisset: eas quidem sine ipsius adfensu occuparunt, & detinent occupatas: & infra. Mandamus quatenus, si est ita, earum detentores, vt eandem prædicto clerico restituatur per eum liberè ordinandas, monitione præmissa compellas.

Idem Adonen. episcopo.

*Non potest patronus ecclesiam sibi retinere, vel etiam alteri cōcedere propria autoritate. Cap. xv.*

**C**onsuluit nos: & infra. Cum sanctuarium dei iure hæreditario teneri nō possit: Non decet aliquatenus sustineri, vt clericis ecclesiis à parentibus suis fundatas, propria autoritate detineant, aut laici filii vel aliquibus laicis concedant eandem.

Idem.

*Ius patronatus per se vendi non potest. Cap. xvi.*

**D**e iure verò patronatus: & infra. Mandamus quatenus si R. illud comparauit (cum inconueniens sit vendi ius patronatus, quod est spiritali adnexum) contractum illum irritum esse decernas.

Idem.

*Patronus non potest sine episcopi vel papa cōsensu, etiam loco religioso conferre ecclesia decimas, vel aliud spirituale.*

Capitulum. xvii.

**N**illus laicus decimas, aut quicquid ecclesiasticis iuris est, sine cōcessione sui pontificis monasteriis vel canonicis conferat. Et si quis episcopus improbitatis vel aurtiæ causa consentire noluerit, Romano pontifici nunciatur: & quod offerendum est, tunc eius licentia offeratur.

Idem.

*Sed quis episcopus in ecclesia alterius diocœsis est patronus, presentatus ab eo debet admitti, si est idoneus. Cap. xviii.*

**S**ignificasti: & infra. Si episcopi post promotionem suam presentaciones personarum ad ecclesias à patronis earum pro ecclesiis sibi commissis adepti fuerint: personæ idoneæ, quas ad eas vacantes presentauerint, sunt admittendæ.

Idem abbati sancti Alberti.

*Institutus ad presentationem eius, qui tunc ius patronatus ecclesie possidebat, remoueri non debet, licet illud ius ab eo postmodum euincatur, secus si non possidebat: sed tantum credebatur esse patronus.*

Capitulum. xix.

Consultatio.

**C**onsultationibus: & infra. Si aliquis clericus ab ordinario iudice in ecclesia fuerit institutus ad presentationem illius, qui eiusdem credebatur esse patronus, & postea ius patronatus alius euerit in iudicio, institutus non debet ab ipsa propter hoc remoueri, si tempore presentationis suae ille, qui eum presentauit, ius patronatus ecclesiae possidebat, cum ex hoc ei, qui de iure debet habere, nullum in posterum praedicti generetur. Si verò non possidebat, sed tantum credebatur esse patronus, cum non esset: poterit ab eadem ecclesia remoueri.

Idem Eboracen. archiepiscopo.

*Valeret secunda concessio ecclesiae facta alteri ecclesiae per episcopum & patronum, non obstante priori facta per patronum solum.*

Capitulum. xx.

**S**uggestum est, quod cum ecclesiae quaedam de adfensu domini fundi autoritate Eboracen. archiepiscopi ecclesiae beati Petri Eboracen. concessa & assignata sint in praebenda, canonici de Nouoburgo concessionem illam irritare nituntur occasione donationis, quam sibi adferunt prius factam. Vnde licet in donationibus ecclesiarum requirendus sit & expectandus patronorum consensus quia tamen ecclesiae nisi auctoritate interuenerit pontificalis, canonice concedi non possunt, significamus quod prior concessio si cum adfensu patroni, & auctoritate dioeceseo episcopi facta est, aut eius adfensus fuerit postea subsecutus: posteriori concessioni praefertur, alioquin illa debet praeferi, quamuis posterior facta, quae consensu domini fundi, & episcopi autoritate fulcitur.

Idem archiepiscopi & episcopi per Angliam constituti.

*Ab officio & beneficio remouetur, qui monitus non dimittit ecclesiam sine consensu episcopi sibi concessam. h. d.*

Cap. xxi.

**R**elatum est, quod nonnulli occasione laicae recognitionis non requisita episcopi audientia beneficia ecclesiastica sibi presumunt in parochiis vestris vindicare. Quonia igitur huiusmodi personae non intrant per ostium, sed aliunde conscendunt, ac per hoc indigni sunt pastoris nomine, vel praerogatiua gaudere: mandamus, quatenus eos si commodi praedicta minime resignauerint (nisi episcopali concessione fuerint muniti) ab officio reddatis, & beneficio alienos: & infra.

*Laici spoliantes ecclesiam excommunicantur. h. d.*

Ad hoc quoniam quidam laici ecclesias possessionibus spoliant, ut sic viros ecclesiasticos faciant coram seculari iudice litigare, vobis iniungimus, ut id publice sub interminatione curretis anathematis prohibere. Si quis autem prohibitionis ve-

strae

*strae contemptor extiterit, cum excommunicationi subdatis. Idem.*

*Si questio iuris patronatus intra sex menses non terminatur à tempore vacationis, liberè potest episcopus sine presentatione ibidem instituere rectorè. h. d. Sed intellige de patronis ecclesiasticis. nam in laicis sufficiunt quatuor menses. Cap. xxii.*

**E**am te deceat: & infra. Illas autem ecclesias, de quarum patronatu controuersia fuerit, si intra sex menses postquam vacauerint, non fuerit controuersia terminata: licitum tibi sit de persona idonea ordinare.

Lucius tertius.

*Patronus ius patronatus propria autoritate alienare non potest, nec ab ecclesia aliquid temporale exigere, nisi tempore fundationis à dioeceseo illud fuerit sibi reseruat. Cap. xxiii.*

**P**raeterea quoniam aduocati ecclesiarum ius aduocationis, donationis, vel emptionis titulo, aliisque; pro sua voluntate contractibus in alios transferre praesumunt, fodrum, albergarias, regium, & similia tanquam à propriis rusticis ab ecclesiis extorquentes: Praesenti decreto statuimus eos siue aduocati, siue patroni, vel vicedomini, siue custodes, vel guardias habentes, seu quocumque alio nomine censeatur à grauaminibus ecclesiarum cessare, nihilque; in ipsis praeter antiquos & moderatos redditus à locorum episcopis institutos exigere: aut si aliud exegerint, excommunicationi subdantur. Contractus quoque huiusmodi, quos fecerint, vel facient in futurum, vim aliquam decernimus non habere.

Idem Noruicen. episcopo.

*In pluribus successiue presentatis à patrono laico, episcopo datur gratificatio: sed in presentatis à persona ecclesiastica, potior est primo presentatus. h. d. Specialiter, & est vnum de principalioribus ca. tituli. Capitulum. xxiiii.*

**C**um autem aduocatus clericum idoneum episcopo praesentauerit, & postulauerit, postmodum eo non refutato, alium aequè idoneum in eadem ecclesia admitti: quis eorum alteri praefertur, iudicio episcopi credimus relinquendum, si laicus fuerit, cui ius competat presentandi. Verum si collegium, vel ecclesiastica persona presentationem haberet: qui prior est tempore, iure potior esse videtur.

Clemens tertius.

*Ex constructione ecclesiae facta de consensu episcopi, adquisitur ius patronatus. hoc primo. Patronus non eligit praelatum in conue-*

L ij

malis

*Vide Cap. 26. de elect. in 6.*

*in tali ecclesia, sed in capella sic. hoc secundo. Patrono debetur pro-  
cessions honor, & alimentatur ab ecclesia, si vergat ad inopiam,  
hoc tertio. Et iste textus est de principationibus. Cap. xxv.*

**N**obis fuit: & infra. Inquisitione. tale damus respōsum,  
quod si quis ecclesiam cum adiensu diocēsanī construxit, ex  
eo ius patronatus acquirit. Ceterū in cōuentuali ecclesia  
non electioni praelati faciendā, sed iam factā honestius patroni  
postulatur adiensus, nisi aliter de sua iurisdictione obtineat, ut  
partes suas interponere debeat electioni tractandā. Secus ta-  
men est in capella: in qua vnus presbyter à patrono eligitur, &  
pro institutione habenda loci episcopo præsentatur. Pro fun-  
datione quoque ecclesie honor processionis fundatori serua-  
tur: & si ad inopiā vergat, ab ecclesia illi modeste succurritur,  
sicut in sacris est canonibus institutum.

Innocentius iij. Rothomagen. archiepiscopo.

Patronus ecclesie vacantis quanquam sit clericus, ad eam se  
præsentrare non potest. Capitulum. xxvi.

**P**er nostras \* postulasti literas edoceri, utrum clericus ad va-  
cantem ecclesiam, in qua ius obtinet patronatus, seipsum (si  
est idoneus) valeat præsentrare. Cū igitur nullus se ingere-  
re debeat ecclesiasticę prælacionis officii, respōdemus, quod  
nullus se potest ad personatum alicuius ecclesie præsentrare  
quantum cunquē idoneus sit, & quibuscunquē studiis & meri-  
tis adiuuetur.

Idem Conuentreñ. episcopo.

*Si questio iuris patronatus inter patronos non definitur intra  
quatuor menses, episcopus ordinabit ecclesiam sine praiudicio co-  
rundem. Capitulum. xxvii.*

**C**um propter laicorum discordias: & infra. F. t. manda-  
mus, quatenus si de iure patronatus questio emerferit in-  
ter aliquos: & ab eo, cui competit, intra quatuor menses nō fue-  
rit definitum, ex tunc ecclesiam ipsam de persona non differas  
idonea ordinare: Ita quod illi ex hoc nō debeat in posterum  
praiudicium generari, qui ius cuiusque patronatus.

Idem archidia. & cancellario Altifiodoreñ.

*Legatus de latere ecclesiam, cuius alia ecclesia est patrona, col-  
lacioni sue reseruare potest, licet non vacet, & conferre eam va-  
cat. hoc primo. Ex duobus presentatis à patrono laico, potest su-  
perior instituire secundum. hoc secundo. Et sic quo ad mellectum  
iste textus habet duo dicta, licet quo ad literā, ambo cōmiseratur.*

Capitulum. xxviii.

Cum

**C**um dilectus filius: & infra. Cū Hostien. episcopus, tūc  
sed. apost. leg. archidiacono Carnoten. mandauerat, ut ec-  
clesiam, quam in archidiaco. suo primò vacare contingeret, do-  
nationi suę seruaret, inhibens, ne alicui conferret eandem: de  
qua G. clerico disposuerat providere, & ecclesia de Berouilla  
ibi vacasset, idem archidiaco. contra mandatum eiusdem lega-  
ti, ad ipsam G. subdiaco. præsentaui: cuius facto ab eodem le-  
gato cassato, ipse præsato G. concessit ecclesiam sic vacantem:  
& infra. Vacante verò quadā prębenda in ecclesia sancti Mar-  
tini Carnoten. diocē. episcopus dictam ecclesiam ad præsenta-  
tionem archidiaco. H. clerico, prębendam verò præsato G. ad-  
signare curauit. vnde ipse H. supplicabat eadem sibi ecclesiam  
confirmari, ut pote, quam ad præsentationem archidiaco. veni-  
ter patroni se dicebat adeptam: & infra. Nos igitur attenden-  
tes, quod etsi præsatus archidiaco. memoratum G. tanquam  
laicus \* ad illam ecclesiam præsentaui, quia tamen per diocē-  
sanum admissus non fuit, sed dictus H. ab eodem archidiaco.  
præsentatus, à diocēcano episcopo institutus, iuxta statutum  
Alexandri papę, non primus, sed secundus ius est adsecutus in  
ecclesia memorata, & si archidiaco. præsatum G. tanquam cle-  
ricus præsentaui: quoniam in eo, quod cāquam clericus facie-  
bat, suberat iurisdictioni legati: vnde postquam idem legatus  
donationem illius ecclesie sibi decreuerat reseruandam, ad eā  
tanquam clericus non potuit quempiam præsentrare: præsenta-  
tionem ipsius minus canonicę factam decernimus irritam, &  
ea non obstante concessione eiusdem ecclesie facta pręno-  
minato H. pronunciamus canonicam extitisse, adiudicātes ei-  
dem præsatum ecclesiam cum fructibus medio tempore per-  
ceptis ex ea, plenē ac pacificē possidendam: prędicto G. super  
hoc perpetuum silentium imponendo.

Idem Elien. episcopo.

*Si laicus patronus duos successiuē præsenteret, videlicet institu-  
tio de secundo non obstante adpellatione prius facta per primum,  
episcopus tamen qui malitiosē primam repulit, eidem in competi-  
ti beneficio providere compellitur: & in hoc ultimo est casus singu-  
laris. Capitulum. xxix.*

**P**astoralis officij: & infra. Postulasti edoceri, an clericus ad  
aliquam ecclesiam, à patrono laico præsentatus, si diocēsa-  
nus episcopus ipsum non duxerit admittendum, ex huiusmodi  
præsensatione aliquid iuris assequatur in illa. Et si fortē idem  
ad se. apost. adpellauerit, & post adpellationem ab ipso inter-  
positam, idem patronus alium curauerit præsentrare, ac secun-  
dum

L iij

*a=signat cu lege  
7. H. l. p. l. 5. nota  
5.*

*\* Alias,  
per suas.*

*Clericū in  
p. primo -  
malib' cē  
feri, vi la  
cum, vide  
apud Al  
bert. de  
Rosa. l. l.  
si C. si cō-  
tra ius vel  
vri pub.*

Decretalium Gregorij Lib.iiij. Tit. xxxviij.

\* Alias,  
Lucii.

dum instituit episcopus presentatum, idē ab ipsa ecclesia debeat amoueri. Nos igitur Alexan. \* papæ vestigijs inhaerentes, qui inter presentatos à clerico & laico patronis distinguē, inter presentatos à laico conditionem possidentis celsius meliorem, dicimus quod institutio presentati, secundo loco à laico patrono, robur obtinet firmitatis. Veruntamen constitutus, ut episcopus, qui presentatum idoneum maliciose recusat, admittere, ad prouidendum eidem in competenti beneficio compellatur: quatenus puniatur in eo, in quo ipsum non est dubium deliquisse.

Idem Auriē. episcopo.

*a* Si ad presentationem rectoris ad titulum ecclesie aliquis fuerit ordinatus: patronus, qui non consensit, ad ipsam cum vacabit poterit presentare. *Capitulum. xxx.*

*u =  
31 orat cy lye  
L + H. 0. LS. p. l.*

**P**ostulasti per sed. apost. edoceri, ut cum rectoris parochialium ecclesiarum quosdam presentent ad suarum ecclesiarum titulos ordinandos, utrum electio talium ad ipsos rectores pertineat, vel etiam ad patronos: & si in his patronorum non est requirendus ad sensus, utrum ius illis saluum maneat eligendi, ut cum ipsas ecclesias vacare contigerit, intitulati huiusmodi non sint alijs preferendi? Ad quod breuiter respond. q. per intitulationem huiusmodi nullum patronis preiudicium generatur, quin possint alios ad illas ecclesias cum vacauerint presentare, nisi de patronorum processisset ad sensu.

Gregorius. ix. archiepiscopo Eboracē.

Patronus etiam clericus ecclesiam vacantem conferre non potest: & si contulit, potest nihilo minus ad illā presentare. *Cap. xxxi.*  
**T**rasmisissa ad nos tuæ literæ continebant, q. cum capitulum Eboracē. ecclesiam de Gameforde vacantē, in qua ius obtinent patronatus, R. clerico concessissent, ipsi postmodum L. clericum tibi ad eandem ecclesiam presentarunt post appellationem ab eodem R., ad sedem apostol. interiectam: & infra. Consul. t. t. respon. quod cum ex vi iuris patronatus nō concessio, sed presentatio pertineat ad patronum, presentati (si ei aliquid non obstat canonicum) instituere in ipsa ecclesia poteris, ut pote potiorē.

De censibus, exactionibus, & procuratoribus. Titu. xxxij.

Ex concilio apud Guarmatiam.

*Ecclesie fundanda debet pro dote tribui Mansus liber à quolibet seruitio temporalis: ad ecclesiasticū tamē tenetur: sed si aliquid confertur*

De censi. exactionib. & procuracionib. 268

confertur ecclesia ultra Mansum, tenetur ecclesia ex eo soluere one va consueta. hoc dicit, inhaerendo literæ. *Capitulum. i.*



**S**ancitum est, ut vnicuique ecclesie vnus Mansus integer, & absque vilo seruitio tribuatur. \* Et presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, nō de donibus, neque de areis, vel de hortis iuxta ecclesiam positus, neque de predicto Manso aliquod seruitium faciant preter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus debitum seruitium impendant.

\* vide. l. nō dubiū. C. de legi.

August. super epistolam ad Romanos.

Solutio tributi arguit subiectionem. *Capitulum. ii.*

**O**mnis anima sublimioribus potestatib. subdita sit: & infra. *R. 13.*  
Et vos subditi esse debetis. Ideo enim tributa prestantur: quia hæc est probatio subiectionis.

Gregorius Stephano Cantori.

*Non potest episcopus nouum censum imponere monasterio. Capitulum. iij.*

**S**cientes: & infra. Adseruit predictus abbas presbyterum Masse nouas monasterio consuetudines velle imponere. & infra. Mandamus, quatenus si ab initio hoc non fuerit, etiam labentibus temporibus aliquid nouiter non permittas imponi.

Idem Constantinopolitano episcopo.

Cæcus & pauper ad collectas non tenentur. *Capitulum. iiii.*

**L**icet multum. & infra. Dixit quoque predictus cæcus, quod ad collectas inter alios pariter compellatur: quod fieri non permittas: quia eum, quem cecitas sua grapat, inhumanum est nimis in collectione adstringere: cui debuertat ex collectis, si esset necessitas, misereri.

Paschalis. ij. comitissa Mathildæ.

*Petens censum, debet rationem exprimere. Capitulum. v.*  
**P**eruenit ad nos. & infra. Inquisitioni. t. t. respond. quod census ignorantie, nec diuinis, nec humanis legibus inuenitur. oportet quippe ut omnis census, ad quid, & quando persolui debeat, presentietur.

Ex concilio Lateranē.

*Determinat concilium, numerum equorum, quos secum ducere possunt prelati visitates: & prohibet eis tunc vti venationibus: & sumptuosas epulas querere, hoc primo vsque ad ver. prohibemus.*

*Capitulum. vi.*

**C**um apostolus se ac suos proprijs manibus decreuerit exhibendos, ut locum predicandi auferret pseudoapostolis: &

lis: & illis quibus prædicabat, nõ existeret onerosus: graue nimis esse dignoscitur, quod quidam prælatorum ita in procurationibus graues existant, vt interdum ecclesiastica ornãmẽta subditi exponere cõpellantur: & longi temporis victum breuis hora consumat.\* Quocirca statuiamus, quod archiepiscopi parocias visitantes, pro diuersitate prouinciarum, & facultatibus ecclesiarum. xl. vel. l. euectionum numerũ, episcopi autẽ. xx. vel. xxx. cardinales. xxv. nunq̃ excedant, archidiaconi vero. v. vel vij. decani cõstituti sub episcopis duob⁹ equis cõtenti existant. Nec cum canibus venatoriis, & auibus proficiantur, sed ita procedant, vt non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, quærere videantur. Nec sumptuosas epulas quærant, sed cum gratiarum actione recipiant, quod honeste ac competenter illis fuerit ministratum.

*Prælati non debent grauare subditos tallis, & exactionibus: permittitur tamen ex iusta causa petere ab eis moderatum auxilium. hoc dicit. vsque ad. §. Sane.*

Prohibemus etiam ne subditos suos tallis & exactionibus episcopi grauare præsumant. Sustinemus autẽ pro multis necessitatibus, quæ aliquoties superueniunt, vt si manifesta ac rationabilis causa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium postulare. Cum enim dicat apostolus: Non debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filiis: multum longe à paterna pietate videtur, si præpositi subditis suis graues existant, quos in cunctis necessitatibus pastoris debent more fouere. Archidiaconi vero, siue decani, nullas exactiões siue tallis in presbytero seu clericis exercere præsumant.

*In effectũ dicitur quod numerus equorum status in prin. ca. non debet trahi ad augendum numerum alias solitum. Abbas.*

Sane quod de prædicto numero euectionis secundum tolerantiam dictum est, in illis locis poterit obseruari, in quibus rariiores sunt redditus & ecclesiasticæ facultates. In pauperioribus autem locis tantum volumus tenere mensuram, vt ex accessu maiorum minores merito non doleant se grauari. Nec sub tali indulgentia illi, qui pauciores equis uti solebant, hætenus plurium sibi credant potestatem indultam.

Ex eodem.

*Novus census ecclesis imponi non potest, nec antiquus augeti. hoc dicit. & est de principalioribus huius tituli. Capitulum. vii.*

Prohibemus insuper, ne abbatibus, episcopis, vel aliis prælatiis noui census imponantur ecclesiis, nec veteres augeantur, nec partem reddituum suis vñibus adpropriare præsumant, sed

sed libertatem, quam sibi maiores conferuare desiderant, minoribus suis bona voluntate conferuent. Si quis vero aliter fecerit, irritum quod egerit habeatur.

Alexander. iij. Vigorien. episcopo.

*Prælati seu rector ecclesie non potest, præsertim post mortẽ, ecclesiam suam propria autoritate constituere censualem. Cap. viii.*

Præterea illi, qui episcopo ignorante autoritate sua pensionem annuam de ecclesiis quadã illusione soluerint siue receperint, eis defunctis in receptione pensionis nõ sunt aliquatenus audiendi, si pontificis aut alterius, qui de iure id facere potuerit, autoritatem & ad sensum super hoc non interuenisse cõsiterit. Non enim simplices sacerdotes vel clerici possunt ecclesiis, quib⁹ præsumunt autoritate sua (præsertim post defunctum suum) efficere censuales.

Idem Carnoten. episcopo.

*Breue est, vel per alia verba summatur sc: Episcopus ecclesie de manu laici per se erepta non potest ob hoc cõsum imponere.*

Capitulum. ix.

**E**cclisiis, quas de nouo episcopi de manibus laicorum eripiunt, præter cathedralicum, & iura omnia, quæ aliis ecclesiis imponantur, exactionem prohibemus imponi.

Idem.

*Nona pedagia sine consensu principis imponens, communionem priuatur.*

Capitulum. x.

In nouam, & infra. Nec quisquam alicui nouas pedagogiorum exactiones sine autoritate & consensu regum & principum statuere aliquo modo præsumat. Si quis autem contra hoc fecerit, & commonitus non desisterit: donec satisfaciatur, communionem careat christiana.

Idem Cantuarien. archiepiscopo, & eius suffraganeis.

*Qui per collusionem constituit ecclesiam censualem, illa priuabitur.*

Capitulum. xi.

Utrum clericis: & infra. Ad hoc quia clerici quidam cum religiosis collusionem facta citra autoritatem dioc. episcopi, ecclesias, quas tenent, eis constituunt censuales, vt post decessum eorum, eadem ecclesie per representationem eorundem religiosorum ad filios vel nepotes clericorum ipsorum possint transferri. Præcipimus, vt si qui inuenti fuerint facere talia, eos ad præscriptas ecclesias non differatis appellat. postposita remouere.

Idem.

*Si collectores grauant ecclesias, priuari debent officio. Cap. xii.*

Ea, quæ

**E**A, quæ de auaritiæ: & infra. Cum autem propter beati Petri uisitationem denariorum collectam per archidiaconatus vestros feceritis, ecclesiis vel parœciis nõ grauetis. Quod si fecus præsumpseritis, id quod videmini habere, auferetur à uobis.

Lucius tertius.

*Qui recipit iuramentum de nouo censu imposito ecclesia persol uendo, compellitur iurantem absoluer.* Capitulum. xiiii.

**S**ignificauit nobis T. rector ecclesiæ de Fulgig. quod cum à monachis de Castig. ad regimen ipsius ecclesiæ fuisset electus: de soluendo eis annuo censu trium marcharum, quæ prædecessor eius soluerat, præstitit sacramentum. postmodum episcopus diœce. ne ipsum censum monachis solueret, nisi prius constaret, quod episcopali autoritate fuisset impositus, in periculum ordinis sui interdixit: & infra. Quocirca mandamus, quatenus si præfatum censum autoritate præfulis, & non de nouo impositum fuisse constiterit, episcopo præcipias, ut prohibitionem sine dilatione relaxet. Si vero census sit de nouo impositus, siue autoritate episcopi hoc factum fuerit, siue non, eosdem monachos, ut clericum à iuramento abfoluant, ad p. re. compellat. Idem Rauen. archiepilco.

*Archiepiscopus uisitans prouinciam, etiam à monasteriis prouincia procurari debet.* Capitulum. xiiii.

**S**opite: & infra. Sanè cum inter te & monasteria Bononie super procuracionibus, quas ab eis exegeras, controuersia uerteretur: & infra. Abbas sancti Proculi, omnium aliorum procurator, sicut ex literis quas portauit, adparuit, super hoc diutius litigauit: & infra. Sed tu procuraciones ipsas in aliis monasteriis tuæ prouinciæ adferens tibi sine contradicione præstari, eas prædecessoris tuis in monasteriis Bonoñ. exhibitas per testes idoneos probauisti. Inde utique uidimus intentionem tuam iure communi, & prædecessorum tuorum consuetudine adiuuari. Ea propter monasteria supradicta condēnauimus ad procuracionem secundum facultates eorum tibi tuisque successoribus exhibendam.

Clemens tertius.

*Patroni etiam clerici nouum censum ecclesiæ imponere non possunt, nec veterem augere: & si super hoc iuramenta vel cautiones exegerunt, coguntur absoluer.* Capitulum. xv.

**G**rauis admodum: & infra. Ecclesiasticæ personæ, cum ecclesiis vacare contingit, non aliter quenquam ad ipsarum regimen uolunt uocare, nisi aut nouum censum ecclesiis illis imponant, aut veterem contra constitutionem concilij Lateran. augmentent,

augmentent, ad ipsius solutionem instituendum presbyterum iuratoria, vel fideiussoria cautione cogentes: & infra. Disc. ve stre mandamus, quatenus quæcunque constiterit contra constitutionem prædictam super ecclesiis, vel earum censu à tempore constitutionis huius adtentata, in irritum reuocata: presbyteros, quos super his iuramenta illicita præstitisse noueritis, congrua satisfactione imposita faciatis abfolui: eos qui de cætero contra formam canonum super his venire præsumpserint, canonicè punientes.

Innocentius. iij. abba. & conuentui Bellæuilla.

*Qui tenetur procurare fratres alicuius domus, obligatur ad procurandum omnes, licet illorum numerus nunc creuerit, sed si ex hoc grauarietur nimis, per iudicis officium sibi prouidebitur. hoc dicit, secundum lecturam magis communem.* Capitulum. xvi.

**Q**uanto creatori: & infra. Accepimus, quod ab ipso domus vestræ primordio de fundatoris uoluntate processit, ut fratris sancti Irenæi procuracionem vnam annis in gulis liberaliter exhiberet, cum nihil teneatis ab eis, \* propter quod huiusmodi procuratio ipsis debeat exhiberi: uerum tunc propter fratrum & seruiuentium paucitatem, talis procuratio non grauaat, sed nunc in tantum excreuit numerus eorundem, quod ad procuracionem vix quatuor marchæ sufficerent, quæ pro vna fieri cõsueuit: & infra. Indulgemus igitur, ne ultra primam mensuram in procuracione ipsa sitis ulterius prædictis fratribus obligati, sed expensis, quæ consueuerunt sufficere, sint contenti, nisi facultates ecclesiæ in tantum excreuerint, quod sine grauamine ampliato fratrum numero ad soluendum debitum procuracionis extendi possit quantitas expensarum.

Idem Primicerio & Clero Mediolanensi.

*Omnes ecclesiæ, nisi quæ ab hoc per priuilegium apostolicum sint exemptæ, procurare tenentur legatos sedis apostolicæ, seu etiam eius nuncios, nec in hoc præscriptione inuuantur. hoc dicit, vsq; ad. s. sanè.* Capitulum. xvii.

**C**um instantia uestra quotidiana: & infra. Postulationi. v. r. quod cum omnes ecclesiæ legatis & nunciis sed. ap. procuraciones impendere teneantur, ab earum præstatione nullam habere volumus excusatam, nisi fortè per speciale priuilegium sed. ap. (quod non credimus) sit exempta, etiam si longissimo tempore procuracionis obsequium non impenderint: cum in talibus præscriptio sibi locum nequeat vindicare: quia nos à prouisione pastoralis sollicitudinis circa omnes ecclesiis nunquam omnino cessamus.

Tractat

\* Solutio- nem celsi non denotare dominii. Vide l. neque ta les. C. de proba.



Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xxxix.

*Tractas de modo procurationis ipsorum legatorum & nunciatorum. Abb.*

Sanē in his exigēdis eum modum & ordinem volumus obseruari, vt nulla ecclesia vel prælatus se indebite prægrauari rationabiliter conqueratur. Si vero de communi collecta, legatorum & nunciatorum nostrorum expensas duxeritis faciendas, (quod vobis non duximus inhiendum) ex hoc nobis & nostris nullum præiudicium volumus generari, quo minus possint à quocunque maluerint procurationes sibi debitas postulare: ita, quod si exactus vltra suam fuerit grauatus facultatem, sibi ab aliis restaretur. Nunciis tamen nostris in necessariis exhibendis pareat, quicunque fuerit requisitus, ita quod in fraudem nihil penitus adtentetur, nec per communes ministros procurationis obsequium si noluerint recipere, compellantur. Qui vero contumaciter eis duxerint resistendum, districtione sunt ecclesiastica compellendi.

Idem Zamorēn. & Salamantino episcopis.

*Si ad vnicam mensuram solui solent, quod debetur ex voto, ad illam in posterum solui debebit. si vero ad di. & sas, liberabitur soluens etiam ad minorem.* Capitulum. xviii.

**E**X parte Compostellani archiepiscopi fuit propositum, & cum hi, qui vota beati Iacobi continuē persoluerunt ad communem terræ suæ mensuram, cum qua videlicet emunt & vendunt; ipsa persoluerint hætenus & persoluant: quidam qui à longis temporibus ab eorum solutione cessarunt, nunc quandam mensuram exhibent paruissimam & ignoratā: & infra.

Cum ergo nō constet, ad quam mensuram antecessores eorum prædicta vota persoluerint, credimus distinguendum, vtrum habitatores regionis ipsius, qui ea continuē persoluerunt, ad vnam & eandem mensuram huiusmodi vota persoluerint, an ad varias & diuersas. In primo enim casu ad eandem & illi soluere sunt cogendi. In secundo volentes soluere ad minores, non sunt cogendi, vt ad maiorem persoluant: quoniam cum huiusmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius sunt à viris ecclesiasticis exigenda, ne tanquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare.

Idem Casar Augustan. episcopo.

*Ecclesia tenentur episcopo, in cuius diocesi sunt, respondere de procurationibus, quarta decimarum & aliis episcopalibus. hoc dicit, quod ad titulum.* Capitulum. xix.

**C**um olim: & infra. Quia nobis fides facta fuit, quod ecclesia de Luna & de Bes. in tua sunt diocesi constituta, nō solum

De censib. exactionib. & procurationib. 271

solum per alia, verum etiam per hoc ipsum, quod in instrumentis compositionum continetur expressē, vt abbas sancti Iohannis Prilaten. tam de quarta decimarum, quam de cæteris episcopalibus, tibi debeat respondere, abbatem ipsum ad integrā solutionem quartæ omnium decimarum nullis factis deductionibus, & ad præstationem procurationum, & aliorum episcopaliū iurium in prædictis ecclesiis condemnamus. Licet enim ex forma secundæ compositionis deductiones essent aliam ex forma secundæ compositionis, idem abbas nullatenus adprobauit, sed studuit multipliciter impugnare: ex ea non debuit beneficium consequi, cui renunciaſſe tacite videbatur. Absconum erat præterea, vt negaret illam ecclesiam, in tua diocesi constitutam, super quam instrumenta prædecessoris tui ostendebat in iure; monasterio fuisse cōcessa, per quæ episcopale ius petebat expressē.

Idem Spoletano episcopo.

*Soluendi sunt census ad antiquam monetam, in qua instituti fuerint, nisi sit in alterius moneta solutione præscriptum. h. d. & est casus not. & malum allegabilis.* Capitulum. xx.

**O**lim causam, quam aduersus clericos plebis Rupinæ super synodatico proponebas, Tuderti. episcopo & collegis suis commisimus terminandam, corā quibus ex parte tua fuit propositum, quod cum iidem clerici prædecessoribus tuis, tres in festo natiuitatis, & tres in festo resurrectionis dominicæ, pro synodatico soluerint den. Papien. nunc tantum tres Lucenses, pro singulis denariis Papiensibus persoluebant, cum tamen vnus denarius Papien. valeat sex Lucen. vnde petebas eos ad Papien. solutionem compelli, cum & si tu Lucen. primo anno receperis, semper tamen ius tuum postmodum fueris protestatus: & infra. Cum igitur constet, quod Papien. olim pro synodatico soluebantur, quod ex eo etiam sequitur, quod Lucen. soluti sunt postmodum pro eisdem, cum ex dictis restiū, & confessione aduocati alterius partis non reuocata, postmodum adpareat euidenter, quod tempore L. prædecessoris T. pro synodatico Papien. fuit moneta soluta, & à tempore dicti L. non nisi triginta sex annorum, ad plus tempus effluxerit, & illegitimè comprobatum, quod tres Lucen. qui pro vno Papien. post mortem ipsius L. soluebantur. v. vel. vi. valebant ex illis, qui hodie sunt in vsu, intelligentes, ex hoc quod per monetæ declinationem acciderit, vt vsque ad tempus tuum Lucen. dati fuerint pro synodatico, sicut erant in vsu; procuratore aduersæ partis nomine clericorum plebis prædictæ tibi ad solu-

Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xxxix.

ad solutionem dena. Papien. vel estimationem eorum pro synodatico per definitiuam sententiam condemnamus.

Idem priori sancti Stephani.

*Episcopus remittens ecclesie seruitia, quae sibi debebat, & stans, quod aliud seruitium non imponitur, procurationem non intelligitur remississe.* Capitulum. xxi.

Cum venerabilis. f. n. Faueñ. episcopus: & infra. Cognouimus, quod praefatus episcopus spallas, quas ab eadem ecclesia, tam ipse quam praedecessores sui recipere consueuerant, ecclesiae praefatae remisit, & statuit, quod aliud ei seruitium non imponeret, sibi & ecclesiae suae annuatim trium librarum cereo pensionis nomine reseruato. Quia ergo uisitationi adnexa est procuratio, & episcopus ratione episcopalis iurisdictionis, quam habet in ea, teneatur causa correctionis ecclesiam uisitare praefata, nec intelligatur quasi nouum imponi, quod ab ipsa fundatione de communi fuerat iure impostum: Decernimus, quod idem episcopus, cum ad ipsam ecclesiam causa correctionis accesserit, moderatam ab ea procurationem accipiat bis in anno: sed nihil aliud praeter pensionem, & procurationes praescriptas ab eadem ecclesia exigere, vel extorquere praesumat.

Idem Compostellano archiepiscopo.

*Ecclesiae de nouo conuersa in procurationibus, & alii, seruant consuetudinem vicinarum.* Capitulum. xxii.

Super eo, quod. f. t. nos consulere uoluit, ut quia ferè tota prouincia Compostel. de nouo est ad iurisdictionem ecclesiae tuae conuersa, qualiter tibi prouinciam, vel partem prouinciae uisitanti obsequi debeat & seruire, necnon in procurationibus prouidere. Tibi diximus respondendum, quod illud obseruare tenetur, quod in vicinis prouinciis obseruatur.

Idem in concilio generali.

*Praelati tunc sunt procurandi, cum personaliter uisitant: & debent tunc seruare concilium Lateranense, & praedicationi, correctioni & reformationi vacare: legati & nuntii apostolici praesentibus diebus tantum, pro quibus moram trahunt, procurari debent. & contra hanc constitutionem exactum restituitur duplicatum.* Ca. xxiiii.

Procuraciones, quae ratione uisitationis debentur episcopis, vel archidiaconis, vel quibuslibet aliis etiam apostolicae sedis legatis aut nunciis, absque manifesta & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando personaliter officium uisitationis impendant: & tunc euestionum & personarum mediocritatem obseruans in Lateran. concilio definitam: hoc adhibito moderamine circa legatos & nuncios apostolicae sedis, vt cum

De censib. exactionib. & procurationib. 272

et cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere necessariam, ne locus ille propter illos nimium adgrauetur, procuraciones recipiant moderatas ab aliis ecclesiis vel personis, quae nondum fuerant de suis procuracionibus adgrauatae, ita quod numerus procuracionum, numerum dierum, quibus huiusmodi moram fecerint, non excedat: & cum aliqua non sufficeret per seipsam, duae uel plures coniungantur in unam.

Porro uisitationis officium exercentes non quarant, quae sua sunt, sed quae Iesu Christi: praedicationi, & cohortationi, correctioni, & reformationi vacando: ut fructum referant, qui non perit. Qui autem contrauenire tentauerit, & quod accepit reddat, & ecclesiae, quam taliter adgrauauit, tantumdem impendat.

Honorius. iij. de Tiro & Iosaphat abbatibus.

*Ecclesia etiam Ciuitatensis, tenetur procurare episcopum uisitantem, quamquam ipsum nunquam procurauerit.* Cap. xxxiiii.

Venerabili fratri nostro Cenomanc. episcopo accepimus, conquirente. quod cum causa, quae inter ipsum ex parte una, & abbatem & conuentum de Cultura ex altera super procuracionibus, quas ab eis petit idem episcopus, noscitur agitari, uobis fuerit ab apostolica sede commissa, dicti abbas & conuentus ex eo frustrari intentionem eiusdem episcopi moluerunt, quod eorum monasterium in Cenoman. uilla situm esse dignoscitur, & ipsi procuracionem hactenus non soluerunt: & infra. Discretioni uestrae mandamus, quatenus nisi aliquid rationabile ostenderit, uos eos ad exhibendum eam, sicut ius dictauerit, compellatis.

Gregorius nonus.

*Qui iure metropolitano, uel legationis, uisitat prouinciam: in prouinciales, qui sibi procuraciones denegant, potest ferre sententiam.* Capitulum. xxxv.

Cum nuper archiepiscopus Beneuetanus Beneuetanam prouinciam uisitare: & infra. Mandamus, quatenus cum eundem archiepiscopum, siue autoritate propria, siue nostra Beneuetanam prouinciam contigerit uisitare, procuraciones ratione uisitationis debitas iuxta facultates ecclesiarum uestrarum exhibeatis eidem. Alioquin sententiam, quam ipse rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore domino inuiolabiliter obseruari.

Idem.

*Ad antiquam monetam, uel si non est in usu, ad eius estimationem soluenda sunt pensiones antiquae.* Capitulum. xxxvi.

Cam

**C**um canonicis maioris ecclesie, quādam summam pecunie pro pensione ecclesie tue debuit, aliquot annis persolveris, & iidem summam illam ex integro de meliori moneta exigant sibi solui: Tibi damus nostris literis in mandatis, ut canonicos illos solutione prioris pecunie, \* vel si non sit in v. su, estimatione pensionis antiqua facias manere contentos.

\* *Quādo admittatur solutio diuersa moneta, cū moneta est mutata. vide Bar. in. l. Paul. ff. de solu.*

*Idem.*  
Propter priuatum oratorium, procuratio ratione visitationis non debetur. *Capitulum. xxvii.*

**A**uthoritate presentium inhiemus, ne quis pro eo quod in oratorijs, que in grangijs vestris habetis, interdum aliqui vestrum celebrant procuraciones, quæ ratione visitationis debentur, à vobis exigere, vel extorquere præsumat.

De consecratione ecclesie, vel altaris.  
Titulus. xl.

Alexander tertius.

*Amoto altari vel lapide continente sigillū, resecrabitur altare, non autem ecclesia.* *Capitulum. i.*

**A**d hæc si altare motum fuerit, aut lapis ille solummodo superpositus, qui sigillum continet confractus, aut etiam deminutus, debet denuo consecrari. Propter hoc vero nequaquam reiterare suam consecrationem ecclesia confuevit, licet id quidam canones innuere videantur.

Innocentius tertius Tornacē. episcopo.

*Diebus etiam non festis, possunt ecclesia consecrari.* *Cap. ii.*

**T**u. f. & infra. Inquisitioni. t. r. r. quod in dioc. tua, licet tibi ecclesijs dedicationem impendere, tam diebus dominicis, quā priuatis.

Idem Nidrosicē. episcopo.

*Habet duo dicta, & primo idem dicit, quod ca. supra eo. Secundum dicit, quod oleum non consecratum potest commisceri oleo consecrato, & totum sit consecratum.* *Capitulum. iij.*

**Q**uod in dubijs: & infra. Altare vero, in quo tabula, cui consecrationis benedictio pontificali ministerio adhibetur, mota vel enormiter fracta fuerit, debet non immerito consecrari. Nec negamus, quin oleum non consecratum, consecrato possit oleo commisceri.

Idem Compostellano archiepiscopo.

Reconci-

*Reconciliatur ecclesia, quæ propter homicidia & vulnera hominum, ibidem perpetrata polluta est.* *Capitulum. iiii.*

**P**roposuisti, quod venientibus ad ecclesiam sancti Iacobi ex diuersis regionibus peregrinis, & volentibus alijs ab alijs per correctiones & rixas altaris, de nocte custodiā vindicare, homicidia contingunt fieri interdum, & aliquando vulnera inferuntur: & infra. F. t. r. r. quod manente ecclesia & altari, ipsa reconciliari poterit per aquam cum vino & cinere benedictam. *Idem.*

*Plura altaria, simul in eadem ecclesia consecrari possunt, & idem in pluribus episcopis.* *Capitulum. v.*

**C**um sis: & infra. Noueris igitur, quod plura in ecclesia vna altaria, & plures episcopos, simul poteris consecrare. *Idem.*

*Corruente tecto parietibus illæsis, & mensa altaris non enormiter fracta, nec altare, nec ecclesia consecratur.* *Capitulum. vi.*

**L**igneis ædificijs ecclesie vestre casu consumptis, parietibus tamē illæsis, ac mensa principalis altaris, in sua extremitate modicam passa fracturam: & infra. Inquisit. t. t. dux. respon. quod cum parietes in sua integritate permanserint, & tabula altaris mota, vel enormiter laesa non fuerit, ob causam prædictam, nec ecclesia, nec altare debet denuo consecrari. *Idem Senon. episcopo.*

*Polluitur ecclesia vel cæmeterium, si excommunicatus in ea sepelitur.* *Capitulum. vii.*

**C**onsuluiti: & infra. Cæmeteria, in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit, reconcilianda erunt adpersione aquæ solenniter benedictæ, sicut in dedicationibus ecclesiarum fieri confuevit.

Honorius tertius reginæ Hungariæ.

*Qui fecit ecclesiam consecrari, tenetur eam dotare. hoc dicit: & tenementi hunc casum.* *Capitulum. viii.*

**C**um sicut ex relatione capituli Oradion. nobis innotuit, eorum feceris ecclesiam consecrari: & infra. Cum non sit ecclesia, nisi de dote prouisum ei fuerit consecranda: eo liberalius ad dotandum prædictam ecclesiam aperire manus munificentie tue debes, quod ad hoc fortius, tanquā ex debito iam teneris. \*

Gregorius. ix. Astorice. episcopo.

*Ecclesia polluta per sacerdotem simplicem reconciliari non potest, etiam si aqua fuerit, per episcopum benedicta.* *Capitulum. ix.* *dot. pleg.*

M Aqua

\* *vide. l. si. per. Ale. can. ff. de dot. pleg.*

**A**qua per episcopum benedicta ecclesiā reconciliari posse per alium episcopū non negamus, per sacerdotes simplices hoc fieri de cetero prohibentes. Non obstante consuetudine provincie Bracharen. (quæ dicenda est potius corruptela) quia licet episcopus committere valeat quæ iurisdictionis existunt: quæ ordinis episcopalis sunt, non potest inferioris gradus clericis demandare. Quod autem mandantibus episcopi super reconciliatione factum est, hæcenus per eosdem, misericorditer toleramus.\*

\* *Vide. l. fi. c. de dona. iter vi. & vxo. l. imperialis. c. de nup.*

Idem eidem.

*Ecclesia etiam non consecrata si polluitur, reconcilianda est.*

*Capitulum. x.*

**S**ic ecclesia non consecrata cuiuscunque semine fuerit, aut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lauetur, ne diuinæ laudis organa suspendantur. Est tamen, quam citius fieri poterit, consecranda.

De celebratione missarum, & sacramento Eucharistiae, & diuinis officiis. Tit. xli.

Ex concilio Agathen.

*Presbyter tenetur horis debitis dicere horas canonicas, permittitur tamen sibi ex causa dicere eas usque ad vespertas inclusive, h. d. secundum unum intellectum.*

*Capitulum. i.*

**P**resbyter mane matutinali officio expleto, pensum seruitutis suæ, videlicet primam, tertiam, sextam, nonam, vespereamque persoluat, ita tamen, vt horis competentibus iuxta possibilitatem, aut a se, aut a scholaribus publice compleantur.

Deinde peractis horis, & infirmis visitatis, si voluerit exeat ad opus rurale ieiunus vt iterum necessitatibus peregrinorum & hospitem, siue diuersorum commitantium infirmorum, atque defunctorum succurrere possit, vsque ad statutam horam, pro temporis qualitate, propheta dicente: Septies in die laudē dixi tibi: qui septenarius numerus à nobis impletur, si matutinali, primæ, tertie, sextæ, nonæ, vespereæ & cōpletorii tēpore, nostre seruitutis officia persoluaſ. nā de nocturnis vigiliis, idē ipse propheta ait: Media nocte surgebam &c. Ergo his temporibus laudes creatori nostro super iudicia suæ iusticiæ referam.

Ex concilio Triburien.

*Propter missam specialem missa de feria dimittenda non est.*

*Capitulum. ii.*

Quidam

**Q**uidam laicorum habent in consuetudine, vt per singulos dies audiant euangelium, In principio erat verbū: & missas peculiare, hoc est de sancta Trinitate, & de sancto Michaeli. Ideo sanctum est in eodem concilio, vt vltorius hoc non fiat nisi suo tempore, & nisi aliquis velit, propter reuerentiam sanctæ trinitatis, non pro alia deuotione audire. Sed si voluerint, vt sibi missa cāteretur, de eadem die missas audiant, pro salute viuorum, & etiam defunctorum.

Innocen. iij. De uigoren. episcopo.

*Sufficit sacerdoti semel in die celebrare: & excipit duos casus, scilicet necessitatem, & festum natiuitatis. Capitulum. iij.*

**C**onsuluit: & infra. Respondemus, quod excepto die Natiuitatis dominicæ, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit sacerdoti semel in die vnam missam solūmodo celebrare.

Idem archiepiscopo Bracharen.

*In missa commemorationis licet dicatur propria præfatio: non tamen dicitur hymnus angelicus, nec symbolum. Capitulum. iiii.*

**C**onsilium nostrum: & infra. Requisti, vt in diebus profectis, in quibus ad honorē sancti spiritus, beatæ virginis, & sanctæ Crucis missam celebrari contingit, hymnus angelicus, symbolum, ac præfatio propria debeat decantari: & infra. Inquisitioni. t. r. quod apud nos in diebus profectis, cū missarum solennia in honorem beatæ virginis celebrantur: neque hymnus angelicus, neque symbolum decantatur: vt inter commemorationē & solennitatem differentia ostendatur. vnde, Te deum laudamus, regularius dimittitur, quā dicatur in laudib⁹ matutinis.

Idem clericis sancti P. Magalen.

*Breue est.*

*Capitulum. v.*

**E**x parte vestra: & infra. Postul. v. t. r. quod semper sacerdos vino perfundere debet, postquam totum acceperit Eucharistia sacramentum, nisi cum eodem die aliam missam debuerit celebrare: ne si forte vinum perfusionem acciperet, celebrationem aliam impediret.

Idem I. quondam archiepiscopo Lugdunen.

*Si qua verba sunt in canone missæ, quæ ab euāgelistis dicta non fuerunt, credere debemus quod à Christo apostoli, & ab apostolorū successores acceperunt. & h. d. vsq; ad. S. quæssi. Cap. vi.*

**C**um Marchæ: & infra. Quæsiisti, quæ sit forma verborum, quam ipse Christus expressit, cū in corpus & sanguinem suū panē transsubstantiauit, & vinū illud in canone missæ, quo

M ij

quæ ecclesia vtrius generalis adiecit: quod nullus euangelistarū legitur expressisse. Cū enim in euāgelio sic legatur: *Accipiēs calicē gratias agēs bñdixit, & dedit discipulis suis dicens: Bibite ex hoc omnes. hic est enim sanguis meus noui testamēti, qui pro vobis & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum: in canone missæ sermo iste videlicet, mysterium fidei, verbis ipsi interpositus inuenitur. vnde cum non euangelista Christum hoc dixisse testatur, miraris, quòd aliquis adseuerare tentauerit cum aliquo plus dixisse, quàm aliquis euangelistarum adseueret. Verum si formam ipsius canonis inspicias diligenter, præter hoc de quo tua fraternitas requisit, alia duo videlicet, cleuatis oculis in cælum: &, æterni testamēti: poteris in ipso canone reperire, quæ in textu euangelico non leguntur. Sane multa tam de verbis, quàm de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omiſsa, quæ Apostoli, vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur. Paulus enim in actibus Apostolorum, sic ait: Meminisse nos oportet verbi domini Iesu, qui dixit: Beatius est dare, quàm accipere. Hæc nullus quatuor euāgelistarum descripsit. Nullus etiam horum expressit, quod Paulus de Christo ad Corinthios scribens ait: Visus est, plus quàm quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo, nouissime autem, tanquam abortiuo visus est & mihi. Ipsi etiam euangelistæ mutuo inter se suppleuisse leguntur, quæ ab eorum aliquo, vel aliquibus sunt omiſsa. vnde cum tres euangelistæ posuerunt, Hoc est corpus meum: solus *Lucæ. 22.* Lucas adiecit, quod pro vobis tradetur. & cū *Matth. & Marc.* dicant, pro multis: Lucas dicit, pro vobis. *Matthæus* autem, in remissionem peccatorum, adiunxit. Cæterum ea, quæ adduntur in canone missæ, possunt ex aliis locis euangelij comprobari. Ioannes enim suscitationem Lazari describens, Iesum sursum oculos leuasse adferit, & dixisse: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me: & infra. Si tunc igitur in cælum oculos leuauit ad patrem, cum ad corpus exanime animam Lazari reuocauit, probabilius esse videtur, quòd tunc oculos leuauerit ad patrem in cælum, cum panem & vinum in corpus & sanguinem proprium commutauit. Cæterum, sicut superius est expressum, cum in textu euangelico, noui testamēti, ponatur: hic interponitur, & æterni: nam vetus testamentum, quod hircorum & viculorum fuit sanguine dedicatum, temporalia promittebat. nouum autem, quod est Christi sanguine consecratum, promittit æterna: & ideo testamentum illud, fuit vetus & transitorium: hoc autem nouum est, & æternum. vel vt vtamur alia ratione: vnde nouum: id est vltimum esse*

*Matth. 26.**Acto. 20.**1. Cor. 15.**Lucæ. 22.**Matth. 26.**Marc. 14.**Ioan. 11.**Esai. 1.*

esse describitur: inde æternum, id est, perpetuum cōprobatur. nouissimum etenim hominis testamentum morte immobile perseverat, quia testatoris obitu confirmatur, iuxta quod *Apostolus* testamentum in morte adferit confirmatum: alioquin nõ valeret dum vixerit, qui testatur. Præterea non solum scriptura, sed etiam promissio dicitur testamentum, iuxta quod *Apostolus* ipse scribit: ideo noui testamēti mediator est, vt remissionē accipiant, qui vocati sunt hæreditatis æternæ. Sic ergo intelligi debet, quod in ipso canone reperitur, Hic est enim sanguis meus, noui & æterni testamēti, id est, nouæ ac æternæ promissionis, scilicet confirmator, sicut dominus repro mittit: Qui manducat (inquiens) carnē meā, & sanguinem meū bibit, habet vitam æternā. Ex eo autem verbo, de quo mouit. r. f. quæstionem, videlicet mysterium fidei, munimentum erroris, quidā trahere putauerunt, dicentes in sacramento altaris non esse corpus Christi, & sanguinis veritatē, sed imaginē tantum esse corporis Christi, & figuram: pro eo, quod scriptura interdum commemorat, id quod in altari suscipitur, esse sacramentum & mysterium & exemplū. Sed tales ex eo laqueum erroris incurrunt, quæ nec autoritates scripturæ conuenienter intelligunt, nec sacramenta dei suscipiunt reuerenter. si enim quia figura est sacramentum altaris, veritas esse negatur: ergo nec mors, nec resurrectio Christi (cum figura sit) veritas est credēda. si quidē mortem & resurrectionem Christi similitudinem & imaginem esse *Apostolus* manifestat: Christus, inquit, mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram. *Apostolorum* etiā princeps *Petrus*, sicut in epistola sua scribit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, vt sequamini vestigia eius. sic ergo tam mors Christi, quæ eius resurrectio est exemplum, vt & nos peccato mortui, iustitiæ iam viuamus. Quare si nõ fuit veritas, quia fuit exemplum, ergo nec vere mortuus fuit Christus, nec vere à mortuis resurrexit. sed abist à fidelium cordibus error iste, cum propheta de ipso testetur, quòd vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Dicitur tamen mysterium fidei, quoniam aliud ibi creditur, quàm cernatur, & aliud cernitur, quàm creditur. cernitur species panis & vini, & creditur veritas carnis & sanguinis Christi, ac virtus vnitatis & charitatis: & infra.

*Heb. 9.**Hebr. 12.**Roma. 6.**1. Cor. 15.**1. Pet. 3.**Esai. 33.*

Distinguendum est tamen subtiliter inter tria, quæ sunt in hoc sacramento discreta, videlicet formam visibilem, veritatē corporis, & virtutem spiritualem. Forma est panis & vini, veritas carnis & sanguinis, virtus vnitatis & charitatis. Primum est sacramentum & non res. Secundum est sacramentū & res. Tertium

tium est res & non sacramentum. Sed primum est sacramentū geminæ rei. Secundum est sacramentum vnius, & alterius existit. Tertium est res gemini sacramenti. Credimus igitur, & formam verborum sicut in canone reperitur, & à Christo apostoli, & ab ipsis eorum acceperit successores.

*In sacramento altaris aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem. h. d. vsque ad §. tertio loco. Abb. Siculus.*

Quæsiui etiam, vtrum aqua cum vino in sanguinem conuertatur? Super hoc autem opiniones apud scholasticos variantur. Aliquibus enim videtur, quòd cum de latere Christi duo præcipua fluxerint sacramenta, redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua, in illa duo vinum & aqua, quæ commiscetur in calice, diuina virtute mutantur: vt in hoc sacramento plene sit veritas & figura. Alij vero tenent, quòd aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem, cum in vinū trāscat mixta vino, licet Physici contrarium adseuerent, qui aquā à vino per artificium posse adferunt separari. Præterea potest dici, quòd aqua non transit in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa, ita quòd vini saporem adsumit: quòd inde conuincitur, quia si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur: sed accidentibus prioris vini commixtū corpori, quod sub eis latet, vndiq; circumfunditur, non madidans circumfusum: ipsa tamen accidentia vinum adpositum vidētur adficere, quia si aqua fuerit adposita, vini saporem adsumit. Contingit igitur accidentia mutare subiectum, sicut & subiectum contingit accidentia permutare. cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec in conuincies creditor aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur: cū legatur de ipsius corpore processisse: & infra. Verū inter opiniones prædictas illa probabilior iudicatur, quæ adferit aquam cum vino in sanguinem transmutari: vt expressius cluceat proprietas sacramenti. Nam cū aquæ multæ sint populi multi, iuxta quod alibi legitur: Beati qui seminant super omnes aquas: ideo vino aqua vnitur, vt Christo populus adunetur: per hoc enim quod suscipit ipse de nostro, & accepimus ipsi de suo: tam insolubili nexu coniungimur, vt qui est vnum cum patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnum nobiscum per admirabilem vniōē, ac per hoc, ipso cōmuniter mediante cum patre vnum efficimur. Pater, inquit, sancte serua eos, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos: nō pro his rogo tantum, sed pro eis, qui credituri sunt

Ioan. 21.

Esai. 32.

Ioan. 8.

sunt per verbum eorum in me, vt & ipsi in nobis vnum sint, & mundus credat quia tu me misisti.

*Oratio qua dicitur in secreta in festo sancti Leonis, immutata est, quia vbi dicebatur: Annue nobis domine, vt anima famuli tui Leonis hæc proficit oblatio: hodie dicitur, vt intercessione beati Leonis hæc proficit oblatio. & hæc mutatio contingit, quia sancti nostris orationibus non indigent, sed nos suis. hoc dicit, vsque ad finem. Abbas.*

Tertio loco fraternitas tua requisit, quare fuerit mutatum quod in secreta beati Leonis, secundum antiquiores codices cōtineatur, sic videlicet: Annue nobis domine vt animæ famuli tui Leonis hæc proficit oblatio: cū in modernis sacramentariis habeatur, Annue nobis quesumus domine vt intercessione beati Leonis hæc nobis proficit oblatio? Super quo respondemus, & cū sacra scripturæ dicat autoritas, & iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre, idem est ratione cōsimili de sanctis aliis sentiendum, quia orationibus nostris non indiget, pro eo, quòd cū sint perfectè beati, omnia eis ad vota succedunt: sed nos potius orationibus eorum indigemus, quos (cū miserī simus) vndique mala nostra perturbant. vnde quod in plerisque orationibus continetur, Profit vel proficiat huic sancto vel illi talis oblatio ad gloriam & honorē. ita debet intelligi, vt ad hoc proficit, quòd magis ac magis à fidelibus glorificetur in terris: licet plerique reputent non in dignum sanctorum gloriam vsq; ad iudicium augmentari: & ideo ecclesiam interim sanè posse augmentum glorificationis eorum optare. Verū vtrū in hoc articulo locū habeat illa distinctio, qua docetur, quòd defunctorum alij sunt valde boni, alij sunt valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali: vnde suffragia, quæ sunt à fidelibus in ecclesia pro valde bonis, actiones sunt gratiarum: pro valde malis, cōsolationes viuorum: expiationes verò pro mediocriter bonis, & propiciationes pro mediocriter malis: tua discretio inuestiget.

Idem rectoribus Romanæ frater.

*Gravius peccat, qui simulat conficere & non conficit, quam ille, qui conficit in mortali.*

Capitulum. vii.

**D**e homine: & infra. Quæsiuit, quid de incauto presbytero videatur, qui cū se sciat in mortali crimine cōstitutum, missarum solennia, quæ non potest propter necessitatē quamlibet intermittere, propter sui facinoris conscientia dūbitat celebrare, peractisq; cæteris circumstantiis missam celebrare se fingit, & suppressis verbis, quibus conficitur corpus

M iij Christi,

Christi, panem & vinum tantummodo purè sumit, ita credens per id quod prædicit, populo satisfacere, vt per hoc, quod intendit, deum non debeat prouocare. Cùm ergo falsa sint abicienda remedia, quæ veris sunt periculis grauiora: licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet grauius si se ingerat irreuerenter ad illud, grauius tamen videtur offendere, qui sic fraudulenter illud præsumpserit simulare: cùm ille in solius misericordis dei manum incidat, iste verò nõ solum deo (cui non veretur illudere) sed populo, quem decipit, se adstringat.

Idem Ferrariensi episcopo.

*Hic improbat opinionem, quæ habet quod in sacramento altaris aqua conuertatur in phlegma, & probat Christum fuisse verum deum & verum hominem, & quod de ipsius latere exiit vera aqua.*

Capitulum. viii.

**I**N quadam nostra decretali epistola adseris te legisse illud fuisse nefarium opinari, quòd quidã dicere præsumperunt, in sacramento videlicet Eucharistiæ aquam in phlegma conuerti. nam de latere Christi non aquam sed humorem aquaticum mentiuntur exisse: & infra. Nos igitur ad tuę supplicationis instantiam respondemus, quòd quidã dixerunt, sed errauerunt, Christum non fuisse verum deum, sed adoptiuum, vt miseri Ariani. Alij Christum non fuisse verum hominem, sed phantasticum, vt impij Manichæi. Sed aduersus huiusmodi hæreses

**I. Ioan. 5.** Ioannes apostolus in epistola sua loquitur, dicens: Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritus sanctus. & hi tres vnus sunt. per hoc intendens ostendere, quod Christus sit verus deus. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis. per hoc intendens ostendere, quod Christus sit verus homo. Nam ad esse hominis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus, & anima, ex quorum coniunctione verus homo subsistit. Per hoc autem, quod in articulo mortis Christus inclinato capite tradidit spiritum, de quo voce magna clamauerat, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: manifestè probatur, quod ipse spiritum habebat, non solum statum vitalem, sed animam rationabilem: de qua prædixerat: Tristis est anima mea vsque ad mortem: & potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumedi eam. Per hoc autem, quòd vnus militum lancea latus eius aperuit, & cõtinuò sanguis exiuit & aqua: probatur apertè, quod Christus verum corpus habebat.

**Mat. 27.** Nam de phantastico corpore nec sanguis, nec aqua potuissent exire. vnde ille qui vidit, testimonium perhibuit, & testimonium eius

eius est verum: quia tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Quòd videlicet Christus sit verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens, probatur ex eo quòd spiritum vitalem emisit, & de vero corpore probatur, quoniam ex eo sanguis exiuit & aqua. rationalis quippe anima non posset viuificare, nisi corpus humanum, ex quibus verus homo consistit. Cæterum sicut fuit verus spiritus, & verus sanguis, ita proculdubio vera aqua: cùm Christus sit veritas, & à veritate omnis fallacia sit penitus aliena. nam si non fuisset aqua, sed phlegma, quod de latere saluatoris exiuit, ille, qui vidit, & testimonium veritati perhibuit, profectò nõ aquam, sed phlegma dixisset, nec in hoc verum regenerationis sacramentum fuisset ostensum: cùm per sacramentum baptismi nõ regeneremur in phlegmate, sed in aqua. Neque per hoc posset vero argumento probari, quod in sacramento Eucharistiæ admiscenda sit aqua vino, si de latere Christi, non aqua, sed phlegma cum sanguine perfuxisset. Sed nec vera fuisset figura, quæ super hac re præcessit in veteri testamento, quando Moses virga percussit silicem, & ex ea non phlegma, sed aqua emanauit. Restat igitur vt qualiscumque fuit illa aqua, siue naturalis, siue miraculosa, siue de nouo diuina virtute creata, siue de componentibus ex parte aliqua resoluta, proculdubio vera fuit: cùm naturaliter possit & cõpositum in componentia, & elementatum in elementa resolutum: quemadmodum verus exiit sudor ipsius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. Cùm autem ad compositionem humani corporis quatuor elementa concurrant, videlicet terra, aqua, aer, & ignis: & ad vegetationem eiusdem corporis quatuor humores conformes illis conueniant, videlicet sanguis, cholera, phlegma, & melancholia: vt veritatem humani corporis expressius demonstraret, vnus ex illis, & vnus ex istis Ioannes expressit, illa quæ potius ex illis, & ex istis quæ magis mysterio congruebant, ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinem: in quibus duobus duo, maximè sacramenta, redemptionis videlicet & regenerationis elucunt.

Num. 20

Luc. 22.

\* Aliàs, maxima.

Idem in concilio generali.

*Præcipit prælatis & clericis in virtute obedientiæ, vt nocturnum officium & diurnum studiose celebrent & deuotè. Cap. ix.*

**D**olentes referimus, quòd non solum quidam minores clerici, verum etiam aliqui ecclesiarum prælati circa comestiones superfluas, & fabulationes illicitas (vt de aliis taceamus) serè medietatem noctis expendunt, & somno residuum relinquunt, vix ad diurnum concentum animi excitantur, trāscurrendo

\* *Aliās*, currendo vndique continua syncopa \* matutinum. Sunt & *addē, offi* alij, qui missarū solēnia vix celebrant quater in anno, & quod *cium.* deterius est interesse contemnunt: & si quando dum hac celebrantur interfint, chori silentium fugientes, intendunt exterius colloquutionibus laicorum: dumq; auditum ad indebitos sermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad diuina. Hęc igitur & similia sub pœna suspēisionis penitus inhihemus, districtē præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinum officium nocturnum pariter & diurnum, quantum eis dederit deus, studiose celebrent pariter & deuotē.

Honorius tertius.

*Eucharistia debet mundē seruari, & in eius elevatione & delatione populus debet se inclinari: & cum defertur ad infirmū, debet ferri in decenti habitu, & cum lumine: transgressores verd grauitur sunt puniendi.*

Capitulum. x.

**S**ane cum olim: & infra. Ne propter incuriam sacerdotū diuina indignatio grauius exardescat, districtē præcipiendo mādamus, quatenus a sacerdotibus Eucharistia in loco singulari mundo & signato semper honorificē collocata deuotē ac fideliter conseruetur. Sacerdos verō frequenter doceat plebem suam, vt cum in celebratione missarum eleuatur hostia salutaris, se reuerenter inclinet, idem faciens, cum eam defert presbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu superposito mūdo velamine ferat, & referat manifestē ac honorificē ante pectus cum omni reuerentia & timore, semper lumine præcedente, cum sit candor lucis æterna, vt ex hoc apud omnes fides & deuotio augeatur. Prælati autem huiusmodi mandati grauitur punire non differant transgressores: si & ipsi diuinam & nostram volunt effugere vltionem.

Idem vniuersis ecclesiarum prælati.

*In ecclesijs collegiatis debent celebrari duæ missæ collegialiter, vna pro defunctis, alia secundum exigentiam diei, vt pro festo, si festum occurrit, vel pro feria, si feria.*

Cap. xi.

**C**um creatura non habeat quid pro meritis respondeat creatori: & infra. Mandamus, quatenus nullum in vos torporem negligentiæ obrepere permittat, quō minus & pro anniuersariis defunctorū, & pro festo vel feria secundū tēporum congruentiā missarum solēnnia cōuentualiter celebretis.

Idem.

*In die cœnæ domini episcopus tantum in sua ecclesia debet missam celebrare, & chrisma conficere.*

Cap. xii.

Te referentes

**T**e referente: & infra. Cum cuiuslibet sacerdoti quacunq; dignitate præfulgeat, vnam in die celebrare missam sufficit: nam & valde est felix, qui celebrat dignē vnam: Fraternitati tuæ mādamus, quatenus die cœnæ domini in ecclesia Sy pontina duntaxat, in qua teneris chrisma conficere, missarum illud eas solēnnia celebrare.

Idem archiepiscopo Ablasē.

*In sacrificio altaris plus de vino, quàm de aqua ponendum est.*

Capitulum. xiii.

**P**ericulosus in tuis partibus inoleuit abusus, videlicet, q̄ in maiori quantitate de aqua ponitur in sacrificio, quàm de vino. Cum secundum rationabilem consuetudinem ecclesiæ generalis plus in iplo sit de vino, quàm de aqua ponendum.

Idēq; fraternitati tuæ mandamus, quatenus id non facias: nec in tua prouincia fieri patiaris.

Idem episcopo Brixien.

*Ab officio & beneficio deponitur presbyter, qui sine aqua & igne, vel in pane fermentato, vel vase ligneo sacrificat.*

Capitulum. xiiii.

**L**iteras tuas recepimus continentes, q̄ cum super excessibus presbyteri ecclesiæ sanctæ Brigidæ Brixien. inquireres, confessus est, q̄ cum quadam die hostiam & cālicem nō haberet, in pane fermentato & scypho ligneo missarū solēnnia celebrare præsumpsit; & infra: Intellecto iterū, quōd prædicta ecclesia per maliciam dicti presbyteri multipliciter lædebat, inquisitionis officium iterans ex eius confessionibus inuenisti, q̄ idem sine igne sacrificabat & aqua. Cum igitur vel ex aperta malicia, vel nimia desipientia peccasse probetur: mandamus, quatenus officio & beneficio perpetuō ipsum priues.

De baptismo & eius effectu. Tit. xlij.

Alexander tertius.

*Licet puer sit termersus in aqua, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, si non sit dictum, ego te baptizo in nomine patris & non est baptizatus.*

Capitulum. i.



**S**iquis puerum ter in aqua immerferit in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, amen: & non dixerit, ego baptizo te in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, non est puer baptizatus. \*

Idem.

*Si pbabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus, potest baptizari.*

\* vide. l. qui Romæ. S. Flauius. ff. de ver. obliga.

xari



*vari forma hic expressa.*

*Capitulum. ii.*

**D**E quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur his verbis præmissis, si baptizatus es, non te baptizo: sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo &c.

Innocentius. iij. Arc. archiepiscopo.

*Sacramentū baptismi utiliter confertur paruulis, licet non credant nec intelligant. & remittitur eis peccatum originale. hoc dicit vsque ad. §. verum.*

*Capitulum. iiii.*

**M**Aiores ecclesiæ causas præsertim articulos fidei contingentes ad Petri sedem referēdas intelligit, qui cum quaerenti domino quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse notabat: Tu es Christus filius dei viui. & pro eo dominum exorasse, ne deficiat fides eius. Quibusdā igitur quæstionibus, quas contra catholicos hæretici mouerant, nos postulas respondere. Adferunt enim paruulis inuuliter baptismā conferri: quod nituntur probare illud primo & præcipue inducentes, quod cum secundum verbū Iacobi apostoli dicentis in epistola sua, Caritas operit multitudinem peccatorum: & iuxta illud testimoniū veritatis in euangelio de peccatrice, quæ ipsius pedes lauerat, perhibentis, Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam multum dilexit: non nisi per charitatem & in charitate crimina dimittantur: paruulis, qui nec sentiunt nec consentiunt, & charitatē non habent, quæ sentientibus & consentientibus tantum infunditur: peccatum non dimittitur in baptismo: & infra. Ad id autem, taliter respond. quod cum baptismā successerit circumcissioni. Absit enim vt in illam damnatam hæresim incidamus, quæ peperam adfirmabat legem cum euangelio, & circumcissionem cum baptismo seruandam: quoniam secundum apostolum dicentem ad Galatas: Si circumcidimini, Christus nihil vobis prodest. Cum ergo circumcisio tam adultis quàm paruulis ex præcepto domini cōferretur: ne baptismus, qui succedit loco ipsius, & generalior tamen exiit, cum tam viri, quàm fœminæ baptizentur minoris videatur effectus: tam adultis, quàm paruulis est conferendus. Sicut enim sine distinctione qualibet Mosaica lex clamabat: Anima cuius præpucij caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo: ita nunc indistincte vox in tonat euangelica: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum dei: ab hac generalitate nec sexum nec ætatem excludens, Cautè tamen notandum est, quanto plus baptismus hodie conferat Christianis, quàm quondam Iudeis circumcisa contulisset. dictum est in sine prædictæ autoritatis inductæ de

*Matt. 15.*

*Luc. 22.*

*Iaco. 5.*

*I. Pet. 4.*

*Luca. 7.*

*Galat. 5.*

*Genes. 2.*

*Ioan. 3.*

*Gene. 17.*

subiunctum

subiunctum est: Non intrabit in regnum dei. quoniam etsi originalis culpa remittebatur per circumcissionis mysterium, & damnationis periculum vitabatur, non tamè perueniebat ad regnum cælorum, quod vsque ad mortem Christi fuit omnibus obreueratum, sed per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricati culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum cælorum etiam peruenitur, cuius ianuam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer reserauit. Absit enim vt vniuersi paruuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipse misericors deus, qui neminē vult perire, aliquod remedium procurauerit ad salutem. Cæterū ex vi literæ satis patet prædictas auctoritates intelligendas esse tantummodo de adultis, qui habent multitudinem peccatorum, cum de paruulis non possit intelligi, qui peccato tantum originali tenentur. Similiter & illa auctoritas est soluenda: Qui crederit & baptizatus fuerit, saluus erit &c. cum non possint credere paruuli, sed adulti, & ob hoc tota auctoritas hic intelligēda est de adultis, ne ad alios prima, & ad alios secunda clausula referatur. quauis nonnulli concedant, quod paruuli credant non per vsum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismo: sicut & alia multa verba secundum communem vsum loquendi non ad actum, sed ad aptitudinem referuntur. Illud vero, quod opponētes inducunt, fidem aut charitatem, aliasque virtutes paruulis vt pote nō consentientibus non infundi, à plerisque non conceditur absolute, cum propter hoc inter doctores theologos quæstio referatur, aliis adferentibus per virtutem baptismi paruulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri: nonnullis dicentibus dimitti peccatum, & virtutes infundi habentibus illas, quò ad habitum, non quo ad vsum donec perueniant ad ætatem adultam.

*Leuit. 12.*

*I. ad Tim. 1.*

*Matth. 18*

*Originale peccatum, quod sine consensu contrahitur, remittitur in baptismo etiam non consentienti, vt paruulis. secus de actuali: quia sicut non committitur sine consensu, ita non relaxatur. hoc dicit, vsque ad. §. Sed adhuc. Abbas.*

Verum quidam ex hac solutione inuenisse se credunt viam ad alias quæstiones, argumentantes ex eo, quod dicimus paruulis in baptismate peccatum originale dimitti, quod & adultis dormientibus vel amentibus peccatum (si baptizentur) ratio ne simili dimittatur. cum enim neutri sentiant tunc vel consentiant, dicunt idem in consimilibus iudicandum. Hic vero dicimus distinguendum, quòd peccatum est duplex, originale, scilicet & actuale. originale quod absque consensu contrahitur: actuale quod committitur cum cōsensu. Originale igitur quod sine

sine consensu contrahitur, sine consensu per vim remittitur sacramenti. actuale vero, quod consensu contrahitur, sine consensu minimè relaxatur.

*Licet in baptismo dimittatur originale peccatum parvulis, qui tamen consentire non possunt: in adultis tamen amentibus vel dormientibus, qui non consentiunt baptismo, non dimittitur actuale, eadem etiam nec originale. hoc dicit.*

Sed adhuc queritur, quare non saltem originale peccatum amentibus & dormientibus in baptismo sicut parvulis dimittatur. Ad hoc taliter est respondendum, quòd dominus, qui totum hominem saluū fecit in sabbato, opus imperfectionis non novit: & ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati, est carentia visionis dei: actualis vero pœna peccati est, gehennæ perpetuæ cruciatus. vnde si dimitteretur alicui primum altero non dimisso, talis non carcer visionis dei, propter originale dimissum: & cruciaretur in gehenna perpetuo propter reatum criminis actualis. sed hæc tanquam incompatibilia sese minimè patiuntur, imò sibi mutuo aduersantur.

*Amentes vel dormientes baptizati, si ante dementia vel dormitionem baptizari volebant, characterem suscipiunt, aliis secus: coacti vero causatine suscipiunt. hoc dicit, vsque ad finem.*

Item queritur, utrum dormientibus & amentibus sacramentum saltem character in baptismo imprimatur, ut excitati à somno, vel ab agitudine liberati, nõ sint denuo baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicunt, quòd sacramenta, quæ per se sortiuntur effectum, ut baptismus, & ordo, cæteraque similia, non solum dormientibus & amentibus, sed inuitis & contradicentibus etiam non quantum ad rem, quantum tamen ad characterem conferuntur: cum non parvuli solum, qui non consentiunt, sed facti, qui, quanvis non ore, corde tamen dissentiant, recipiant sacramentum. Sed opponitur talibus, quòd qui fuissent inuiti & reluctantes immerfi, saltem ratione sacramenti ad iurisdictionem ecclesiasticam pertinerent: vnde ad seruandam regulam fidei Christianæ forent rationabiliter compellendi. verum, id est religioni Christianæ contrarium, ut semper inuitus & penitus contradicens ad recipiendam & seruandam Christianitatem aliquis compellatur. Propter quod inter inuitum & inuitum, coactum & coactum, alij non absurde distinguunt: quòd is, qui terroribus atque suppliciis violenter adtrahitur, & ne detrimentum incurrat, baptismi suscipit sacramentum, ta-

\* Alias, sanum,

lis (sicut & is, qui factè ad baptismum accedit) characterem suscipit Christianitatis impressum, & ipse tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est ad obseruantiam fidei Christianæ: in quo casu debet intelligi decretum concilij Toletani, vbi dicitur, quòd qui iam pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti, quia iam constat eos sacramentis diuinis ad sociatos & baptismi gratiam suscepisse, & christiame vnctiõs esse, & corporis domini exitisse participes: oportet etiam vt fidem, quam necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen domini blasphemetur: & fides quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. Ille vero, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit: nec rem nec characterem suscipit sacramenti: quia plus est expresse contradicere, quam minimè consentire: sicut nec ille notam alicuius reatus incurrit, qui contradicens penitus & reclamans thurificare idolis cogitur violenter. Dormientes autem & amentes si priusquam amentiam incurterent, aut dormirent, in contradictione persisterent: quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare: etsi sic fuerint immerfi, characterem non suscipiunt sacramenti: secus autem si prius catechumeni exitissent, & habuissent propositum baptizandi. vnde tales in necessitatis articulo consuevit ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contraria non inuenit obstantem.

Idem Meren. episcopo.

*Nemo potest seipsum baptizare, etiam instante necessitatis articulo. Capitulum. iiii.*

**D**ebitum, & infra. Sanè intimasti, quòd quidam Iudæus in mortis articulo constitutus, cum inter Iudæos tantum existeret, in aquam seipsum immerfit dicendo: ego me baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, am: & infra. Respon- demus, quòd cum inter baptizantem & baptizatum debet esse discretio, sicut ex verbis domini colligitur dicentis apostolis: Baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti memoratus Iudæus, est deũ ab alio baptizandus: vt ostendatur, quòd alius est, qui baptizatur, & alius, qui baptizat. Ad quod etiam designandum ipse Christus non à seipso, sed à Iohanne voluit baptizari: quanuis si talis continuo decederet ad patriam, protinus euolasset, propter sacramenti fidem, & non propter fidei sacramentum. In baptismo quippe illa spiritalis generatio celebratur, de qua veritas ait: Oportet vos Mat. 18.

hæc

**IOAN. I.** nasci denuo: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. Sicut ergo in carnali generatione, qua proles ex viro & femina nascitur, alius est, qui carnaliter gignit, & alius qui carnaliter gignitur: sic in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua & spū sancto renascitur, alius debet esse, qui spiritualiter generet, & alius qui spiritualiter generetur. Sanē cūm corpus exterius siue cum cor interius baptizatur, oportet vt vtrobiq; paternitas & filiatio valeat inueniri, quibus bapuzans & baptizatus ad inuicem referantur.

Idem Morosien. episcopo.

*Vbi deest verbum, vel elementum aquæ, non est baptismi sacramentum.*  
Capitulum.v.

**N**on vt adponeres: & infra. Postulasti vtrum paruuli sint pro Christianis habendi, quos in articulo mortis constitutos propter aquæ penuriam, & absentiam sacerdotis, aliquorum simplicitas in caput ac pectus ac inter scapulas pro baptismo saluæ conserpione liniuit. Respondemus, q̄ cūm in baptismo duo semper videlicet verbum & elementum necessario requirantur, iuxta quod de verbo veritas ait: Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ, & baptizate omnes gentes, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: eademque dicat de elemento: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. dubitare non debes illos verum non habere baptismum, in quibus non solum vtrumque prædictorum, sed eorum alterum est omissum.\*

In concilio generali.

*Baptizatos à Latinis, Græci rebaptizare non debent. Cap.vi.*

**L**icet Græcos diebus nostris, ad obedientiam sedis apostolicæ reuertentes, fouere ac honorare velimus, mores ac ritus eorum (inquantum cum domino possumus) sustinendo, in his tamen illis deferre nō volumus nec debemus, quæ periculū generant animarū, & ecclesiasticę derogāt honestati. Postquam enim Græcorum ecclesia, cum quibusdam complicibus & fautoribus suis, ab obedientia sedis apostolice subtraxit, in tantū Græci cœperunt abominari Latinos, quod inter alia, quę in derogationem eorum impię committebant, siquando sacerdotes Latini super eorum celebrasset altaria, nō prius ipsi sacrificabant in ipsis, quā ea tanquam per hoc inquinata lauissent. baptizatos etiam à Latinis ipsi Græci rebaptizare ausu temerario præsumebant: & adhuc sic accepimus, quidam hoc agere non verentur. Volentes igitur tantum scandalū ab ecclesia dei auerere, sacro suadente concilio districtè præcipimus, vt talia de cætero

cætero non præsumant, conformantes se tanquam filij obedientiæ sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matri suæ: vt sit vnum ouile, & vnus pastor. Si quis autem tale quid præsumperit, ex communicationis mucrone percussus, ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponatur.

De presbytero nō baptizato. Tit.xliij.

Ex concilio apud Compendium.

*Si non baptizatus ordinatur, ordinis characterem non recipit.*

Capitulum.i.



I quis presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum: baptizetur, & iterum ordinetur. Innocentius. iij. episcopo Cremonensi.

*omissio baptismi non nocet credenti probabiliter se esse baptizatum.*

Capitulum.ii.

**A**postolicam sedem consulere decreuisti: & infra. Inquisitione, ity per, que ostendit qd christia huius omnia fide baptizatus, vel creden esse baptizatus non omni dicitur sa lutz =  
At. ref. presbyterum, quem sine vnda baptismatis extreme diem clausisse significasti: quia in sanctæ matris ecclesiæ fide, & Christi nominis confessione perseuerauerit: ab originali peccato solutum, & cœlestis patriæ gaudium esse adeptum adserimus incunctanter. Lege super. viij. libr. Augusti. de ciuit. dei, vbi inter cætera legitur: Baptismus inuisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. Librum etiam beati Ambrosij de obitu Valentiniani, idem adserentis, reuolue. Sopitis igitur quæstionibus doctorum, patrum sententiam teneas, & in ecclesia tua iuges preces hostialque deo offerri iubeas pro presbytero memorato.

Innocentius. iij. Ferrarien. episcopo.

*Non baptizatus ordinari nō potest: si de facto ordinetur, nō recipit ordinis characterem, licet credebatur baptizatus. Cap. iij.*

**V**eniens ad apost. se. I. ator præ. nobis exposuit, quod cūm ad gradum sacerdotij ascendisset, comperit eādem, quod non fuerit, secundum formam euangelij baptizatus. vnde nos cum ritè fecimus baptizari. Cumque super ordinibus fuisset diutius disputatū, quidam in eam declinauerunt sententiam, vt cūm baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum, & ante susceptionem baptismi non suscipiatur aliud sacramentum, quoniam vbi fundamentum non est, superædificari non potest. Porro econtra videri posset. Nam cūm quis non solum per sacramentum fidei, sed per fidem etiā sacramenti efficiatur, procul dubio membrum Christi: & qui Christum habet per fidem, etiam si baptismum non habeat, habet vtique fundamentum,

N præter

1. Cor. 3.

præter quod aliud poni non potest, quod est Christus Iesus: sup-  
perædificare posse videtur, sicut salutifera opera, sic & qualibet  
ecclesiastica sacramenta, cum illud non sit generaliter verum,  
neque de nouis, neque de veteribus sacramentis, quod baptis-  
mus sit fundamentum illorum, quoniam & sacramentum coniu-  
gij & Eucharistiæ à non baptizatis recipi potest præterea sacra-  
mentum ordinis non solum pontificalis, sed sacerdotalis etiam  
& leuitici ex institutione sua præcessit baptismū: per quod for-  
sitan videtur, quod ante baptismum huiusmodi ordines possent  
rite conferri, maxime his, qui baptizati creduntur. Quia vero  
in concilio apud Compendium legitur constitutū, quod si quis  
in presbyterum ordinatus deprehenderit se non esse baptiza-  
tum, baptizetur, & iterum ordinetur: nos circa latorem prælati-  
tium in hoc dubitabili casu, quod tutius est sequentes, manda-  
mus, quatenus ipsum per singulos ordines, vsque ad sacerdotiū  
promouere procuret, & permittas cum in sacerdotiū ministra-  
re: quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum:  
nec male de sacramento sentitur, cum illud non religionis con-  
temptus, sed articulo necessitatis excludit. Et certe de illo, qui  
natus de Christianis patribus, & inter Christianos est hæretice  
conuersatus, tam violenter præsumitur, quod fuerit baptizatus,  
vt hæc præsumptio pro certitudine sit habenda, donec euiden-  
tissimis forsitan argumentis contrarium probaretur.

De custodia Eucharistiæ, chrismatism, &  
aliorum sacramentorum. Tit. xliiij.

Innocentius tertius in concilio generali.

*Eucharistia & chrisma debent fideliter sub clauibus custodiri;  
& contra facientes sunt puniendi.* Capitulum. i.



Tatuimus, vt in cunctis ecclesiis chrisma & Eu-  
charistia, sub fideli custodia clauibus adhibitis cō-  
feruentur. Ne possit ad illa temeraria manus ex-  
tendi ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda.  
Si vero is, ad quem spectat custodia, ea incau-  
te reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur: & si per  
eius incuriam aliquid nefandum inde contigerit, grauiori sub-  
iacet ultioni.

Idem in eodem.

*Suppellectilia in ecclesiis poni non debent, nisi necessitas urgeat.  
hoc dicit, primo. Ecclesia debent sua vasa & vestimenta munde  
tenere. hoc secundo.* Capitulum. ii.

Relinqu

Relinqui nolumus incorrectum, quod quidam clerici eccle-  
sias sic exponunt suppellectilibus propriis, & etiam alienis,  
vt potius domus laica, quam dei basilica videantur: non consi-  
derantes, quod dominus non sinebat, vt vas transferretur per  
templum. Sunt & alij, qui non solum ecclesias dimittunt incultas,  
verum etiam vasa ministerij, & vestimenta ministrorum, ac pallas  
altarum, necnon ipsa corporalia tam immunda relinquunt, quod  
interdum aliquibus sunt horrore. Quia vero zelus nos com-  
edit domus dei: firmiter prohibemus, ne huiusmodi suppellectilia  
in ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incurfus, aut incen-  
dia repentina, seu alias necessitates urgentes, ad eas oporteat  
haberi refugium, sic tamen, vt necessitate cessante, res in loca  
pristinam reportentur. Præcipimus quoque, vt oratoria, vasa, cor-  
poralia, & vestimenta prædicta, munda & nitida conferuentur.  
Nimis enim videtur absurdum in sacris, sordes negligere, quæ  
dedecere etiam in profanis.

De reliquiis & veneratione sanctorū.  
Titulus. xlv.

Alexander tertius.

*Sine papa licentia non licet aliquem venerari pro sancto.*  
Capitulum. i.



Vdiuimus, quod quidam inter vos diabolica frau-  
de decepti, hominem quendam in potatione &  
ebrietate occisum, quasi sanctum (more infidelium)  
venerantur. Cum vix pro talibus in ebrietati-  
bus peremptis ecclesia permittat orare, dicit enim  
Apostolus: Ebrios regnum dei non possidebunt. \* Illum er-  
ro non præsumatis decetero colere: cum etiam si per eum mi-  
sericordia fierent, non liceret vobis ipsum pro sancto absque autho-  
ritate Romanæ ecclesiæ venerari.

*Ephe. 5.  
\* vide. l.  
respicien-  
dū. §. de-  
linquunt.*

Innocentius tertius in concilio generali.

*Sanctorum reliquia vendi non possunt, vel passim ostendi non  
debent ne circa illas populus decipi possit.* Capitulum. ii.

Cum ex eo, quod quidam sanctorum reliquias exponunt vena-  
les, & eas passim ostendunt, Christianæ religioni detractū  
sit: apius: Ne in posterum detruatur, præsentem decreto sta-  
tuimus, vt antiquæ reliquæ amodo extra capsam nullatenus  
ostendantur, nec exponantur venales. Inuentas autem de no-  
uo, nemo publice venerari præsumat, nisi prius autoritate  
Rom. pon. fuerint adprobata. Prælati vero non permittant  
eos, qui ad eorum ecclesias causa venerationis accedunt, variis  
segmentis,

*ff. de pe. p.  
Bald. &  
Albe. de  
Rg. in l.  
data ope-  
ra. C. qui  
accu. pos.*

N ij

segmentis,

Decretaliū Gregorij Lib.iiij. Tit.xlvj.

figmentis, aut falsis documentis decipi, sicut in plerisque locis occasione quaestus fieri consuevit.

De obseruatione ieiuniorū. Tit.xlvj.

Innocentius.iiij.clericis sancti Petri Magol.

*Vigilia occurrens in dominica, ieiunari debet in sabbato, & ieiunanda est vigilia Mathie.* Capitulum.i.

**E**X parte vestra quaesitum fuit, vtrum si natiuitate domini, vel assumptione beate Mariae, vel festiuitatem alicuius apostolorum in secunda feria contigerit euenire, die sabbati praecedenti vigilia debeat ieiunari: & vtru in vigilia beati Mathie apostoli, sit ieiunium iniungendum? Ad quod breuiter respondemus, quod die sabbati festiuitates praebatae secundae feriae praecedenti, & beati Mathie apostoli debet vigilia ieiunari.

Idem Bracharen. archiepiscopo.

*Non capit congruam summationem, & textus in se satis clarus est, & multa sunt dicta, quae patent per se.* Capitulum.ii.

Consilium nostrum: & infra. Consul. t. r. respon. quod omnium apostolorum vigiliae sunt in obseruatione ieiunij celebrande, praeter vigiliae apostolorum Philippi & Iacobi, & beati Ioannis euangelista: quoniam ipsorum solennitas intra solennitatem Paschalem, istius autem intra natalem domini celebratur. Ieiunium etiam apud nos in aduentu domini agitur.

Sanctorum quoque vigiliae, quorum festiuitates oportet secundae feriae celebrari, in praecedenti sunt sabbato ieiunanda. De festiuitate vero beati Bartholomaei apostoli, de cuius celebratione dubitatus oritur apud quosdam: respondemus, quod

\* vid. l. si in hoc consuetudinem tuae regionis obserues: \* & infra. Cum autem quaesieris, quae sit illis poenitentia iniungenda, qui diebus quadragesimalibus tempore, quo tanta famis inedia ingruerat, quod magna pars populi, propter inopiam annonae periret, carnes comedere sunt coacti: respondemus, quod in tali articulo illos non credimus puniendos. Preces tamen domino pro illis, & cum illis effundas, ne ipsis aliquatenus imputeur: quia bonarum mentium est, ibi timere culpam, vbi culpa minime reperitur. Item de illis qui propter debilitatem in sabbato carnes sumunt, quod in partibus tuis nullatenus fieri consuevit, cum hoc ab aliis moleste feratur, & oritur inde illis occasio detrahendi: respondemus, quod super hoc consuetudinem tuae regionis facias obseruari, sic tamen, quod debilibus & infirmis, propter hoc periculum non emergat. Praeterea de illis, qui in quadragesima

De purificatione post par. De eccle. adif. 283

quadragesima vel in aliis ieiuniis solennibus infirmantur, & peccat sibi carnum indulgeri, respondemus, quod cum non subiaceat legi necessitas desiderium infirmorum, cum virgens necessitas exigit, supportare potes & debes, vt maius periculum in eis euitetur.

Honorius.iiij. Pragen. episcopo.

*Si festum natiuitatis occurrat sexta feria, licitum est omnibus carnes comedere, exceptis profectis & venentibus.* Cap.iii.

**E**xplicari per sedem apostolicam postulasti: & infra. Respondemus, quod illi, qui nec vovo nec regulari obseruatione sunt adstricti, in sexta feria, si festum natiuitatis dominicae die ipso venire contigerit, carnibus propter festi excellentiam vesci possunt, secundum consuetudinem ecclesiae generalis. Nec tamen hi reprehendendi sunt, qui ob deuotionem voluerint abstinere.

De purificatione post partū. Tit.xlvij.

Innocentius tertius Armacan. episcopo.

*Mulier post partum statim potest ingredi ecclesiam, nec tenetur abstinere per aliquos dies secundum legem Moisaicam.* Cap.i.

**V**olens: & infra. Licet secundum legem Moisaicam certi dies determinati fuissent, quibus mulieres post partum a templi cessarent ingressu. Quia tamen lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Inquit. t. r. quod postquam umbra legis euauit, & illuxit veritas euangelij: si mulieres post prolem emissam acturae gratias ecclesiam intrare voluerint, nulla proinde peccati mole grauantur nec ecclesiarum est eis aditus denegandus: ne poena illis conuerti videatur in culpam. Si tamen ex veneratione voluerint aliquandiu abstinere, deuotionem earum non credimus improbandam.

De ecclesiis aedificandis, vel reparandis. Titulus. xlvij.

Ex concilio Maguntinē.

*Habentes beneficium in ecclesia, tenentur contribuere ad ipsius reparationem.* Capitulum. i.



Vicunque ecclesiasticum beneficium habent, omnino adiuent ad testa ecclesiae restauranda, vel ipsas ecclesias emendandas.

Ex concilio Lateranen.

N iij

Leprose

*Leprosi permitti debent, sine præiudicio antiquarum parochiarum habere ecclesiam propriam & presbyterum, nec tenentur soluere decimas de hortis, vel nutrimentis animalium.*

*Capitulum. ii.*

**C**um dicat apostolus: & infra. Constituimus, ut ubicunque tot simul leprosi sub communi vita fuerint congregati, quod ecclesiam cum cœmeterio sibi cōstruere, & proprio gaudere valeant presbytero, sine contradictione aliqua permittantur habere. Caucant tamen, ut iniuriosi veteribus ecclesiis de iure parochiali, nequaquam existant. quod enim eis pietate conceditur, ad aliorum iniuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de hortis & nutrimentis animalium suorum decimas tribuere non cogantur.

Alexander. iij. Eboracens. archiepiscopo.

*Propter nimiam distantiam ecclesie, potest noua ecclesia in ipsius parochia edificari, & certa portio de antiqua sibi deputari.*

*Capitulum. iiii.*

**A**d audientiam nostram noueris peruenisse, quod villa, quæ dicitur H. tantum perhibetur ab ecclesia parochiali distare, ut tempore hyemali cum pluuiæ inundant, non possint parochiani, sine magna difficultate ipsam adire: unde nõ valent congruo tempore ecclesiasticis officiis interesse. Quia igitur dicta ecclesia, ita dicitur redditibus abundare, quod præter illius villæ proventus minister illius conuenienter valet sustentationem habere: mandamus, quatenus si res ita se habet, ecclesiam ibi ædifices, & in ea sacerdotem sublatro adpellationis obstaculo ad præsentationem rectoris ecclesiæ maioris, cum canonico fundatoris ad sensu instituas, ad sustentationem suam eiusdem villæ obuentiones ecclesiasticas percipiturum, prouidens tamen, ut competens in ea honor pro facultate loci ecclesiæ matriæ seruetur: quod quidam fieri posse videtur, cum eiusdem villæ dominus viginti acras terræ frugiferæ velit ad vsus sacerdotis conferre. Si verò persona matriæ ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilo minus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonum adpellationis cessante diffugio institueres non omittas.

Idem Lexouien. episcopo.

*Rectores ecclesiarum possunt compelli, ut de redditibus, qui supersunt, teneantur conferre ad constructionem, seu reparationem ecclesie.*

*Capitulum. iiii.*

De his,

**D**E his, qui parochiales ecclesias habent, duximus respondendum, quod ad reparationem & institutionem ecclesiarum coguntur debent, cum opus fuerit, de bonis, quæ sunt ipsius ecclesiæ, si eis super sint conferre, ut eorum exemplo cæteri inuidentur.

Urbanus tertius.

*Secularis ecclesia, sine præiudicio clericorum ad statum regularem potest reparari, & collegio, quod nondum est privilegium non conferri.*

*Capitulum. v.*

**A**d audientiam nostram peruenit, quod tu in ecclesia, de qua in episcopum vocatus fuisti, regulares canonicos desiderare ordinare: inde siquidem est, quod hoc deuotioni tuæ autoritate apostolica indulgemus, si tibi episcopus diocesanus consenserit in hac parte. Verum si clerici seculares in ea adhuc superesse possunt, volumus eis, dum vixerint ibi vel alibi necessaria prouideri. Licet autem nobis instatius supplicares, ut ecclesia prædicta confirmationis privilegium faceremus, tibi non possumus de iure deferre, cum nulli canonici adhibere existant, quibus privilegium concedatur.

Celestinus tertius.

*Non obstante iuramento de rebus ecclesie nõ alienandis, potest episcopus propter indigentiam nouam ecclesiam edificare.* Cap. vi.

**T**u nos duxit: & infra. Præterea quia occasione iuramenti, quod de rebus ecclesiæ non alienandis te adseris prestis, in locis tui episcopatus, in quibus populi habitantes oratoriis egere videntur (ne prætextu nouarum ecclesiarum, commissa tibi ecclesia destitui videretur) ecclesias formidas erigere. Frat. mandamus, quatenus illius iuramenti occasione, nullatenus prætermittas, quin populo indigenti super basilicarum institutione stud eas salubriter prouideres.

De immunitate ecclesiarum, cœmeterij, & rerum ad eas pertinentium. Tit. xlix.

Ex synodo Ioannis papæ.

*In domibus ecclesiarum non debet iudex laicus iudicare, nec hospitium quærere.* Capitulum. i.



**M** in domibus ecclesiarum, neque missus, neque comes vel iudex publicus, vel minister, quasi pro consuetudine placitum, vel hospitium vindicent: sed in publicis locis domos constituent, in quibus placitum teneant, & etiam hospitentur.

N. iij. Gregorius.

\* *vide. l. nec auus. C. de em. libe. & l. ex facto. ff. de vul. & pupil. subst.*

Gregorius. ix. archiepiscopo Triceñ.

*Tempore magna necessitatis, non debet aliquis excusari à murorum, seu ciuitatis custodia. hoc dicit, secundum intellectum Pa- normitani.*

**P**ruenit: & infra. Fraternalitas tua nullum per nostra vel ecclesiā suā nomen, aut alio modo excusari à murorū vigiliis patitur: sed omnes ad hoc generaliter cōpellantur: Quatenus cūctis vigilātib⁹ meli⁹ valeat ciuitatis custodia pcurari.

Idem Vitali defensori Sar.

*Rusticus adstrictus ad culturam agrorum ecclesiā, non potest illam deserere. h. d. summando generaliter.*

**I**ndicatum est: & infra. Dīctum est nobis, quōd rustici ecclesiā rura eius deserētēs in priuatorum possessionibus culturam exhibeant: quod experientia tua fieri non permittat.

Ex concilio Lateranē.

*Laici collectas imponentes clericis vel ecclesiis, seu iurisdictionem eorum vsurpantes, simoniti non desistunt, sunt excommunicati cum suis fautoribus: potest tamen episcopus cum clero eis in necessitate praeberē subsidia.*

**N**on minus: & infra. In diuersis mundi partibus consules ciuitatum & rectores, necnon & alij, qui potestatem habere videntur, tot onera frequētē imponunt ecclesiis, vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotiū videatur, quā sub Pharaone fuerit, qui legis diuinā notitiam nō habebat. Ille quidem omnibus aliis seruituti subactis, sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & eis alimonia de publico administravit. Isti vero onera sua fere vniuersa imponunt ecclesiis, & tot angariis eas adstringunt, vt eis, quod Hieremias deplorat competere videatur: Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Siue quidē solata, siue expeditiones, seu alia quālibet sibi arbitrentur agenda, de bonis ecclesiarum & clericorum & pauperum Christi vībus deputatis, volunt fere cuncta compleri. Iurisdictionem etiam, & auctoritatem praelatorum, ita euacuant: vt nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remāisse.

**Threno. 1.** Quocirca sub anathematis districtione fieri decetoro talia prohibemus: nisi episcopus & clerus tātam necessitatem vel vtilitatem adspexerint, vt absque vlla exactiōe ad releuandas communes vtilitates vel necessitates, vbi laicorum non subpetunt facultates, subsidia per ecclesiam existiment conferenda. Si autem consules, aut alij decetoro ista commiserint, & commoniti desistere noluerint, tam ipsi, quā fautores eorum excommunicati se nouerint sub-

iacce-

iacere, nec communioni reddantur donec satisfactionē fecerint competentem.

Lucius tertius.

*Causa sanguinis in ecclesia vel coemeteriis, agitari nō debent. Capitulum. v.*

**C**um ecclesia dei, secundum euangelicam veritatem dominus orationis esse debeat, non speluca latronū, aut sanguinis fori: Seculares iudices causas, vbi de sanguinis effusione & corporali pœna agitur, in ecclesiis vel coemeteriis agitare, sub interminatione anathematis prohibemus. absurdum enim est, & crudele, ibi iudiciū sanguinis exerceri, vbi est tutela refugij constituta.

Innocentius. iij. illustri regi Scotiae.

*Reus criminis ad ecclesiam fugiens, non est violentus ab ea extrahendus, nec debet amplius praetextu criminis comissi damnari ad mortem vel ad aliam poenam corporalem, est tamen aliter legitime puniendus, fallit in duobus casibus hic expressis. hoc dicit primo. Seruus fugiens ad ecclesiam timore domini sui, est domino de eius impunitate iuranti restituendus. hoc dicit secundo. Cap. vi.*

**I**nter alia: & infra. Tuis quaestionibus respondentes iuxta sacrorum statuta canonum, & traditiones legū ciuiliū, ita diximus distinguendum, quōd fugiens ad ecclesiam, aut liber, aut seruus existit. Si liber, quantum cūque grauiā maleficia perpetraverit, non est violentus ab ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem vel ad poenam, sed rectores ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vitam. Super hoc tamen, quod inique fecit, est aliā legitime puniendus. & hoc verum est: nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, qui dum itinera frequentat, vel publicas stratas obfideat aggressiōis in diū, ab ecclesia extrahi potest impunitate non praestita, secundum canonicas sanctiones. Si vero seruus fuerit, qui confugerit ad ecclesiam: postquam de impunitate sua dominus eius clericis iuramentum praestitit, ad seruitutem domini sui redire compellitur etiam inuitus, alioquin à domo non poterit occupari.

Idem in concilio generali.

*Clerici non debēt necessitatibus seu vtilitatibus ciuitatum seu aliorum locorum, etiā vbi laicorum nō suppetunt facultates, subueniri, nisi prius Romanus pontifex consulatur. hoc primo. Sententia & constitutiones editae à laicis collectantibus ecclesiā, sunt ipso iure irritae, nec vllō tēpore conualescunt. hoc secundo. Rectores excommunicati ob gravamina praemissa, remanent excommunicati etiam*

Ioan. 2.

Causa 1228  
Cap. 20

cap. 14  
cap. 15

Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. xlix.

etiam post depositum effricum nihilominus excommunicati sunt successores, nisi satisfecerint intra mēsem. hoc tertio. Hoc dicit ad maiorem declarationem, & pro nouitis. Capitulum. vii.

**A**Duersus consules & rectores ciuitatum vel alios, qui ecclesias & ecclesiasticos viros tallis seu collectis & exactionibus aliis adgrauare nituntur, volens immunitati ecclesiasticæ Lateranensi concilio providere, præsumptionem huiusmodi sub anathematis districtione prohibuit: transgressores & fautores eorum excommunicationi subiacere præcepit, donec satisfactionem impenderit competentē. Verum si quādo forte episcopus simul cum clericis tantam necessitatē & utilitatem peripexerint, vt absq; vlla coactione ad releuandas utilitates vel necessitates communes, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia duxerint per ecclesias conferenda: prædicti laici humiliter & deuote recipiant cum gratiarū actione.

Propter imprudentiam tamen quorundam Romanus pontifex prius consulatur: cuius interest communibus utilitatibus providere. Quia vero nec sic quorundā malicia contra dei ecclesiam conqueuit, adiciimus vt constitutiones & sententiæ, quæ à talibus vel de ipsorum mandato fuerint promulgatæ, inanes & irritæ habeantur, nullo vnquā tempore valitura. Cæterum quia fraus & dolus alicui parrocinari non debent, nullus vario decipiatur errore, vt intra tempus regiminis sustineat anathema, quatenus post illud nō sit ad satisfactionis debitum cōpellendus. nam & ipsum, qui satisfacere recusauerit, & successore ipsius, nisi satisfecerit intra mensem, manere decernimus ecclesiastica censura conclusum, donec satisfecerit competenter, cum succēdat in onere, qui in honore substituitur.

Idem in eodem.

*Prælati plus debito à subditis extorquentes prætextu procurationis vel alterius seruitii: impensi legato vel alteri illud restituēt, & tantundem pauperibus erogabunt.* Capitulum. viii.

**Q**uia plerique prælati, vt procurationem aut seruitium aliquod impendant legato vel alij, plus extorquēt à subditis, quā soluant, & in eorum damnis lucra secularia, querunt prædam potius quā subsidium in subiectis, id dæcetero fieri prohibemus. Quod si quis forte præsumpserit, & sic extorta restituat, & tantundem cogatur pauperibus elargiri. Superior autē, cui fuerit querela deposita: si negligēs fuerit in huiusmodi executione statuti, canonice subiaceat vitio. \* Gregorius. ix. Senonē. episcopo.

*Ecclesia non consecrata, in qua diuina officia celebrantur, gaudet*

\* vide no. ta. p. Bar. in. l. quid ergo. S. p. na. gra. uior. ff. de his, qui no. infam.

Ne clerici vel monachi &c.

Capitulum. ix.

**E**cclē in qua diuina mysteria celebrantur, licet adhuc nō existerit consecrata, nullo iure priuilegium immunitatis admittitur: Quia obsequiis diuinis dicata, nullius est temerariis ausibus profananda.

Idem Toletano & Compostellano archiepiscopis.

*Qui sub spe immunitatis in ecclesiis vel cœmeteriis delinquit, immunitate non gaudet.* Capitulum. x.

**I**mmunitatem ecclesiasticam: & infra. Nonnulli impunitatem suorum excessuum per defensionem ecclesiæ obtinere sperantes, homicidia & mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis, vel earum cœmeteriis committere non verentur: quæ, nisi per ecclesiam, ad quam fugerint, crederent se defendi, nullatenus fuerant commissuri: & infra. Cum autē in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat: \* & frustra legis auxilium inuocet, qui cōmittit in legem mandamus, quatenus publice nunciatis tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt se indignos.

\* vide. l. si opis. ff. de p. & l. si fugiit. C. de ser. fug.

Ne clerici vel monachi secularibus negociis se immisceant. Tit. i.

Ex concilio Maguntino.

*Enumerat concilium multa secularia negocia, à quibus iubet clericos & monachos abstinere. Et sunt. xiiii. si recte numerentur.* Capitulum. i.

**M**ulta sunt negocia secularia, de quibus pauca perstringamus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiscentia. Quicquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum est. Munera iniusta accipere vel etiam dare. Pro aliquo seculari quasi precio aliquem conducere. Contentiones vel lites vel rixas amare. In placitis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut viduarum. Conductores secularium rerum aut procuratores esse. Turpis verbi vel facti esse ioculator, vel iocum secularem diligere. Aleas amare. Ornamentum inconueniens proposito suo querere. In deliciis \* viuere velle. Gulæ & ebrietatem sequi. Pondera iniusta vel mensuras habere. Negocii inustum exercere. Nec tamen iustum negocium est contradicendum propter necessitates diuersas, quia legimus sanctos apostolos negociatos fuisse, & in regula beati Benedicti præcipitur p[ro]uideri, per quorum manus negocia monasterii procurantur. Cane & auct.

\* Alias delictis.

Acto. 20.

a. v. que ecclesie gaudet immunitate. Caput. 127. 286



2. ad Tit. mot. 2. auct sequi ad venandum, & omnibus quibuslibet causis superfluis interesse. Ecce talia & his similia ministris altaris domini, necnon & monachis omnino cōtradimus, de quibus ait apostolus, Nemo militans deo, implicat se negociis secularibus.

Eugenius papa Lucæ episcopo.

Clerici nō debent esse ministri vel procuratores laicorum. quōd si contrā fecerint & deprehendantur in fraude, non subueniuntur eis ab ecclesia.

Capitulum. ii.

Sacerdotibus & clericis tuis denunciis publicē ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant. Quod si postmodū facere præsumpserint, & occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam deprehendantur in fraude, indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos cōstat in ecclesia scandalum generari.

Alexander. iij. in concilio Turon.

Religiosi professi exeuntes ad audiendas leges vel Physicam, nisi intra duos menses ad claustrum redeant, excommunicati sunt: & in nulla causa patrocinari possunt: & in choro, & in capitulo & ceteris erunt ultimi: & sine dispensatione papæ non promouentur.

Capitulum. iij.

Non magnopere antiqui hostis inuidia: & infra. Inde nimirum est, q̄ in angelum lucis se more solito transfigurans, sub obtentu languentium fratrum cōsulendi corporibus, & ecclesiastica negotia fidelius pertractandi, regulares quosdā ad legendas leges, & confectiones Physicales ponderandas de claustris suis educit. Vnde ne occasione scientiæ spirituales viri mundanis rursus actionibus inuoluantur, statuimus, vt nulli omnino post votum religionis, & post factam in aliquo loco religioso professionem ad Physicam legēs ve mundanas legendas permittantur exire. Si verō exierint, & ad claustrū suum intra duorum mensium spacium non redierint: sicut excommunicati ab omnibus euentur: & in nulla causa, si patrocinium prestare voluerint, audiantur: reuersi autem in choro, capitulo, mensa, & ceteris vltimi fratrum existant, & (nisi fortē ex misericordia sed. apost.) totius spem promotionis amittant.

Idem in concilio Lateran.

Clericus generalis procurator vel iusticiarius principis secularis deponendus est: & si religiosus est, grauius punietur. Cap. iiii.

Sed nec procuratores villarū, aut iurisdictiones etiā seculares sub aliquibus principibus & secularibus viris, vt iusticiariis eorum fiat, clericorum quisquam exercere præsumat. Si quia

2. ad Tit. mot. 2. \* Vid. l. si m. C. de testi. quis autem aduersus hæc venire tentauerit (quia contra doctrinam apostoli dicentis, Nemo militans deo, implicet se secularibus negociis: \* seculariter agit) ab ecclesiastico fiat ministerio alienus: pro eo q̄ (officio clericali neglecto) fluctibus seculi, vt potestatis placeat, se immergit. Districtius autem decernimus puniendum, si religiosorum quisquam aliquid prædictorum ausus fuerit adtentare.

Idem Cantuariensi archiepiscopo.

Clericus iudicium sanguinis exercens, ab officio & beneficio deponitur: & excommunicatus est habens officium præpositi secularis, si mortuus non desistat.

Capitulum. vi.

Clericis in sacris ordinibus constitutis ex concilio Toletano iudicium sanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus, ne aut per se truncationes membrorum faciant, aut iudicent inferendas. Quod si quis tale quid fecerit, honore priuetur & loco. Iubemus etiam sub interminatione anathematis, ne quis sacerdos officium habeat vice comitis aut præpositi secularis. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, & commotus, emendare noluerit, excommunicationi subiaceat.

Idem Londonen. episcopo.

Non licet clericis vel monachis lucri causa negociari. hoc primo. Monachi nequeunt nomine proprio conductas possessiones habere hoc secundo. Laicis non debet ecclesia titulo conductionis cōcedi hoc tertio.

Capitulum. vii.

Secundum instituta prædecessorum nostrorum sub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici causa lucri negocietur: Et ne monachi à clericis vel laicis suo nomine firmas habeant: Neq; laici ecclesiis ad firmam teneant.

Idem eidem.

Monachi incorrigibiles de monasterio expelluntur, & reformabitur monasterium de fratribus alterius ordinis, si de monachis eiusdem ordinis reformari non potest.

Cap. viii.

Relatum est, quōd monachi de H. seculariter viuūt, & alios exemplo suo corrumpunt. Ideoq̄ mandamus, quatenus eos ad obseruantiam regulæ adp. remota compellas: vel si tibi restiterint ausu temerario, eis electis fratres alterius ordinis (si non potest præscriptum monasterium in suo ordine reformari) in illud inducas: vt labores impiorum iukti edant: & illi tandem rubore perfusi, ad sui ordinis obseruantiam reuertantur.

Innocentius. iij. Estul. episcopo.

Clerici in sacris compellendi sunt per beneficiorum subtractionem, vt

## Decretaliū Gregorij Lib.iii. Tit.1.

*nem, vt desistant à tabellionatus exercitio. Capitulum.viii.*

**S**Icut te accepimus referente:& infra. Frater.tua mandamus, quatenus clericis in sacris ordinibus constitutis tabellionatus officium per beneficiorū subtractionem adpellatione postposita interdicas.

*Idem in concilio generali.*

*Clericus nec distare, nec proferre sententiam sanguinis debet, nec quicquam aliud exercere, per quod ad vindictā sanguinis datur, vel purgationi vulgari opem prestare nō debet. Cap.ix.*

**S**ententiam sanguinis nullus clericus distet aut proferat, sed nec sanguinis vindictā exerceat, aut vbi exerceatur, interfit. Si quis autem huiusmodi occasione ita uti ecclesiis vel ecclesiasticis personis aliquid præsumperit inferre dispendium, per censuram ecclesiasticam cōpescatur. Nec quisquam clericus literas distet aut scribat pro vindictā sanguinis destinandas. vnde in curiis principum hæc sollicitudo non clericis, sed laicis committatur. Nullus quoque clericus ruptariis vel balistariis aut huiusmodi viris sanguinum præponatur, nec vllam chirurgia artem subdiaconus, diaconus vel sacerdos exerceat, quæ aduersionem vel incisionem inducit. Nec quisquam purgationi aquæ feruentis vel frigide, seu ferri candentis, ritū cuiuslibet benedictionis aut consecrationis impendat, saluis nihilominus prohibitionibus de monomachiis siue duellis antè promulgatis.

*Honorius tertius.*

*Constitutio Turonensis concilii puniens religiosos audientes leges vel Physicam, est canon lata sententia, & incidētes in illam, debent per ordinarios puniri. hoc primo. Secundo extendis distam constitutionem ad habentes dignitates & personatus, & ad presbyteros. Capitulum.x.*

**S**uper specula:& infra. Contra religiosas personas de claustris exeuntes ad audiendum leges vel Physicam. A præd. no. olim statuit in concilio Turonen. vt nisi intra duorum mensium spacium ad claustrum redierint, sicut excommunicati ab omnibus euitentur, & in nulla causa (si patrocinium præstare voluerint) audiantur. reuersi autem, in choro, mensa, capitulo, & cæteris, vltimi fratrum existant, & (nisi fortè ex misericordia se. apost.) totius spem promotionis amittant. Verū quia nōnulli ex talibus propter quorundam opiniones diuersas excusationis aliquid adsumebant: nos volentes vt decætero ipso facto sententiā excommunicationis incurrant, districte præcipiendo mandamus, quatenus tā à diœcesanis & capitulis ipsorum, quàm

## De sponsalibus & matrimoniis. 288

rum, quàm à cæteris episcopis, in quorum diœcesibus huiusmodi student, tales excommunicati, & prædictis pœnis obnoxij publice nuncientur. Quia verò Theologiæ studium cupimus ampliari: vt dilatato sui tentorij loco, funiculos suos faciat longiores, vt sit fides catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat ascendentibus ex aduerso: ad archidiaconos, decanos, plebanos, præpositos, cantores, & alios clericos personatus habentes, nec non presbyteros (nisi ab his inera spacium præscriptum destiterint) hoc extendi volumus & mandamus, & adpel. postposita firmiter obseruari. Finis Tertij Libri.

## Decretalium epistoliarum Gregorij Liber quartus.

### De sponsalibus & matrimoniis.

#### Titulus. j.

*Ex concilio Triburicensi.*

*Matrimonium consensu contrahitur, nec inuaditur, si consuetudo patriæ non seruetur. Capitulum. i.*



**D**E Francia quidam nobilem mulierem de Saxonia lege Saxonum duxit in vxorem: verum quia nō eisdem vtuntur legibus Saxones & Francigenæ, caualatus est, & eam nō sua, id est, Francorum lege desponauerat: dimissaq; illa, aliam superduxit. Desinuit super hoc sancta synodus, vt ille transgressor Evangelicæ legis subiciatur pœnitentiæ, & à secunda coniuge separetur, & ad priorem redire cogatur.

*Innocentius. iij. Exon. episcopo:*

*Sponsalia de futuro dissoluntur, si sponsi se dissolunt, etiam si fuerint iurata. Capitulum. ii.*

**P**reterea hi, qui de matrimonio contrahendo pure & sine omnino cōditione fidem dederunt, cōmone dī sunt, & modis omnibus

omnibus inducendi, vt præstitam fidem obseruent. Si autem se adinuicem admittere noluerint: ne fortè deterius inde cōtingat, vt talem scilicet ducat, quam odio habet: videtur, q̄ ad instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea eandē sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari.

Eugenius papa.

*Si maior septennium duxit in uxorem minore septennio, & eam traduxit ad domum: oritur ex tali contractu publica honestatis iustitia. h. d. inherendo literæ. Panor.*

**I**uuenis, qui puellam nondum septennem duxit, quam uisitas repugnaret: ex humana tamen fragilitate forsan tentauit, quod complere non potuit. Quia igitur in his, quæ dubia sunt, quod certius existimamus, tenere debemus: tum propter honestatem ecclesiæ, quia ipsa cōiunx ipsius fuisse dicitur, tum propter prædictam dubitationem, mandamus, quatenus confobrinam ipsius puellæ, quam postmodum duxit; diuidas ab eodem.

Alexander. iij. Papien. episcopo.

*Ex sponsalibus contractis cum cōsanguinea oritur publica honestatis iustitia.*

**A**d audientiam nostri apostolatus peruenit, quod cum H. Papiensis cuius filiam suam cuidam filiorum L. uellet dare uxorem: iurauit, quod si ille habere eam casu aliquo interueniente non posset, alteri filio, quem de alia uxore genuerat, eandem matrimonio copularet. Contractis autē à filio priore sponsalibus, quidam cōsanguinitatem inter eos esse iuramentis interpositis firmauerunt. Ideoque præfatus H. eandem dari alteri filio niteatur, vt iurauit. Sed quoniam scriptum est, q̄ sponsam fratris frater habere non potest: mandamus, quatenus cum suum implere propositum non permittas, sed vt pœnitentiam agat de illicito iuramento, monitione præmissa ecclesiastica diuisione compellas.

Idem Panormitano archiepiscopo.

*Si sponsus de futuro ante copulam ad remota se transfert, sponsa liberè cum alio contrahit. si tamen per eam stetit, quo minus matrimonium perficeretur, sibi pœnitentia imponitur.*

**D**e illis autem, qui præstito iuramento promittunt se aliquas mulieres ducturos, & postea eis in cogitatis dimittere terram, se ad partes alias transferentes: Hoc tibi volumus innotescere, quod liberam erit mulieribus ipsis (si non amplius in factō est processum) ad alia se vota transferre \* recepta de periuorio

\* vide. l. 2. C. de rep.

periuorio pœnitentia, si per eas stetit, quo minus fuerit matrimonium consummatum.

Idem Paduano episcopo.

*Non omnis uolentia impedit contractum matrimonii hoc dicit, quod ad titulum.*

**D**e muliere, quæ est inuita tradita viro & detenta: cum inter vim & vim sit differentia, verum postea consensus intercesserit, certum nobis nihil postea expressisti, nihil certum inde tibi possumus respondere.

Idem Cantuarien. archiepiscopo.

*Si aliqui apti ad matrimonium, contrahunt per uerba obscura, commune uerborum intellectum sequi tenentur.*

**E**x literis: & infra. De hoc autem quod consulisti, quid debeatur obseruari, quando inter aliquos sponsalia contrahuntur, nec intelligit alter, quod alter proponit: Respondemus, q̄ inspicendum est iudici, si matrimonium contrahenti ad id faciendum sint idonei scientia & ætate: quo cognito, si alter nō intellexerit, quod alter proposuit, ad commune uerbi intelligentiam recurratur, \* & cogatur uerque uerba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare.

Idem Vigilien. episcopo.

*Inter sponsam & cōsanguineos sponsi oritur impedimentum, publica honestatis impediens & dirimens matrimonium inter eos contrahendum.*

**S**ponsam alterius (maximè si est nubili ætati proxima) nullus cōsanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare.

Idem abbatibus sancti Cadmundi & Demer.

*Si uir & mulier inuicem promittunt, quod ab eo tempore se pro coniugibus habebunt, contractum est matrimonium, de presentibus hoc dicit. & est casus notabilis.*

**E**x parte C. mulieris nobis intimatum est, q̄ Andreas iuramentum præstitit, q̄ eam ab eo tempore pro coniuge teneret, & ei sicut uxori suæ fidem seruaret. Ipsa quoq; eidē Andree iurauit se illum pro marito habiturā, & fidem ei tanq̄ viro proprio seruaturam: quo factō, prænominatus A. reliquit eandem. Quia igitur nemini licet uxorem suam sine manifesta causa fornicationis dimittere, & tunc eā sibi recōciliare debet, aut ipsa uiuente continere: mādamus, quatenus eundē vt superinducta dimissa ad uxorē suā redeat, & eā maritali affectione pertractet, monitione præmissa per eccle. cen. cogatis.

\* vide. l. Labeo. p. Bar. ff. de supel. leg.

Idem

Idem Pictauiē. episcopo.

*Qui iurauit cum aliqua contrahere, si non subest impedimentum, per censuram ecclesiasticam contrahere cōpellitur.* Cap. x.

**E**X literis Siluani episcopi accepimus, quod cum duo nobiles viri sui episcopatus Guil. scilicet demonstrata, & B. filios & filias impubescentes haberent, inter se conuenerunt, & eos adinuicem matrimonii copularent, & hoc tā patres, quam filij sub iuramento se promiserat facturos: inter quos siquidem G. filiam alterius consentiente patre se iurauit ducere in uxorem: quo volente ad alia vota migrare, eum episcopus cōpellere voluit, vt quod iurauerat adimpleret: & infra. Quia igitur prædicto G. periculosum est contra suum iuramentū venire, fra. t. mandamus, quatenus si hoc tibi constiterit, eum moneas: & si non ad quieteuerit monitis, eccle. cen. compellas, vt ipsam (nisi rationabilis causa obstiterit) in uxorem recipiat, & maritali adfectione pertractet.

Idē archiepiscopis & aliis prælatis per Angliā cōstitutis.

*Per censuram ecclesiasticam pater cōpellitur restituere filio eius uxorem, quam iniuste detinuit vel detinet.* Cap. xxi.

**N**ON est vobis (sicut arbitramur) incognitum qualiter rex Anglorum pro discordia, quæ inter ipsum & filios suos est suborta, uxores eorum detineat: & infra. Nos itaque adtendentes iustum & honestum esse, vt viri suas petant uxores: mandamus, quatenus eundem regem ad eas restituendas sollicitè moneatis: & si iuxta commonitionem vestram filiis suis uxores suas intra certum terminū non restitueret, \* ex tunc in quas cūq; prouinciarum vestrarum detineretur vel transferetur, donec ibi fuerint, nulla diuina officia (præter baptismum paruulorum, & pœnitentiæ morientium) celebretis, nec permittatis aliquatenus celebrari.

\* Matrimonij liberat à patris potestate. vide

l. i. c. de bonis, quæ li. & l. i. s. ff. de libe. ex li.

Idem episcopo sanctæ Agathæ.

*Dictum vitus aduersus impedimentum, impedit matrimonij contrahendum non iuratum.* Capitulum. xii.

**P**Œterea de muliere, quæ à viro impetitur, cuius consanguineus cum ea se deliquisse proponit, sed hoc publicè confiteri recusat propter metum & potentiam mulieris. Taliter respon. vt matrimonium ipsum fieri (nisi iuramentum interuenisset) districte prohibeas, ne deterius inde contingat.

Idem procuratori & cano. Soræ.

*Si mulier inuita cum aliquo contrahat: nec in eum postea consentiat, tenet matrimonium, si alteri postea nubit. Ita communiter summatur.*

*summatur. Et secundum hunc intellectū esset hic casus apertus, quod matrimonium metu contractum, esset ipso iure nullum. hoc tamen clare non colligitur ex litera.* Cap. xiiii.

**V**eniens ad apost. se. Mariota supplici insinuatione monstrauit, quod quendam adolescentem adamauit, in tantū, vt eique de matrimonio contrahendo, sub trium personarum testimonio præstiterit iuramentum: quod parēs mulieris ipsius ignorantes, eam inuitam & reclamantē in vxorem alij tradiderunt: quæ ita exhorruit, quod se ab eo nullo modo cognosci permisit. Cumq; publicè fateretur, quod à priori viro cognita esset, atque iurata, episcopus Soran. cognito, quod proxima inter eos esset linea consanguinitatis, ipsos ab inuicē separauit. Cæterum cum causa ipsa tractaretur, & viro, cui tradita fuerat à parentibus, consentire nolle, ipse aliam in vxorem traduxit, & illa cuidam T. nomine publicè in conspectu ecclesiæ nupsit. Tandem cum de illo filium genuisset, pater ipsius T. ei opposuit, quod filium suum non potuit in virum habere, & quod ab alio, qui defunctus est, prius despōsata fuisset: & infra.

Mandamus, quatenus si inuenieritis, quod prædicta mulier à priori viro iudicio ecclesiæ fuerit separata, & ab eodem T. sine contradictione ecclesiæ in vxorem traducta, & ille cui à parentibus fuit copulata, de præsentī vita decessit, prædictum T. monitione præmissa compellatis, vt præfatam Mariotam recipiat, & studeat maritali adfectione tractare: alioquin eam & suam perinductam & patrem eius (si huic rei restiterit) excommunicationi subdatis.

Idem Papiensi episcopo.

*Si timetur inferri violentia puella, de cuius matrimonio agitur, debet iudex sibi providere locum tutum & honestū, donec causa terminetur. h. d. Et est textus multū allegabilis.* Cap. xiiii.

**C**um locum non habeat consensus, vbi metus vel coactio intercedit, necesse est, vt vbi adensus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur: & vbi de ipso quæritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, qui de iniuritis solet nuptiis prouenire. Quocirca mandamus, quatenus puellam, de cuius matrimonio quæstio vtilitatur, in domo, in qua nihil eam timere oporteat, facias honestè teneri, donec prædicta causa terminata fuerit, & sententia sine contradictione, cuiusquam valeat executioni mandari.

Idem.

O ij Sponsalia

*Sponsalia de futuro, si secuta est copula, non solvuntur per spō-  
salia de presenti, alias tenent sponsalia de presenti, nisi per me-  
tum, qui potuisset cadere in constantem virum, contracta sint.*

Capitulum xv.

**V**eniens ad nos Gu. sua nobis relatione monstravit, quod  
in domo sua mulierem quandam receperit, de qua prolē  
habet, & cui fidem coram pluribus pręstitit, quod eam duce-  
ret in vxorem. Interim autem cum apud domū vicini sui per-  
noctauerit, eius filia nocte illa secum concubuit: quos pater  
puellā simul in vno lecto inueniens, ipsum eam per verba de  
pręsenti desponsare coegit. Ideoque mandamus, quatenus si  
inuenieris, quod primam post fidem pręstitam cognouerit, ip-  
sum cum ea facias remanere: alioquin secundę (nisi metu co-  
actus, qui posset in virum constantem cadere, eam desponsaue-  
rit) adharere facias, vt vxori.\*

\*Vide.l.  
si patre. ff.  
de ri. nup.  
c. l. si mu-  
lier. S. si  
dos. ff. qd  
me. can.

Idem Exoneñ. episcopo.

*Qui iuravit cum aliqua contrahere, si vult religionem ingre-  
di, debet primò contrahere, vt iuramentum seruetur, & ante copu-  
lam carnalem monasterium ingredi poterit.* Cap. xvi.

**C**ommisum: & infra. Significauit nobis frat. tua, quod  
quidam cuidam mulieri de contrahendo matrimonio fidem  
dedit, & se cum ea intra biennium per verba de pręsen-  
ti contracturum pręstato iuramento firmavit: nunc autem pri-  
uata lege ductus ad frugem melioris vitę suspirat: & infra.  
Fra. t. respond. quod tutius est ei (religione iuramenti seruata)  
prius contrahere, & postea, si elegerit, ad religionem migrare,  
si tamen post desponsationem copula non dignoscitur inter-  
uenisse carnalis.

Lucius. iij. Rapalē. episcopo.

*Qui iurauit cū aliqua contrahere, moneri potius debet, quam  
compelli, vt contrahat. h. d. inharendo literę.* Cap. xvii.

**R**equisit a nobis. t. fra. qua censura mulier compelli de-  
beat, quę iurifurādī religione neglecta nubere renuit, cui  
se nupturā interposito iuramento firmavit: & infra. Ad quod  
b. r. quod cum libera debeant esse matrimonia, monēda est po-  
tius, quā cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus  
frequenter habere.

Urbanus tertius.

*Litis pendentię super matrimonio non impedit secundum ma-  
trimonium contrahi, si primum erat nullum.* Cap. xviii.

Cum in

**C**um in apostolica: & infra. Intelleximus, quod cum in-  
ter villicum de Arucia & vxorem eius matrimonij quę-  
stio tractaretur, ante publicationem testium villicus reuersus  
ad propria, publicē inter se & vxorem suam proposuit senten-  
tiam diuortij, iudicio ecclesię promulgatam: & sic falsitate sug-  
gesta, quandam aliam facti nesciam sibi copulare pręsumpit.  
Postmodū verò super prioris matrimonij quęstione literis im-  
petratis delegati iudices sententiam diuortij protulerunt. Ve-  
rū quia villicum & mulierem, quam superinduxit, pendente  
litte prioris vxoris inuicem adferis consensisse. Consul. t. t. r.  
quod imposta viro penitentię competenti, & infra peniten-  
tię tempus carnali commercio interdito: postmodū in mari-  
tali copula poterunt remanere.

Clemens. iij. CęsarAugustensī episcopo.

*Vxor non certificata de morte viri, contrahere non potest, quā-  
uis ignoret quid sit de marito, qui lōgo tempore absuit.* Cap. xix.

**I**n pręsentia nostra quęsiuisti, quid agendum sit de mulieri-  
bus, quę viros suos causa captiuitatis, vel peregrinationis ab-  
sentes ultra septēnium pręstolatę fuerint: nec certificari pos-  
sunt, de vita vel de morte ipsorum, licet super hoc sollicitudi-  
nem adhibuerint diligentem: & pro iuuenili ætate, seu fragili-  
tate, carnis nequeunt continere, petentes aliis matrimonio co-  
pulari. Consul. ergo. t. t. respon. quod quocūque annorum  
numero ita remaneant, viuētibus viris suis, nō possunt ad alio-  
rum consortium canonicē conuolare, nec authoritate ecclesię  
permittas contrahere, donec certum nuncium recipiant de  
morte virorum.\*

Idem.

*Contractus matrimonij cum peccatrice volēte se corrigere, pro-  
ficiat ad remissionem peccatorum.* Capitulum. xx.

**I**ncertis operibus charitatis non minimum est, errantem ab erro-  
ris sui semita reuocare: & infra. Statuimus, vt omnibus, qui  
publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in vxor-  
es: quod agunt, in remissionem proficiat peccatorum.

Idem.

*Matrimonium per vim contractum, cohabitatione spontanea cō-  
ualescit. h. d. & quotidie allegatur.* Cap. xxi.

**A**d id, quod per tuas literas intimasti de quadā parocciā-  
na tua, quam suus vitricus cuidam Teuthonico matrimo-  
nialiter copulauit: Taliter. r. quod quāuis vñdecim annos ha-  
bens ab initio inuita fuisset ei tradita: & renitens: tamen quia  
O iij postmodū

\*Vide.l.  
2. §. si du-  
bitetur. ff.  
quę ad. re-  
sta. ape.



postmodum per annum & dimidium sibi cohabitans cōsensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire: nec de cetero recipiendi sunt testes, si quos memorata mulier ad probandum, quod non consenserit in eundem, nominauerit producendos, cum mora tanti tēporis huiusmodi probationem excludit. Mandamus igitur, vt propter hoc non omittas, quo minus vtrūq; cōpellas ad alterum maritali adfectione tractandū, nisi forte velint ad religionem pariter conuolare, pœnitentia eis iniuncta pro eo, q̄ ad alienos & illicitos concubitus vterq; transiuit,

Innocentius. iij. Ecclēsiæ. episcopo.

*Sponsalia de futuro, etiam iurata soluantur per secunda sponsalia de presenti, non autem per secunda de futuro. Cap. xxii.*

Sicut ex literis tuæ fratris. accipimus, cum Lau. parœcianus tuus P. mulierem se ducturum in coniugem, in manus patris eiusdem P. iuratis, quod eam sibi traderet in vxorem, proprio firmauerit iuramento, nec per virum steterit, sed per mulierem potius, quo minus inter eos matrimonialis solennitas sit secuta, quatuor postmodum, vel quinq; annis elapsis idem L. E. mulierem per verba de presenti (vt eius consanguinei adferunt) desponsauit: & infra. Postulationi tuæ taliter respondimus, quod si tibi constiterit, quod idē L. P. per verba de futuro E. verò desponsauerit per verba de presenti: imposita ei pœnitentia competenti, quia primam fidem irritam fecit, (nisi forsitan in iuramento suo certum terminum, intra quem dictā P. duceret in vxorem, præfixit, nec per eum steterit, quin ad statutum terminum matrimonium consummauerit) matrimonium secundo loco contractum legitimum iudices, & ad illud seruandum compellas eundem. Quod si fortē per verba de futuro sponsalia cum vtraque contraxit, iuramentum primum sicut licite factum est, ipsum seruare compellas, de secundo ei pœnitentiam iniuncturas. Quod si de his non constat ad plenum, tādū adhuc cognoscas de causa, donec sup his sufficiēter instruaris.

Idem Arclatenſis episcopo.

*Mutus & surdus, & omnes qui non prohibentur, matrimonium contrahere possunt. Capitulum. xxiii.*

Cum apud sedem apostolicam: & infra. Sanē consuluiſti nos vtrū mutus & surdus, alicui possint matrimonialiter copulari. Ad quod. t. r. quod cum prohibitoriū sit edictum de matrimonio contrahendo, vt quicūque non prohibetur, per cōsequentiā admittatur, & sufficiat ad matrimonium solus cōsensus illorum, de quorum quarūque coniūctionibus agitur: Videtur,

Videtur, quod si talis velit cōtrahere, sibi non possit, vel debeat denegari. Cum quod verbis nō potest, signis valeat declarare. Idem Versel. episcopo.

*Furiosus matrimonium contrahere non potest. Cap. xxiiii.*

Dilectus filius R. proposuit, quod filiam suam cuiusdam matrimonialiter copulauit: & infra. Cum autem eadem mulier cum ipso viro, qui continuo furore laborat, morari non possit, & propter alienationem furoris legitimus non poterit interuenire consensus: mandamus, quatenus si rem noueris ita esse, præfatas personas cures ab inuicem separare.

Idem Brixien. episcopo.

*Solo consensu legitimo contrahitur matrimonium, sed verba requiruntur quo ad probationem: & intellige vel alia signa æquivalentia. hoc dicit. secundum intellectum, quem tenet. Panor. Capitulum. xxv.*

Ut fraternitati: & infra. Postulasti, vtrum ex solis verbis, & ex quibus matrimonium contrahatur. Nos igitur inquit. t. r. quod matrimonium in veritate contrahitur per legitiuum viri & mulieris consensum, sed necessaria sunt, quantum ad ecclesiam verba consensum exprimentia de presenti. Nam surdi & muti possunt contrahere matrimonium per consensum mutuum sine verbis: & pueri ante annos legitimos per verba sola non contrahunt, cum intelligantur minime consentire.

Idem.

*Si alter contrahentium vitur verbis dubiis animo decipiendi mulierem, & eam postmodum cognoscit carnaliter, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali: secus in pœnitentiali. hoc dicit, secundum verum & commune intellectum. Capitulum. xxvi.*

Ut nos duxit. f. consulendos: & infra. Consequenter quaesiuisti, cum quandam mulierem quidam aliter inducere nequiuisset, vt sibi commisceretur carnaliter, nisi desponsasset eandē: nulla solennitate adhibita, vel alicuius præsentia dixit illi, Te Ioannes desponsare: cum ipse Ioannes nō vocaretur, sed finxit se vocari Ioānem: non credens esse coniugium, eo quod ipse non vocaretur hoc nomine, nec haberet propositum contrahendi, sed copulam tantum exequendi carnalem: vtrum inter prædictos sit matrimonium celebratum, cum mulier consenserit in eundem, & ille dissenserit & dissentiat, nec aliud aliquid egerit, quam superius est expressum, nisi quod cognouerit eandem? Super quo. t. r. quod cum præfatus vir prædictā desponsauerit mulierem in propria persona, & sub nomine alieno, quo vocari tunc se finxit, & inter eos sit carnalis copula subsecuta:

Vide L. 2.  
N. 1. de Contrah.  
Empt.

cuta: videtur forte pro coniugio præsumendum, nisi tu nobis expresse scripſiſſes, & ille non proposuit, nec conſenſit illam ducere in vxorem: & qualiter tibi conſtiterit, non videmus. Nos autem, quid iuris ſit reſcribentes, dicimus, & ſi res ita ſe habet, videlicet, quòd ille eam non propoſuit ducere in vxorem, nec vnquam conſenſit in prædictam perſonam, non debet ex illo factò coniugium iudicari, cum in eo nec ſubſtantia coniugalis contractus, nec forma cõtrahendi coniugium valeat inueniri: quoniam ex altera parte dolus ſolūmodo adfuit, & deſuit omnino cõſenſus, ſine quo cætera nequeunt factus perficere coniugale.

Idem ep̄ſcopo Beluacẽ.

Ad denunciationem vnus honeſti viri, qui deſert conſanguinitatem, & de fama vel ſcandalo docet: impeditur matrimonium contrahendum.

Capitulum. xxvii.

Cum in tua diœceſi: & infra. Sane quia contingit interdum, quòd aliquibus volentibus matrimonium contrahere, bannis (vt tuis verbis vtamur) in eccleſiis editis, ac nullo cõtradictore publice comparente, licet fama priuatum impedimentum deſerat parentelæ, cum ex parte contrahentium iuramenta maiorum de ſua propinquitate (vt ſuſpicionis tollatur materia) offeruntur: quid tibi ſit faciendum in caſibus huiusmodi, quaſiuiſti. Ad quod taliter reſpond. quòd ſi perſona grauis, cui fides ſit adhibenda, tibi denunciatur, quòd hi, qui ſunt matrimonio copulandi, ſe propinquitate contingant, & de fama vel ſcandalo doceat: aut etiam per teipſum poſſis certificari de plano: non ſolum debes iuramenta parètum ſponte oblata non recipere, verum etiam eos, qui ſic contrahere nituntur, ſi moniti induci nequiuerint, compellere, vt à tali cõtractu deſiſtant, vel contra famam huiusmodi, ſe cõtra tua diſcretionis arbitrium iuramenta exhibeant propinquorum. Alioquin ſi perſona denuncians, non extiterit talis, vt diximus, & de fama, vel de ſcandalo non poterit edocere: ad deſiſtendum monere poteris, non compellere contrahentes.

Honorius tertius ep̄ſcopo Bergucũ.

Mulier, qua negat ſe in matrimonium conſenſiſſe, nõ creditur marito probante contrarium: ſecus ſi probat ſe conſenſiſſe per meum, qui poteſt cadere in conſtantem.

Capitulum. xxxviii.

Conſultationi tuae breuiter reſpondemus, quòd mulieres, quæ veniunt ad valuas eccleſiæ benedicendæ cum ſponſis, & ibi reclamantes adfirmant ſe nunquam in eorum matrimonium conſenſiſſe, audiri (ſponſis legitime probantibus contrarium) non oportet, cũ legitimis & idoneis teſtibus non debeat

illarum

illarum ſimplex adſertio præualere. Sane illis, quæ benedictione accepta mox à ſponſis auſugunt, ante carnis copulam ſubſecutam, adſerentes ſe nunquam in illos veraciter conſenſiſſe, ſed metu illato compulſas verba protuliſſe conſenſus, licet animo diſſentirent: non ſtatim eſt audientia deneganda, ſed de illato metu, eſt cum diligentia inquirendum: & ſi talis metus inueniatur illatus audiendæ.

Gregorius nonus.

In matrimoniis & ſponſalibus debet eſſe libertas, vnde in eius præmiſſio pœnæ non obligat. A

Capitulum. xxix.

Emma mulier nobis expoſuit, quòd cum T. filia eius cum G. contraxit matrimonium, B. de Alferio ea occasione, quòd inter P. filium ſuum, & prædictam puellam intra ſeptennium conſtitutos ſponſalia contracta fuerunt, pœnam ſoluendam à parte, quæ contraheret in ſtipulatione adpoſitam ab ipſa nititur extorquere. Cum itaque libera matrimonium eſſe debeat, & ideo talis ſtipulatio propter pœnæ interpoſitionem ſit merito improbanda: mandamus, quatenus ſi eſt ita, eundem B. vt ab extorſione prædictæ pœnæ deſiſtat, eccleſiæ cenſura compellas.

Idem ep̄ſcopo Cenomanenſi.

Sponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium per carnalem copulam ſubſecutam, ſed non per niſum carnalis copula tantum. hoc dicit. cum cap. ſim. infra eodem.

Capitulum. xxx.

Iſ, qui fidem dedit M. mulieri ſuper matrimonio contrahendo carnali copula ſubſecuta, eſt in facie eccleſiæ ducat aliam & cognoscat. Ad primam redire tenetur: quia licet præſumptum primum matrimonium videatur, contra præſumptionem tamen huiusmodi non eſt probatio admittendæ. Ex quo ſequitur, quòd nec verum nec aliquod cõſectur matrimonium, quod de facto eſt poſtmodum ſubſecutum.

Idem.

Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimonium, etiam carnali copula conſummatum. Sed ſponſalia de futuro etiam iurata ſoluuntur per ſequentia de præſenti.

Cap. xxxi.

Si inter virum & mulierem legitimus conſenſus interueniat de præſenti, ita quòd vnus alterum mutuo conſenſu verbis conſuetis expreſſo recipiat, vtroque dicente, Ego te in meam accipio, & ego te accipio in meum, vel alia verba conſenſum exprimentia de præſenti: ſiue ſit iuramentũ interpoſitum, ſiue non, nõ licet alteri ad alia vota tranſire: quod ſi fecerit, ſecundum

\* Quis dicitur talis metus, vide. l. qui in aliena. §. ff. de adqui. hæ. re.

de vltima ſingula ad diſt. 7. in 40. ad §. 50. in 12.

dum matrimonium de facto contractū (etiam si sit carnalis copula subsecuta) separari debet, & primum in sua firmitate manere. Verum si inter ipsos accessit tātummodo promissio de futuro, utroque dicente alteri, Ego te recipiam in meam, & ego te in meum, sive verba similia: si alius mulierem illam per verba de presenti desponsauerit, etiam si inter ipsam & primum iuramentum interuenerit (sicut diximus) de futuro huiusmodi desponsationis intuitu secundum matrimonium non poterit separari, sed eis est de violatione fidei pœnitentia iniungenda.

Idem.

*Nisus ad copulam non facit sponsalia de futuro transire in matrimonium.*

Capitulum. xxxii.

**A**dolefcens, qui desponsatam sibi per verba de futuro, licet scire nisus fuerit, carnaliter non cognoscens, cum alia postmodum per verba de presenti contraxit: non primam, cum qua nec fuit verum matrimonium ex forma contractus: nec presumptum, cum conatus non habuisset effectum: sed secundam debet habere uxorem.

De desponsatione impuberū. Tit.ij.

Honorius Eusebio episcopo.

*Pater pro filio impubere sponsalia contrahit, pro pubere vero non nisi consentiat.*

Capitulum. i.

**P**ater nos requisivit fraternitas de filio adulto, quē pater matrimonium vult cōtrahere, si sine voluntate adulti filij facere potest. Ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse. Potest autem filium nondum adultum (voluntas cuius discerni non potest) pater, cui vult matrimonio, tradere. Et postquam filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere.

Nicolaus papa.

*Impuberes ambo vel alter, nisi pro bono pacis, coniungi non debent.*

Capitulum. ii.

**V**bi non est consensus: & infra. Districtius inhibemus ne aliqui, quorū uterque, vel alter ad ætatem legibus, vel canonibus determinatam nō peruenerit, coniungātur: Nisi forte aliqua urgentissima necessitate interueniente, & vixote pro bono pacis talis coniunctio toleretur.

Isidorus.

*Puberes sunt, quod ad matrimonium, qui ex habitu corporis concipere & generare possunt.*

Capitulum. iii.

Puberes

**P**uberes à pube sunt vocati, id est, à pudentia corporis nuncupati, quia hæc loca primo lanuginem ducunt. Quidam tamen ex annis pubertatem exiitiant: id est, cum esse puberē, qui. xliij. annos impleuerit, quāuis tardiissime pubescat. Certum autem est, cum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare iam potest. Et puerperæ sunt, quæ in annis puerilibus pariunt.

Alexander tertius Herforden. episcopo.

*Ex sponsalibus contractis cum minore septennio non oritur impedimentum publicæ honestatis, secus si cum maiore vel minore sentiente post septennium: & adfinitas sequens dissoluit sponsalia præcedentia de futuro.*

Capitulum. iiii.

**L**iteras tuæ fraternitatis accepimus, ex quarum tenore percipimus, quod cum quidam esset perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis desponsauit: procedente vero tempore matrem puellæ cognouit, & eam in uxorem accepit: & infra. Consul. t. r. r. quod si præfatus vir matrem puellæ antequam septimum annum complexisset, in uxorem accepit, matrimonium non dissoluas, cum desponsationes huiusmodi nullæ sint, quæ in cunabulis fiunt\*. Verum si postquam puella septimum annum compleuit, prædictus vir matrem eius accepit uxorem, cum sponsalia ex tunc placere consueuerint: inter eos sententiam diuortij non differas promulgare, nec ipsum filiam, seu matrem habere permittas.

\* vide. l. quātū. ff. de. spon.

Idem Eboracē. episcopo.

*Sponsalia nulla ex defectu consensus, non creant publicæ honestatis iustitiam: sponsalia vero aliqua sic, licet legitimo modo fuerint dissoluta.*

Capitulum. v.

**A**ccessit ad præsentiam nostram: & infra. F. l. Mandamus, quatenus si tibi constiterit, quod puella non esset septennis, quando G. desponsata fuit, & postea in eum non consentens, & quod idem G. ab huiusmodi desponsatione per te fuerit absolutus, matrimonium inter eundem Gu. & matrem puellæ celebratum præcipias inuiolabiliter obseruari, & eorum prole denuncias esse legitimam: quia desponsationes & matrimonia ante septem annos fieri non possunt, si consensus postea non accedit. Sane si præfata puella ante desponsationem septimum annum compleuerat, licet prædictus vir à desponsatione ipsius puellæ ipso iure fuerit absolutus, cum ea in eum consentire noluerit: inhonestum tamen videtur, ut matrem habeat, cuius filia fuit sibi desponsata.

Idem Norwicē. episcopo.

Si impubes

de hoc  
casu.  
obseru.  
16. Cap.  
33.  
hoc intelligi  
de lib.  
pro honestate,  
non debet  
nulla de



Decretaliū Gregorij Lib.iiij. Tit.ij.

Si impubes desponsata, & traducta petit licentiam pubes facta alteri nubendi, non auditur, si vir iurat se eam cognouisse, nec auditur si nondum pubes, sed proxima pubertati probetur cognita. Et ex sponsalibus contractis cum impubere maiore septennio, oritur publica honestas.

Capitulum.vi.

Concinebatur in literis tuis, quod cum quadā puella intra nobiles annos, cuidam in vxorem tradita fuerit, & ab ipso traducta, hæc ad nobiles annos perueniens, alij nubendi licentiam postulauit, adserens se in eundem nullatenus consensisse: & infra. Consul. t. r. r. quod cū in decretis habeatur expressum, quod si vir dixerit, quod vxorem suam cognouerit, & mulier negauerit, viri standum est veritati, prefato viro, qui dicit se mulierem ipsam cognouisse, fides est adhibenda, si id firmauerit iuramento. Si autē fuerit ætati proxima, vt in. xj. vel circa. xij. annum, & cum suo adfensu desponsata, & cognita ab eodem viro, separari non debet, præsertim cum parentes eius ipsam fuisse ætatis legitimæ faterentur. Si vero puella intra nobiles annos, alicui desponsata fuerit, non licet alicui de consanguinitate ipsius, cui desponsata fuerit, eam ducere in vxorem, nec fas est eidem sponso de consanguinitate sponsæ, sibi aliquam copulare.

Idem Barthonicū. episcopo.

Si maiores septennio contrahunt sponsalia, neuter ante pubertatem resiliere potest. hoc primo. Et ille, qui primo fit pubes, alterū expectabit. hoc secundo. Quod si tempore contractus alter erat pubes: nō ille, sed alter factus pubes resiliere potest. hoc tertio. Ca. vii.

DE illis, qui intra annos aptos matrimoniis sponsalia contrahunt, siue vterque, siue alter reclamet ante, quam ad annos matrimoniis aptos peruenierint, & postulent separari, non sunt vllatenus audiendi. Si vero alteruter istorū ad annos pubertatis peruenierit, intra eisdem annos altero existēte cum sponsalia contrahuntur: si is, qui minoris ætatis est, cum ad annos illos peruenierit, reclamauerit, nec in alterum voluerit consentire: iudicio ecclesie poterunt ab inuicem separari.

Mulier autem, quæ postquam annos nobiles attingit, et, qui nondum ad annos aptos matrimoniis venerat, nupsit, cum in eum semel consenserit, amplius non poterit dissentire, nisi ipse cui nupsit, postquam ad legitimam ætatem peruenierit, in eam suum negauerit præstare consensum. \*

Idem.

Impuberes sponsalia contrahentes ante pubertatem separari non de-

non debent, sed post pubertatem possunt, si contradicunt sponsalibus, nisi copula carnalis interuenierit. Capitulum. viii.

ANobis tua discretio requisit, vtrum iis, qui intra annos nobiles matrimonij nomine coniunguntur, vel eorum aliter, antē, quam ad annos aptos matrimonio perueniant, liceat à matrimonio tali discedere. Ad quod respondemus, quod pro eo, quod ante nobiles annos coniugalem consensum non habent, vsque ad legitimā ætatem expectare tenentur: & tunc aut confirmetur matrimonium, aut (si simul esse noluerint) separentur, nisi carnis commixtio antē interuenierit, cum interdum illa tempus anticipare soleat pubertatis.

Idem Genueñ. archiepiscopo.

Minores apti ad matrimonium ex contractu matrimonii obligantur, nisi violentia intercedat. Capitulum. ix.

DE illis, qui in minori ætate desponsantur: & infra. Respondemus, quod si ita fuerint ætati proximi, quod potuerint copula carnali coniungi, minoris ætatis intuitu separari non debent \* si vnus in alium vilis fuerit consensisse, cum in eis ætatem suppleuisse malicia videtur, sed cuiusque sint ætatis, se possunt per illatā violentiam excusare, nisi post violentiam consensus accedat.

Vrbanus. iij. Cenomañ. episcopo.

Contractus ante pubertatem, etiam cum nisi carnalis copula, vnus. §. non facit matrimonium. Capitulum. x. cū ita. ff.

ANestationes super causa matrimonij, quæ inter H. iuue- de verb: nem & G. mulierē vertitur accepimus, & ipsis inspectis nobis innouit, quod prædictus iuuenis nondum duodecimum annum adtigerat cum præfaram G. accepit vxorem: & licet nifus fuisset (sicut vterque confessus est) ipsam corrumpere, mulier tamen credit se virginem euasisse: verum ipse antequam ad annum. xiiij. peruenisset, à memorata muliere recessit. quæ cum. xvij. annos habeat, eadem pro viro sibi vindicare contendit: & infra. Consultationi tuæ taliter respon. quod si mulier per idoneos testes probare nequieuit, quod post. xiiij. annum ætatis suæ, vel circa finem. xiiij. anni, prædictus iuuenis consensisset in eam, ab ipso iuramento recepto, quod postquā ad legitimam ætatem peruenit, ipsam habere non consensit in vxorē: ab impetitione mulieris eū potes & debes aboluere, & ad alia vota vtrique dare licentiam transeundi.

Idem Pisano archiepiscopo.

Si maior inuitus contraxit sponsalia cum minore, non tenetur ipsum expectare donec veniat ad ætatem adultam. Capitulum. xi. Ex lic-

\* Vide. l. nuptias. cū similibus. ff. de reg. iur.

in matrimonio malicia legit etia... 500. l. ad q. 3. de iur. n. 2. \* Vide. l. pe. ff. quādo di. leg. ce. & l. cō

**E**x literis tuæ fra. accepimus, quòd puella quædā anno. xij. iurata fuit & desponsata cuidam puero. ix. vel. x. annorum: & tempore procedente, de volūtate parentum potius, quàm de sua (sicut adferit) ad domum patris pueri adducta, vbi nollens & inuita, minis parentum impulsā, moram fecit per annū & amplius, & tandem inde recedens ad domum propriam est regressa: & infra. Cum autē dictus puer nondum ad. xiiij. annum peruenerit, nec ad eandem carnaliter accessum habuit, dis. tua taliter respon. quòd si puella communita, vt donec cōpleat idem puer annum. xiiij. expectet. non duxerit expectandum: ei secundum eā, quæ proposita sunt, accipiendi alium virum liberam tribuas facultatem. \*

\* vide. l. si pater. p. Bar. C. de spon.

Alexander tertius.

*Sponsalia contracta cum minore septennio, per cohabitationem mutuam post septennium conualescunt, & inducunt publicæ honestatis iustitiam: solvuntur tamen per matrimonium de presenti.*

Capitulum. xii.

**D**vo pueri Guillelmus & Guillelma matrimonialiter sunt coniuncti, puero. vij. puella vero. vij. annum agēte: qui simul per tres annos manserunt: tunc pater puellæ subtrahens eam sponso, ipsam alteri M. nomine copulauit: cum quo per. vij. annos quietē permanit, ipse vero tunc reliquit eandem, quia credebatur eā alium virum habere, Guillel. scilicet, cui prius fuerat desponsata. Prior autem sponsus ad annos discretionis perueniens, à prædecesore tuo contrahendi cum alia licentiam impetrauit: qui quandam nomine S. consobrinam prioris in vxorem accepit, & cum ea per aliquod tempus existens, eam (vt ipse fatetur) carnaliter non cognouit, licet illa se ab eo cognitā adferret. Cum autem pater memoratæ Guillel. eā vidisset à secundo viro relictam, prænominatam Guil. cui prius eam desponsauerat, compulsi vt S. neptem suam omnia dimitteret, & ad Guillel. suam desponsatam rediret: qui postmodum per biennium cohabitauit eidem. Quia igitur, quid tibi faciendum sit, postulas edoceri: Breuiter respon. quòd impediēte puerili etate matrimonium inter G. & G. non fuit: & licet idem postquam illa nupsit alij, potuerit aliam ducere in vxorem, tamen quia dictam S. duxit consobrinam mulieris eiusdem, siue eam cognouerit siue non, non debet tamen cum eadem S. propter publicæ honestatis iustitiam remanere, nec ad primā habere regressum, quia alteri fuit legitime copulara: & infra. Cū vero vir caput sit mulieris: & Guil. dicat se nō cognouisse prius S. supradictam: aliam, si voluerit, poterit ducere in

cerere in vxorem, & S. viro legitimo copulari: post separationē vero, pro vitando populi scandalo, vtriq; ad tempus est penitentiā iniungenda. Si vero legitime cōstaret ipsam S. ab eo siue post, siue antea cognitā exstitisse, neutri, viuente altero, dabitur licentiā contrahēdi. Remanebit ergo Guillelma cū M. imposita ipsi M. ad tempus penitentiā competenti, qui pro sua opinione sola Guil. (iudicio ecclesiæ non requisito) dimisit.

Innocentius. iij. C. & P. quondam filius Malebranca.

*Accusari non potest matrimonium, quod non est, vt si cum minori septennio sit contractum: denunciari tamen potest impedimentum, ne contrahatur in posterum.* Capitulum. xiiij.

**A**d dissolendum, quòd factū fuerat inter I. & S. & infra. Ad causatione pro puella super consanguinitate proposita, præfatus I. multas exceptiones proposuit: per quas nitentur vos ab ad causatione multipliciter remouere: & infra.

Interloquendo pronunciauimus inter iuueniē & puellam nec matrimonium nec sponsalia fuisse contracta: cum constet puellam nōdum ad septennium peruenisse. Quocirca nec ad causatio locum habebat, cum nō esset, quòd posset legitime ad causari. Denunciari tamē poterat consanguinitas, vt interdiceret matrimonium contrahendum. Ad denunciationem ergo legitime probādam terminum adsignamus, saluis exceptionibus non solum propositis, sed etiam proponendis. Ne vero quicquam in puellam interim adtentetur, auctoritate apostolice interdicimus, ne in negotio de nouo procedatur ulterius, donec vel à denunciatione cessetur, vel ea probata ordine iudicario procedatur. Quòd si contra interdictum nostrum in præiudicium ipsius aliquid fuerit adtentatum, id irritum esse decernimus, & viribus omnino carere.

Idem episcopo Abbate.

*Si quis per verba de presenti contrahit cum impubere, in qua atatem malicia non supplet, intelligitur non matrimonium, sed sponsalia contraxisse, etiam si subarratio intercesserit.* Cap. xiiii.

**T**u nobis exhibitæ literæ continebāt, quòd quidam filia suam circiter. xij. annos habentem, cuidam nobili desponsauit, qui subarrauit eandem, consensu mutuo accedente: & infra. Quia vero nobis constare non potuit, cuius ætatis esset puella cum eidem viro exstitit desponsata, cum dicatur, & circiter. xij. annos habebat, vtrūm ne prudentia tunc in illa suppleret ætatem: respondemus, quòd si puella nubilis non erat ætatis, cum sæpe præfatus vir desponsauit eandem, & ætatem in eā prudentiā non supplebat, proculdubio inter eos nō coniugium,

Decretaliū Gregorij Lib.iii. Tit.iii.

augium, sed sponsalia contracta fuerunt, quamuis ab ipso viro eadem fuerit subarrata.

De clandestina desponsatione. Tit.iii.

Ex concilio Arelaten.

Pro clandestino matrimonio non presumitur, sed illud allegati incumbit onus probandi. Capitulum.i.



Quis clam desponsauerit aliquam, & mulier vel vir negat huiusmodi desponsationem: Viro incumbit probatio.

Alexander. iij. Beluacen. episcopo.

Qui matrimonium clandestine contraxerunt, altero negante vel viroque, non ad parentem legitimam exinde probatione, simul cohabitare ab ecclesia non compelluntur: & si illud publicauerint, tanquam in conspectu ecclesie factum comprobabitur, nisi rationabilis causa subsit, qua impediatur. hoc dicit, litera inherendo. Capitulum.ii.

Quod nobis: & infra. Si matrimonia ita occulte contrahuntur, quod exinde legitima probatio non adpareat, iij, qui ea contrahunt, ab ecclesia non sunt aliquatenus compellendi. Verum si personarum contrahentium hæc voluerint publicare, nisi rationabilis causa præpediat, ab ecclesia recipienda sunt & comprobanda tanquam à principio in ecclesie conspectu contracta.

Innocentius. iij. in concilio generali.

Cum matrimonia sunt contrahenda, debent per presbyteros in ecclesia edicta proponi, assignato termino, intra quem, qui voluerit impedire, impedimentum obponat: & si probabilis coniectura fuerit de impedimento, interdicitur matrimonium, donec de hoc cognoscatur. hoc primo vsque ad §. Si quis. Capitulum. iij.

Ubi inhibito copulæ coniugalitatis sit in vltimis tribus gradibus reuocata, eam in aliis volumus districte seruari. Vnde prædecessorum nostrorum vestigiis inherendo, clandestina coniugia penitus inhihemus, prohibentes etiam, ne quis sacerdos talibus interesse præsumat. Quare specialem quorundam locorum consuetudinem ad alia generaliter prorogando, statuimus, vt cum matrimonia fuerint contrahenda, in ecclesiis per presbyteros publice proponantur, competenti termino præfinito: vt intra illum, qui voluerit & valuerit legitimum impedimentum obponat, & ipsi presbyteri nihilominus inuestigent, vtrum aliquod impedimentum obfistat. Cum autem adparuerit probabilis coniectura contra copulam contrahendâ, contra-

a = 3 ad intellectu istu  
et text. Gom. de 4  
Ag. teuri. 2. et h.  
l. 3. # 3. p. 4

de Cap. 12. de sponsalia b.

De sponsa duorum.

contraus interdicitur expresse, donec quid fieri debeat super eo, manifestis constiterit documentis.

Si in gradu prohibito matrimonium clandestine vel contra interdictum, de quo supra contractum fuerit etiam per ignorantes de impedimento, nati ex illo matrimonio sunt illegitimi. Id est si ambo parentes sciunt impedimentum matrimonii, licet in conspectu ecclesie contrahant. hoc dicit vsque ad §. Sane. Abbas.

Si quis verò huiusmodi clandestina vel interdicta coniugia inire præsumpserit, in gradu prohibito quam ignoranter, loquens de tali coniunctione suscepta, prorsus illegitima censetur, de parentum ignorantia nullum expertes scientiæ, vel saltem adfectatores ignorantie videantur: Pari modo proles illegitima censetur, si ambo parentes impedimentum scientes legitimum, præter omne interdictum etiam in conspectu ecclesie contrahere præsumpserunt.

l. 3. # 3 p. 4

Sacerdos, qui contempserit prohibere matrimonia interdicta, & quilibet clericus etiam regularis, qui interfuit, per triennium à beneficio suspenditur, & si culpa exegerit, etiã grauius puniatur: ipsi etiam contrahentes contra hoc. c. etiã aliis licite puniendi sunt. Sane in calumniose denunciatis. b. d. vsque ad finem. Abb.

Sane si parochialis sacerdos tales coniunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiã regularis, qui eis præsumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, grauius punietur, si culpæ qualitas postulauerit. Sed his, qui taliter præsumpserint, etiam in gradu concessio copulæ, condigna penitentia iniungatur. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam maliciose impedimentum obiecerit, canonicam non effugiet ultionem.

Desponsa duorum. Tit. iij.

Augustinus de fide pactionis & consensus.

Contrahens successine per verba de presenti cum duabus, tenetur adhaerere prima. Si autem primo contraxit per verba de futuro, secundo per verba de presenti, adhaerebit secunda. Capitulum. i.



Vobis modis dicitur fides, pactionis, & consensus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debet aliam ducere: si aliam duxerit, penitentiam debet agere de fide mentita: maneat tamen cum illa, quam duxit. Non enim rescindi tantum debet sacramentum. Si autem fecerit fidem consensus, non licet eam aliam ducere: si autem duxerit, dimittet ipsam, & adhaerebit priori.

Est autem

Decretaliū Gregorij Lib.iiij. Tit.iiij.

Est autem fides pactionis, quādo aliquis promittit alicui fidem, quod eam ducet, si permiserit eum rem secū habere, vñ etiam pro consensu. Fides autem consensus est, quando non stringit manum, corde tamē & ore consentit ducere, & mutuo se concedunt vnus alij, & mutuo se suscipiunt.

Ex Brocardo.lib.xxx.

*Ponit penitentiam illius, qui alterius sponsam de presenti sibi accepit in vxorem, nec vnquam in vxorem eam habere potest. hoc dicit. iuxta literam.*

Capitulum.ii.

**A**Ccepisti illam in vxorem tibi, quāam alter sibi desponsatam habuerat, dimitte illā: quia nunq̄ potest sibi fieri legitima: & .xl. dies in pane & aqua (quod carenam vocant) cum vij. sequentibus annis pœnitcas.

Alexander.iiij. Saler. archiepiscopo.

*Sponsalia de presenti non soluantur per sequens matrimonium, etiam carnali copula consummatum.*

Capitulum.iii.

**L**icet præter solitum, & infra. Consultationi tuæ taliter respon. quod si inter virum & mulierem legitim⁹ consensus interueniat de presenti, ita quidem, quod vnus alterum in suo mutuo consensu verbis conuictis expresse recipiat, vti que dicente: Ego te accipio in meam, & ego accipio te in meum: siue sit iuramentum interpositum siue non, non licet mulieri alij nubere: Et si nuperit, etiam si carnalis copula sit secuta, ab eo separari debet, & vt ad primum redeat, ecclesiastica districtione compelli: Quamuis aliter à quibusdam prædecessoribus nostris sit aliquando iudicatum.

Idem Genuen. archiepiscopo.

*Et qui adpellat in causa matrimoniali, interdici debet, ne aliud matrimonium contrahat lite pendente: & si contraxerit, debet separari.*

Capitulum.iiii.

**T**va fraternitas nos consu. & infra. De his vero, qui coram te super desponsatione facta per consensum mutuo de presenti, controuersiam mouent, & adpellatione pendente, quam ante sententiam vel cognitionem cause ad sedem aposto. interponunt, accipiant alias vxores: Hoc arbitramur agendum, vt si ammodo in tali casu duxerint adpelladum, eis in ecclesia publice interdicas, ne ante decisionem cause, aliud contrahant matrimonium. Et si contra interdictum ecclesiæ publicè factum venire præsumpserint, matrimonium tam præsumptuose contractum poteris irritare.

Innocentius Mutinen. episcopo.

*Qui duas per verba de presenti desponsat, primā desponsatā habebit*

De conditionib. adpositis &c. 298

*habebit in vxore, etiā si prius secūdā cognouerit: nec valet cōtraria cōsuetudo. & hoc vltimū additur ad.c. Licet. supra eo. Cap. v.*

**T**vas dudum. & infra. De consuetudine, quæ diu in Mutinen. obtinuit ciuitate, vtrum si quis iuraret se aliquam dūcturum, & cetera carnis copulam desponsasset, si consequenter desponsasset aliam, & etiā cognouisset: primo cognita ad iudicaretur viro, non quæ prius extitit desponsata. & infra.

Ne vero turpis sit pars, quæ suo non congruit vniuerso, & ecclesia Mutinen. tenere debeat humiliter, & seruare quod beati Petri sedem & suā metropolim se qui viderit & docere, in matrimonii de cetero contrahendis, illud te volumus obseruare, vt postquam inter legitimas personas consensus legitimus interuenierit de presenti, qui sufficit in talibus iuxta canonicas sanctiones: & si solus defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur, si personæ iunctæ legitimè cum aliis postea de facto contrahant: quod prius de iure factum fuerat, non poterit irritari.

De conditionibus adpositis in desponsatione vel in aliis contractibus. Tit. v.

Ex concilio Aphricano.

*Defectus turpis conditionis in contractu matrimonii adposita, non viciat matrimonium, sed viciatur.*

Capitulum.ii.



**C**vicunque sub conditionis nomine aliquam desponsauerit, & eam relinquere voluerit: dicim⁹ quod frangatur conditio, & desponsatio irrefragabiliter teneatur.

Gregorius episcopo Spoleta.

*Seruus manumissus ea conditione, vt fiat monachus, & monasterio seruiat, alias in seruitutem redeat: si hoc acceptato monachus factus sit, manumittentis voluntatem cogitur obseruare. Cap. ii.*

**C**vm sit propriū. & infra. H. presbyter conuictus est diaconum quemdā manumississe duo mancipia sub hac conditione, vt monachi fieret, & in eo monasterio, vbi ipse fuerat, permanerent, adiciens vt si quis contra faceret, seruituti iterum subderetur: atq; vnum ex his (hac conditione despecta) monasteriū deseruissē, & se inter clericos sociassē. Tu ergo si ita esse repereris, sic te exhibe, vt nec illi monasterium descendā sit facultas, & manumittentis voluntas non valeat præteriri.

Alexander.iiij. Panor. archiepiscopo.

*Qui inrauit aliquā in vxore accipere, si centū sibi donauerit, p̄ ii centum*

*centum non datis, recipere non tenetur, nisi postea pure consenserit vel eam cognouerit.*

**D**E illis, & infra. Si vero aliquis sub huiusmodi verbis iuramentum alicui mulieri præstitit, Ego te in vxore accipiam, si tantum mihi donaueris: Reus periurij non habebitur, si eam nolentē sibi soluere, quod sibi dari petiit, non accepit in vxorem, nisi consensus de præsentī, aut carnalis sit inter eos commixtio subsecuta.

Idem.

*Res donata ecclesie sub modo, statim est ecclesie, nee reuocatur, modo non seruato, nisi hoc in contractu sit expressum, hoc dicit, secundum veriorē intellectum. Et est textus multum notabilis, & valde allegabilis. Abbas Siculus.*

**V**erūm cum alicui ecclesie possessio qualibet interposita conditione donatur, à donatore donum postea reuocari non potest: Nisi fortē tali sit conditione collatum, quod ea cessante, debeat reuocari.

Urbanus tertius.

*Contrahens matrimonium sub conditione non improbatā, non compellitur matrimonium consummare ante conditionis euentum.*

Capitulum.v.

**S**uper eo verò, quod postulasti, vtrum ille, qui in quendam mulierem consensit, si pater eius suum præstaret adfensum, sit ad consummandum matrimonium compellendus: respondemus, quòd cum consensus liber dici non possit, qui in alieno arbitrio reseruatur, ac conditionem ipsam canonica non improbat instituta: nisi voluntas patris postmodum intercedat, nequaquam cogendus est ad matrimonium contrahendum.

Nam licet Alexander papa responderit, quòd sponsalia interposita conditione contracta: ipsa non impleta, si consensus de præsentī intercedat, vel carnalis copula subsequatur, dissolui non debent, sed firmiter obseruari, nequaquam est nostræ definitioni aduersum, cum huiusmodi consensus non sit de præsentī habendus, licet per verba de præsentī euidentiùs exprimat: qui in alieno arbitrio non habito, sed habendo consistit.

Innocentius.iiij. Masicancū. episcopo.

*Qui sub honesta conditione sponsalia contrahit, & ante conditionis euentū desponsatam cognoscit, à conditione recedit. Cap. vi.*

**P**ertuas licteras intimasti, quòd cum quædam mulier P. nomine. N. postularēt in virū, adferēs inter se mutuū de presentī

fenti consensum interuenisse, & carnalem copulam accessisse: vir ipse quamuis contracta sponsalia, & carnis copulā non negaret, adferebat tamen se illam in vxorem ducere non teneri: quia sponsalia inter ipsos sub hac fuerunt conditione contracta, si pater eius & patruus sponsalibus consentirent: sed ipsi quam cito nouerunt, & sponso contradixerunt & sponsa. Verum mulier replicabat, quòd licet fides præstita fuerit ab utroque sub conditione præscripta, non tamen sibi fuerat à patre viri, vel patruo aliquando contradictum: & ante tēpus contradictionis expressum à testibus, & post, dicebat inter se carnalem copulam accessisse: & infra. Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cum liquido constat, quòd post contracta sponsalia carnalis est inter eos copula subsecuta, pro matrimonio est presumendum, \* quia videtur à conditione adposita recessisse. Nam & si probatum sit, quòd postquam pater & patruus viri contradixere sponsalibus, idem vir mulierem illam carnali coniunctione cognouerit, non est tamen aliquo modo probatum, quòd antequam ipse cognouisset eandem, pater eius & patruus contradicere curauissent.

Gregorius nonus.

*Si in contractu matrimonii adponitur cōditio turpis vel impossibilis, habetur pro non adiecta, nisi sit contra substantiam matrimonii, quia tunc viciat contractum. hoc dicit capitulum notabile, & multum allegabile.*

Capitulum.vii.

**S**i conditiones contra substantiam coniugij inferentur: puta si alter dicat alteri: Contraho tecum si generationem proliis euites, vel donec inuentiam aliam honore vel facultatibus digniorem: aut si pro quæritu adulterandam te tradas, matrimonialis contractus quantuncumque sit fauorabilis, caret effectu. Licet alie conditiones adpositæ in matrimonio, si turpes aut impossibiles fuerint, debeant propter fauorē eius pro non adiectis haberi.

Qui clerici, vel vouentes matrimonium contrahere possunt. Tit.vj.

Alexander.iiij. Remō. archiepiscopo.

*Diaconus vel subdiaconus matrimonium contrahere, non possunt, & si contraxerint, etiam si sint facti irregulares, debēt separari.*

Capitulum.i.

P iij

De dia-

\* Vide. l. & si cōtra in ver. de. postū. C. de nupt.

**D**E diacono, qui in sabbato sancto alium diaconum vulneravit, & vxorem accepit: hoc tua prudentie respon. quod si contritio & humiliato corde ad ecclesiam redire voluerit, dimissa illa, quã accepit in vxorẽ, & absolutione obtenta, iniuncta sibi penitentia de vtroq; excessu, post eã perfecta dispensatiuẽ poteris ei diaconatus officium reddere: & si perfectã vitã & conuersationis fuerit, cum in presbyteriũ ordinare. Subdiaconũ autẽ, siue hominem interfecerit, siue non, matrimonium non posse contrahere, sacrorum canonum censura demonstrat.

Idem Cenomañ. episcopo.

*Subdiaconus matrimonium contrahere non potest. Cap.ii.*

**E**X literarum tuarũ tenore accepimus, q̄ lator presentiu in subdiaconatus officio constitutus, quandã sibi in coniugiũ copulauit, quã eundẽ abiuurare fecisti. Super quo prũtuã in domino comendamus, mandantes, quatenus si ad monasticum ordinem transire voluerit, & tibi post laudabilẽ conuersationẽ ipsius vilum fuerit, eũ ad maiores ordines promoueri concedas. q̄ si ad religionẽ se trãsserre noluerit, cum neq; in subdiaconatu ministrare, neq; ad vltiores permittas ordines promoueri. in minoribus tamen ordinibus poterit ministrare.

Idem Vigoriẽ. episcopo.

*Votum solenne impedit & dirimit matrimonium post contractum: votum simplex tantum impedit contrahendum, sed non dirimit post contractum. Capitulũ. iij.*

**E**minimus: & infra. Respon. q̄ si quisquam, qui se religioni deuouit, & habitu susceperit professionẽ fecit, postmodum sibi aliquam copulauerit, est cogẽdus ab ea recedere, & ad ecclesiã, cui se contulit, sine contradictione transire. Verũ si nec habitum susceperit, nec professionẽ, sed votum solummodo fecit, & se ad religionẽ transiturum promisit: licet postea matrimonium contraxerit, nõ est cogendus ad religionem transire, & matrimoniale votum rescindere. \*

Idem Lucẽ. episcopo.

*Susceptio habitus professorum extra religionẽ a nõ habente potestatem incorporandi religioni, impedit in dubio matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. hoc dicit, secundũ inuolũtum, quem tenet Pansormitanus, Capitulũ. iij.*

**C**onsuluit nos t. f. quid faciendũ sit de nobili muliere, quẽ uestibꝝ preciosis abiectis mutauit habitũ, & de manu presbyteri velamẽ assumpsit, sed nõ renunciauit propriis, nec intravit claustrũ, nec in manu alicuius episcopi, abbatis vel abbatissã,

basisse, aut super altare professa est, vel obedientiam promisit: postmodum verò elapso anno (abiecto religionis habitu) cuidã nobili nupsit. Con. t. r. respon. q̄ sicut simplex votum matrimonium impedit contrahendum, & non dirimitiam contractum: ita habitus sine professione susceptus, ne cõtrahatur impedit, sed contractum nequaquam dissoluit.

Idem.

*Votum castitatis de presenti impedit matrimonium contrahendum, ecclesia tamen ex causa matrimonium contrahi quandoque permittit h. d. inherendo literẽ. Cap. v.*

**V**eniens ad presentiam nostram M. eremita proposuit, q̄ mulier cuidam viro absentĩ fide data se nupturam promisit, sed postmodum audiens plura de seueritate ipsius, ei noluit copulari. cum itaque timeret ne illi nubere cogeret, in manibus suis votum continentie promisit, non tamen locum aut vestem mutauit. quo audito vir aliam sibi copulauit. Nos itaque attendentes tutius esse, vt prefata mulier post fidem & votum simpliciter oblatum matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrat: mandamus, quatenus si plus non processit, sibi de fide mentita & voto violato congruam satisfactionem indicas, & ei, cui vult nubendi in domino licentiam tribuere non postponas.

Celestinus. iij.

*Votum simplex impedit sponsalia de futuro, non autem dirimit matrimonium sequens: secus in voto solenni. Cap. vi.*

**R**ursus quidam votum castitatis emittẽs, iurauit se quandã ducturũ postea in vxorem. Vnde a fraternitate tua requisiti arbitramur, q̄ eũ simplex votum apud deum non minus obliget, quam solenne: pro eo q̄ iurauit temere, penitentiam agat: & votũ, quod deo fecit, studeat obseruare. Quod si postquam huiusmodi præstitit iuramentum, ad nuptias proprio meo conuolasset: cum votum simplex matrimonium impedit contrahendum, non tamen dirimat iam contractum, \* nihil ambiguitatis quæstio tua continere videtur.

Innoc. iij. Libonen. & Lubicen. episcopis.

*Votum solenne impedit & dirimit matrimonium post contractum. Capitulũ. vii.*

**I**nnuante I. nobili muliere nostro est apostolatui reseratu, quod a quibusdam curialibus fuit regi Legionen. pro ipsius copula inpplicatum: quod cum ad consanguineorum eius notitiam peruenisset: vt maritum acciperet, ei sub obestatione

P iij regia

\* vide. l. j. S. biduũ ff. quando adpel. sit. & l. patrẽ furioso. & vtrobiq; Bar. ff. de his, qui sũt sui vel alic. iur.

\* vide. l. oratione, ff. de ritu nup. & l. patrẽ. ff. de his, qui sũt sui vel alic. iur.

Decretaliū Gregorij Lib. iij. Tit. vij.

regia suggererunt : ipsa verò quòd tunc nollet nubere potestans, consilium accepit ab eis, quòd votum emitteret castitatis: quod in manibus cuiusdam de fratribus sancti Aug. fecit, eo adiecto tenore, vt in domo propria cum omni substantia sua remaneret. Sanè in eiusdem ordinis habitu biennio post permisit, licet id se inuitam fecisse adserat & coactam, non tam metu regio, quam parentum: & infra. Tandè adtendens, quòd inuita votum emisserit, eo dimisso de parentum consilio, P. Michaeli publicè fuit matrimonialiter copulata: de quo quatuor sustulit filios tempore procedente: & infra. Nos igitur adtendentes, quòd in emissione voti, quod præcessit, nulla vel modica coactio adfuisse, quam patientia & perseverantia sequentis temporis penitus profugavit, & sequens coniunctio potius iniqua fuit, & violenter extorta: mādādamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, præfatam mulierē ad malè dimissum religionis habitum readsumendum, & seruandum, quod vouit, mōnere & inducere procretesia, & si opus fuerit per censuram ecclesiasticam coercere.

De eo, qui duxit in matrimonium, quā polluit per adulterium. Tit. vij.

Alexand. iij. abbati sancti Albani.

Si quis viuente vxore contrahit cum secūda hoc ignorante: prima mortua ad sui petitionem non separabitur à secūda.

Capitulum primum.

**R**epositum est nobis, quòd vir quidam vxorem habens, sibi aliam huiusmodi rei insciam copulauit: sed prima mortua nititur discedere à secūda: & infra. Licet autem in canonibus habeatur, vt nullus copulet matrimonio, quā prius polluerat adulterio, & illam maxime, cui fidem dederat vxore sua viuente, vel quā machinata est in mortem vxoris: quia tamen præfata mulier erat inscia, quòd ille aliam haberet vxorem viuentem, nec dignum est, vt prædictus vir, qui scienter contra canones venerat, lucrum de suo dolo reportet: \*consultationi. t. r. respon. q. nisi mulier diuortium petat, ad petitionem viri non sunt alii quatenus separandi.

Idem abbati de Fontibus.

Si viuente prima vxore & non cognita, quis contraxit cū secūda scienter, & eam cognouit: etiam mortua prima, secūdam habere non potest: secus si prima erat nō legitima vxor. Cap. ii.

Significauit

De eo, qui duxit in matrimonium &c. 301

Significauit nobis O. Andegauensis: & infra. Mandamus, quatenus si confiterit & eidem O. tanta vis illata fuerit, & non sponte in primam confenserit, nec post prescriptum iuramentum ipsam carnaliter cognouerit, propter hoc non dimittas, quin ad aliam, quam postea in vxorem accepit, reuertendi liberam tribuas facultatem. \* Alioquin sibi ne ad secundam reuertatur sub interminatione anathematis inhibens, des ei licentiam ducendi aliam vxorem.

Idem Barā. episcopo.

Non potest quis cum illa contrahere, quam vxore viuente cognouit, si machinata fuit in mortem vxoris. Cap. iij.

Super hoc quod quaesiuisti, an liceat alicui cum ea contrahere matrimonium, quam vxore sua viuente sibi de facto matrimonio copulauit: Taliter respondemus, quòd si adultera est in mortem vxoris aliquid machinata, siue fidem dedit, siue non, quòd ea defuncta hanc esset ducturus: secundum canones ab eius consortio prohibetur, & hæc prohibitio perpetuò est seruanda.

Clemens tertius.

Qui viuente vxore etiam ab eo separata quo ad torum, secundam consciam ducit vxorem, prima mortua separabitur à secūda, sed cum alia contrahere poterit. Capitulum. iij.

Ex litterarum tuarum insinuatione accepimus, & T. vxorem suam in adulterio deprehensam, de cui antecessoris adfensu abiicit: quæ postmodum accepit habitum monachalem: sed dictus T. antè, quàm illa decederet, aliam superinduxit: & plures suscepit filios ex eadem: & infra. Fra. t. igitur respon. q. illos debes ab inuicem separare. Idè verò vir indicta ei de adulterio penitentia, aliam ducere poterit in vxorem.

Idem.

Qui viuente vxore legitima cum secūda contrahit adultera, etiam prima mortua separabitur à secūda, etiam si longo tempore ei cohabitauit, & filios ex ea suscepit. Cap. v.

Cum haberet vxorem legitimam A. nomine I. lator præsentium, cum M. adulteriū perpetravit. Cum q; super hoc fuit in ius vocatus, abiurauit adulteram, & postmodum iuramento contempto viuente legitima, cum ea matrimonio contrahere, & ipsi diu cohabitare præsumpsit. demum prædicta A. de præsentibus luce subtrahita, memoratus I. cum adultera per decennium est moratus, de qua decem filios procreauit. Tale ergo damus consulti. responsum, vt separètur omnino. \* & eis iniuncta

\* de hoc, si quis  
k. si quis  
tenet, car. q.  
us non vult.

\* vide. l.

nec filio.

C. de ritu

nup. & l.

si patre co

gète. cum

gl. in re.

inuitos.

ff. eod.

topra est  
insac. mag

in n. ay. nove

no. si la. cog.

mach. na. nō

no. hber. et

he. nec. est. rex

ex. p. re. l. p. g. r. g.

Cap. v. de. n. n. r. a.

Bar. in. l.

Claudius.

ff. de his, quib. vt iniuncta

Ag. l. 9. # 2. p.

4.

\* vide. l. i. i. de ritu nup.

quidam

iniuncta pœnitentia, perpetua continentia indicatur, præfer-  
tim cum in dies suos ambo processerint, & tandiu publicè in  
adulterio, & periurio, ex certa scientia perdurant, ecclesiam  
in graui scandalo perturbauerint. Nostri enim, q̄ Leo papa stauit,  
vt nullus ducatur in matrimonium, quam adulterio polluit,  
& q̄ hic plus processum fuit, quam si fides præstita dūtaxat fuis-  
set adultera, vt defuncta legitima eam duceret in vxorem, cū  
eadem etiam prima viuēte quasi matrimonialiter mœche mœ-  
chus adhærere presumpsit, & sacramentum suum temere re-  
uolare: quod vtiq̄ue connubium (vbi etiam nulla intercessit reli-  
gio iuramenti) tam Grego. papa, quam Triburien. synodus de-  
testatur, & vtiq̄ue hoc modo coniunctum præcepit publicè  
pœnitentiæ subici, ac perpetuò sine vlla spe coniugij perman-  
nere. Nec aliqui eidem I. & M. adminiculum adferunt, vt si-  
mul maneat, quòd decennio cōhabitauerunt ad inuicem, ac  
decem filios susceperunt, cum multiplicitas prolis ipsa susceptæ  
magis eorum crimen exaggeret: & diuturnitas temporis pec-  
catum non minuat, fed augmētet. Sollicitudinis tamen rugin-  
tererit. vt vterque liberis suis secundum quòd eis suppetunt  
facultates, necessaria subministrer.

Innocentius. iij. episcopo Spoletano.

*Si quis mortua vxore contrahit cum ea, quam viuente vxore  
sine fidei datione cognouerit, tenet matrimonium, dumodo in mor-  
tem defuncta neuter fuerit machinatus.* Cap. vi.

**S**ignificasti nobis, q̄ cum P. ciuis Spoletanus, quãdam M. ma-  
lierem duxisset legitime in vxorem, ea relicta, cuidam me-  
retrici adhæsit: & .j. Verum cum vxor ipsius esset viam vni-  
uersæ carnis ingressa, meretricem, cui adhæserat, desponsauit.

Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, q̄ nisi alter  
eorum in mortem vxoris defunctæ fuerit machinatus, vel ea  
vigente sibi fidem dederit de matrimonio contrahendo, legi-  
timum iudices matrimonium supradictum, ex cōmunicato mu-  
nibus absolutiois (si petierit) iuxta formam ecclesiæ impeturus.

Idem Messanen. capitulo.

*Si quis viuente prima, secundam huius rei insciã duxerit vxo-  
rem: mortua prima, licitè remanet cum secunda, nouo consensu in-  
terueniente.* Capitulo. vi.

**V**eniens ad præsentiam nostram G. laicus humilè insinua-  
tione monstrauit, q̄ cum in ciuitate Lemouiceni, quandã  
sibi matrimonialiter copulasset, ab ea recedens Messanam ad-  
uenit, vbi M. mulierem insciam q̄ aliam haberet vxorem, sibi

Solenniter

solenniter copulauit: verum cum eidem pœnitentia fuisset in-  
iuncta, vt ad legitimam rediret vxorem, & ipse propter hoc  
in suam patriam rediisset, vxorem suam inueniens carnis doc-  
bita perfoluisse, ad Messanam rediit ciuitatem, & supradictæ M.  
tanquã legitimam cōhabitauit vxori: & infra. Licet autem viu-  
entē vxore legitima prædictam M. sibi copulare nequiuert in  
vxorem: \* quia tamen vxore defuncta, vt pote à lege ipsius so-  
lucus, in eandem M. de nouo potuit matrimonialiter confen-  
re, dumodo non præstiterit fide adultera, vel machinatus fue-  
rit in mortem vxoris: mandamus quatenus si est ita, eidem G.  
vt supradicta M. adfectu adhærat cōiugali, licentiã cōcedatis.

Gregorius. ix. fratri R.

*Contrahens cum secunda viuente prima, quam tamen non co-  
gnouit, nec ante contractum nec post, mortua prima potest contra-  
here cum secunda.* Capitulo. viii.

**S**i quis vxore viuēte fide data promisit aliam fe ducturum,  
vel cum ipsa de facto contraxit, \* si nec ante nec post (le-  
gitima eius superstitē) cognouit eandem: quamuis vtrique ip-  
sorum pro eo, quòd in hoc grauiter deliquerint, sit pœnitentia  
iniungenda: non est tamen matrimonium quod cum ea con-  
trahit, post vxoris obitum dirimendum. Ceterum tolerari  
non debet si prius, vel postea dum vixerit vxor ipsius, illam  
adulterio polluisset.

Alexander. iij. Cantuarien. archiepiscopo.

*Lepra superueniens non dissoluit matrimonium, nec matrimo-  
nii effectum: ideo ad inuicem maritali adfectione coniuncti se tra-  
sare debent, aut, ad perpetuam continentiam vouendam induci.*

Capitulo. primum.

**R**etruenit ad nos, quòd cum hi, qui lepræ morbum  
incurrunt, de cōsuetudine generali, à communio-  
ne hominum separantur, nec vxores viros, nec vi-  
ri vxores taliter ægrotantes sequuntur. Quoniã  
igitur cum vir & vxor vna caro sint, non debet  
ter sine altero esse diutius: mandamus, quatenus, vt vxores vi-  
ros, & viri vxores, qui lepræ morbum incurrunt, sequantur, &  
eis coniugali adfectione ministrent, sollicitis exhortationibus  
inducere non postponas. Si verò ad hoc induci non poterunt,  
eis archius iniungas, vt vterque altero viuente contingentiã ser-  
uet. Quòd si mandatum tuum seruare contempserint, vinculo  
excommunicationis adstringas.

Idem

li. can. de  
ca. iij. ca.  
ca. iij. b.

no. cas. iij.  
ca. iij. b.  
ca. iij. b.

~~Ad hunc modum...  
et alio modo...  
et alio modo...  
et alio modo...~~

~~...~~  
\* vide. l.  
cū qui. ff.  
ad. l. iul.  
de adult.  
? ne an te  
ne post, hōt, iij.  
\* vide  
Bar. in. l. post. 1070  
miles. S.  
querebat  
ff. deadul.  
m. iij. b.  
ca. iij. b.



## Decretaliū Gregorij Lib.iiij. Tit.ix.

Idem Baionē. episcopo.

*Coniuges propter lepram separandi non sunt à coniugio, & contrahere possunt matrimonium: & inuicem sibi reddere debitum tenentur.*

Capitulum.ii.

*\*vide.l. rei iudica. sa. cū not. ff. solu. ma. tri. et. l. cō. sen. C. de vepu.*  
**Q**uoniam nemini licet (excepta causa fornicationis) vxorem dimittere: constat quod siue mulier lepra percussa fuerit, seu alia graui infirmitate detenta: non est à viro propterea separanda, vel etiam dimittēda. Leprosi autem si continere nolūt, & aliquam quē sibi nubere velit inuenerint, liberum est eis ad matrimonium conuolare. Quod si virum siue vxorem leprosum fieri cōtigerit, & infirmus à sano carnale debitum exigat, generali p̄cepto Apostoli, quod exigitur, est soluendum: cui p̄cepto nulla in hoc casu exceptio inuenitur.

Urbanus.iiij. episcopo Florentino.

*Sponsalia de futuro p̄cise non compellunt ad contrahendum matrimonium cum leproso, lepra post sponsalia superueniente.*

Capitulum.iii.

**L**iteras: & infra. Quia postulasti, vtrum si post sponsalia de futuro inter legitimas personas contracta, antequam à viro mulier traducatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alius ad consummandam copulam maritalem compelli debeat: respondemus, quod ad eam accipiendam cogi non debet, cum nondum inter eos matrimonium fuerit consummatum.

## De coniugio seruorum. Tit. ix.

Hadrianus papa Satiburgeñ. archiepiscopo.

*Seruus contradicente domino matrimonium contrahere potest, sed propter hoc non liberatur à seruitiis domino debitis.* Cap. i.

*\* Alias, Dignum est. Gal. 3.*



**S**ignum est, & infra. Sanē iuxta verbum Apostoli, sicut in Christo Iesu, neque liber, neque seruus est à sacramentis ecclesiæ remouendus, ita nec inter seruos matrimonia debent vllatenus prohiberi: & si contradicentibus dominis & iniuris contracta fuerint, nulla ratione sunt p̄pter hoc dissolunda. Debita tamen & consueta seruitia non minus debēt propriis dominis exhiberi.

Alexan.iiij. p̄posito & priori Mortariē.

*Separatur matrimonium, quando liber ignoranter cum ancilla contraxerit, nisi postea hoc sciens illam cognouit.* Cap. ii.

**P**roposuit nobis M. mulier, quod cum vir eius cum ea diuic⁹ permanisset, notam ei seruilis conditionis obiecit, adferēs eam

## De natis ex libero ventre.

303

eam esse ancillam, quam liberam esse credebat, cum eam duxit in vxorem: & infra. Mandamus, quatenus si constiterit, quod idem vir p̄fatam mulierem postquam istam audiuit esse ancillam, carnaliter cognouit, ipsum monitione p̄missa compellat, vt eam sicut vxorem maritali adfectione pertractet. Si verò aliter fuerit, & sententiam diuortij proferrī contingat, mulieri pecuniam, quā p̄fato viro pro dote cōcessit, restitui faciatis.

Urbanus.iiij. Arimē. episcopo.

*Si consuetudo est in loco, quod partus conditionem patris sequatur, natus ex libero & ancilla liber est, & vt liber matrimonium contrahit.* Capitulum.iii.

**L**iber: & infra. Sanē super eo, quod fuit propositum, an mulier possit diuortium postulare, pro eo, quod vir, cum quo suæ conditionis ignara cōtraxit, seruus monasterij proponatur, cum è contra idem vir patrem suum, cuius conditione secundum leges p̄uinciæ, sequeretur, tempore mortis pro libero se gessisset, & iam elapso decennio, nec patris, nec suo nomine se status controuersiam passum constanter adfirmit. Videtur nobis ratione temporis, & fauore libertatis, pro parte viri seruicium iudicandum.

Innocentius tertius H. episcopo.

*Si liber contraxit cū ancilla ignoranter, & ex quo sciuit nō cōsensit, separatur matrimonium, & cū alia cōtrahere poterit.* Ca. iiii.

**A**d nostram noueris audientiam peruenisse, quod G. presbyter cardi. apo. se. le. R. militem à muliere quadam propter conditionis separauit errorem. Ideoque mādamus, quatenus si constiterit q̄ miles ignoranter contraxit cum ancilla, ita q̄ postquam intellexit conditionem ipsius, nec factō, nec verbo consenserit\* in eandem, propter quod per card. eundē ab eius fuerit cōsortio separatus, cōtrahendi cum alia liberam ipsi concedas autoritate apostolica facultatem.

*\*vide.l. & si cōtra cum gl. ff. & not. per Cy. C. de nup.*

## De natis ex libero ventre. Tit. x.

Gregorius nonus.

*Natus ex libera vel liberta, liber est.*

Capitulum. i.



**I**ndecēs esse credimus, vt progeniti ex liberta, siue libera filij ad seruitiū retrahantur. Propterea tibi p̄cipimus, vt si documenta nulla sint ab ecclesiæ parte, quæ documentis huiusmodi debeant obuiare, ab eis q̄ molestia sine aliqua retractatiōe cōpescas eandem. durum est enim, vt si alij pro mercede libertates tribuant, ab ecclesiā, à qua tueri debent, reuocentur.\*

*\*vide.l. altius ff. ser. vindi.*

De cognatione

Alexander. iij. Saler. archiepiscopo.

*Filii duorum compatrum, per quorum neutrum deūctum est ad compaternitatem, licite contrahunt, nisi consuetudo repugnet: separantur autem si per eorum alterum vel vtrunque compaternitas est contracta. hoc dicit: cum ca. super eo. infra. eod. Capitulum. i.*



Trum autem filij aut filia ante vel post compaternitatem geniti possint ad inuicem copulari, canones secundum diuersorum locorum cōsuetudines contrarij inueniūtur. Et licet primus canon exinde editus, natos post compaternitatem ad inuicem copulari prohibeat: alter tamen canon posterius editus, primum videtur corrigere: per quem statuitur, vt siue ante siue post compaternitatem geniti sunt, simul possint coniungi, excepta illa persona duntaxat, per quam ad compaternitatem venit. Vnde nobis videtur, vt secundum posteriorem canonem debeat obseruari: Nisi consuetudo ecclesiæ, quæ scandalum generet, aliter se habere noscatur.

Idem eidem.

*Compaternitas scienter vel ignoranter superueniens inter coniuges, coniugium non dissoluit. Capitulum. ii.*

**S**I vir vel mulier scienter, vel ignoranter filium suum de sacro fonte suscepit, an propter hoc separari debeant? Consult. t. t. respond. quod quanuis generaliter sit institutum vt debeant separari, quidam tamen humanius sentientes, aliter statuerunt. Ideo nobis videtur, quod siue ex ignorantia, siue ex malicia id fecerint, non sunt ab inuicem separandi, nec alteri debitum debet subtrahere, nisi ad continentiam seruandam possint induci: quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur. si ex malicia, eis sua fraus non debet patrocinari vel dolus.

Idem Vigilien. episcopo.

*Filii duorum compatrum, per quorum neutrum deūctum est ad compaternitatem, licite inuicem contrahunt matrimonium. si tamē subest consuetudo impediens & dirimens talia matrimonia, seruanda est loci consuetudo. hoc dicit secundum intellectum magis communem, adingendo mentem capituli. Capitulum. iij.*

**S**uper eo quod à nobis tua fraternitas requisit de duorum compatrum filiis: Respondemus, quod si tales filij fuerint, per quorum alterum, vel vtrunque parentes ad compaternitatem

tem venerūt, eos cōiungi nulla ratione sustineas, & coniunctos pōsticalr authoritate non differas separare. Cæterum si per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit, de his totolum consuetudinem tuæ metropolitanæ ecclesiæ vel aliarum circumpositarum inquirere, & diligentius imitari, ita quod si eiusdem ecclesiæ consuetudo habeat inter eos non sustinere coniugium facti, nec factum firmitatis robur habere: tu simili modo in ecclesia tibi commissa coniugium huiusmodi fieri non permittas: & si quos taliter coniunctos inuenieris, iuxta eandem ecclesiarum consuetudinem ipsos separare ab inuicem nō omittas. Verum si de consuetudine habeatur, vt talia coniugia permittantur, in ecclesia tua dissimulare poteris, ita quod nec contradicere, nec tuum videaris præstare adfensum: quia sicut graue est, antiquam consuetudinem circumadiacentium ecclesiarum super his contemnerere, sic quoq; grauius videtur, si propter eam huiusmodi coniugij tuum indulges adfensum, cum posses sic in exemplum adsumi.

Clemens tertius.

*Inter patrem baptizati & uxorem leuantis prius ab eo cognitam, contrahitur compaternitas efficax ad matrimonium dirimendum. Capitulum. iiii.*

**M**artinus Bertham duxit uxorem, Tebergam sibi copulauit Lotharius, qui Berthæ & Martini filium de sacro fonte suscepit. L. vero & B. sublati de medio, M. cum T. præfata contraxit. Nos autem consult. t. t. duximus respondendum, quod cum secundum verbum domini vir & mulier efficiantur per connubium vna caro, liquidum est Tebergam non posse matrimonialiter copulari Martino, qui compaternitas eius fuerat, cum quo vna caro Tebergam noscitur exituisse.

Idem.

*Compaternitas per catechismum contracta impedit matrimonium contrahendum, sed contractum non dirimit. Capitulum. v.*

**C**ontracto matrimonio inter P. & A. uxorem suam, quidā consanguinei eiusdem A. contra matrimonium obiecerunt, quod eadem in primo sacrali pabulo filium quondam concubinæ ipsius P. tenuit: & infra. Verum, si constaret vera esse, quæ diximus, non ideo tamen contractum matrimonium solueretur: quæ res vix contrahendo matrimonio impedimentum adferret. Ideoque mandamus, quatenus præfato P. auctoritate nostra iniungas, vt memoratam A. sicut uxorem maritali adfectione pertractet, & carnale debitum ab ea licenter exigat & persoluat, siue ipsam ante matrimonium contractum cum P. siue postea constitit hoc egisse: dum tamen si in fraudem

Gene. 2.  
Matt. 19.  
1. Cor. 6.  
Ephes. 5.

Decretaliū Gregorij Lib.iiij. Tit.xj.

dem hoc fecerit causa matrimonij separandi, pœnitentiam pro præsumptione accipiat, matrimonio in sua firmitate durante.

Innocentius tertius episcopo & archidiacono Linconien.

*Inter patrem baptizati & leuantem seu tenentem baptizatum, contrahitur cognatio spiritalis valida ad impediendum & dirimendum matrimonium post contractum. Capitulum.vi.*

**V**eniens ad apostolicam sedem C. Anglicus: & infra. Mandamus, quatenus, si confiterit H. mulierem prædicti viri filium de sacro fonte leuasse ante, quam eam desponsasset vxorem, vos inter eos diuortium adp. postposita celebretis.

Idem magistro S. cano. Herforden.

*Si filii duorum compatrum, per quorum alterum deuentum est ad compaternitatem, matrimonium contrahant, separantur. & tempore contractus scientes impedimentum illud denunciare tenentur. Capitulum.vii.*

**T**va nos duxit discretio consulendos, an natus ante compaternitatem, filiam compatris patris sui vel commatris sibi possit matrimonialiter copulare? & si contraxit, an debeant separari? & an conscij talis matrimonij teneantur illud in publico adcurare? Super quo respondemus, quod huiusmodi personæ non possunt matrimonium contrahere: & si contraxerint, possunt ab inuicem separari: & qui contractum sciuerint, debet ecclesiæ illud nunciare.

Gregorius nonus.

*Inter baptizatum & filium baptizantis, oritur cognatio spiritalis impediens & dirimens matrimonium inter eos contrahendum. hoc dicit. Capitulum.viii.*

**E**x literis vestris accepimus, quod cum Martha mulier coram officiali Cantuarien. Alanum peteret in virum, & se adfidatam ab eo ac carnaliter cognitam, per testes idoneos probauisset, dictorum tandem testium depositionibus publicatis idem A. excipiendo proposuit, quod eam habere non poterat in vxorem, pro eo, quod ipsum pater mulieris eiusdem, qui sacerdos extitit, baptizauit. Sed cum idem officialis exceptione huiusmodi non admitta definitiuam tulerit sententiam contra ipsum, & idem ad sedem apostolicam adpellauerit. Mandamus, quatenus si est ita, eundem A. super hoc ab impetitione mulieris absoluat ipsius, eidem mulieri perpetuum silentium imponentes.

De cognat.

De cogn.lega. De eo qui cog.cōf.&c. 305

De cognotiane legali. Tit.xij.

Nicolaus ad consul. Bul.



*Inter adoptatū & filium adoptantis non potest durante adoptione consistere matrimonium. Cap.i.*

I qua per adoptionem mihi soror esse cœperit, quandiu durat adoptio inter me & ipsam, nuptiæ consistere non possunt.

De eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ, vel sponsæ. Tit.xiiij.

Ex consilio apud Meciam.

*Adfinitas superueniens post matrimonij contractum nō soluit matrimonium, sed exuclionem debiti impedit, & crimen incestus inhabilitat quo ad matrimonium contrahendum. Cap.i.*



I quis cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit: Nec a matre debitum petere, nec filiam vnquam habere potest vxorem: nec filiastra, nec ille vllō vnquam tempore aliis se poterunt matrimonio copulare.

Alexander.iiij. Pictauicn. episcopo.

*Adfinitas superueniens etiam per illicitum coitum, dissoluit sponsalia de futuro, sed non matrimonium: & incestuosus contrahere non potest. Capitulum.ii.*

**V**eniens ad nos presentium lator: & infra. Inqui. t. t. resp. quod si matrem sponsæ suæ cognouit, & sponsæ nunquam carnaliter adhæsit, imponenda est ei penitentia paulo maior, quam pro adulterio: qua peracta, vel parte ipsius, poterit ex dispensatione, cum alia matrimonij contrahere. Cæterum si sponfam cognouit, antequam matrem vel post, nunquam eam, vel aliam potest accipere in vxorem\*.

Idem.

*Non separatur matrimonium ad dictum vnus adseuentis adfinitatem inter coniuges præcessisse. Capitulum.iii.*

**D**e illo, qui vxorem fratris, antequam ei matrimonio iungeret se proposuit cognouisse: Respondemus, quod nisi hoc publicum & notorium fuerit, aut idoneis testibus comprobatum: prædictum matrimonium occasione illa ipsum impetere non permittas.

Celestinus tertius.



Incestuosus

\*vide no. in.l. nō facile. §. ad fines. ff. de gradi.



## Decretaliū Gregorij Lib.iiij. Tit.xiiij.

si circa personas huiusmodi de lapsu carnis minime timeatur.  
Idem archiepiscopo Magdeburgen.

*Idem quo ad titulum dicit quod decre. supra proxi. Cap. ix.*

**V**eniens ad apostolicam sedem E. laicus nobis proposuit, quod cum tempore infantie suae quandam puellam se ducturum iurauerit in uxorem, quam cito ad legitimam peruenisset aetatem, pater puellae consideratione huiusmodi fideiussorum obligatione hinc inde firmata, \* eum in propriam domum recepit, & nutriuit in simul cum puella: deinde ex conuersatione diuturna sorori puellae carnaliter se coniunxit. tandem amicorum suorum deuictus instantia, quam iurauerat in uxorem accepit: & nuptiis celebratis, quando se illi opportunitas iungerebat, cognoscebat utramque. Verum licet in praesentia tua super hoc fuerit adfatus, conuinci tamen non potuit, nec suum uoluit confiteri delictum: nunc autem reuersus ad cor penitens de commissis, salutis suae consilium requirit impendi.

Cum igitur non tantum a malo, sed ab omni specie mali praecipiat apostolus abstinere: mandamus, quatenus praedicto E. pro huiusmodi enormitatis excessu iniuncta poenitentia competenti, consulas ei, monens illum salubriter & inducens, ut decetero abstinere ab utraque.

Idem archiepiscopo Strigonicē.

*Adfinitas superueniens, non dissoluit matrimonium. Cap. x.*

**T**ua fraternitatis deuotio postulauit, utrum is, qui cum sorore legitime coniugis fornicatur, cum uxore possit postmodum commorari, & exigere debitum ac soluere requiritur.

Nos igitur respondemus, quod uxor & a commixtione uiri abstinere propter publicam honestatem, & in continentia maneat, donec uir uiam uenerae carnis ingressus fuerit, diligentius est monenda. Quod si forte commonitioni parere reculans talis fuerit, ut de lapsu timeatur ipsius, uir eius poterit & debet cum dei timore debitum ei soluere conjugale, cum adfinitas post matrimonium inique contracta, illi nocere non debeat, quae iniquitatis particeps non existit.

Gregorius. ix. episcopo Pictauiē.

*Summatum est supra capitulo proximo. Capitulum. xi.*

**I**ordanæ mulieris petiitio continebat, quod I. laicus cum ipsa, quae nondum decimum aetatis suae annum compleuerat, per uerba de futuro contraxit, & ea intra eiusdem anni spacium carnaliter cognita, matrem ipsius sibi matrimonialiter copulare, & ad damnatam commixtionis amplexus procedere non expauit: & infra. Quare praefata I. supplicauit, ut cum carnis stimulis resistere

\* Adde ad hoc not. per Bar. in. l. fi. C. de of. si. rec. pro. uin.

l. Thes. 5.

## De consanguinitate & adfinitate. 307

resistere nequeat, sibi (ne iure suo sine sua propria culpa fraudetur) providere salubriter dignemur. Eapropter mandamus, quatenus (si res ita se habet) utrunque ipsorum ad uouendam perpetuam continentiam adtentē monetas & inducas: & si ad eam induci nequiverint, memoratum I. iniuncta ei primitus pro commisso incestu poenitentia competenti) ut eidem cohabitent, & conjugale debitum reddat exactus, ecclesiastica censura compellas.

## De consanguinitate & adfinitate.

### Titulus. xiiij

Alexander tertius Casien. abbat.

*Separatur matrimonium contractum inter adfines primi generis, & quarti gradus. Capitulum. i.*

**R**eliter tuis accepimus, quod cum quidam secreto quandam uiduam subarrasset, & carnaliter cognouisset: & infra. Tandem cum uir paratus esset eam in conspectu ecclesiae subarrare, surrexerunt duo proponentes, quod iste, qui eam subarrare uolebat, potiore uirum quarto consanguinitatis attingit. vnus autē ita se audiuisset iurauit, alius noluit id iuramentum firmare: & infra. Nunc questio prima reuixit, & iurauerunt duo coram archiepiscopo Plumberolae, quod primus uir fuit superstiti quinto consanguinitatis gradu coniunctus. Quocirca mandamus, quatenus utramque partem ante tuam praesentiam conuoces, & facias testes coram te iurare: & infra. Inquisita uero diligentius ueritate, si per testes circumspicatos omni exceptione maiores inuenieris, quod primus uir superstitem quarto gradu consanguinitatis attingit, non differas diuortij sententiam promulgare. aequē enim (ut canones dicunt) abstinendum est a consanguineis uxoris, ut propriis. Ceterum tuam prudentiam volumus non latere, quod non sunt cause matrimonij tractandae per quoslibet, sed per iudices discretos, qui potestatem habeant iudicandi, & statuta canonum non ignorant.

Urba. iij. Burdega. archiepiscopo.

*Adfinitas superueniens, de qua saltem constat per famam, soluit sponsalia de futuro. Capitulum. ii.*

**S**uper eo, quod iuuenem adseris puellam nondum nubilem sibi interposita desponsasse, quae iam facta nubilis cum reuertitur: & ille excipit dicens, se non debere eam ducere, pro eo, quod postquam puellam adfidauit eandem, carnaliter propinquauit.

ipſius cognouit: Inqui.t.t. reſpond. quòd ſi manifeſtum eſt iu-  
uenem cognouiſſe propinquam prædictæ puellæ, vel ſi non eſt  
manifeſtum, fama tamen ſoci hoc habet, cum eſſet ſponſa tan-  
ſummodo de futuro, idem ab eius impetitione debet abſolui.

Celeſtinus tertius.

*Si diſpenſatur cum aliquo, vt poſſit contrahere in certo gradu,  
aliàs prohibito, requiritur, quòd uterque contrahentium toto gra-  
du diſtet à ſtipite, præſertim ſi hoc habet conſuetudo. Cap. iij.*

**Q**uod dilectio: & infra. Quæſiuiſti, vtum is, qui à ſtipite  
per descendantem lineam, ſexto vel ſeptimo gradu diſ-  
tat, poſſit ei, quæ ex altera parte per lineam descen-  
dentem ab eodem ſtipite, ſecundo vel tertio gradu diſtat, ma-  
rimonialiter copulari propter indulgentiam apoſtolicæ ſedis  
legati, qua permiſſum eſt hominibus terræ illius in ſexto gradu  
coniungi? Quod videtur poſſe fieri ſecundum regulam, qua  
dicitur, Quoto gradu quis diſtat à ſtipite, & à quolibet, per aliã  
lineam descendantium ab eodem: cum tamen de conſuetudine  
terræ ſi quando talis caſus emerſerit, incolæ propter proxi-  
miorum gradum coniunctos ſeparant, & impediunt copulari  
volentes. Nos itaque reſpondemus, quòd indulgentia illa ſic  
eſt intelligenda, quòd uterque coniungendorum diſtet à ſtipite  
ſexto gradu. ſi verò alter ſexto vel ſeptimo gradu diſtat à ſtipi-  
te, alter autem ſecundo vel tertio coniungi non debent. vnde  
in hac parte conſultius duximus multitudini, & obſeruata con-  
ſuetudini deferendum, quàm aliud in diſſenſionem, & ſcanda-  
lum populi ſtatucendum, quadam adhibita nouitate.

Inno. iij. archiepiſcopo & capitulo Tiron.

*Infideles coniuncti in gradu prohibito à lege canonica, poſt ba-  
ptiſmum non ſeparantur. Capitulum. iiii.*

**D**E infidelibus ad fidem conuerſis, vtum ſi ante conuerſio-  
nem ſuam ſecundo legis veteris inſtituta, circa gradum  
conſanguinitatis à canone denotatos coniuncti fuerint, ſepara-  
ri debeant poſt baptiſmum: Conſul. t. duximus reſpondendum,  
quòd matrimonium ſic contractum non eſt poſt baptiſmi lau-  
acrum ſeparandum, cum à Iudæis dominus requiſitus, ſi liceret  
vxorem ex quacunque cauſa dimittere, ipſis reſpondit: **Quos  
deus coniunxit, homo non ſeparet.** per hoc innuens eſſe matri-  
monium inter eos.

Gene. 2.

Matt. 19.

Matt. 10.

Idem Roſanen. archiepiſcopo,

*Conſanguinei mariti cum conſanguineis vxoris licite contra-  
hant, hoc primo. In gradibus prohibitis non poſſunt matrimonium  
contrahi, etiam ſi hoc habeat conſuetudo. hoc ſecundo. Cap. v.*

Quod

**Q**uod ſuper his: & infra. Super eo igitur, & pater & filius,  
cum matre & filia, & duo cognati cum duobus cognatis,  
auunculus & nepos cum duobus ſororibus contrahere  
matrimonia, taliter tibi duximus reſpondendum, & licet om-  
nes conſanguinei viri ſint adſines vxoris, & omnes conſangu-  
inei vxoris ſunt viri adſines: inter conſanguineos tamen vxoris  
& viri, ex eorundem, ſcilicet viri & vxoris coniugio, nulla pro-  
lus adſinitas eſt contracta, propter quam inter eos matrimo-  
nium debeat impediri. Ne autem intra gradus prohibitos  
matrimonium contrahatur, debes publice inhibere, & præſum-  
ptos eccleſiaſtica diſtriſtione punire, non obſtante conſue-  
tudine, quæ dicenda eſt potius corruptela.\*

Idem.

*Non valet diſpenſatio obtenta à papa ſuper matrimonio inter  
conſanguineos contracto, ſi ibi cauſa falſa ſit expreſſa, niſi poſtea  
eam Papa confirmaret. h. d. ſecundum verum & commune in-  
tellectum. Capitulum. vi.*

**Q**uia circa. & infra. Porro de nobili viro N. pro cuius  
diſpenſatione, indulgentia ſcilicet remanendi cum ea,  
quæ ipſum quinto conſanguinitatis gradu contingit,  
à ſede apoſt. obtinenda, falſa nobis cauſa fuerat allegata, proles  
videlicet. Cum tamen ante diſpenſationem obtentam vnica  
filia, quam habebat, viam fuerit vniuerſæ carnis ingreſſa, prout  
tua conſulatio continebat: diſſimulare poteris, vt remaneant  
in copula ſic contracta, cum ex ſeparatione (ſicut adſeris) graue  
videas ſcandalum imminere.

Idem.

*Teſtes, qui de conſanguinitate deponunt, computationem debent  
à ſtipite, vel germine incipere. Capitulum. vii.*

**T**va nos duxit. ſ. conſulendos, vtum illorum ſufficiat testi-  
monium ad matrimonium dirimendum, qui conſanguini-  
tatis gradus ab auunculo & nepote, videlicet fratris filio, vel  
ſororis inceperint computare: Nos igitur in qui. t. r. quòd cū  
coniugium multum fauoris obtineat, teſtes, qui ad diuortium  
celebrandum producti conſanguinitatis gradus computant, à  
ſtipite debent incipere: id eſt, à patribus vel germanis, & ſi  
per ordinem diſtinguere gradus, nominibus propriis, vel æqui-  
pollentibus indicis deſignando perſonas, præteritum cum ſæ-  
pius teſtimonium perhibeant de auditu: quòd quia minus eſt  
validum, non eſt in articulo huiusmodi nimium laxanda ſacul-  
tas: quum quæ ratione computationem inciperent à ſecundo,  
eadem ab vltioribus inchoarent.

Quiiii

Idem.

\* Vide. l.  
omnes iu-  
dices. C. de  
decul. li. x.

Idem in concilio generali.

*In secundo & tertio adfinitatis genere tollitur prohibitio, qua olim erat in matrimonio contrahendo. Similiter tollitur prohibitio de sobole suscepta ex secundis nuptiis, qua olim non poterat contrahere cum cognatione prioris viri. Et prohibitio coniugii ultra quartum consanguinitatis & adfinitatis gradum non extenditur. hoc dicit iste textus qui quotidie allegatur, & est singularis in materia sua.*

Capitulum.viii.

**N**on debet reprehensibile iudicari, si secundū varietatē temporum, statuta quandoque varientur humana, præsertim cū vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcit: quoniam ipse deus ex his, quæ in veteri testamento statuerat, nõnulla mutauit in nouo. Cum ergo prohibitiones de coniugio in secundo & tertio adfinitatis genere minime cõtrahedo, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis, cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducâr, & aliquando periculum pariant animarum, cū cessante prohibitione, cesset effectus: constitutiones super hoc editas, sacri ad probationem concilij reuocantes, præserti constitutione decernimus, vt sic contrahentes decætero libere copulentur. Prohibitio quoq; copulæ coniugalis quartū consanguinitatis & adfinitatis gradum decætero non excedat: quoniam in vltioribus gradibus iam non potest absq; graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari. Quaternarius vero numerus bene congruit prohibitioni cõiugij corporalis, de quo dicit Apostolus, quod vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, neque mulier habet potestatem sui corporis, sed vir: quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant ex quatuor elementis.

1. Cor. 7.

Cum ergo iam vsq; ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ sit restricta: eam ita volumus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus super hoc dudum editis, vel ab alijs, vel à nobis: vt si quis contra prohibitionem huiusmodi præsumpserit copulari, nulla longinquitate defendatur annorum: cū diurnitas temporum non minuit peccatum, sed auget, tantòque sunt grauiora crimina, quanto diutius infellicem animam detinent alligatam.

Gregorius nonus.

*Distans à stipite quarto gradu vel ceteriori, cum distate quinto, vel vltiori contrahere potest. h. d. cum glossa. Capitulum. ix.*

**V**ir, qui à stipite quarto gradu, & mulier, quæ ex alio latere distat quinto, secundum regulam adprobatam, qua dicitur, Quoto gradu remotior distat à stipite, & à quolibet per aliam

aliam lineam descendentium ex eodem: licite possunt matrimonialiter copulari.

De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi. Tit. xv.

Ex Brocardico. lib. xvij.

*Si marito prouocante ad diuortium, & se impotentem asserente, mulier hoc idem fateatur, seruata solemnitate canonica matrimonium indistinctè dirimitur. sed si decipiatur ecclesia, primum matrimonium separatur. si vero muliere agente vir asserat se potentem, nisi per adspæctum corporis, vel alio indubitato modo conuincatur: mulier non auditur. sed si vir hoc idem confiteri vel cõuincitur, matrimonium separatur. & mulieri contrahendi licentia datur. h. d. secundum Hostien.*

Capitulum. i.



**A**cceperis mulierem, & per aliquod tempus habuisti, per mensem, aut per tres, aut per annū: & nunc primum dixisti te esse frigidæ naturæ, ita vt non potuisses coire cū illa, nec cum aliqua alia. si illa, quæ vxor tua esse debuit, eadem adfirmat, quæ tu dicis, & probari potest per verum iudicium, ita esse vt dicitis, separari potestis, ea tamen ratione, vt si tu post aliam acceperis, reus periurij diiudicaris: & iterum post peractam pœnitentiam priora cõnubia reparare debebis. Illa autem si prior post annum, aut dimidium ad episcopum, aut eius missum proclamauerit, dicens quod non cognouisses eam, tu autem contrarium adfirmas, tibi credendum est, eo quod caput es mulieris: quia si proclamare voluit, cur tamdiu tacuit? cito enim & in paruo tempore scire potuit, si secum coire potuisses. Si autem statim in ipsa nouitate post mensem, aut duos, ad episcopum, aut eius missum proclamauerit dicens, volo esse mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi: sed vir, quæ accepi, frigidæ naturæ est, & non potest illa facere propter quæ illum accepi: si probari potest per rectū iudicium, separari potestis, & illa si vult, nubat in domino. \*

Alexan. iij. Ambianen. episcopo.

*Impotens ad copulam, est impotens ad contrahendum matrimonium, siue sit impedimentum ætatis, siue naturæ. Capitulum. ii. ibi not. ff. vnde vi.*

**Q**uod sedem: & infra. Sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio: sic qui impotentes sunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

Idem.

Natu-

\* Vide. l.

scripto. cū ibi not. ff. vnde vi.

*Naturale impedimentum ad coitum, inseparabile arte medicorum, matrimonium impedit.*

*Capitulum. iiii.*

**E**X literis tuis accepimus, quod quidam sedecim annorum, quandam annorum tredecim duxit uxorem: qui cum debicum reddere non posset, mulier tam grauem infirmitatem contraxit, ut omnino viro sit facta inutilis, & instrumentum eius impeditum, ita quod vir ei commisceri non potest. Respondemus igitur, quod si vitium illud mulier a natura contraxit, nec ope medicorum poterit adiuuari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem.

Lucius tertius.

*Contrahens scienter cum impotenti ad copulam, ab ea non separatur.*

*Capitulum. iiii.*

**C**onsultationi tuae, qua nos consuluisti, utrum foemina clausa impotentes commisceri maribus matrimonii possint contrahere: & si contraxerint, an debeat rescindi? Taliter responso licet incredibile videatur, quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium: Romana tamen ecclesia consuevit in consimilibus iudicare, ut quas tanquam uxores habere non possunt, habeant ut sorores.

Celestinus. iij.

*Si de impotentia coeundi constet, statim matrimonium separatur: alias cohabitabunt coniuges per triennium: & si cum septima manu propinquorum iurant, quod dederunt operam carnali copulae, & non potuerunt coniungi, statim separatur. Ita communiter summatur.*

*Capitulum. v.*

**L**audabilem: & infra. Requisisti quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis ad experientiam copulae nuptialis: & infra. Nos vero in praesenti consultatione sentimus, ut a tempore celebrati coniugij, si frigiditas prius probari non posset, cohabitent per triennium: quo elapso, si nec tunc cohabitare voluerint, & iuxta decret. Grego. mulier per iustum iudicium de viro probare potuerit, quod cum ea coire non possit, accipiat alium: si autem ille aliam acceperit, separentur. Quod si ambo consentiant simul esse: vir eam, etsi non ut uxorem, saltem habeat, ut sororem. Si autem, quod nunquam se inuicem cognoverint ambo fateantur, cum septima manu propinquorum, vel vicinorum bonae famae (si propinqui defuerint) tactis sacrosanctis euangelij, uterque iureiurando dicat, quod nunquam per carnis copulam una caro effecti fuissent, & tunc videtur, quod mulier valeat ad secundas nuptias conuolare. Verum si ille aliam duxerit, tunc hi qui iurauerant, rei perituri teneantur, & peracta praesentia cogantur ad connubia priora redire.

Innocen.

Innocen. iij. Altisiodorens. episcopo.

*Propter arflationem mulieris, si apparet, quod praeter diuinum miraculum absque periculo corporali habitis reddi non potest, separatur matrimonium: redintegratur tamen, si postea adpareat ecclesiam fuisse deceptam.*

*Capitulum. vi.*

**F**ateritatis tuae literas recepimus, continentes quod O. mulier quidam viro matrimonialiter nupsit, cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipso cognosci. Licet autem semper per archipresbyterum tuum super hoc fuisses edoctus: tu tamen volens habere certitudinem plenioris, quasdam matronas tuae parociae prouidas & honestas, ad tuam praesentiam euocasti, districtè illis iniungens, sub periculo animarum, ut mulierem ipsam prudenter inspicerent, & perquirerent diligenter, utrum idonea esset ad viriles amplexus. quae tandem in fide sua tibi adseruere constanter, quod eadem nunquam poterat esse mater aut coniunx, tanquam cui naturale deerat instrumentum. unde inter ipsam & virum diuortium celebrasti, mulierem inducens, ut ad religionem aliquam se transferret, perpetuam continentiam seruatura: & viro licentiam tribuisti, ut uxorem duceret, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem postea, quod mulier inuenit, qui feras huiusmodi referauit, & abiciens continentiam, quam promissit, G. laconi praesentium supernupsit. Quamuis igitur semiplene nobis expresseris, quomodo dicta mulier se promiserit continentiam seruaturam, utrum videlicet simplici verbo, an voto solenni, utrumve ad religionem transierit, ut promissit, an contra promissionem suam in domo remanserit, & qualiter feras illas fecerit referari, utrum videlicet artificio medici, an concubitu viri, seu alio quolibet modo: nos tamen perspicaciter adtendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod praeter diuinum miraculum per opus humanum abque corporali periculo potuit removeri: sententiam diuortij per errorem licet probabilem nouimus esse prolata, cum pateat ex post facto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commiscetur: & ideo inter ipsam & primum virum dicimus matrimonium extitisse: quare inter eam & praesentium Gu. matrimonium non esse censemus, eosque praecipimus ab inuicem separari. Et si praedicta mulier ad religionem transiit (sicut adserit promississe) primus vir, qui non cognouit eandem, cum ea remaneat, cum qua postmodum ecclesiae auctoritate contraxit: alioquin ea dimissa debet ad illam redire, cum qua primo contraxit, nisi se voto mulier illa constrinxerit ad continentiam obseruandam, ut intelligatur



tur per hoccum prefato Gu. fornicata fuisse, vel nisi se fornicario modo alij viro miscuerit, vt primus vir pretextu fornicationis, eius velit consortium declinare, nam si tātum simplici verbo se promisit continentiam seruaturam, & postea in cōspectu ecclesiæ nupsit memorato Gu. quādiu articulus iste dubitabilis erat, præsumi non debet, quod fornicaretur cum illo, sed amodo non debet cū illo aliquatenus remanere. Per hæc autem quæstionem illam noueris esse solutam, qua quæritur, vtrum ea, quæ adeo arcta est, vt nulli possit carnaliter commiseri, nisi per incisionem, aut alio sibi modo violentia inferatur, non solummodo leuis, sed fortè tam grauis, vt ex ea mortis periculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea perhiberi. Similiter illa, quæ viro cui nupserat, adeo arcta est, vt nunquam ab eo valeat desorari: si ab eo sit periudicium ecclesiæ separata, & nubat alteri, cui arcta nō sit, & per frequentem vsum secundi, reddatur etiam apta primo: vtrum ad eum redire debeat, cum quo prius fœdus inierat coniugale. De talibus autem non est facile iudicandum: cū finale iudicium pendeat ex futuro.

Honorius tertius.

*Si vxor dicit virum, cui cohabitauit per triennium, non habere potentiam coeundi, eis hoc iurantibus cum septima manu propinquerum, matrimonium separatur h. d. in harendo verbis litera.*

Capitulum. vii.

**L**iteræ vestræ nobis transmissæ continebant, quod cū causa matrimonij, quæ inter M. mulierem & A. eius virū vertitur, vobis fuisset ab I. papa prædecessore nostro commissā, dicta M. proposuit, q̄ cū octo annis elapsis dicto A. fuisset matrimonialiter copulata, & licet diu cohabitasset eidem, adhuc integra permanebat: eo quod prædictus vir eius non habebat potentiam coeundi: quare petebat diuortium celebrari. prædictus vero A. fatebatur, quod illam nunquam cognouerat: tamē se habere potentiam cognoscendi alias adserbat. Vos verò, ne id confiteretur in fraudem, à matronis bonæ opinionis, fide dignis, ac expertis in opere nuptialibus, dictam fecistis inspicimulicrem: quæ perhibuerunt testimonium ipsam adhuc virginem permanere. Postmodum per presbyterū, de cuius parœcia vit exitit, fecistis inquiri, vtrū ipse aliquam cognouisset: nec per inquisitionem ipsam vobis constare potuit aliquam esse carnaliter cognitam ab eodem. Muliere autem requirente diuortium, & dicente, quod mater esse volebat, & filios procreare, proponente verò viro, quod paratus erat stare consilio ecclesiæ, in-

sa, iniunxistis eisdem, vt agerent pœnitentiam de commissis, & sic fortè placeret deo, qui matrimonij fuit institutor & author, vt opus matrimonij consummarent: qui post plures terminos ad vestram reuersū præsentiam, consona voce dixerunt, quod non poterant carnaliter commiseri. Quocirca mandamus, quatenus si ita est, & constiterit vobis præfatam virum & mulierem, intra prædictos octo annos, per continuum triennium insimul habitasse: ipsi cum septima propinquerum manu firmantibus iuramento se commisseri carnaliter nequiuisset, proferatis diuortij sententiam inter eos.

De matrimonio contracto, contra interdictum ecclesiæ. Tit. xvj.

Alexander. iij. Paduën. episcopo.

*Matrimonium contra interdictum ecclesiæ, vel iudicium factum seu contractum, propter hoc solum non dirimitur: imponitur tamē pœnitentia sic contrahentibus, & separatur, donec cognoscatur de causa interdicti. h. d. in effectu totus iste titulus. Cap. i.*

**L**iteræ, quas tua nobis fraternitas destinauit, expressè declarant, quod cū quidam sororem suam iam nubilem cuidam se daturū in vxorem ea præsentē & consentiente, prædito iuramento firmasset: & illa nō post multos dies dona & munera viri secundum morem terræ sponte suscipiens, ipsum tanquam proprium virum sæpe amplexata fuisset: tandem mortuo fratre, à proprio viri sui fratre se desponsari permisit, & quod ab illo cognita fuisset, mēdaciter adseuerat. Cumq; ei prohibuisset publicè, ne cui illorum, vel alicui se copularet, ipsa spretis monitis tuis, alij nubere non expauit. demum cū mulieri præcepisset, vt ad domum matris rediret, ipsa nostram audientiam appellauit: & infra. Mandamus, quatenus si est ita, præfatam mulierem (ne mandatum tuum cōtemptibile videatur) ad domum matris redire compellas, & imponi sibi de tanto excessu pœnitentia condigna, postquam in domo materna per mēsem steterit, ad tertium reuerti permittas.

Idem Vigoriën. & Baroën. episcopis:

*Sponsalia de futuro cura vna etiam contra interdictum ecclesiæ contracta, non habent dirimere matrimonium postea contractum cum alia. Capitulum. ii.*

**E**x literis Cantuariën. archiepiscopi ad nos peruenit, quod cū G. de sancto Leodegario M. filiam suam absente, cui-

dam R.

dam R. nomine desponsasset: & infra. Postea orta suspicione, & præfatus R. ad alia desideraret vota transire, ad examen fuit dicti archiepiscopi causa perlata: qui sub anathematis interminatione prohibuit, ne ante quam de præscripto negotio plenè cõstaret, vir ad secunda vota transiret. sed ipse præscripta prohibitione contempta, filium G. in facie ecclesiæ sibi solenniter copulauit vxorem: & infra. Cũ archiepiscopus veller de matrimonio primo cognoscere, dicta M. adpellationis vocẽ emisit: cuius adpellationi archiepiscopus deferens, eidem sub excommunicationis interminatione districtius interdixit, ne cui nuberet, donec causa ipsa finem debitum fortiretur. ipsa tamen de remedio adpellationis confusa, cuidam alij Gu. nomine nupsit: & infra. Mandamus quatenus si nihil cõstiterit, quod impediatur, præter cõsensum de futuro, qui inter præfatos R. & M. adseruit præcessisse, secunda matrimonia iniuolabiliter obseruanda sublato adpel. obstaculo iudicetis. Licet enim contra interdictum ecclesiæ ad secunda vota transire non debuierit, nõ est tamen conueniens, vt ob id solum sacramentum coniugij dissoluatur: aliqua tamen pœnitentia eis debet imponi, quia contra prohibitionem ecclesiæ hoc fecerunt.

Idem Paduano episcopo.

*Si hi, qui dicebantur consanguinei, contraxerunt contra præceptum iudicis, debent separari, donec de causa cognoscatur.*

Capitulum. iij.

**D**E muliere: & infra. Illos autem, qui pro consanguinitate prohibentur coniungi, & post contra interdictum ecclesiæ se receperint, excommunicationi debes subiicere, donec tam diu separentur, quousque legitimè cognoscatur, vtrum eorum matrimonium possit, & debeat iure stare.

Qui filij sint legitimi. Tit. xvij.

Alexander tertius.

*Naturalis ex soluto genitus & soluta, legitimitur per subsequens parentum coniugium, etiam quo ad hereditatem.*

Capitulum primum.



Onquestus est nobis H. & cum quãdam mulierem in vxorẽ acciperit, R. patruus mulieris ipsam exheredare conatur, eo quod ante desponsationem matris suæ nata fuerit, licet postea pater mulieris præfata matrem ipsius acciperit in vxorem.

Ideoq; mandamus, quatenus si est ita, eam legitimam iudicetis, prædicto R. inhærentes ne dictæ mulieri hac occasione super herede-

per hereditate paternã molestiam inferat vel grauamen. Si autem contra hoc venire præsumperit, cõtra cum seueritate ecclesiastica procedatis.

Idem.

*Separato matrimonio in facie ecclesiæ contracto, filij geniti vel concepti ante sententiam sunt legitimi.* Cap. ii.

**C**ũ inter I. virum, & T. mulierem diuortij sententia canonice sit prolata, filij eorum non debeat, exinde sustinere iacturam, cùm parentes eorum publicè sine contradictione ecclesiæ, inter se contraxisse noscantur. Ideoq; sancimus, vt filij eorum, quos ante diuortium habuerunt, & qui cõcepti fuerant ante latam sententiam, non minus habeantur legitimi, & quod in bona paternã hereditario iure succedant, & de parentum facultatibus nutriantur.

Idem Rothomagen. archiepiscopo.

*Statim verbo viri & mulieris, qui negant aliquem filium, nisi iudiciis & testibus probetur contrarium.* Cap. iij.

**T**ransmissa nobis tuæ literæ continebant, & cùm N. vsque ad iuuentutem quendam puerum nutriiisset, vxore sua M. tunc non desponsata sibi cohabitante, postmodum ipsam legitime desponsauit, & filios sustulit ex eadem: quibus paternam hereditatem petentibus, prædictus iuuenis contradicit gerens se filium & heredem, quamuis à vicinia, quæ ipsum filium eorum esse credebatur, spurius diceretur: prædicti vero N. & vxor eius præfatum iuuenem spurium suum, aut legitimum filium esse negabant, sed dicebant, & eum pietatis intuitu nutriiissent. Cũ autem questio coram te mota esset, & prædictus iuuenis pro eo, quod iuri stare volebat, vinculo sit excommunicationis adstrictus: Consul. t. r. respon. quod in tali casu standum est verbo viri & mulieris: nisi certis iudiciis & testibus tibi cõstiterit esse filium iuuenem memoratum.

Idem Exoniën. & Vinconiën. episcopis, & abba. Herfordẽ.

*Illegitima proles est, quam viro viuente vxor ex adulterio cõcepit, siue cum adultero, siue cum viro moretur.* Cap. iij.

**C**ausam quæ: & infra. Si cõstiterit, quod Agatha de Anselina muliere tempore Alani viri sui, ipsa cum eo tanq; cum viro suo morante, vel R. patre dictæ Agathæ ipsam A. adhuc habente virum publicè tenente nata fuit, eam nõ fuisse legitimam eiusdem R. filiam iudicetis: quia non potuit esse vxor, quæ viri sui coram inaculans, alij dum ille viueret copulata præsumpsit.

Idem

Idem Exoniē. episcopo, & abbati Herfordē.

Quæstio natiuitatis opposita petenti hæreditatem coram iudice seculari, est ad ecclesiasticum iudicem transmittenda. h. d. & est textus multum notabilis & allegabilis. Cap. v.

Lator præsentium R. & infra. Cū autem idem R. H. coram seculari iudice super hæreditate aui eiusdem R. patris dicti H. traxisset in causam, ille sibi præsumpsit obicere, & pater eius non fuit de legitimo matrimonio natus, & ideo de hæreditate aui sui nihil posuit in successorio vindicare: tandem cū super quæstionem natiuitatis coram Noruicē. episcopo tractatum fuisset, ad nostram exitit audientiam appellatum: & infra. Ideoq; mandamus, quatenus causam super quæstione natiuitatis patris eiusdem R. intra duos menses sublato appellacionis obstaculo termineris. Si verò intra duos menses præfatus H. non poterit probare legitimè quod obicit, ex tūc seculari domino, sub cuius iudicio de hæreditate causa vertitur intimetis: vt pro quæstione natiuitatis nōn dimittat, quin causam super hæreditate audiat & decidat.

Idem Exon. episcopo.

Naturales legitimantur per subsequens parentum coniugium, spiritui verò nō h. d. inherendo verbis literæ. Et est cap. famosum, & quotidie allegatur in vtroque foro. Cap. vi.

Tanta est vis matrimonij, vt qui antea sunt geniti, post cōtractum matrimonium legitimi habeantur. Si autem vir viuente vxore sua aliam cognouerit, & ex ea prolem susceperit, licet post mortem vxoris eandem duxerit, nihilo minus spurius erit filius: & ab hæreditate repellendus, præsertim si in mortem vxoris prioris alteruter eorum, aliquid fuerit machinatus.

Idem London. & Vigoricē. episcopis.

De causa etuili inter laicos non cognoscit ecclesia: cognoscit tamen an quis sit de legitimo matrimonio natus. Cap. vii.

Causam, quæ inter R. & F. super eo, quod mater dicti R. dicitur non fuisse de legitimo matrimonio nata, agitari dignoscitur, vobis commisimus terminandam. Verū qualiteris nostris inseri fecimus, vt sapesato R. possessionē omnium, quorum possessor exitit, quando auus suus proficiscēdi Hierosolymam iter adripuit, ante principalis causæ ingressum faceretis restitui, si eadem possessione fuisset per violentiam spoliatus: nos adtendentes, quod ad regem pertinet non ad ecclesiam de talibus possessionibus iudicare, ne videamur iuri regis Anglorum

Anglorum detrudere, qui ipsarum iudicium ad se adserit pertinere. Fra. v. mādamus, quatenus regi possessionum iudicium relinquentes, de causa principali videlicet, verum mater prædicti R. de legitimo sit matrimonio nata, plenius cognoscatis, & causam huiusmodi terminetis, licet incongruum videatur, vt matrimonium genitricis præfati R. impetatur quod ea viuente non fuit (vt dicitur) impetatum.

Idem episcopo & archiepiscopo Vicentino.

Si mulier per iudicium ecclesiæ separata a primo, viuente illo contrahit cum secundo, legitima erit proles, quam ex illo suscepit. Capitulum. vii.

Prelatum est ad audientiam nostram, quod cū H. ad partes Constantinopol. transfuisset, & ibi moram per decennium & amplius faciens, ad l. vxorem suam non rediens, ipsa apud bonæ me. Vicentinum episcopum aduersus eum querelam deposuit, & q̄ cum non posset diutius expectare, nihilo minus allegauit. episcopus verò sicut vir prouidus & discretus parētibus viri mandauit, vt pro eo mitterent, & ipsum ad propria reuocarent. cumq; elapso longi temporis spacio \* vir non remearet ad propria, episcopus in conspectu ecclesiæ auditis rationibus mulieris, inter eos sententiam diuortij promulgauit, & mulieri, vt alium duceret, facultatem indulxit. Ideoq; mandamus, quatenus si constituerit, q̄ episcopus inter eos sententiā diuortij tulerit, filios, quos sustulit de alio, ad cuius copulam autoritate prædicti episcopi migravit, legitimos iudicetis, eos hac occasione ab hæreditate non patientes excludi.

\* Quod dicat esse longū tēpus: nota. Insti. de r. succa. §. i. C. de præscrip. lon. tempo.

Idem Beluacē. episcopo.

Filij nati ex matrimonio clandestino per ecclesiam approbati, sunt legitimi h. d. inherendo literæ. Cap. ix.

Quod nobis: & infra. Si qui autem de clādestino matrimonio postmodum ab ecclesia cōprobato generati fuerint, eos legitimos iudices filios & hæredes.

Celestinus. iiij. Eboracen. archiepiscopo.

Nati ex matrimonio contracto contra publicæ honestatis iustitiam illegitimi sunt, & ab hæreditate parentum excludendi. & tene menti hunc casum, quia sepe per ignorantiā accedunt. Capitulum. x.

Referente nobis: & infra. Fra. t. t. respon. q̄ publicæ honestatis iustitia prohibente matrimonium inter eos cōtrahi non potuit, & contractum debuit separari: ac per hoc cū filiis, nec per ecclesiæ permissionem, nec per paternam ignorantiā exculentur,

55 som. 269. p. 2  
56 leg. 1. 2. 2.

~~4. 1. 1. 1. 1.~~  
~~1. 1. 1. 1. 1.~~  
~~1. 1. 1. 1. 1.~~  
\* Vide l. bonorū. p. Bar. ff. de vs. ha. C. l. pen. §. vxor. ff. de lu. mar.

excusentur, ad successionem bonorum paternorum non videtur aliquatenus admittendi.

Idem.

*Ad docendum prolem illegitimam, non sufficit probare impedimentū matrimonii, si fuit in facie ecclesie contractus. Cap. xi.*  
**P**eruenit sane ad nos ex insinuatione L. vidue, quod cum inter G. patrem suum, & A. matrem illius, matrimoniū fuisset legitime celebratum, & quamdiu vixerunt, quietē permiserunt: post illorum decessum quidam adferentes eam de non legitimo matrimonio fuisse susceptam, à paterna hereditate tanquam illegitimam, amouere conantur. Mandamus itaq; quatenus si est ita, dictam viduam legitimam nunciatis.

Innocentius tertius.

*Statut dicto testium, qui probat aliquem legitimum, licet fama viciniæ & tractatus parentum habeat contrarium. Cap. xii.*

**P**er tuas literas intimasti, quod R. ex muliere, quam secundum opinionem maioris partis vicinię in concubinam habebat, prole suscepta, quamdam post & alia ea defuncta duxit in uxorem: & ea, de qua prolem susceperat, virum sibi alium copulauit, processu vero temporis idem R. in presentia multorum, firmavit proprio iuramento, quod eam, quam habere visus fuerat concubinam, prius adhaererat in uxorem, quam ex ea filium genuisset: & postea cum ageret in extremis, cum quem ex ea susceperat, in testamento heredem instituens, legitimum filium appellauit. Cum autem tunc inquisitioni fuisset commissum, an filius nec susceptus, legitimus esset heres ipsius R. & ad eius patrimonium admittendus, tu præter id, quod ex quadam decretali bonę memo. Alex. papę prædecess. no. standum esse super hoc verbo viri & mulieris credebatur: receptis testibus à filio eiusdē R. productis, quibus legitime comprobauit prædictum R. matrem suam in capella sancti Sergij adhaesisse, eum ipsius R. heredem esse legitimum iudicasti. Nos autem aduertentes, quod plus est, quod in veritate agitur, quam quod simulatē concipitur: licet dictus R. cum ea dimissa, quam vt concubinam habuerat, ad alia vota transuerit, videatur ipso facto matrimonium, quod inter eos celebratum fuerat, denegasse: quia tamen desponsatio per testes legitimos comprobata, eos matrimonialiter fuisse coniunctos ostendit: siue desponsatio ipsa fuerit de presenti, vt per consensum legitimum per verba de presenti expressum, copula matrimonij inter eos fuerit celebrata: siue per verba de futuro, carnali copula subsecuta: non tam decretali dicti prædecess. no. quę in casu dissimili loquitur, quam inductis probationibus

probationibus innitentes, te processisse legitime respōdemus: sententiam tuam autoritate apostolica confirmantes.

Idem nobili viro Gu. montis Pessulani.

*In terris ecclesie papa potest liberē illegitimos legitimare, in terris verò alienis non: nisi ex causis multum arduis, vel nisi in spiritualibus: tunc tamen indirectē & per quamdam consequentiam intelligitur legitimare etiam quo ad temporalia: hoc tamen verbum non est sine serupulo. h. d. secundum intellectum, qui placet Panor. & est cap. difficile, & multum famosum. Cap. xiii.*

**P**er venerabilem. f. N. A. relateū. archiepiscopum tua nobis humilitas supplicauit, vt filios tuos legitimacionis dignaremur titulo decorare, quatenus eis, quo minus tibi succederēt, naturalium obiectio non noceret. Quod autem super hoc apostolica sedes plenam habeat potestatem, ex illo videtur, quod diuersis causis inspectis, cum quibusdam minus legitime genitis, non naturalibus tantum, sed adulterinis etiam dispensauit, sic ad actus spirituales illos legitimans, vt possint in episcopos promoueri: ex quo verisimilius creditur, & probabilis reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat seculares, præsertim si præter Romanos pontifices inter homines superiorem alium non cognoscant, qui legitimandi habeat potestatem: quia cum maior in spiritualibus tam prouidentia, quam auctoritas & idoneitas requiratur: quod in maiori conceditur, licitum esse videtur & in minori. Per simile quoq; id videtur posse probari, cum eo ipso, quod aliquis ad apicem episcopalis dignitatis ad tollitur, eximitur à patria potestate. Præterea etiam si simplex episcopus sciatur seruum alterius in presbyterum ordinare, licet ordinator satisfacere domino teneretur, ordinatus tamen iugum euaderet seruitutis. Videretur siquidem monstruosum, vt qui legitimus ad spirituales fieret actiones, circa seculares actus illegitimus remaneret. vnde cum in spiritualibus dispensetur, consequenter intelligitur in temporalibus dispensatum. Id autem in patrimonio beati Petri liberē potest apo. se. efficere, in quo & summi pontificis autoritatē exercet, & summi principis exequitur potestatem. Videbatur autem ex eo trahere maiorē audaciam postulandi, quod cum rex Francorum I. reginam dimiseris, & ex alia postmodum superducta puerum suscepit & puellam, & tu similiter, exclusa legitima, superduxeris aliam, ex qua filios suscepisti: sicut cum filius regis eiusdē, sic cum tuis credebatur de benignitate apo. se. dispensandum. Verū si veritas diligenter inspicitur: non res similis, sed valde dissimilis inuenitur. nam rex ipse à regina per Remeū. archiepiscopum apo.

R ij stolicæ

stolica sedis legatum fuit per sententiā separatus, tu verò vxorem tuam à te temeritate propria separasti. Ipse quoque priuquam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera peruenisset, aliam superduxit, ex qua prolem geminam noscitur suscepisse: sed tu in contemptum ecclesie, aliam superinducere adtentasti. Præterea rex ipse contra matrimonium impedimentum adfinitatis obiecit, & coram præfato archiepiscopo testes induxit: cuius sententia, quia cassata fuit lolummodo propter iudicarium ordinem non seruati, nos post restitutionem reginæ alios cognitores duximus deputandos. tu verò vxori tuæ nihil quod duortium induceret obiecisti: cum etsi fidei tibi sit vnum de tribus bonis coniugij, non tamen ipsius violatio conjugale vinculum violasset. De filiis ergo eiusdem regis, vtrum legitimi vel illegitimi fuerint, quamdiu pendet questio adfinitatis obiecta, potest non immerito dubitari. Nam si adfinitas fuerit comprobata, prædictam reginam non esse regis coniugem adparebit: & per consequens alia videbitur sibi legitime copulata, & filios ei legitimos peperisse. Insuper cum rex superiorem in temporalibus minimè recognoscat, sine iuris alterius lesione in eo se iurisdictioni nostræ subiicere potuit, in quo videretur aliquibus, quòd per seipsum (nò tanquam pater cum filiis, sed tanquam princeps cum subditis) potuit dispensare: tu autem nosceris aliis subiacere: & infra. Rationibus igitur his inducti, regi gratiam fecimus requisiti, causam tam ex veteri, quam ex nouo testamento trahentes, quòd non solum in ecclesie patrimonio (super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem) verumetiam in aliis regionibus certis causis inspectis temporalem iurisdictionem casualiter exerceremus, non quòd alieno iuri præiudicare velimus, sed quia sicut in

**Dent. 17.** Deuteronomio continetur: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudiciū intraportas videris variari, venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: qui iudicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quæcunq; dixerint, qui præfunt loco, quem elegerit dominus: sequerisq; eorum sententiam: qui autem superbiecit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, decreto iudicis morietur. Sanè cum Deuteronomium, lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quòd ibi decernitur, in nouo testamento debeat obseruari: locus enim quem elegerit dominus, apostolica sedes esse cognoscitur: cum enim Petrus urbem fugiens exiisset, volens cum domianus ad locum, quem elegerat reuocare, interrogatus ab

aus ab eo, Domine, quo vadis? respòdit, venio Romam iterum crucifigi. quòd intelligens pro se dictum, ad locum ipsum proctinus est reuersus. Sunt autem sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt. Is verò super eos sacerdos siue iudex existit, cui dominus, inquit, in Petro: Quodcūque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis. Eius vicarius, qui est factus in æternum secundum ordinem Melchisedech, constituitur à deo iudex viuorum & mortuorum. Tria quippe distinguunt iudicia. Primum inter sanguinem, & sanguinem, per quòd criminale intelligitur & ciuile. Vltimum inter lepram & lepram, per quòd ecclesiasticum & criminale notatur. Mediū inter causam & causam, quòd ad vtrunq; refertur tam ecclesiasticum, quam ciuile: in quibus cū aliquid fuerit difficile vel ambiguum, ad iudicium est sedis apostolicæ recurrendum, cuius sententiā, qui superbiens cõtempserit obseruare, mori præcipitur, id est, per excommunicationis sententiam velut mortuus à communicatione fidelium separari. Paulus etiam vt plenitudinè potestatis exponeres, ad Corinth. scribens ait: Nesciris quoniā angelos iudicabitis: quanto magis secularia? Licet igitur cum filiis sepelicti regis (de quibus, an fuerint legitimi ab initio, dubitatur) duxerimus dispensandum: qua tamen tam lex Moisaica, q̄ canonica sobolem susceptam ex adulterio detestatur, restante domino, & manseres & spurij vsq; ad decimam generationem in ecclesiā non intrabunt: canone verò vetante tales ad sacros ordines promoueri: secularibus quoque legibus non solū repellentibus eos à successione paterna, sed negantibus ipsis etiam alimenta: petitioni tuæ non duximus aduocandum.

Idem H. & R. canonicis Beneuentanis.

*Si coniugatus viuente prima in facie ecclesie contrahit cū secunda hoc ignorante, legitima erit eorum proles.* Cap. xliiii. *ad isty lex Rom. ad h. 50. l. 56. inf.*

**E**X tenore literarum vestrarum nobis innotuit, quòd cum G. vidua hæreditatem quondam R. mariti sui sibi & pupillo filio suo restitui postularet, pars aduersa petitionem eius ne tebatur excludere pro eo, quòd R. maritum ipsius viduæ de adulterio genitum adferebat: & infra. Intelligentes, & pater prædicti R. matrem ipsius in facie ecclesie ignaram, quòd ipse aliam sibi matrimonialiter copulasset, duxerit in vxorem, & dum ipsa coniunx ipsius legitima putaretur, dictum R. suscepit ex eadem: in fauorem prolis potius declinamus, memoratum R. legitimum reputantes.

Idem episcopo Tibu.

R iij Proles

Matt. 16.  
Psal. 109  
Acto. 10.

1. Cor. 6.

Dent. 23.

Decretalium Gregorij Lib.iiij. Tit.xviiij.

*Proles infidelium, qui postea conuertuntur, legitima est, etiam si parentes sunt in gradu prohibito lege canonica. Cap.xv.*

**G**Audemus: & infra. Ceterum prolem de infidelium conjunctionibus natam, qui secundo, tertio, vel vltiore gradu, secundum opinionem illorum matrimoniali contraxerunt adfectu, post fidem receptam (vtilitate publica suadente) legitimam volumus reputari.

Qui matrimonium adcusare possunt, vel contra illud testificari. Tit.xviiij.

Alexander.iiij. Parisiensi episcopo.

*Cum agitur de fidele matrimonii, reo absente cōtumaciter possunt super impedimento matrimonii recipi testes, dummodo sint legitimi: & ad dicta eorum fertur sententia. Cap.i.*



Relatum est, qd cum pater cuiusdā puellæ eam cuiusdam ciui Parisiensi nuptui tradidisset, maritus post aliquot annos, quibus cum vxore permansit: propter homicidium, quod commisit, de ciuitate timore mortis exiit: nūc autem dicitur posse probari, qd pater puellæ eum de sacro fonte leuauit: sed literis tuis quæsitus nondum potuit inueniri, licet quinquennium sit tractatum: & infra. Ceterum consultationi tuæ taliter respon. qd si manifestum est, quod adferitur, aut legitimi adcusatores & testes adpareant: postquam iuuenis fuenit cum omni diligētia requisitus, etiam si nequiuert inueniri, testes recipere poteris, & sine canonico iudicium terminare.

Clemens tertius.

*Adcusatio & testimonium in causa matrimoniali personaliter & non per literas fieri debent. Cap.ii.*

**A**Nobis est quæsitum, verum aliqui super adcusatione matrimonij nihil voce propria depromētes, debeant per se lam chartule conscriptionem admitti. Ad hoc respōdemus, quōd in talibus, nisi quantum ad præsumptionem nullius momenti est, cōscriptio quo ad sententiam proferendam, nisi alia legitima adminicula suffragentur.

Clemens.iiij. papa Florentino episcopo.

*In causa matrimoniali super consanguinitate & cōtractu testificari possunt consanguinei & parentes. Cap.iii.*

**V**idetur nobis: & infra. Quōd parōtes, fratres, & cognati veriusq; sexus, in testificatione suorū ad matrimonium cōiungendū vel dirimēdū admittātur, tñ antiqua cōsuetudine, quā

Qui matrimonium adcusare possunt. 316

quā legibus adprobatur. Ideo enim maxime parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur: quoniam vnusquisque suam genealogiam cum testibus & chartis, cum etiam ex recitatione maiorum scire laborat: qui enim melius recipi debent, quā illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse: ita ve si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur, pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris, in criminalibus causis & contractibus verum est. In matrimonio vero coniungendo & disjungendo ex ipsius coniugij prerogatiua, & quia fauorabilis res est, congrue admittuntur. Idem.

*Inuita desponsata, postea sponte cognita, contra matrimonium non auditur. Capitulum.iiii.*

**I**Nuper adiecisti, quōd aliquis cum quadam innubili puella contraxit, quæ tandem ætatis metas attingens ab illo pluries cognita, cōtra matrimonium proclamauit, adferens se semper ab initio dissensisse, quod per testes probat fama & conuersatione parrulos. In hoc itaque casu sentimus, quōd aduersus matrimonium audiri non debet, quæ ante cognitionem sui legitimum annum attingens cum potuit minime reclamauit: sicut enim ante legitimum consensum (qui in duodecimo anno spectatur) potuit dissentire, sic postquā legitimo tempore accedente semel etiam copulæ carnali consensit, ex rati habitatione sibi super hoc silentium non ambigitur indixisse.

Innocentius.iiij. archiepiscopo præposito & priori sanctæ Mariæ de Alban. Genueñ.

*Repellitur adcusans matrimonium propter quæstum. Cap.v.*

**S**ignificante M. de canula nostro est apostolatus declaratum, quod cum N. duxisset legitime in vxorem, s. mater ipsius nifa est matrimonium adcusare, vt ab eō pecuniam extorqueret & licet intellectui suo praua non possint opera respondere, nihilo minus vult habere pecuniam vt ab adcusatione desistat.

Cum igitur non sit maliciis hominum indulgendum: mandamus, quatenus si est ita, ipsam ab adcusatione matrimonij repellentes, eidem super hoc silentium imponatis.

Idem.

*Repellitur ab adcusatione matrimonii, qui denunciationis temere tacuit, nisi denunciationem probabiliter ignorauit, vel iure de nouo didicisse, & quod non obicit illam maliciose. Cap.vi.*

**C**um in tua diocesi: & infra. Si vero post contractum matrimonium aliquis adpareat adcusator, cum non prodierit in publicum, quando banna, secundum cōsuetudinem in eccle-

R.iiij. suis

siis edebantur, vtrum vox suā debeat adculpationis admitti, merito quaeri potest. Super quo sic duximus distinguendum, quò si tempore denunciationis praemissa is, qui iam coniunctos impetit, extra diocesim existeret, vel aliàs denuntiatio non potuit ad eius noticiam peruenire, vtrputa si nimie infirmitatis febre uore laborans, sanae mentis patiebatur exilium: vel in annis tam teneris constitutus, quòd ad comprehensionem talium eius etas sufficere non valebat, seu alia causa legitima fuerit impeditus: eius adculpatio debet audiri. Alioquin cum rationabiliter praesumatur, quòd denunciationem publice factam idem existens in ipsa diocesi minime ignorauit, tanquam suspectus est proculdubio repellendus. Nisi proprio firmauerit iuramento, quòd postea didicerit ea, quae obiecerit, & ad hoc ex malicia non procedat: quia tunc etiam si didicisset ab illis, qui denunciationis tempore siluerunt, claudi non debet eidem aditus adculpandi: quoniam etsi ab impetitione huiusmodi culpa de silentio tali contracta illos excluderet, iste tamen amoueri nequiret, eum culpabilis non existat.

De diuortiis. Tit.xix.

Ex concilio apud Vormaciam.

*Homicidium necessarium non priuat spe coniugii, sed machinatio in mortem coniugis sic.* Capitulum.i.



Iqua mulier in mortem mariti sui cum aliis consiliata est, & ipse aliquē illorum se defendendo occiderit: potest ipse post mortem vxoris, si uoluerit aliam ducere: ipsa autem inuidiatrix penitentia absque spe coniugij iter subiecta.

Alexander tertius.

*Coniuges propter alterius crimē nō separantur, nisi spiritualiter fornicentur: & tunc durat coniugium etiam separatis.* Cap.ii.

Quaeruit à nobis: & infra. Nos itaque taliter respondemus, quòd mulier pro furto vel alio crimine viri sui (nisi fidei suae religionē corrumpere velit) ab eo separari non debet. Verum si coniugem suam ad infidelitatis malefium traxerit, à viro poterit separari, ita quòd ei nubere alij nō licebit: quia licet separentur, semper tamen coniuges erunt. In uiris quoque praesentis sententia forma seruetur.

Idem Ambianen. episcopo.

*Vir nō potest dimittere vxorem sine iudicio ecclesiae, etiam propter impedimentum parentela notorium. Si fama refert impedimentum coniugii, etiam nemine opponente, episcopus ex officio suo potest*

*potest de eo inquirere. Si uerò impedimentum est notorium, potest episcopus ex officio suo matrimonium separare. hoc secundo.*

Capitulum.iii.

Porro de comite Pontini, qui B. vxorem suam absque iudicio ecclesiae dimisit, quia eam cognatam fuisse vxoris defunctae proponit, prudentia tua cognoscat, quòd si etiam parentela esset publica & notoria, absque iudicio ecclesiae ab ea separari non potuit, quare ipsum ad eam recipiendam, quae petit restitutionem ipsius, districte compellas, quam si recipere noluerit, eum & superinductam vinculo excommunicationis adstringas. Praeterea de H. qui cognatam suam duxit vxorem, respondemus, quòd non adparentibus adculpatoribus, & parentela manifesta seu publica existente (quod credibile non est, nisi essent in primo gradu vel secundo) tui officij interest matrimonia illa adhibita grauitate dissoluere, quae illicite contracta noscuntur.

Idem.

*Repellitur vxor petens restitutionem mariti, si notorie fornicata est, & maritus continuit.* Capitulum.iiii.

Significasti, quòd quidam vxore sua sine iudicio ecclesiae dimissa, pro eo, quòd suggestum sibi fueras ipsam incestum cum quodam consanguineo suo commississe, vinculo fuit propter hoc excommunicationis adstrictus: verum mulier non continuit, sed sobolem de alio viro suscepit: nec minus postulat viro restitui, adserens se ab ipso iniuste dimissam, & eundem sibi materiam adulterandi dedisse. Consultationi tuae taliter respond. quòd si notorium est mulierem ipsam adulterium commississe, ad eam recipiendam praefatus vir cogi non debet, nisi constaret ipsum cum alia adulterium commississe.\*

Idem.

*Matrimonium separatur propter adulterium mulieris: & si vir postea fornicetur, redintegratur. Et est bonus casus, & multum al legabilis.* Capitulum.v.

Ex literis tuis accepimus, quòd V. quandam duxit vxorem, qui paucis temporibus fuere concordēs, proponebat enim idem V. quòd illam per violentiam sibi illatam metu etiam mediante duxisset: & infra. Tandem vir vxorem suam super crimine fornicationis in iure conuenit, quae nescit quo ducta spiritu cepit publice confiteri, quòd cum vir negaret ei in necessariis providere, crimē compulsa est incurrere memoratum. cumque diligentius à te fuisset admonita, ne ad suggestionem alicuius illud tam turpe contra se proponeret, ipsa id manifestius

6. 7. 12. p. 4

\*Culpam culpa compe sari. vi de in. l. i. si Mela. i. respon. ff. ad legem Aquil. et in. l. si am bo. ff. de compen.

stius adferebat. Sane tu conuocato capitulo tuo, cum ex eorundem consilio vtrique priuatiū continentiam iniunxeris obseruandam, ita quòd caste viuere abinuicem segregati: memoratus V. furtim cum alia spōsalia & nuptias temere celebrauit, verum cum factum inquirere laborares, supradictus V. sericim rei explicans & exponens, ad audientiam nostram dicitur adpellasse. Vnde fra. t. mand. quatenus, si res ita processit, praxatum virum ad legitimam vxorem redire compellas.

Vrbanus. iij. Florentino episcopo.

*Si vxor à viro lapsa in hæresim propria auctoritate diuertit, ad eum reuersum redire compellitur, secus si per iudicium ecclesiæ ab eo fuisset separata.*

Capitulum. vi.

**D**E illa, quæ viro suo labente in hæresim ipsius confortium sine iudicio ecclesiæ declinauit, videtur nobis, quòd mulier (maxime si ea intentione decessit, vel lapsus in hæresim rædio pariter & confusione adfectus se ab errore suo cōuerteret) ei cum reuersus fuerit, est reddenda: quæ etiam si reuerti noluerit, compellatur. Si vero iudicio ecclesiæ ab eo recessit, ad recipiendum eum nullatenus dicimus compellendam.\*

Innocentius. iij. Ferrariensis episcopo.

\*Vide. l. iuste. ff. de adq. pos. et. l. furti. in hæresi. n. lapsa. Sed si vnus infidelium coniugum conuertatur ad S. et iussu. fidelem, & alter nolit sibi cohabitare, vel non sine blasphemia, vel ff. de ius. sine peccato mortali, soluitur coniugium, & conuersus contrahere qui not. poterit. infra.

**Q**uanto te nouim⁹ in canonico iure peritum: & infra. Sane tua F. intimauit, quòd altero coniugū ad hæresim transferebat, qui relinquitur, ad secunda vota desiderat conuolare. quòd vtrum possit fieri, per tuas nos duxisti literas consulendo. Nos igitur consul. t. respondentes distinguimus, licet quidā prædecessor noster sensisse aliter videatur, an ex duobus infidelibus alter ad fidem catholicam conuertatur, vel ex duobus fidelibus alter labatur in hæresim, vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volens: qui relinquitur, ad secunda si voluerit vota transibit. & in hoc casu intelligimus, quòd ait apostolus, Si infidelis discedit, discedat. frater enim vel soror non est seruiri subiectus in huiusmodi. & canonē etiam in quo dicitur, Contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur. Si vero alter fidelium coniugum vel labatur in hæresim,

1. Cor. 7.

sim, vel transeat ad gentilitatis errorem, non credimus, quòd in hoc casu is, qui relinquitur, viuente altero possit ad secundas nuptias conuolare, licet in hoc casu maior adpareat contumelia creatoris. Nam et si matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum: inter fideles autem verum & ratum existit: quia sacramentum fidei, quòd semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugij sacramentum, vt ipsum in coniugibus illo durante perduret. Nec obstat quòd à quibusdam forsā obicitur, quòd fidelis relictus non debeat iure suo sine culpa priuari: cum in multis casibus hoc contingat, vt si alter coniugum incidatur. Per hanc responsonem quorundam malicia obuiatur, qui in odium coniugum, vel quando sibi inuicem displicerent, si eas possent in tali casu dimittere, simularent hæresim, vt ab ipsa (nubentibus coniugibus) reuertent. Per hanc ipsam responsonem illa soluitur quæstio, qua requiritur, vtrum ad eum, qui ab hæresi vel infidelitate reuertitur, is, qui permansit in fide, redire cogatur.

Idem Tiberiaden. episcopo.

*Pagani in tali gradu prohibito lege canonica tantum, conuersi ad fidem, non separantur. hoc primo. Si paganus prius plures vxores habebat, post fidem susceptam adhaerebit prima. hoc secundo. Et si repudiata vxore cum secunda contraxerit, etiam post baptismum dimittet secundam, & adhaerebit prima repudiata, etiam si repudiata cum alio contraxisset, secus si fornicata fuisset. hoc tertio.*

Capitulum. viii.

**G**audemus in domino: & infra. Vtrum pagani vxores accipientes in secundo vel tertio vel vltiore gradu sibi coniunctas, sic coniuncti debeant post conuersionem suam insimul remanere, vel ab inuicem separari, edoceri per scriptum apostolicum postulasti. Super quo taliter respondemus, quòd cum sacramentum coniugij apud fideles & infideles existat, quemadmodum ostendit apostolus dicens, Si quis frater infidellem habet vxorem, & hæc consentit habitare cum eo, non illam dimittat & in præmissis gradib⁹ à paganus quò ad eos matrimonium licite sit contractum, qui constitutionibus canonicis non arctantur: (quid enim ad nos, secundū apostolum eundem, de his quæ foris sunt, iudicare?) in fauorem præsertim Christianæ religionis & fidei à cuius perceptione per vxores se deserui timētes viri, possunt facile reuocari: fideles huiusmodi matrimonialiter copulati libere possunt, & licite remanere coniuncti, cum per sacramentum baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur. Quia vero pagani circa plures insimul formi-

\*Vide. l. sancimus. ff. de pan. & supra vt lit. non contest. l. quoniam. §. si vero.

1. Cor. 7.

1. Cor. 5.



Decretaliū Gregorij Lib. iiii. Tit. xix.

Gene. 2. 3.

Esdræ. 4.

Matt. 19.

Marc. 10.

Ephes. 5.

Gene. 27.

Exo. 12.

Judic. 16.

Matt. 19.

Luca

10.

Matt. 19.

1. Cor. 7.

nas adfectum diuidunt coniugalem, vtrum post conuersionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant, non immerito dubitatur, & infra. Verum absolum hoc videtur, & inimicū fidei Christianæ, cum ab initio vna costa in vnam foeminam sit conuersa: & scriptura diuina testetur, quod propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adheribit vxori suæ, & erūt duo in carne vna: non dixit tres vel plures: sed, duo: nec dixit, adheribit vxoribus: sed, vxori: & infra. Nec vlli vnquā licuit in simul plures vxores habere, nisi cui fuit diuina reuelatione concessum, quæ mos quandoque, interdum etiam fas censetur: per quam sicut Iacob à mendacio, Israelicæ à furto, & Samson ab homicidio, sic & patriarchæ & alij viri iusti, qui plures leguntur simul habuisse vxores, ab adulterio excusantur. Sane veridica hæc sententia probatur etiam de testimonio veritatis testantis in euangelio: Quicumque dimiserit vxorē suam ob fornicationem, & alia duxerit, mœchatur. Si ergo vxore dimissa, duci alia de iure non potest, fortius & ipsa retenta: per quod euidenter adparet pluralitatem in vtroque sexu, cum non ad imparia iudicentur circa matrimonium, reprobendam. Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiavit vxorem: cum tale repudium veritas in euangelio reprobauerit, nunq̄ ea viuente licite poterit aliam etiam ad fidem Christi cōuersus habere, nisi post conuersionem ipsius, illa renuat cohabitare cum ipso, aut etiam si consentiat, non tamen abique contumelia creatoris, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum: in quo casu restitutionem petenti, quamuis de iniusta spoliatione constaret, restitutio negaretur: quia secundum apostolum frater aut soror non est huiusmodi subiectus seruituti. Quod si conuersum ad fidem, & illa conuersa sequatur ante, quam propter causas prædictas legitimam ille ducat vxorem, eam recipere compelletur. Quamuis quoque secundum euangelicam veritatem, qui duxerit dimissam, mœchatur, non tamen dimissor poterit obicere fornicationem dimissæ pro eo, quod nupit alij post repudium, nisi aliàs fuerit fornicata.

Idem Liuoniæ. episcopo, & eis qui cum ipso sunt fratribus.

Non licet relictam fratris in vxorem accipere: & de facto dula separanda est, nisi aliter ecclesia dispenset. Capitulum. ix.

**D**Eus qui ecclesiam suam: & infra. Quia dispar est ritus in Liuoniæ. ecclesia de nouo ad fidem catholicam conuersorum à nostro: propter infirmitatem gentis eiusdem concedimus vt matrimoniis contractis cum relictis fratrum vntur, si tamen (fratribus decedentibus sine prole, vt semen defuncti

iuxta

De donationib. inter virum & vxor. 319

iuxta legem Mosaicam suscitarent) cum talibus contraxerunt: ne tales sibi decetero postquam ad fidem venerint, copulent prohibentes.

De donationibus inter virum & vxorē, & de dote post diuortium restituenda.

Titulus xx.

Ex concilio habito apud Vormaciam.

Separato licitè matrimonio, dos restituenda est. Capitulum. i.

**M**ulieres cum pro aliqua licita causa à propriis viris fuerint separatæ, totam dotem præcipimus sibi reddi.

Vrbano. iij. decano, cātori & capitulo Lexon.

Soluto matrimonio cogitur vir dotem restituere,

Significauit P. mulier, quod H. quem loco viri tenebat, diuortio inter eos solenniter celebrato, dotem suam illicitè detinet, & reddere contradicit: possessiones etiam, quæ ipsi dum simul viuerent cuiuscunque contractus titulo communi obuenerūt, ea prorsus exclusa, sibi nititur vindicare. Idco- ter obuenerūt, ea prorsus exclusa, sibi nititur vindicare. Idco- ter obuenerūt, ea prorsus exclusa, sibi nititur vindicare. Idco-

ter obuenerūt, ea prorsus exclusa, sibi nititur vindicare. Idco-

ter obuenerūt, ea prorsus exclusa, sibi nititur vindicare. Idco-

ter obuenerūt, ea prorsus exclusa, sibi nititur vindicare. Idco-

ter obuenerūt, ea prorsus exclusa, sibi nititur vindicare. Idco-

ter obuenerūt, ea prorsus exclusa, sibi nititur vindicare. Idco-

ter obuenerūt, ea prorsus exclusa, sibi nititur vindicare. Idco-

Clemens tertius.

Delegatus ad causam matrimonii, si ferat sententiam diuortii, pronunciare debet dotem restitui. Et est casus multum allegabilis. A

**D**E prudētia vestra miramur, quod cum vobis causam matrimonii, quæ vertebatur inter H. & M. commississemus terminandam, & vos consanguinitatem inter eos inuenientes, sententiam diuortij tulissetis: de dote, quam à viro mulier recebat, quicquid statuere distulistis: Quia igitur vos, qui de matrimonio principaliter cognouistis, & de dote (quæ est causa incidens) accessorie cognoscere valuistis, & sententia liter definire, man. quatenus prædictum H. monitione præmissa cogatis, vt prædictæ M. totam dotem (sicut canonicum fuerit) restituere non moretur.

Clemens tertius.

Mulier propter adulteriū à viro separata perdit dotē. Cap. iiii.

Plerumque: & infra. Si mulier ob causam fornicationis iudicio ecclesiæ, aut ppria volūtate à viro recesserit, nec re-

conci-

§ Gm. ad 1/30. Januarii 147. 48

*legem. ut matrimonij sit putatiu. Absor. si bona diuidere, quæ communiter eis obuenerunt. Cap. ii. Multo dicitur Gm. ad 1/30. 2. 56. infra. p. pro iura acquiritur mulieri fructus Gm. ad d. 67. 77.*

Decretaliū Gregorij Lib.iiij. Tit.xx.

conciolata postea sit eidem, dotem vel dotalicium repetere non valebit.

Innocentius.iiij. Compostel. archiepiscopó, & vniuersis episcopis in regno Legionen. constitutis.

*Cogitur mulier ex officio iudicis donata sibi à vivo propter nuptias pro conseruatione illiciti matrimonii relaxare, si talis donatio præstet impedimentum dissolutioni talis matrimonii. hoc dicit, secundum intellectum qui plus placet Panormitano. Cap.v.*

**E**T si necesse sit: & infra. Quia vero castra quædam, quæ rex Legion. filia regis Castellæ in dotem tradidisse proponitur, ita vt si eam aliqua occasione relinqueret, ipsa cederent in ius eius, impedimentum præstare videntur huiusmodi copulæ dissoluendæ: Cum castra ipsa non tam ob turpem, quàm ob nullam causam sint data, vt pote cum inter eos matrimonium non existat, & ideo nec dos, nec donatio propter nuptias.

Ne ad commodum ei cedat, quod debet in pœnam eius potius retorqueri: castra ipsa restitui volumus, & ad id puellam per excommunicationis sententiam coartari.

Idem archidia. sancti Andree de Scotia.

*V usufructuarius donans sine consensu domini rem ipsam vxori propter nuptias, non transfert in eam plus iuris, quam ipse habebat. idem de eo, qui sub conditione adimente habet rem in hereditatem vel in feudum. Capitulum.vi.*

**N**Vper à nobis tua discretio requisit, si aliqua terra data fuerit alicui, non in hæreditatem vel feudum, sed tantum quoad vixerit possidenda: & ipse postmodum tertiam partem vxori suæ in dotem concesserit, vtrum eo defuncto præfatam dotem vxor (dum vixerit) habere debeat & tenere: cum ecclesia dotes protegere teneatur viduarum? Postulasti præterea, si qua terra data fuerit alicui, & hæredi, quæ de vxore legitima procrearet, in hæreditatem vel feudum: & ipse vxori suæ quam parte ipsius in dotem concessa, decesserit postmodum sine prole, an mulier dotem eandem de iure posset habere?

Nos autem consultationi tuæ taliter respond. quòd cum regulariter nullus plus iuris transferre possit, quam eum consistit habere: vir, cui terra predicto modo conceditur, non potest vxori relinquere, quòd ei non licuit, nisi quoad vixerit, possidere: nec licet vxori suæ partem illius terræ in donationem propter nuptias ex viri concessione tenere nisi donationi illo, ad quem spectat dominium illius terræ, voluerit consentire.

Quod autem de prima consultatione dicimus, hoc respondemus etiam de secunda. nam licet ecclesia in causis viduarum se fauora-

De donationibus inter virum & vxorẽ. 320

se fauorabilem debeat exhibere, contra iustitiam tamen non est eis fauor ecclesiasticus concedendus. Illud vero te nolumus ignorare, quod vxor dare dicitur viro dotẽ: vir autem vxori donationẽ facere propter nuptias, secundum legitimas sanctiones.

Idem archiepiscopo & archidiacono Genueu.

*Vir agens pro dote, non omnino excluditur ex eo, quòd vergat ad inopiam, nec præcise cogitur satisfacere ultra facultatem propriam: sed dos sibi assignatur sub cautione, quam præstare potest. Et si per illam cautionem non esset sufficienter prouisum consumptioni dotis, deponetur dos apud mercatorẽ: vt de honesto lucro vir sustineat onera matrimonii. h. d. secundum intellectum qui tenet Panormitano verbis literæ. Et est casus no. & quotidianus. Cap.vij.*

**P**er vestras literas intimatis, quòd cum magistrum R. super quadam summa pecuniæ pro H. paupere, autoritate nostra curaueritis conuenire: quam idem H. pro dote vxoris suæ requirebat ab eò, dictus R. exceptione obposuit contra ipsum, & vxorem suam à se repulerat, & tacita veritate super hoc licet impetrauerat, quia cum dote alia vice coram vestra ciuitatis consulibus questio mota esset, ipsi pronunciauere, vt quoniam idem H. ad inopiam vergere videbatur, dos illa non assignaretur eidem, nisi cautionem idoneam de ipsa non peritura præstaret: vnde vos ei, vt de saluanda dote caueret, & vxorem suam reciperet, præcepistis: & infra.

Cum ergo satis possit ei modicum credi dotis, cui creditum est corpus vxoris, mādamus, quatenus dotem assignari faciat eidem sub ea, quam potest, cautione præstare, vel saltem alicui mercatori committi, vt de parte honesti lucris dictus vir onera possit matrimonio i sustentare: ne occasione dotis detentat, vxor à viro dimissa, seu vir, qui dimisit vxorem, adulterij reatum incurrat.

Gregorius nonus.

*Hac decretalis, satis se ipsam summat.*

Capitulum.viii.

**D**onatio, quæ constante matrimonio inter coniuges dicitur esse facta (ex quo alter locupletior, & pauperior alter efficitur) firmitatem nõ habet, nisi dõnatoris obitu confirmetur: quæ tamen penitus euanescit, si retrocetur ab eo tacite vel expresse, vel qui donatum accepit, prius debitum naturæ persoluat. Sanè soluto matrimonio, licet dos ad mulierem, sic & donatio propter nuptias redit ad virum: nisi de consuetudine secus obtineat: vel ex pacto de lucranda dote & donatione propter nuptias, quòd æquale sit tamen, hinc inde contrarium inducatur.

De lã-

Alexander tertius.

*Secunda nuptia non benedicuntur, & benedicens puniendus est.*

Capitulum.i.



Apellatum (quem benedictionem cum secunda confiterit celebrasse) ab officio beneficiō; suspensionem, cum literarum tuarum testimonio, ad sedem apost. nullatenus destmare postponas.

Lucius tertius vniuersis Christianis in captiuitate Sarracenorum positis.

*Dubitans de morte coniugis, nisi prius certificetur, contrahere non debet. & si contraxerit, reddat, sed non exigat debitū: & si postmodum sciat primam viuere, dimittat secundam. Abbas Sic.*

Capitulum.ii.

**D**ominus, ac redemptor noster: & infra. Sanē super matrimonii, quæ quidam ex vobis (nondum habita obicitis coniugis certitudine) contraxerunt: id vobis respondemus, vt nullus amodo ad secundas nuptias migrare presumat, donec ei constet, quod ab hac vita migrauerit coniunx eius. Si vero aliquis vel aliqua, id haftenus non seruauit, & de morte prioris coniugis adhuc sibi existimat dubitandum, ei quæ sibi nupsit, debitum non deneger postulanti: quod à se tamen nouerit nullatenus exigendum. Quòd si post hoc de prioris coniugis vita cōstiterit, relictis adulterinis complexibus, ad priorem coniugem reuertatur.

Urbanus tertius Vig. episcopo.

*Si vnus ex coniugibus fuit alias benedictus, non debent coniuges de nouo benedici.*

Capitulum.iii.

**V**ir autem & mulier ad digamiam transiens, non debet à presbytero benedici: quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet.

Idem Exonen. episcopo.

*\* Habetur in. l. j. ff. de. his qui no. in. sa. & i. l. j. C. de. secundis. nup. a. Mulier nubens intra annum lugubrem, infamiam non incurrit. h. d. cum sequenti. Abbas Sic.*

Capitulum.iiii.

**S**uper illa quaestione, qua quaesitum est, an mulier possit sine infamia nubere intra tēpus luctus, secundum leges definitum. \* Respondemus, quòd cum apostolus dicat: Mulier viro suo mortuo soluta est à lege viri sui: in domino nubat, cui uoluerit: per licentiam & auctoritatem apostoli, eius infamia aboletur. Innoc. iij. P. nobili mulierci.

Summatur, vt precedens.

Capitulum.v.

Cum

*a. de. h. d. h. d. h. d. i. g. o. m. ad l. 50. l. 48.*

**C**um (secundum apostolū) mulier mortuo viro suo ab eius sit lege soluta, & nubendi cui vult tantum in domino liberam habeat facultatem: non debet legalis infamia sustineri iacturam, quæ licet post viri obitum intra tempus luctus (scilicet vnus anni spacium) nubat, concessa sibi tamen ab apostolo vtitur potestate, cum in his præsertim seculares leges non digneatur sacros canones imitari.

Finit liber quartus.

## Decretalium epistolarum Gregorij Liber quintus.

### De adufationibus, inquisitionibus, & denunciationibus. Tit. j.

Felix papa.

*De persona adufatoris prius querendum est in iudicio. Cap. i.*

I legitimus non fuerit adufator, non fatigetur adufatus.

Idem episcopis per Galliam constitutis.

*A denunciatione repellitur is, qui non præmonuit. Capitulum.ii.*



**S**iccoribus, qui recipiendi sunt, adufatus fuerit, postquam ab eis charitativè cōuētus fuerit, vt causam emendet, & eā corrigere non uerit: non olim, sed nunc ad primates causæ eius canonicè deferatur.

Gregorius duci Campaniæ.

*Criminatio prælati debet tractari coram illis, quorum interest.*

Capitulum.iii.

**I**lla præpositorum, & infra. Si vero aliquis est, de monasterio prædicti abbatis, qui possit dicere, quod ad culpam reatumque

reatūq; eius pertineat: nos cum eis, quorū interest, causam di-  
 strictē volum⁹ perferatari, vt vel condēnetur, vel absoluat̃.  
 Idem Constantia August.

*Qui de aliquo crimine adfatur vel denūciatur, interim pro-  
 moueri non potest.* Capitulum. iiii.

**O**mnipotēs deus: & infra. Valde graue est, vt vir, de quo  
 tanta & talia nūciātur (cum ante requiri & discuti de-  
 beant) honoretur.

Paschalis papa.

*Episcopus per exceptionem criminis illum ab adfatione sua  
 repellere non potest, quem ante à sua familiaritate neglexerit se-  
 parare.* Capitulum. v.

**N**antequam se ab eis impetendum cognosceret, à sua com-  
 muni familiaritate neglexerit separare.

Ex concilio Maguntino.

*Absolutus de certo crimine, de eodem iterum adfari non po-  
 test.* Capitulum. vi.

**D**e his criminibus, de quibus absolutus est adfatus, non  
 potest adfatio replicari.

Stephanus papa.

*Cohabitanes inimicis adfati, ab adfatione repelluntur.*

Capitulum. vii.

**R**epellantur ab adfatione cohabitantes inimicis: Quia  
 infestationes blasphemix, adfectio solet amicitix iuci-  
 tare.

Ex Brocardico. lib. xliiij.

*Ponit penitentiam adfatoris calumnius, cum sequitur inde  
 mors vel membri debilitatio.* Capitulum. viii.

**A**dfasti aliquem, & per tuam adfationem occisus est:  
 nisi pro pace hoc feceris. xl. dies in pane & aqua (quod  
 carena vocatur) cum septem sequentibus annis peniteas. Si  
 autem per tuam delaturam debilitatus est, per tres debes qua-  
 dragēsimas penitere.

August. super Gen. de morte Abel.

*Super notorio procedit index, nemine adfante.* Cap. ix.

**E**vidētia patratū sceleris, non indiget clamore adfatoris:  
 Alexander tertius Gai. electo.

*Laici vel inimici, clericos adfari non possunt.* Cap. x.

\* Alijs  
 Scoti.

**C**um P. Manconella presbyter ex vna parte, & Bonus pres-  
 byter, & I. Bon⁹ Cocti \* laicus frater eius ex altera in no-  
 stra

stra essent presentia constituti: eundem I. quia laicus erat, in-  
 dicti P. adfationem non duximus admittendum. Cū quo-  
 prafatus B. eundem P. super crimine simonie constantius ad-  
 cfaret: nos cum quia in testimoniū illius causā adductus fue-  
 rat: & quia prædictus I. frater eius ipsū P. coram te prius ad-  
 cfauerat, ab adfatione repulimus: præsertim cum frater P.  
 memoratum B. antea de causā consimili adcfasset. vnde quo-  
 niam vnus post alterum prædictum P. instanti vicissitudine  
 adcfabant: neutrum ad eius adfationem admisimus: Sed  
 vtrique presbytero de obiectis criminibus purgationem du-  
 ximus indicendam. Ideoque mandamus, quatenus vterque il-  
 lorum cum tribus sacerdotibus faciat se purgare.

Idem Vigoriē. episcopo.

*Monachus adfari potest abbatē, & de bonis monasterii ex-  
 pensas litis necessarias habebit.* Capitulum. xi.

**E**x parte tua: & infra. Prudentiæ tuæ. r. respon. quod mo-  
 nachū (nisi alia rationabilis causā impediatur) eo quod de o-  
 bedientia & subiectionē abbatis esse noscuntur, ab eius ad-  
 cfatione sunt nullatenus repellendi. Licet alios adcfari non  
 possint. Quibus (si quidem cum proprium non habeant) de  
 rebus monasterij, expensæ debent necessariæ, donec causā de-  
 bitum finem accipiat, ministrari.

Idem.

*Presbyter ebriosus missam celebrans, non præmissa digestionē,  
 ecclesia priuari debet, hoc dicit, vt conueniat omnibus lecturis.*

Capitulum. xii.

**S**i constiterit, quod D. ecclesia non perpetuo concessa, sed \* al. vi-  
 ad tempus fuerit commendata, & de vinolētia, \* & quod  
 in taberna pernoctauerit, ita quod altera die nulla præmissa  
 dormitione missam cantasset: & infra. Si de hoc rationabili-  
 ter conuictus fuerit in iudicio ante episcopū suum: siue ad-  
 cfatus, vel ad rationem positus, sine coactione fuerit confessus:  
 ei super eadem ecclesia perpetuū silentium imponatis, ipsum  
 ab impetitione B. desistere compellentes. Cæterum si ei-  
 dem fuit ecclesia canonicè concessa & tradita, & postea de cri-  
 mine aliquo, non fuit conuictus, propter quod de iure debeat  
 spoliari, vel post adpellationem (sicut aliquando allegauit) ec-  
 clesia illa fuerit spoliatus, ipsam ei faciatis restitui, & in pace  
 dimitti. \*

\* vide. l.  
 vnicā. ff.  
 integer. ff.  
 nil ino. ad  
 pel. pen.

Idem.

*Inimicus etiam à voluntaria exceptione repellitur.* Cap. xiii.

S ij

Memori-

**M**eminimus tibi mandasse, vt Cabbatiffa, cuius electionē confirmauimus, munus benedictionis impedere procurares. Sed quia H. pro altera parte à te ad nostram audientiam appellauit, proponens, quòd de simonia adfufaret eandem: mandatum nostrum dubitasti effectu micipare. Quia verò te non decet in hac parte appellatiōni eiusdem H. deferre: cum idem illius manifestus fuerit inimicus, \* & contra eam testimonium tulcrit: mandamus, quatenus (cūm inde fueris requisitus) prefata abbatisse munus benedictionis non differas impartiri.

\* Arg. & ratio huius dicti est in l. data. C. de dona.

Innocentius tertius archiepiscopo Bisuntino.

*Dicens se aliquem adfufaturum coram iudice, ante inscriptionem potest sine pœna desistere, & non adfufare: sed ei desistenti silentium imponitur in perpetuum. Et secundam hoc summariū istec textus est notabilis. Abbas.*

*Capitulum. xliii.*

**L**icet in beato Petro: & infra. Sanè cum ex literis B. decani sancti Stephani, & I. & O. canonicorum ecclesiæ Bisuntinæ ad aposto. se audientiam peruenisset, te varia crimina commississe, ac ab eis fuisses per eandem literas super perituro, crimine simoniæ & incestus delatus: Clemens papa prædecessor noster (seruata iudiciaria grauitate) tibi certum terminum adsignauit, quo responsurus obiectis apostolico te conspectui præsentares. Cum autem iuxta tenorem citationis ad se. aposto. accessisses, nec uilis adparceret, qui te ita impeteret de prædictis: ne aliquid de contingētibus omittere uideremur, ab I. & O. archi. in nostra presentia constitutis quæsiuimus diligenter, si quid super præmissis aduersus te pro se, vel aliis proponere uellent, & quòd scripserant, legitimè demonstrarent: ipsi autem, quòd non proposito adfufandi hæc scripserant, responderunt. Sed quia super quibusdā incorrigibilis uidebaris, quædam de te aposto. fedi duxerant intimanda: sed nuncius, qui pro literis accesserat impetrandis, mandati formam excelsit.

Nos igitur dictis canonicis super prædictis silentium duximus imponendum, ne te decætero eis super his adfufare liceat, vel etiam infamare. Quia uerò prædicti canonici, citra uinculum inscriptionis desistere uoluerūt: eis de iuris permissione, id non duximus imputandum. Ne autem in absolutione tua minus canonicè procedere uideamur, quamuis potius in odore bonæ opinionis cœpiscoporum nostrorum, quàm eorum infamia delectemur: Cabilonen. episcopo, & abbati de Firmitate, inquisitionem famæ tuæ duximus committere

mittendam.

Idem Saliburgens. archiepi.

*Ad proseguendam adfufationem criminalē, non admittitur procurator, licet possit allegare causam absentis, seu alias exceptiones non tangentes crimen propositum: & qui iurauit stare magistro alicuius non admittitur ad adfufandum illum, si uirute iuramenti sibi fuit iniunctum, ut non adfufaret. hoc dicit, & ad hoc solet allegari, & in hoc est ualde uulgatum. Capitulum. xlv.*

**V**eniens ad se. aposto. A. Pragens. canonicus contra Pragens. episcopum inter alia proposuit coram nobis, quòd cum esset filius sacerdotis, in ecclesiam fuerat Pragens. intrusus: & contra eiusdem ecclesiæ priuilegium homagium duci Bohemiam præstitisset, sic subiiciens Pragens. ecclesiam seruituri: & infra. Vnde prædictum episcopum ad festum Resurrectionis dominicæ peremptoriè nos meminimus citauisse. Idem uerò ad suam adfufationem uiarum discrimina, consecrationem christiatis imminentem, & quòd filius Bohemæ principis esset per ipsum baptizandus, tunc temporis per nuncios & literas allegauit. Licet autem excusationes huiusmodi (sicut erant) friuolas æstimantes, ipsum reputauimus contumacem: nec procuratores eius in causa possemus recipere criminali: eis tamen concessimus auditores, ut si possent, illum alquatenus excusarent. Cūmque prædictus A. coram eis repetisset obiecta: fuit ex aduerso responsum, quod cum olim super hoc ad Magdeburgens. archiepiscopum literæ fuerant impetratæ: idem A. in obiectorum se uidens probatione deficere, ad pedes eius se humiliter prosternens, ueniam postulauit: & quòd aduersus eū calumniose processerat, est confessus. Cæterum cum super hoc mandato stare eiusdem archiepiscopi iurauisset: ipse præcepit eidem, sub debito præstiti iuramenti, ut contra eundem episcopum decætero proponere alii non auderet. Cum igitur nobis ex ipsius A. confessione constaret ipsum iuramentū huiusmodi præstitisse, ac tale recepisse mandatum: super impetitione dicti episcopi silentium ei duximus imponendum: propter contumaciam tamen eidem episcopo canonicam purgationem \* propter infamiam indicentes.

Idem priori sancti Fridiani, & magistro B. canonico Pisano.

*Denunciator criminis non se inscribit, quia ad correctionē tenet & purgationem. Adfufator autem inscribit, quia tendit ad pœnā: excipiens uerò inscribit ad pœnā extraordinariam, si per exceptionem desic-*

\* Alias, est episcopo citationem.

### Decretalium Gregorij Lib. v. Tit. j.

sur ab obtento, aliis secum. hoc primo. Secundo dicitur, quod dum discutitur, de crimine, per modum exceptionis, potest interuenire procurator. a

Capitulum. xvi.

**S**uper his, de quibus nos consulere voluistis: inquisi. vestra breuiter respondemus, quod tribus modis valet crimen obponi, denunciando, excipiendo, & adcusando. Quando crimen in modum denunciationis obponitur, non est inscriptio necessaria, sed cū in modū adcusationis oportet inscribi, quoniam ad depositionem instituitur adcusatio, sed ad correctionem est denunciatio faciendā. Cum autem excipiendo fuerit crimen obiectum, distinguendū est, quare obponatur, & quādo. Si autem obicitur, vt ab adcusatione vel testificatione aliquis repellatur: nō est inscribi necesse, sed cū obponitur, vt quis a promotione officij, vel beneficij excludatur, si ante confirmationem obicitur, non cogitur quisquam inscribere: quia crimen hoc modo probatum, impedit promouendum: sed non deicit iam promotum. Post confirmationem vero, cum scilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiam consecrandus, quia etiam ab obtinendo repellit, & deicit ab obtento, ad extraordinariam penam, secundum arbitrium iudicis discreti citra vinculum inscriptionis est excipiens adstringendus, si defecerit in probādo: pro eo quod crimine sic Probato perdit, quod per electionem & confirmationem ei fuerat acquisitum: sed ob hoc prius habita non auitur. Licet enim agatur de crimine: non est tamen huiusmodi quæstio criminalis: vnde per procuratorem potest rite tractari.

Idem Verceil. episcopo & abbat. de Tileto.

*Generales inquisitores, si non seruauerunt debitum inquisitionis ordinem, prudenter & caute se corrigere debent. hoc primo. Secundo ponit formam iuramenti, quam inquisitores exigunt ab inquisitis.*

Capitulum. xvii.

**Q**ualiter & quando: & infra. Si circa Nouariē, episcopum debitum inquisitionis ordinem obseruastis: discretionem vestram in domino commendamus. Si vero qualibet occasione prætermisistis eundem, adhuc ipsum tempore oportuno volumus obseruari: ne inde nascantur iniuria, vnde iura nascuntur. Ideoque mandamus, quatenus ad conscientie vestre iudicium recurrentis, si contra præscriptum ordinem, tanquam homines excessistis: non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, vt aliorum corrigatis errores: quoniam apud iudicem districtum, in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: ita videlicet, vt

Man. 7.

1006-

### De adcusationibus.

inueniatis occasionem aliquam congruentem, per quam ne vestra vilescat authoritas: quanto cautius & prudentius poteritis super sedeat ad præsens: quoniam ex his, quæ inordinatè sunt acta, non potest ordinabiliter agi. Si verò præscriptum ordinem custodistis: omni gratia & timore postpositis, deum solum habentes præ oculis, via regia incedetes, sine perionarum acceptione in negotio procedatis. Formam vero iuramenti, quam à clericis Nouariē, super inquisitione faciendā in hoc negotio recepistis: in similibus volumus obseruari: vt videlicet iurent clerici, quod super his, quæ sciunt vel credunt esse in sua ecclesia reformanda, tam in capite, quam in membris (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicant inquisitoribus veritatem.

Idem archiepiscopo Arelatē. & Vallis magnæ abbat.

*Si is, contra quem inquiritur, iurauit respondere tātum ad interrogata, post confessionem audita volens probare excusationes, que confessionem non perimunt, sed exponit: secus si iurauerit plenam & meram veritatem dicere.*

Cap. xviii.

**C**um dilecti filij Cister. abbas, & P. & R. monachi Fontis Irigidi apost. sed. leg. ad ecclesiam Agathē. accessissent, vt in allegationis officium exercerent, quia de Agathē. episcopo per frequentem clamorem multa sibi fuerant insinuata sinistra: voluerunt descendere ac videre, si clamorem opere cōpleuisset: & infra. Quia verò nobis non cōstitit, sub qua forma episcopus cum canonicis Agathē. corā dictis legatis præstiterit iuramentum, vt rum videlicet ita iurauerit, vt super statu ecclesie plenam & meram diceret veritatem, an vt ad inquitu dicta veraciter responderet: Mandamus, quatenus eisdem legatis ex parte nostra mandetis, vt sub qua forma iuramentū præstiterit, studeant fideliter intimare. Et si secundum responsonem eorum, sub secunda forma iurasse per depositiones testium, quos produxit, aut etiam aliorum: cum depositiones illæ non fuerint publicæ, nec productioni testium renunciare curauerit: quoniam secundum eandem non teneretur ex debito iuramenti, nisi ad inquisita solummodo respondere, vos excusationes suas audire curetis. & si eas probauerit, cum excusationes huiusmodi confessiones non perimant, sed exponant, que tales sunt, vt ad bonum & malum valcant retorqueri: & ideo iudicari debet ex causa, cum sublato appellationis obstaculo absoluat: cum etiam repertus sit culpabilis in quibusdam, s iiii ex labore

ex labore tamen & pudore punitus, quos propter hanc causam incurrit, huiusmodi leuis culpa leuiter ei valsat indulgeri. Quod si excusationes illas super dilapidatione, naufragio & simonia probare nequiverit, aut sub prima forma iurauerit: cum secundum eandem nec veritatē tacere, nec admiscere debuerit falsitatem: vos (non obstantibus excusationibus, quas de no uo proposuit: cum in obstantibus suis nullam omnino de illis fecerit mentionem: quamuis firmiter adseruerit, & plures ex illis legatis prædictis exposuit, cum hoc per se probare nō posset, tanquam qui solus examinator ab illis) eū ab administratione Agathen. ecclesie remouere curetis.

Idem archiepiscopo Terracon. & abbati sanctæ Mariæ de Populeto. & archidiacono Barchinon.

*De veritate criminum non inquiritur, nisi prius constet de infamia: & tunc non inimici vel periuri, sed idonei viri ad prosecutionem & ad testimonium admittuntur: & nō probato crimine, indicitur infamatis purgatio.* Cap. xix.

**C**um oporteat episcopum: & infra. Sanè venientibus ad Capost. sed. G. & H. canonicis Vicens. & multa enormia contra Vicens. episcopum proponentibus coram vobis, quia illa nō debemus sub dissimulatione transire: vobis inquisitionem illorum duximus committendam. Verum dictus episcopus; antequam ad ipsum vestra citatio peruenisset: ad præsentiam nostram accedens proposuit, & illi, qui enormia de ipso suggesserant, typo malitiæ potius, quam iustitiæ zelo ducti nobis huiusmodi intimarunt: cum ipsi eius sint inimici manifesti, & cū eius hostibus conuersentur, confanguineosq; suos, ac complices intendant ad testificandum producere contra ipsum, qui ad denunciandum, seu testificandum admitti non debent: utpote iuramenti præstiti transgressores: & aliis criminibus irretiti: & infra. Dis. v. mandamus, & nisi super prædictis famam ipsius læsam esse noueritis: vos ad inquisitionem illorum, non subito procedatis. Quod si ad inquisitionem fuerit procedendum: prædictos vel alios, quos ipse esse cōstiterit inimicos: nec ad prosecutionem inquisitionem, nec ad perhibendum testimonium contra ipsum episcopum admittatis: sed per viros idoneos super his, que gesta sunt, inquiratis diligentius veritatem.

Et si nihil graue probatum fuerit contra ipsum: vos purgationem canonicam indicatis eidem.

Idem.

*A denunciatione repellitur publicus concubinaris, excommunicatus & conspirator. & is, qui non præmonuit.* Cap. xx.

Cum

**C**um dilectus filius: & infra. Si vobis constiterit prædictos, quorum nomine sunt excessus huiusmodi episcopo nunciari, publicè concubinaris tunc fuisse, propter quod in eos fuit excommunicationis sententia promulgata, vel præfatum episcopum de iam dictis excessibus non fuisse præmonitum ab eisdem, vel ipsos conspirasse in eum, à denunciatione repellatis eisdem: alioquin audiatis, quæ fuerūt hinc inde proposita. Eidem episcopo autoritate nostra nihilo minus prohibentes, ne super his, super quibus ad audietiam nostram fuerit legitimè adpellatum, præfatos clericos indebitè grauare præsumat: donec causa supradicta iuxta formam mandati nostri fuerit terminata.

Idem episcopo Gebernenſi.

*Crimen probatum per modum inquisitionis, regulariter pœna ordinaria non puniuntur: sed si impedit ordinis executionem, fit depositio, sicut in aduersione: & si impedit tantum beneficii retentionem, fit priuatio à beneficio, nec poterit iudex hanc pœnam moderari. hoc dicit, vsque ad. §. Tertia. secundum verum intellectū non bene declaratum per scribentes.* Cap. xxi.

**I**nquisitionis negotium, quam de episcopo & canonicis Valentineā. vobis commisimus terminandam: & infra. Secundo quaesistis, quid vobis sit statuendum, si contra quempiam per inquisitionem: probatum fuerit tale crimē, quod deponeret aduersionem criminaliter & conuictum. In quo quidem duximus distinguendum, vtrum sit tale crimen, quod ordinis executionem susceperit, aut retentionem beneficii etiam post peractā penitentiam impediret: puta si homicidium commisisset vel adeptus esset ordinem aut beneficia vicio simonie: quo casu erit sicut in aduersionis iudicio procedendum: alioquin secundum personæ merita, & qualitatem excessus pœnam poterit iudicantis discretio moderari.\*

\* vide. l.

*Contra non infamatum, super veritate criminum inquiri non nō dubium debet, etiam si libellus sumosus contra eum oblatu fuerit in secre. ff. de pœ. to: nec super principali creditur testi, qui iuratus dicit se illius: cō. contra quem inquiritur, inimicum. idem si hoc dicit ante iuramentum: nisi præsumatur hoc dixisse in fraudem. hoc dicit vsque ad §. Quasi iusti.*

Tertiæ dubitationis articulus continebat, vtrum cum duo vel plures iurati, adfirmat aliquem crimen aliquod eisdem videtur commisisse: de quo aliqua infamia non laborat: aliquid illi pœnam infligere debeatis. Et vtrum ad petitionem quorundam

quorundam quasdam schedulas vobis occultè tradentium infamationem episcopi continentes, sit ad inquisitionem eorū, quæ in ipsis continentur schedulis procedendum. Et an fides eorum dictis debeat adhiberi, qui post iuramentum interrogati secreto, vtrum sint eorum, de quibus inquiritur, inimici respondent, quòd non diligunt illos, vel directè inimicos se adserunt eorundem, aut etiam ante iuramentum id publicè confitentur: nullas tamen inimicitiarum causas probabiles ostendentes. Ad hæc respõdemus, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamorosa insinuatio non processerit: propter dicta huiusmodi puniendum: quinimo super hoc depositiones cõtra eum recipi non debere, cum inquisitio fieri debeat solūmodo super illis, de quibus clamores aliqui præcesserunt. Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto, procedendum est ad inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendam. Aut etiam aduersus eos, contra quos fit inquisitio, fides adhibenda est dictis eorum, qui post iuramentum vel antè tacitè vel expresse inimicos se adserunt eorundem\*, nisi forsas ante iuramentum in

\* Vide  
no. Bart.  
in l. eds.  
ff. de fal.

*Non punitur quis de crimine, de quo non constat, nisi per famam, & testium credulitatem: & per dicta paucorum non debet quis apud iudicem infamatus reputari. h. d. vsque ad finem.*

Quasiuisi etiam, quid statui debeat, si nihil per certam scientiam, sed tantum per famam & eorum, qui fuerint inquisiti, credulitatem iuratum contigerit inueniri. Et vtrum aliquis super eo crimine reputari debeat infamatus, de quo ipsum duo vel tres vel etiam plures dixerint infamatum: licet de ipso nihil sinistri in publico audiat. Ad quod est nostra responsio, & propter famam & deponentium credulitatem duntaxat non erit ad depositionis sententiam procedendum: sed infamatio canonica poterit iudici purgatio, secundum arbitrium iudicatis. Qui propter dicta paucorum eum infamatum reputare nõ debet, cuius apud bonos & graues laici opinio non exiit.

Idem episcopo & decano Saluatens.

*Si is, de cuius crimine in iudicio constat, petit restitutionem propter iudicarium ordinem non seruatum: non est audiendus, sed eum tanquam notorium criminis debet superior de nouo priuare. hoc dicit, & est casus valde notabilis, secundum hunc intellectum.*

Capitulum. xxii.

Ad petitionem Galteri quondam Corbieñ. abbatis, R. & P. canonicis Nouiomèn. à nobis dudum correctione commissa: & infra. Verum dilectus filius G. sanctæ Mariæ in porticu diaco. cardina. tunc apostolicæ sedis legatus dicto G. præsentente, nec reclamante super statu monasterij cœpit inquirere diligenter, & cum inquisitione finita eum Parisius euocasset, & propositurum contra inquisitionem eandem si quid rationaliter duceret proponendum: idem præsentiam eius adiens, allegauit, quòd in monasterij correctione procedere non volebat, quæ prædictis iudicibus prius fuerat auctoritate nostra commissa: & cardinalem ipsum ex iustis causis se adserens habere suspectum, vocem ad nos adpellationis emisit: quem cardina. (inspectis, quæ probata fuerant contra eum) amouit à regimine abbatiæ, dando fratribus eiusdem loci liberam facultatem alium eligendi, qui priorem de Argentolio elegerunt cõcorditer in abbatem: & infra. Cum igitur nobis de talibus fuerit facta fides, propter quæ præfatus G. erat merito amouendus, & si restituendus foret propter iudicarium ordinem non seruatum, ipsum prouidimus manere priuatum regimine abbatiæ: supradictum priorem (pro eo quòd præfatus G. propter iurisdictionem non seruatum inordinate remoto, intelleximus ob eandem causam per consequentiam minus legitime substitutum) per sententiam amouentes: quem quia non propter personam vitium, vel scientiæ defectum, sed propter iuris solennitatem prætermisissam amouimus: ipsum postmodum restituimus in abbatem.

Idem.

*Agenti possessorio adipiscendæ in beneficalibus nõ obstat exceptio criminis, nisi de eo sit infamatus: & infamato, adufatore non probante vel non adparente, indicitur purgatio, in qua si defecerit, punitur vt conuictus.* Cap. xxiii.

Accedens ad præsentiam nostram G. nepos quondam H. subdiaco. nostri sua nobis conuestione monstrauit, quòd cum idem H. apud sedem apost. viam vniuersæ carnis ingressus fuisset, præbendam, quam decedens habuerat in ecclesiâ Cremonen. ei duximus conferendam: & infra. Mandamus, quatenus nisi præfatus G. super obiectis eidem in modum exceptionis criminibus, videlicet periurio & homicidio publicè fuerit infamatus: cõcessionem nostram sibi factâ executioni mandetis.

Deinde si legitimus adufator adparuerit, audiat, quæ fuerint hinc inde pposita: & si prædicta crimina vel eorū aliquod legitime probatū fuerit contra eum ipsi super eadē præbenda silentium



lentium imponatis. Si verò contra eum legitimus non adparuerit adfusator, & ipse super prædictis criminibus dignoscitur reſperſus infamia, purgationem ei canonicam indicatis: in qua ſi defecorit, imponatis ei ſilentium. Si autem purgationem præſtiterit: contradictores ab eius moleſtia compelſcentes, eos qui cum niſi ſunt impedire, in expenſis legitimis condemnetis.

Idem in conſilio generali.

*Superior contra ſubditum, maxime prælatum de his tantum inquiret, ſuper quibus præceſſit infamia: & tunc vocabit eum, & tradet ſibi capitula & nomina, & teſtium dicta publicabit, & ipſius legitimas exceptiones admittet, & probato graui crimine, eum ab adminiſtratione remouebit. In regularibus verò prælatis ad vnguem ſeruandus non eſt hic ordo. Et quanquam in hac ſummatione modica videatur agi differentia inter prælatos & ſubditos, contra quos inquiretur: tamen faciendâ eſt, vt patet in litera.*

Capitulum. xxiiii.

2 **Q** Valiter & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum ſubditorum exceſſus, ex autoritatibus veteris & noui teſtamenti colligitur euidenter, ex quibus poſtea proceſſerunt canonicæ ſanctiões: ſicut olim aperte diſtinxiſimus, & nunc ſacri adprobatione concilij cõfirmamus. Legitur enim in euangelio, quòd villicus ille, qui diſfamatus erat apud dominum ſuum, quaſi diſſiparet bonâ ipſius, audiuit ab illo, Quid hoc audio de te: redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris amplius villicare. Et in Geneſi dominus ait, Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. Ex quibus autoritatibus maniſeſte probatur, quòd nõ ſolum cum ſubditis, verum etiam cum prælatis excedit, ſi per clamorem & famam ad aures ſuperioris peruenierit, non quide à maleuolis & maledicis, ſed à prouidis & honeſtis, non ſemel tantum, ſed ſæpe quod clamor innuit, & diſſamatio manifeſtat: debet coram ecclieſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari, vt (ſi rei poſſerit qualitas) canonicâ diſtrictio culpam feriat delinquentis, non tanquam idem ſit adfusator & iudex, ſed quaſi denunciante fama vel deſerente clamore officij ſui debitum exequatur. Licet autem hoc ſit obſeruandum in ſubditis: diligentius tamen eſt obſeruandum in prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam. Et quia non poſſunt omnibus complacere: cum ex officio ſuo teneantur nõ ſolum arguere, ſed etiam increpare: quin etiam interdum ſuſcipere, nonnunquam verò ligare: frequenter odium multorum incurrunr,

Lucæ. 16.

Geneſi. 18.

incurrunr, & inſidias patiuntur. Et ideo ſancti patres provide ſtatuert, vt adcuſatio prælatorum non facile admittatur, nõ concuſſis columnis, corruat ædificium: niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolum falſa, ſed etiam malignæ criminatiõis ianua præcludatur. Verum ita voluerunt, puiderẽ prælatis ne criminerentur iniuſte, vt tamen cauerent, ne delinquent inſolenter: contra morbum vt rumque inuenientes medicinam congruam: videlicet vt criminalis adcuſatio, quæ ad diminutionem capitis, id eſt, degradationem intenditur: niſi legitima præcedat inſcriptio, nullatenus admittatur. Sed cum ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, vt iam clamor aſcendat, qui diutius ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, vel ſine periculo tolerari, abſque dubitationis ſcrupulo ad inquirendum & puniendum eius exceſſus non ex odij fomite, ſed charitatis procedatur adfectu: quatenus ſi fuerit grauis exceſſus, eſt non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amouatur omnino: quod eſt ſecundum ſententiã euangelicã à villicatione villicum amoueri, qui non poteſt villicationis ſuæ dignam reddere rationem. Debet igitur eſſe præſens iam, contra quem faciendâ eſt inſcriptio, niſi ſe per contumaciam abſentauerit: & exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendũ, vt facultatem habeat defendendi ſe ipſum: & non ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium ſunt ei (vt quid & à quo ſit dictum adpareat) publicanda, necnon exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ: ne per ſuppreſſionem nominum infamandi: per exceptionum verò excluſionem, deponendi falſum, audacia præbeat. Ad corrigendos itaque ſubditorum exceſſus tanto diligentius debet prælatus adiuſgere, quanto damnableſus eorum offenſas deſereret in correctas. Contra quos, vt de notoriis exceſſibus taceatur, & ſi tribus modis poſſit procedi; per adcuſationem videlicet, denunciationem, & inquisitionem ipſorum: tamen vt diligens adhibeatur omnibus cautela, ne forte per leue compendium ad graue diſpendium veniatur: ſicut adcuſationem legitima debet præcedere inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua monitio, & inquisitionem clamor ſiſituatio præuenire: illo ſemper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij, ſententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem contra regulares perſonas non credimus viqueſque ſeruandum, quæ cum cauſa requirit) facilius & liberius à ſuis poſſint adminiſtrationibus amoueri.

Idem in eodem.

*Metropolitani ad correctionem exceſſum, & reformationem*

*monaſtiorum*

*morum singulis annis facere debent provinciale concilium: in quo statuere debent personas idoneas per singulas dioceses, quæ sollicitè inuestigent, & in sequenti concilio referent corrigenda: & episcopi debent facere synodos episcopales singulis annis, & publice agitata in provinciali concilio: & hac negligentes, ab executione officij suspendantur. hoc dicit.*

*Capitulum. xxv.*

**S**icut olim à sanctis patribus noscitur institutum: metropolitani singulis annis cum suis suffraganeis provincialia non omittant concilia celebrare: in quibus de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, præsertim in clero, diligentem habeant cum dei timore tractatum, canonicas regulas, maxime, quæ statutæ sunt in hoc generali concilio, relegentes, ut eas faciant obseruari, debitam pœnam transgressoribus infligendo.

Ut autem id valeat efficacius adimpleri, per singulas dioceses statuunt personas idoneas, prouidas videlicet & honestas, quæ per totum annum simpliciter & de plano absque vlla iurisdictione sollicitè inuestigent quæ correctione vel reformatione sunt digna, & ea fideliter perferant ad metropolitanum & suffraganeos & alios in concilio subsequenti, ut super his & alijs (prout vtilitati & honestati congruerit) prouida deliberatione procedat: & quæ statuerint, faciant obseruari: publicaturi ea in episcopaliibus synodis annuatim per singulas dioceses celebrandis. Quisquis autem hoc salutare statutum neglexerit adimplere, à sui executione officij suspendatur.

Gregorius nonus archiepiscopo & priori sanctæ Mariæ Rothomagen.

*Sententiæ excommunicationum, suspensionum, vel interdictionum lata post denunciationem per abbatem denunciatum vel alium pro ipso in monachos denunciatis vel adherentes eisdem, relaxantur: spoliati restituntur, & iuramenta de tacenda veritate relaxantur, dicta testium denunciatio traduntur, & expensæ de bonis monasterij monachis denunciantibus ministrantur: & propter hoc ab obedientia abbatis non eximuntur, sine tamen litis præiudicio.*

*Capitulum. xxvi.*

**O**lim I. V. & P. ordinis Tyronensis: & infra. Ne igitur reformatio monasterij valeat retardari, mādamus, quatenus relaxatis excommunicationum seu suspensionum sententijs, si quas idem abbas protulerit, vel per quoscunque iudices promulgari fecit, post inceptum negocium in eos, & adherentes eisdem, ac eis restitutis, quos idem abbas negotio pendente contra iusticiam spoliavit: in negotio de plano & absque iudicio-

rum

rum strepitu procedentes, (cum talibus, maxime in hoc casu non deceat dei seruos inuolui) inquiratis, quæ circa personas & obseruantias regulares videritis inquirenda, corrigentes & reformantes tam in capite, quàm in membris, quæ correctionis & reformationis officio noueritis indigere: iuramentis si qua de tacenda veritate abbas extorserit, relaxatis, prouiso ut negotio ipso pendente præfati monachi eidem abbati obediunt & intendunt; ita tamen, quod per hoc prosecutione negotij non valeat impediri. Si vero testes contra eundem abbatem producti fuerint, dictorum ipsorum ei copiam dari faciatis. Prædictis autem monachis expensæ factas propter hoc, & tribus vel quatuor ex istis, vel alijs quos idoneos ad dictum negocium prosequendum duxeritis adsumendos, faciatis de bonis eiusdem monasterij: & faciendas expensas ad prosecutionem ipsius negotij necessarias, computatis, si qua propter hoc receperunt, de bonis monasterij, cum proprium non habeant, ministrari. Contra dictores &c.

Idem episcopo Cister. de Alde. & de Salen. abbatibus.

*Contra prælatum denunciatum de dilapidatione fit commissio super veritate inquirenda, & pendente negotio debet sibi interdici potestas alienandi.*

*Capitulum. xxvii.*

**P**rælatorum excessus: & infra. Sane dilecti filij C. & quatuor alij canonici Frisigien. denunciando monstrarunt, quod Frisigien. episcopus bona sui episcopatus (quem, ut dicunt, fuit minus canonicè adsecutus) adeo grauiter dilapidat & consumit, quòd (nisi celeriter adhibeatur remedium) episcopatus idem per eum ad irreparabile dissolutionis opprobrium deducetur: nec solummodo rerum, verum etiam famæ suæ prodigus & salutis, vitam ducit enormiter dissolutam: & infra. Discre. v. mandamus, quatenus personaliter accedentes ad locum inquiratis sollicitè veritatem: & eam fideliter conscribentes, sub sigillis vestris nobis transmittatis inclusam: Eidem episcopo terminum assignantes, quo nostro se conspectui præsentent pro meritis recepturus. Potestare vendendi, dandi, infeudandi, seu quomodolibet alienandi bona ipsius ecclesiæ interim eidem penitus interdicta.

De calumniatoribus. Tit. ij.

Gregorius Antemio subdiacono & col.

*Subdiaconus calumniosè aduersans diaconum, subdiaconatus præteritur: & publice verberibus castigatur, & in exilium mittitur.*

*Capitulum. i.*

Cum for-



Vm fertius puniēda sint crimina, quæ infontibus (maxime sacratis hominibus) inferuntur, quàm sitis culpabiles, qui in causa Ioan. diaco. reledisti, attendite, vt Hilarium criminatorem ipsius nulla ex definitione vestra pœna conueniens castigaret:

& infra. Quia ergo tantæ nequitie malum sine digna non debet ultione transire: iubemus eundem H. prius subdiaconatus (quo indignus fungitur) priuari officio, & verberibus publice castigatum in exilium deportari.

Innocentius tertius Camoren. Segobien. & Bulen. episcopis.

*Denuntiator in probatione criminum deficiens, ab officio & beneficio suspenditur, donec innocentiam suam purget.* Cap.ii.

**C**Vm dilectus filius magister scholiarium Palæstinus ad sedem apostolicæ accessisset, & de suo episcopo excessus varios nunciasset, examinationem commisimus excessuum obiectorum: & infra. Cum autem processum negocij examinauerimus diligenter, nec intelligere potuerimus probatum esse sufficienter aliquod de prædictis: eundem episcopum absolendum decernimus ab obiectis: Vobis mandâtes, quatenus memoratum magistrum scholarium, donec canonicè suam purgauerit innocentiam, scilicet quòd non calumniandi animo ad huiusmodi crimina proponenda processit: ab officio & beneficio suspendatis, vt cæteri simili pœna perterriti, ad infamiam suorum facile non prosiliant prelatorum.

De simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur.

Titulus. iij.

Gregorius generali synodo præsidens.

*Episcopus pro ordine ab eo conferendo, vel ministro, vel notario nihil temporale exigere debent.* Capitulum. i.



N ordinando: & infra. Sicut non debet episcopus manum, quam imponit: ita nec minister vel notarius in ordinatione eius vocem vel calamum vendere. Pro ordinatione igitur vel vsu pallij seu chartis atque pastellis cum, qui ordinatur, omnino aliquid dare prohibemus.

Ex concilio Maguntinè.

*Deponendus est, qui per pecuniam aliquem eiecit de ecclesia sua, se postea intrudendo.* Capitulum. ii.

Qui

**Q**Vialium in ecclesia ordinatum, per pecuniam expulserit, camque taliter vindicauerit: omnimodo deponatur. Deodatus papa.

*Quilibet catholicus admittitur ad accusandum de crimine simonia.* Capitulum. iij.

**S**I dominus & magister omnium, qui sine peccato fuit, ad curiam sancti licentiam vni dedit: & infra. Non igitur quilibet catholicus est respuendus, sed vt veritatem adferat ad propalandam simoniacam rabiem, magnis est precibus exhortandus: \* *Alias, exorandus.*

*Simoniacus pendente accusatione ab administratione dinorum prohibetur.* Capitulum. iiii.

**A**dcusatum simoniacum necesse habuimus prohibere, ne missarum solennia celebraret, donec quid esset, verius confiteretur. Idem.

*Idem dicit quod præcedens, nisi quòd illud cap. loquitur in accusatione, istud in inquisitione: & illud loquitur de simoniaco in genere, istud declarat de ordine.* Capitulum. v.

**Q**Vociès: & infra. Peruenit ad nos, quòd per simoniacam hæresim fueris ordinatus: propterea necesse habuimus te prohibere ne missarum solennia celebrare debuisses, donec quid sit, verius discerneremus. Lucius papa.

*Simoniacus est deponendus.* Capitulum. vi.

**S**icut simoniaca pestis sui magnitudine alios morbos vincit: ita sine dilatione mox, vt eius signa per aliquam personam claruerint, de ecclesia dei debet eliminari atque repelli.

Deodatus.

*Simoniacum adcurare potest seruus, meretrix, criminosis.* Capitulum. vii.

**T**anta est labe huius criminis, quòd etiam serui aduersus dominos, \* & quilibet criminosis admittuntur ad accusationem. Item omnis peccator missam cantare potest, præter simoniacum, quem quilibet (vt ab ordine malè accepto remoueat) adcurare potest: vel etiam meretrix.

Alexander. iij. in concilio Turonè.

*Simoniacum est precium recipere pro ingressu religionis, pro prioratibus vel capellis concedendis, & pro pralatu instituendis, pro concedenda sepultura, pro chrismate, pro oleo sancto, pro benedictionibus nubentium, vel aliis sacramentis: nec valet consuetudo in contrarium. hoc dicit cum sequenti.* Capitulum. viii.

T Non

**N**on satis: & infra. Prohibemus igitur ne ab iis, qui ad religionem transire volunt, aliqua pecunia requiratur. Nec prioratus vel capellaniz qualibet monachorum aut clericorum annua distractione vendantur. Nec ab eo, cui regimen ipsarum committitur, pro earum commissione vllum precium exigatur. Vnde quisquis contra hoc decretum adtentare presumpserit: tam ille, qui dederit, quam ille, qui receperit vel consenserit, partem se cum Simone non dubitet habiturum. Pro sepultura quoque, & chrismatris, & olei receptione nulla cuiusquam precij exactio adtentetur: nec fuit obtentu cuiusquam consuetudinis reatum suum qui tucatur: \* quia diuturnitas temporis non deminuit peccata, sed auget.

\* Vide. l. oēs iudices. C. de

Ex concilio Lateranensi.

decur. lib. 10. glos. in autē. vt nulli. ind. §. i. in gl. mag. col. la. ix.

**C**um in ecclesia corpore: & infra. Horribile nimis est, quod in quibusdam ecclesiis, locum venalitas perhibere, ita vt pro episcopis vel abbatibus seu quibuscunque personis ecclesiasticis ponendis in sedem, siue introducendis presbyteris in ecclesiam, necnon & pro sepulchris, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, seu aliis sacramentis aliquid requiratur. Putant autem plures ex hoc licere, quia legem mortis de longa inualuisse consuetudine arbitrantur, nō adtententes, quod tanto grauiora sunt crimina, quanto diutius infœlicem animam tenuerunt alligatam. \* Ne igitur hæc cætero fiant, vel pro personis ecclesiasticis deducendis in sedem, vel sacerdotibus instituendis, aut sepeliendis mortuis, seu benedicendis nubentibus, seu aliis sacramentis conferendis seu collatis aliquid exigatur, districtius prohibemus. Si quis autem contra hoc venire presumpserit, portionem cum Giezi se nouerit habiturum.

\* Vide. l. capitaliū. §. solēt. ff. de pœ. li. 3. §. defensor. ff. de re mil. 4. Reg. 5.

Breue est.

Capitulum. x.

**C**um sit Romana: & infra. Consult. t. t. respond. quod nihil pro ecclesiarum consecratione potes vel debes præter procuracionem exigere.

Idem Toletano archiepiscopo.

Conuictus de simonia, deponendus est. idem in infamato, qui se purgare non potest.

Capitulum. xi.

**D**e hoc autem, quod episcopus Exoniē. archidi. beneficia, & cuidam clerico ante electionem suam prioratum dici- tum promississe, vt vterque consentiret eidem: tunc prudenti- ter respondemus, quod si manifestum est eundem archidia. & cler- icum

ricum ob causam illam promissa recepisse, aut exinde confessi fuerunt in iure, vel legitime conuicti, ab altaris ministerio sunt perpetuo deponendi. Si vero id manifestum est, nec tamen inde conuicti vel confessi fuerint, sed tantum publica laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici: in qua si defecerint, tanquam authores tanti sint sceleris puniendi. Regem autem & principes eius debes inducere, vt si qua receperit a præfato episcopo, vt eius electioni præstarent adsentium: ecclesia Exoniē. sine deminutione restituant, cum ea sine graui suæ salutis periculo retinere non possint.

Idem Eboracen. archiepiscopo.

*Simoniacum est pro temporali obsequio, beneficium ecclesiasticum promittere.*

Capitulum. xii.

**C**um essent in nostra presentia constituti R. clericus & nobilis vir V. quia idem V. moram diutius facere non poterat, pro se in causa illa sufficienter constituit respōsalem: Cū- que ab ore præfati R. intellexerimus, quod memoratus miles promiserat ei dare ecclesiam, si quoddam negotium eiusdem in nostra posset presentia promouere: ac per hoc promissionē ipsam cōtinere simoniacam prauitatem, eidem R. super eadem ecclesia silentium duximus imponendum.

Idem Cistrenē. episcopo.

*Notorius simoniacus in beneficio ab illo deponitur. idem in infamato qui se purgare non potest.*

Capitulum. xiii.

**I**nstituatum est, quod in ecclesiis tui episcopatus plurimi clerici per simoniam habere dicuntur ingressum, & infamia inde respurgi. Vnde mandamus, quatenus si qui fuerint, quos in prædictis ecclesiis publicum & notorium est simoniacē intraf- se: eos amoueas ab ecclesiis taliter adquisitis. Illis autem, quorum crimen non est publicum & notorium, si publica laborant infamia, cum quinta vel sexta manu sui ordinis purgationem indicas: in qua si defecerint, beneficiis huiusmodi ecclesiarum perpetuo priues eosdem.

Idem.

*Simoniacum est precio vel fauore celare peccatorem, vel reconciliare non penitentē, vel dignē penitentem a reconciliatione remouere.*

Capitulum. xiiii.

**N**emo presbyterorū xenium, vel emolumentum quodlibet temporale, imo spirituale detrimentum, à quocunque publice peccante accipiat, vt episcopo vel ministris eius peccatū illius celet: nec pro respectu cuiusque personę consanguinitatis, aut familiaritatis alienis communicans peccatis, hoc episcopo

T ij innotescere

leg. 3. n. 17. p. 1.

\* *Alias*, innotescere detrectet. Nec quenquam pœnitentem \*vel mī peccatorē. nus dignē pœnitentem, gratia vel fauore ad reconciliationem adducat, & testimonium reconciliationis ferat eidem, vel quocunque liuore dignē pœnitentem à reconciliatione remoueat: quia simoniacum est vtrunque.

Idem Vigor. episcopo & priori de Acra.

*Ecclesia emi vel redimi non potest. hoc dicit. quo ad literam. Capitulum. xv.*

**Q**uerelam monachorum de Acra recepimus, quòd cum ip si quoddam manerium cum pertinentiis suis, & ecclesiam de Genen. à monachis de Cardonio sub annuo censu, quindecim librarum fuissent adepti, & inde chartam ab ipsi monachis habuissent: prior eorum capitulo inconsculto præscriptum manerium, & chartam monachis de Cardonio accepta pecunia resignauit. Vnde quia præfati monachi de Acra se con queruntur iniuste grauatos: mandamus, quatenus partibus conuocatis præscriptam causam concordia vel iudicio terminetis, scituri quòd sicut emi non potuit, ita nec redimi ecclesia memorata. Si vero monachi de Cardonio legitime citati, ad vestra præsentiam accedere, & iudicio vestro stare contempserint: vos ipsos monachos de Acra in possessionem eorum, de quibus controuersia vertitur, inducatis, nec permittatis eos exinde absque ordine iudiciario molestari.

Idem.

*Pro chrismate ab ecclesiis pecunia exigi non debet, etiam si hoc habeat consuetudo. Capitulum. xvi.*

**E**A quæ de avaritiæ: & infra. Audiuimus, quòd nummos pro chrismate ab ecclesiis extorquetis: quos nunc cathedralicum, aliquando Paschalem præstationem, interdum episcopalem consuetudinem adpellatis. \* Quia vero hoc simoniacum esse cognoscitur, mandamus, quatenus prætextu aliquius consuetudinis vel prælationis præscriptos denarios nullatenus exigatis. Pro certo scituri, quòd si hoc præsumpseritis, periculum ordinis & dignitatis poteritis non immerito formidare.

Idem.

*Pro habendis spiritualibus homagium facere, simoniacum est. Capitulum. xvii.*

**E**x diligenti tua relatione innotuit, quòd H. Cant. archidiaconus te induxit, vt ei homagium faceres, & fidelitate præstares: ita quòd ipse tibi beneficium ecclesiasticum annis singulis exhiberet. Vnde quoniam huiusmodi obligatio illicita cõtra

tuz

tuz salutis, nec non & suæ profectum existit, absolui à nobis instantius postulasti: adiiciens quòd ab eo dein cept nihil omnino de beneficio acciperes constituto. Quocirca nos tuam petitionem honestam & fauorabilem adtendentes: te à præfati archidiaconi homagio & fidelitate (præsertim cū hæc taliter præstita, diuinis & humanis legibus contraire noscantur) absolui mus, ita quòd ab episcopo vel sacerdote discreto penitentiam inde condignam recipias. Verum ne aliqua propter hoc nota vel infamia possis respergi, absolutionis nostræ literas tibi diximus indulgendas: quibus contra latrantium morsus tutus & præmunitus existas, & quas in testimonium indulgentiæ nostræ valeas demonstrare.

Idem Strigonen. archiepiscopo.

*Ordinatio vel consecratio non censetur simoniaca, licet ordinato aliquid donatu fuerit non ex pacto. Capitulum. xviii.*

**E**T si quæstiones tuas de feruore religionis in nos perferri nullatenus ignoremus, non tamen tibi est in his vltra, quam oporteat dubitandum, cū leges humanæ dicant, quòd quidam tenui religione sacramenta necessaria & legitima exhibere con temnunt: tenuem religionem vocantes, quæ in talibus hæstât, vbi non est aliquatenus hæsitandum. In hoc itaque quòd P. presbyter cardinalis apostolicæ sedis legatus, pro electione tua, vt pallium tibi traderet, ad partes illas accessit, & frater tuus eius præsciens necessitatem, ei equum vnum te ignorante transmisit, quoniam per mare veniens, nullas aut paucas secum equitaturas adduxit, te nullo modo timere oportet: Cū in accipiendis vel dandis muneribus tria sunt maxime attendenda, personæ scilicet dantis & accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus: qualitas personarum, vt à quo, & cui, videlicet an à paupere diuiti, vel e conuerso, siue à diuite locupletè datum fuerit: æstimatio muneris & donationis: tempus, si magni vel minoris precij res data existat, & an instanti necessitate, seu alio tempore conferatur. Si ergo prædictorum cardinalis & fratris tui personam & qualitate pensamus, non fuit magnum ab eodem fratre tuo cardinali equum vnum transmitti, quem etiam ioculatori non petenti vir tantus & tam abundans forte donaret. verum si temporis necessitatem perpendimus, non alia intentione constat factum fuisse, quam vt cardinali subueniretur in articulo prænotato: & infra. Quod autem scriptum est: Beatus qui excutit manus suas ab omni munere: de illis donis dictum est, quæ accipientis animam allicere vel peruertere solent: quoniam si ipsa etiam persona electi

Esai. 33.

T iij offerat

offerat ordinatori vel consecratori suo electuarium, vel de vi-  
no, siue de aliis huiusmodi, quæ modici precij fuerunt, ex quo  
voluntatem recipientis inclinare vel mouere non debeant, non  
tamen ecclesia Romana interpretari consuevit, accipientem in  
his delinquere, vel donantem.

Idem.

*Abbas & maiores de conuentu, si pro receptione monachi rece-  
perunt pecuniam ex pacto: ab officio & beneficio suspenduntur, &  
taliter recepta pecunia restituitur, & in aliud monasterium ita ve-  
ceptus transfertur.*

Capitulum. xix.

**V**eniens ad nos F. presbyter proposuit, quod abbas & fra-  
tres sancti R. noluerunt cum in monachum recipere, quo  
vsque triginta solidos dare conuenierit: conuentione autem fa-  
cta, sequenti die eum monasticum habitum induerit: & idem  
monachi triginta solidos, abbas vero decem, & familia duode-  
cim pro pasto (adserentes hoc esse de consuetudine monaste-  
rij) postularunt. Quoniam ergo factum huiusmodi pernicio-  
sum videtur: mandamus quatenus si ira esse inuenieris, abbatem  
& monachos ad restituendam pecuniam prefato F. tam indig-  
ne acceptam compellas, & abbatem & maiores personas mon-  
asterij pro tanta prauitatis excessu ab officij executione suspen-  
dens, precipias dicto F. vt in alio monasterio in habitu mona-  
stico domino studeat deseruire.

Idem.

*Si ordinandus presentatori suo aliquid dedit ex pacto, simonia-  
cum est, non tamen deponitur, si est occultum.*

Capitulum. xx.

**E**x tua fraternitatis literis, & ex confessione sacerdotis præ-  
sentium lateris accepimus, quod cum ad sacerdotij ordinem  
non aliter voluisset, eum eius archi. presentare, sex solidos sol-  
uit eidem, & sic ordinem ipsum per eum presentatus accepit.

Vnde tibi sic diximus respondendum, vt si hoc non est pub-  
licum, sed secretum, eundem sacerdotem secreto conuenias,  
monens sine vlla coactione propensus, & inducens, vt ordi-  
nem alicuius religionis adsumat, & perpetuo ab officio abste-  
neat, quod illicitè adquisiuit. Alioquin non erit tutum (cum sit  
secretus excessus) ipsum inuitum ab eodem officio coercere,  
cui tamen secretam pœnitentiam, secundum quod tibi visum  
fuerit, iniungere non postponas.

Idem.

*Breue est, nec potest breuius sumari.*

Capitulum. xxi.

**A**d nostram: & infra. Di. v. mandamus, quatenus pro mini-  
sterio ecclesiastico exercendo, siue pro vicariis assignan-  
dis, seu pro chrisinate nullatenus pecuniam exigatis.

Lucius

Lucius tertius.

*Cum simoniacè ordinato, qui simoniacus non est, dispensari po-  
test.*

Capitulum. xxii.

**D**E simoniacè ordinatis, certum tibi nõ possumus dare re-  
sponsum, nisi plenius cognoscamus, qualiter fuerint or-  
dinati: cum quidam licet secundum quandam speciem simo-  
niæ, vt pote ipsis ignorantibus, simoniacè ordinentur: possunt  
(quia simoniaci non sunt) in suis ordinibus remanere.

Idem.

*Si contradicens electo, pro pecunia de voluntate electi tradita  
à contradictione cessat, electus postea confirmatus, est simonia-  
cus, & beneficio renunciare tenetur.*

Capitulum. xxiii.

**M**artianus cardinalis secreta nobis insinuatione monstra-  
uit, quod cum fuisset ad ecclesiæ tuæ regimen de volun-  
tate maioris partis fratrum electus, paucis tibi contradicenti-  
bus, quidam amicus tuus de conscientia tua, & voluntate tur-  
bata, ei qui magister discordiæ videbatur, certæ quantitatæ  
munus exoluit, & sic contradictio conqueiuit. nunc autem du-  
bitas, quod non sis à labe simoniæ prorsus immunis, donec in  
administratione volueris remanere. Quia igitur consilium  
requisisti, quid tibi sit faciendum, respondemus, quod nuleum  
tibi consulis, si administrationem celeriter ac sponte dimittas,  
illius verbi memor existēs: Nihil prodest homini si vniuersum  
mundum lucretur: animæ vero suæ detrimentum patiat. Mat. 16.  
& Luc. 9.

Idem.

*Pro absolueno excommunicatum, precium aliquod exigere non  
debet.*

Capitulum. xxiiii.

**A**ureas nostras peruenisse noueris, quod cum C. de Se-  
neilla propter pecuniam, quam debebat, vinculo fuisse  
excommunicationis adstrictus, creditoribus satisfecit, sed  
excommunicatoribus decem libras, pro absolutione quærē-  
tibus non valuit absolutionis beneficium obtinere. Quoni-  
am igitur indignum est, & ecclesiasticæ rationi contrarium, vt ab-  
solutiois beneficium redimatur: di. v. mandamus, quatenus si  
prefatus C. debitum soluit, ipsum gratis faciat absolui, si ex-  
communicatores id non fecerint requisiti.

Clemens tertius.

*Monachi per simoniam recepti, si sunt simoniaci, ad archidiaconos  
monasteria transferuntur: alii post renunciationem in eisdem, vel in  
aliis monasteriis eiusdem ordinis poterunt collocari.*

Cap. xxxv.

T iij

De regu-

**D**E regularibus canonicis seu monachis nos consulere voluistis, qui per simoniam ingressum ipsis scientibus habuerunt. Vnde cum super hoc auctoritates multæ reperiatur expresse, non aliud, quàm statutum est respondemus: vt lo cum, quem taliter adepti sunt, omnino dimittant, & solitudines seu alia monasteria districtiora adeant, in quibus tam execrabilem excessum sine intermissione deplorent. Si autem ignorantibus illis pecunia data fuerit, cogas eos ad renunciandum loco eidem, & postmodum in ipsum reducere, si tibi absq; scâdalo potuerint remanere, vel in alio, qui sit de ordine ipso, ad seruendum deo poteris collocare.

Idem.

*Si quis canonicatus renuncians, ad quem per simoniam ignoranter adsumptus fuerat, postea de nouo adsumatur ad illū: nō potest ex prima receptione sibi aliquid vindicare. Capitulum. xxvi.*

**E**x insinuatione tua nobis innotuit, quod pater tuus interueniente pecunia olim tibi præbendę beneficium adquisiuit. Cūque ad annos discretionis perueniens, accepisses de minicæ Crucis signum: dictam præbendam in manu præpositi & fratrum libere resignasti. Sed iidem tibi compatiētes, de nouo te in suum canonicum elegerunt, ita videlicet quod per electionem istā postremum locum in choro, & in aliis obtineres: & infra. Respon. vt indulgentia, quā fratres tui misericorditer tibi fecisse noscuntur, contentus existens, ratione primæ receptionis, nihil audeas in ipsa ecclesia vindicare.

Celestinus tertius.

*Electio simoniaca est cassanda, si propter hoc electoribus promissa fuit pecunia, quamuis electus ignoret: nisi hoc factum fuerit in fraudem electi. h. d. primo. Cum electo reprobato per vicium simoniæ, non dispensat episcopus. h. d. secundo. Abb. Cap. xxvii.*

**N**obis fuit ex parte tua intimatum, quod cum quatuor essent à capitulo constituti, qui debebāt quendam eligere in plebanum, amici eius, de cuius electione spes habebatur, vni vel omnibus elegantium promiserunt se pecuniam solutores, eo tamen ignorante, qui huiusmodi promissione interueniente postmodum est electus: & infra. Quia igitur super hoc cōsulere nos voluisti: consul. t. bre. r. quod nisi constaret illos, qui promissum tale fecerunt, per fraudem in dispendium illius, qui eligēdus erat, id maliciose fecisse: quamuis ipse tempore promissionis conficius non fuerit, eius tamen electio tanquam simoniæ prauitate presumpta est penitus reprobanda: & infra.

Ad vltimum quod in fine cōsultationis tuæ inuenimus: hoc duximus

duximus respondendum, quod aliquis in ecclesiæ cuiuslibet prælatum electus, & vt dictum est per prauitatem simoniacam reprobatus, ab episcopo suo dispensationem aliquam obtinere de iure non potest.

Idem Linconicē. episcopo, & priori de Ponte fracto.

*Qui dat prælato pecuniam ne ipsum in iure suo de facto molester, illam repetit, si prælatus promissa non seruat. h. d. inherendo litera.*

Capitulum. xxviii.

**D**ilectus filius R. præpositus nobis exposuit, quod cum Eboracē. archiepiscopus cum multis grauaminibus adficere non cessaret, promisit ei certam quantitatem pecuniæ se daturum, vt ab ipso desisteret læsione. Verum dictus archi. post receptionem pecuniæ super dignitatibus & beneficiis suis ab eius molestia non quieuit. Ideoque di. v. mandamus, quatenus si res ita se habet, archi. restituere quod accepit (si eū contra promissionem suam venisse constiterit) compellatis,

Innocē. iij. abbati de Iugo dei, & priori de Sill.

*Pro benedictionibus nubentium, & exequiis mortuorum, nihil exigi debet.*

Capitulum. xxix.

**S**iam nobis parociiani de villa Franca querimoniam destinarunt, quod capellanus eorum pro exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium minus licite pecuniam ab eis exigit, & extorquet: & infra. Dif. v. mandamus, quatenus dictum capellanum, vt à tanta præsumptione desistat, & etiam pro excessu satisfaciatur, competenter moneatis: sibi (si obedire noluerit) pœnam canonicam infligentes.

Idem Cantuariē. archiepiscopo.

*Si per adulationem constat monachum simoniace fuisse receptum, receptus & recipiens deponitur. Si vero per inquisitionem, receptus in archi. monasteriū detruditur: recipienti vero & maioribus pana condigna imponitur: & interim ab executione ordinis sacrorum suspenduntur.*

Capitulum. xxx.

**D**ilectus filius A. nūcius tuus pro parte tua proposuit: quod cum Cant. diocēsim visitans, in monasteriis & religiosis locis pullulasse repereris simoniacam prauitatem, ita quod in eis multi precio sunt recepti, qui potius gratis recipi debuissent, imò etiam ad religionis obseruantiam inuitari. Dubitas igitur, an quia multitudo reperitur in causa, seueritati sit aliquid detrahendum? Nos inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod si aduersus eos, qui labe fuerint huiusmodi maculati aduocatio coram te fuerit canonicè instituta: postquam crimē

ordinē

ordine fuerit iudiciario factum, tam in dantes, quam in recipientes canonice seueritatis exerceas ultionem. Quod si de hoc tibi per solam inquisitionem constiterit: eos, qui per simoniacam prauitatem in locis talibus sunt recepti, ab illis amotos, ad agendam penitentiam ad monasteria dirigas articulo. Abbatibus autem & abbatissis, prioribus, prelatibus quibuslibet, & officialibus eorundem iniungas penitentiam competentem: & donec illam peregerint, eos a sacrorum ordinum executione suspendas: Iniungens episcopis tuis, ut hanc formam per suas dioceses studeant obseruare. Illud tamen gratanter recipi poterit, quod fuerit sine taxatione gratis oblatum.

Idem priori sancti Victoris, magistro I. Bonoñ.  
& L. Modicē. canonicis.

*Abbas contra testes, qui deposuerunt contra eum de simonia in iudicio inquisitionis, excipere potest, quod sunt inimici & conspiratores: alias vero exceptiones criminū obponere nō potest. Ca. xxxi.*

**I. Reg. 4.** **L**icet Heli summus sacerdos in se bonus existeret: quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit: & in se pariter, & in ipsis animaduersionis diuine vindictam excepit, dū filiis eius in bello perptis, ipse de sella corruēs, fractis ceruicibus expirauit. Ad corrigendos igitur subditorum excessus, tanto diligentius debet prelatas adurgere, quanto damnabilis eorum offensas desereret incorrectas. Contra quos (ut de notoriis excessibus taceatur) etsi tribus modis procedi possit, per adulationem videlicet, denunciationem, & inquisitionem ipsorum ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela: sicut adulationem legitimam præcedere debet inscriptio, sic & denunciationem charitatiua correctio, & inquisitionem clamorosa debet insinuatio præuenire. Descendam (inquit dominus) & videbo verum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Tunc enim clamor peruenit ad prelatum, cum per publicam famam, aut insinuationem frequentē subditorum sibi referuntur excessus: & tunc debet descendere & videre, id est, mittere & inquirere, utrum clamorem, qui venit, veritas comitetur. Nā iuxta canonicas sanctiones, si quid de quocunque clerico ad aures prelati peruenit, quod eum iuste possit offendere: non facile credere, nec ad vindictā eū res accendere debet incognita, sed coram ecclesia senioribus diligenter est veritas perscrutanda: ut si rei poposcerit qualitas, canonica restrictio culpam feriat delinquentis, nō tanquam sit idem adulator & iudex, sed quasi fama deferente, vel denunciante

Gene. 18.

Iona. 1.

nunciante clamore, sui officij debitum exequatur: eo semper adhibito moderamine, ut iuxta iudicij formam, sententię quęque forma dicitur. Cum igitur de abbate Pomposiano ea nobis frequenter insinuata fuissent, quę ab honestate regulari nimium dissonabant, monachis ad præsentiam nostram accedentibus: quidam ex ipsis nobis ipsum de simonia, perituro, dilapidatione, ac insufficientia detulerunt. Contra quos cum idem abbas exciperet quod denunciationē huiusmodi præterna correctio secundum regulam euangelicam nō præcesserat: & iudē constanter adsererent, quod correctionem huiusmodi præmississent: licet ad probandum hoc duorum monachorum iuramenta fuissent exhibita: quia tamen super hoc ipsi nondū contendere desistebant: nos, ut prædiximus, frequentibus clamoribus excitati, ex officio nostro volumus inquirere de præmissis, omnes monachos, qui vel cum ipso, vel contra ipsum accesserant, iuramenti vinculo adstringentes, ut de propositis plenam, quam scirent, exponerent veritatem: quorum depositiones cum in scripturis redactę, publicatę fuissent, super illis ceperunt multipliciter disputare: quia vero tum ex adseritione monachorum, tum ex ipsius abbatis confessione cognouimus, quod idem non modicam summam pecunię relictam a prædecessore suo expenderat, & in alia summa maiori monasteriū obligarat: nos eum quasi de dilapidatione suspectum ab administratione abbatię duximus suspendendum. & quia simonia multis modis contra ipsum abbatem videbatur esse probata: ipse contra testes multas exceptiones obposuit, super quibus fuerat multipliciter disputatum, aliis adserentibus in crimine simonię, sicut in crimine læsę maiestatis omnes indifferenter, tam infames, quam criminosos, nō solum ad aduersandum, sed etiam ad testificandum admittendos: cum instar publici criminis & læsę maiestatis procedat aduersatio simonię: aliis è contrario respondentibus, quod licet hæc duo crimina quantum ad aduersationem, quasi paria iudicentur, differunt tamen in multis: cum alia pœna pro vno, & alia pro altero inferatur: & inter personas aduersatorum & testium sit utique distinguendum: cum non per aduersatores, sed testes crimina comprobentur. Ne vero vel innocentia puritas confusa succumberet, vel simonię prauitas effugeret impunita: nos æquitate pensata illas dumtaxat exceptiones obpositas probandas admittimus, quę probatę non de zelo iustitię, sed de malignitatis fomite procedere videntur.

Idem.

*Hoc capitulum est glossa præcedentis capituli: nam tendit ad declarationem*



*de declarationem illius, an & quando testes criminosi admittantur in crimine simonia: & in effectu idem dicit, quod præcedens. Capitulum. xxxix.*

**P**er tuas literas nobis intimasti, te dubitare super quadam epistola decretali, quam nos adferis edidisse de testib⁹ admittendis contra simoniacam prauitatem. Noueris igitur, & nos illam epistolam, quæ sic incipit, Quamuis ad abolendam nequaquam edidimus: sed aliam, quæ sic incipit, Licet Heli. nos edidisse fateamur: ad cuius intelligentiam credimus distinguendum, vtrum is, contra quem agitur de simoniaca prauitate, denunciatur simpliciter, aut criminaliter aduscetur: & vtrū agatur secundum iuris rigorem, aut secundum temperantiā æquitatis. Item vtrum ipse sit regularis, qui iam renunciauerit mundo, an secularis, qui adhuc in mundo existit, & an inferioris gradus, an excellentioris sit dignitatis. Ad hæc vtrum antè fuisset claræ opinionis, & bonæ famæ: an grauiter infamatus, & valde suspectus: & vtrum de facili possit puniri, an sine scandalo nequeat condemnari. Præterea vtrum testes sint honesti, an criminosi: & an sint emendati de crimine, an adhuc in crimine perseuerent. Rursus si crimina sint eadem vel minora, an paria vel maiora: vtrūve testes ex zelo iustitiæ, an ex malignitatis fomite deposuisse credantur. Denique vtrum ad prauitatem simoniacam detegendam sola dicta testium inducantur, an alia etiam adminicula suffragentur. Hæc omnia sunt ad intelligentiam illius epistolæ distinguenda. Ille quidem Pōpostanus abbas, qui iam pridem renunciauit mundo, erat de simonia, periurio, dilapidatione ac insufficiētia grauiter infamatus. Cumq; per monachos, qui iurauerant perhibere testimoniū veritati, simonia multis modis videretur esse probata: ipse contra testes multas exceptiones opposuit, conspirationes videlicet, inimicitias capitales, furtum & adulteriū, vt eos à testimonio remoueret. Nos verò (ne innocentia puritas confusa succūberet: vel simoniæ prauitas effugeret impunita) illas dūtaxat exceptiones probandas admisimus, quibus forte probatis testes, non zelo iustitiæ, sed malignitatis fomite processisse constaret, vt conspirationes, & inimicitias capitales: cæteras autem exceptiones, vt furti, adulterij, propter immanitatem hæresis simoniacæ (ad cuius comparisonem cætera crimina quasi pro nihilo reputantur) duximus repellēdas: quoniam & si probatæ fidem testium debilitarent in aliquo, non tamen euacuantur ex toto, alii adminiculis suffragantibus, præsertim cū testes de crimine fuerint emendati. Tales igitur contra talem taliter

taliter duximus admittendos: non secundum rigorem iuris, sed secundum temperantiā æquitatis, cum ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine: sed ciuilitate, vt ab administratione amoueretur tanquam immeritus & danosus. Et vtique tales prelati ex leuioribus causis possunt ab administrationibus amoueri, sicut quorundam religiosorum ad probata consuetudo deposcit. Vnde prædictus abbas non expectata sententia, quasi malè conficiis sibi cesisit.

Idem abbati Iemblacēn.

*Non imputatur electo confirmato, si eo prohibente pro ipsius confirmatio pecunia data fuit. Cap. xxxixii.*

**S**icut tuas literas intimasti, cum iam Iemblacēn. ecclesia fueris monachus, fuisti tadem promotus ad regimen ecclesiæ Floren. verum abbate Iemblacēn. post sublato de medio: ipsa quæ prius te filium habuerat, in patrem per electionem canonicam te vocauit: & quia pastore carebat Leodiēn. ecclesia cathedralis: ad Colonien. ecclesiam (quæ tua est metropolis) proficiscēs, ipsius autoritate in Iemblacēn. ecclesia interim ministrasti. Ceterum postquam in Leodiēn. ecclesia fuit episcopus institutus, is à te requisitus electionem de te factam noluit confirmare. Verum cum hæc fieri pro extorquenda pecunia comperisses: sub interminatione anathematis veruisti, ne pro facto huiusmodi aliqua pecunia offerretur. Sed quidam de fratribus te incōsulto & ignorante contra excommunicationis à te factæ sententiā venientes, promiserunt pecuniam, & etiam exoluerunt: & sic ab episcopo inuitatus, in institutionem ab eo accepti libertē, quemadmodum postulabas: & infra. Quamuis autem secundum sacrorum canonum instituta, etiam paruuli, qui cupiditate parentum ecclesias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere teneantur: quia tamen longè diuersum est non præbere consensum, & expressum aliquid prohibere: taliter duximus respondendum, quoniam ex eo, quod contra prohibitionem & voluntatem tuam (à qua postmodum minimè recessisti) aliquis te penitus ignorante promisit pecuniam, & exoluit, præsertim cum is nulla sit tibi consanguinitate coniunctus, nihil debet tibi ad pœnam vel culpam (sicut credimus) imputari, nisi postea consenseris, pecuniam soluendo promissam, aut reddendo solutam: alioquin contingeret, quod alicuius factum in insidias inimico parantis ei damnosum existeret, cui penitus displiceret: & sic aliquis de fraude sua commodum reportaret. Illos autē qui dederunt pecuniam, vel etiam receperunt: in tantum constare esse culpabiles, quod si excessus eorum esset ecclesiæ manifestus

nifestus : ( quæ non iudicat de occultis ) pœna essent canonica feriendi.

Idem decano Beluacē.

*Si clericus cum pacto confert ecclesie bona sua, vt in ipsa recipiatur in canonicum, & illa sibi retineat pro præbenda: simonia committitur: sed si hoc fiat sine pacto.* Cap. xxxiii.

**T**Va nos duxit discretio consulendos: & infra. Deuotioni. t. r. respon. q̄ si quis clericus cum cōditione vel pacto largiatur, aut offerat bona sua, vt illa postmodum pro præbenda retineat, & in canonicum admittatur: huiusmodi oblatio vel receptio fieri non poterit sine vitio simoniæ: cū in talibus omnis pactio aut cōuentio cessare debeat, iuxta canonicas sanctiones. Si verò purè ac sine pacto vel conditione qualibet offerat, rogans humiliter, & vt in canonicum admittatur, & bona sua retinere sibi liceat pro præbenda, & clerici eiusdem ecclesie purè cōsentiant: huiusmodi receptio fieri potuit absq̄ scrupulo simoniacæ prauitatis. Licet autè taliter duximus respondendum, quia nobis datum est de manifestis tantummodo iudicare: si tamen is, qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, vt per temporalia bona, quæ offert spiritualia valeat adipisci, & clerici, qui eum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia perciperent, admissuri: sine dubio, tam ille, quam isti apud districtum iudicem (qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum) culpabiles iudicantur.

Idem priori Cartusien.

*Non debet quis ordinem recipere ab eo, quem credit simoniacum: sed ministrare potest in illis, quos prius ab isto recepit.*

Capitulum. xxxv.

**2** Per tuas literas intimasti, q̄ cum B. in quadam domo Cartusien. ordinis suscepisset habitum monachalem: à diacono episcopo fuit in subdia. ordinatus: sed postmodum didicit ex relatione quorūdam, quòd episcopus multoties commiserat vitium simoniæ: propter quod idem monachus in suscepto formidat ordine ministrare, nolens ab eodem episcopo ad superiores ordines promoueri: & infra. Nos igitur respondemus, vt idem in ordine sic suscepto securè ministret: sed contra cōscientiam ad superiores ordines non ascendat, ne fortè adificet ad gehennam: licet ex eo, quòd conscientiam nimis habuerit scrupulosam, in difficultatem huiusmodi sit collapsus: quam vtique non euadet, nisi deponat errorem.

Idem Cantuarien. archiepiscopo.

Pro

*Pro chrismate vel inuestitura ecclesiarum nil exigi debet: nec excusat consuetudo, vel nominis variatio.* Cap. xxxvi.

**I**N tantum peccatis exigentibus corda quorundam simoniaca prauitas deprauauit: & infra. Sanè peruenit ad audientiam nostram, q̄ cum olim quidam suffraganei tui pro chrismate certam conuenerant accipere pecuniæ quantitatem, nō metuentes pœnam canonicam, & correctionem tuam eludere cupientes, tempus faciendæ solutionis anticipant, recipientes in media quadragesima, quod recipere consueuerunt post Pascha: & vt causam recipiendi dissimulent, nomen denariorum variat, denarios, quos prius chrismates, secundò Paschales dicebant, cōsuetudinem mediæ quadragesimæ nuñcupantes: & 7. Cū verò expressius exprimat venditionis speciem, qui prius recipit precium, quam rem conferat preciosam, & gratis sit gratia conferenda: mandamus, quatenus taliter excessus corrigas: super predictos, suffraganeos tuos, & officiales eorum à tam illicita exactione compescens, q̄ aliorum culpa tibi ob tuam negligentiam non imputetur ad pœnam. Præuam etiam illam cōsuetudinem de tua prouincia studcas abolere, per quam ecclesiarum inuestitura archidiaconi marcham argenti, minores verò decani vaccam albam sibi dari postulant, vel certā solui pecuniæ quantitatem.

Idem.

*Ordinatus in subdiaconum, qui prius presentatori suo promissit, quòd nil ab eo peteret, in suscepto ministrare, vel ad superiores ordines ascendere sine dispensatione non potest, etiam si peccare non crediderit.* Capitulum. xxxvii.

**P**er tuas nobis literas intimasti, q̄ cum D. lator præsentium vellet in subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet: quèdam presbyterum exorauit, vt ipsum ad ecclesiam suam titulum præsentaret: quod cū ille facere recusaret, ipse illi firmiter repromissit, quòd nunquam si præsentaret eundem, in ecclesia sua aliquam peteret portionem. & sic ad presentationem eius extitit ordinatus, nec se in hoc egisse aliquod illicitum intellexit: & infra. Nos inquis. t. r. quòd nisi cū eo fuerit misericorditer dispensatum, nec se in superiores ascendere, nec in suscepto debet ordine ministrare.

Idem.

*Simonia est dare pecuniam pro vicariatu, vel pro alia administratione rerum spiritualium, seu ecclesiasticarū habenda: & dantes, & recipientes ab illa ecclesia sunt efficiendi. h. d. hoc. e. per. alia. verba, licet sit breue.* Cap. xxxviii.

Gonsuleret.

*Debat in oril. inpl. per. ind. jul. xii. et ca. non. r. Ag.*

**C**onsulere: & infra. Quicūque vicedominatū, vel aliam ecclesiasticarum rerum administrationem per pecuniam obtinere voluerint, tam ementes, quā vendentes cum Simone percelluntur, & ab illa ecclesia, in cuius contumeliam dare pecuniam, & accipere voluerunt, iuste excluduntur.

Idem in concilio generali.

*Simoniacum, est aliquid exigere pro consecratione episcoporum, & benedictionibus abbatum, & ordinationibus clericorum, nec excusat consuetudo.*

*Capitulum. xxxix.*

**S**icut pro certo didicimus, in plerisque locis à plerisque personis, quasi columbas in templo vendentibus fiunt exactioes & extorsiones turpes, & prauæ pro consecrationibus episcoporum, benedictionibus abbatum, & ordinibus clericorum: estq; taxatum quātum sit isti vel illi, quātum ve alteri, vel alij perfoluendum: & ad cumulum damnationis maioris quidā cupiditatem, & prauitatem huiusmodi nituntur defendere per cōsuetudinem longo tempore obseruatam. Tantum igitur abolere volentes abusum, consuetudinem huiusmodi (quæ magis dicenda est corruptela) penitus reprobamus, firmiter statuentes, vt pro his siue cōferendis, siue collatis nemo aliquid quodcunque prætextu exigere, aut extorquere præsumat: alioquin & qui receperit, & qui dederit huiusmodi precium omnino dā natum, cum Giezi & Simone condemnatur.

Idem in eodem.

*Religiosi precio recepti, vnā cum recipientibus de monasterio expelluntur, & in arctioribus monasteriis ad agendam penitentiam detruduntur. Sed recepti ante istud cōcilium, ponebantur sic recepti in aliis locis eiusdem ordinis, nisi multitudo sit in causa: ita tamen, quod renuncient primæ receptioni, & de nouo recipiuntur.*

*Capitulum. xl.*

**Q**uoniam simoniaca labes ad cō plerasque moniales infecit, vt vix aliquas sine precio recipiāt in sorores, paupertatis prætextu volētes huiusmodi vitium palliare: ne id decæterò fiat, penitus prohibemus: statuentes, vt quæcunq; decæterò talem commiserint prauitatem, tā recipientes quā recepta, siue sit subdita, siue prælata, sine spe restitutionis de suo monasterio expellatur, in locum arctioris regulæ ad agendum perpetuam penitentiam retrudenda. De his autē, quæ ante hoc synodale statutum taliter sunt receptæ, ita diximus prouidendum, vt remotæ de monasteriis, quæ perperam sunt ingressæ, in aliis locis eiusdem ordinis collocentur. Quod si

fortè

fortè propter nimiam multitudinem alibi nequieverint commodè collocari: ne damnableiter in seculo euagentur, recipiātur in eisdem monasteriis dispensatiuè de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis. Hoc etiam circa monachos, vel alios regulares decernimus obseruandum. Verū ne per simplicitatem vel ignorantiam se valeāt excusare, præcipimus, vt diœcesani episcopi singulis annis, hoc faciant per suas diœceses publicari.

Idem in eodem.

*Episcopi nil exigere debent, vt permittant in ecclesiis sibi subiectis clericis institui, monachos profiteri, vel mortuos sepeliri: alioquin exacta restituentur duplicata.*

*Cap. xli.*

**A**diuimus de quibusdam episcopis, & decedentibus ecclesiarum rectoribus, ipsas interdicto subiciunt, nec patiuntur alios in eisdem institui, donec ipsis certa summa pecunie persoluatur. Præterea cum miles aut clericus domū religionis ingreditur, vel apud religiosos eligit sepulturā: etiam si nihil loco religioso reliquerit, difficultates ingerunt & malicias, donec aliquid muneris manus contingat eorum. Cū igitur non solum à malo, sed ab omni specie mali sit secundū Apo 1. Thes. 5. stolum abstinendum, exactioes huiusmodi penitus inhibemus.

Quod si quis transgressor extiterit, exacta duplicata restituatur, in utilitatem locorum, in quorum fuerit soluta dispendium, fideliter conuertenda.

Idem in eodem.

*Sacramenta sunt liberè conferenda: cogit tamen ordinarius laicos obseruare laudabiles consuetudines.*

*Cap. xlii.*

**A**d apostolicam audientiam frequētī relatione peruenit, quod quidam clerici pro exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium & similibus, pecuniam exigunt & extorquent: & si fortè eorum cupiditati non fuerit satisfactum, impedimenta ficticia fraudulenter opponunt. E contra verò quidam laici laudabilem consuetudinem, erga sanctam ecclesiam pia deuotione fidelium introducant, ex fermento hereticæ prauitatis nituntur infringere, sub prætextu canonice pietatis. Quapropter super his, prauas exactioes fieri prohibemus, & pias consuetudines præcipimus obseruari: statuentes, vt liberè conferantur ecclesiastica sacramenta, sed per episcopum loci veritate cognita compeſcantur, qui malicioſè nituntur laudabilem consuetudinem immutare.

**Honorius tertius vniuersis abbatibus & fratribus Cisterciæ ordinis.**

**V Prohibet**

*Prohibet abbates Cistercienses sollemniter installari: & ponit formam obedientiæ, quam præstant suis episcopis. Cap. xliij.*

**N**E dei ecclesiam: & infra. Installationis sollemnitates in electis abbatibus ordinis vestri fieri prohibentes: Adiciamus, ut archiepiscopi, & episcopi ea sint forma professionis contenti, quæ ab origine vestri ordinis noscitur instituta, quæ talis est: Ego frater abbas Cisterciens. ordinis subiectionem & reuerentiam & obedientiam à sanctis patribus constitutam, secundum regulam sancti Benedicti, tibi domine episcope, tuisq; successoribus canonicè substituendis, & sanctæ sedis apostolice subuo ordine meo, perpetuò me exhibitorum promitto.

Gregorius. ix. priori sancti Thomæ Etculanèn.

*Recepto in canonicum debetur præbenda & redditus, consuetudine non obstante, quòd non seruauerit prauam consuetudinem de aliquo temporalis dando ipsis canonicis. Cap. xliiij.*

**I**acobus canonicus Etculanus exposuit, quòd cum ipse in ecclesia Aprutina. sit receptus in canonicum & in fratrem, canonicus eiusdem ecclesiæ partem prouentuum, ac præbendam sibi assignare recusant, quandam consuetudinem præsertentes, quòd prandiu habere debeant à canonico recepto de nouo. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita: dictos canonicos, ut (tali consuetudine non obstante) sibi sicut vni ex aliis in prouentibus & præbenda prouideant, ad p. re mota compellas.

Idem.

*Qui ordinauit aliquem sub promissione de non petendo ab ipso prouisionem: ordinator per triennium à collatione, præsentator vero, ab executione ordinum, etiam per triennium suspensifunt: ordinatus uero, ab ordine perpetuo sit suspensus: & solum per sedem apostolicam cum eis dispensatur. Cap. xlv.*

**S**i quis ordinauerit, seu ad ordinem præsentauerit aliquem, promissionem vel iuramentum ab illo recipiens, quòd super prouisione sua non inquietet eundem, ordinator à collatione, præsentator uero à executione ordinum per trienniu, & ordinatus ab ordine sic suscepto, donec dispensationem super hoc per sedem apostolicam obtinere meruerit, nouerint se suspensos.

Idem.

*Habet duo dicta: secundum ibi, Et ad resignationes. Et propter breuitatem & varietatem lectionum aliter non summat.*

*Capitulum. xlvj.*

Mandato

**M**andato nostro recepto, ut cum monachis, qui per simoniam dato aliquo locum in monasteriis sunt adepti, secundum constitutionem generalis concilij dispensares: & infra. Consult. breuiter respondentes, dicimus mandatum apostolicum, etiam ad abbates extendi, & ad resignationes spiritualium & temporalium, quæ nullo pacto, sed adfectu animi præcedente, verinque taliter acquiruntur, (in quo casu delinquentibus sufficit per solam penitentiam suo satisfacere creatori) eos pro simonia huiusmodi non teneri.

Ne prælati vices suas, vel ecclesias sub annuo censu concedant. Tit. iiij.

Alexand. in concilio Lateran.

*Qui dat pecuniam, ut episcopalem vel spirituale iurisdictionem exerceat, officio suo priuatur, & sic conferens illud amplius conferre non poterit, & canonicè punietur. h. d. cum sequentibus.*

*Capitulum. i.*

**D**icitur quoniam quidam in quibusdam partibus sub precio statuuntur, qui decani uocantur, & præsertim certa pecuniæ quæritate episcopalem iurisdictionem exercent: Præsertim decreto statuimus, ut qui deceterò hoc præsumperit, officio suo priuetur, & episcopus conferendi hoc officium potestatem amittat. Idem in concilio Turonèn.

*Summatum est supra capitulo proximo.*

*Cap. ii.*

**Q**uoniam in quibusdam partibus decani quidam vel archidiaconi, & presbyteri ad agendas vices episcoporum seu archidiaconorum, & terminandas causas ecclesiasticas sub annuo precio statuuntur: quod ad sacerdotum grauamen, & subuersionem iudiciorum non est dubium redundare: id uictrius fieri prohibemus. Quòd si quis deceterò fecerit, remoueatue à clero. Episcopus autem, qui hoc sustinuerit, & ecclesiasticam iurisdictionem sua patitur dissimulatione perueri, districtiõne canonica percellatur.

Idem.

*Regimen ecclesia sub annuo censu committi non debet.*

*Capitulum. iij.*

**Q**uoniam enormis quædam consuetudo in quibusdam locis contra sanctorum patrum institutiones inualuit, ut sub annuo precio sacerdotes ad ecclesiarum regimen statuantur: Ne id fiat, modis omnibus prohibemus. Quia dñi sacerdoti sub huiusmodi mercede uenale disponitur, ad æternam

V ij retributionis

retributionis premium consideratio non habetur.

Idem Exonen.episcopo.

*Fructus ecclesiarū sub annuo censu concedi possunt. Cap.iii.*

**Q** Verelam magistri Gu. recepimus, quod cum ecclesiam de Chephalati, à G. persona eiusdem ad annum censum tenendam per septennium suscepisset: ipse antequam eam per vnus anni spaciū tenuisset, auferre præsumpsit: quāquam præstata fide firmauerit, q̄ vsque ad statutum terminum nullam ei exinde molestiam vel grauamen inferret. Ideoque mandamus, quatenus si constiterit ita esse, eum districte compellas, vt præfatam ecclesiā dicto Gu. restituat: & vsque ad terminum constitutum (secundum q̄ inter se conuenerint) ipsam eandem permitat pacifice possidere.

De magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. Tit.v.

Ex concilio Lateranen.

*Ecclesia cathedralis providere debet magistro de beneficio, qui clerico s eiusdem ecclesie, & alios pauperes gratis doceat: & vendens licentiam docendi, aut interdicens idoneum ad docendum, beneficio priuatur.* Capitulum.ii.



**Q**uoniam ecclesia dei, sicut pia mater uidere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus iuari non possunt, legendi\* & proficiendi opportunitas subtrahatur, per vnāquāq; cathedralē ecclesiam magistro, qui clericos eiusdem & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium præbeat: & infra. Pro licentia verò docendi nullus precium exigat, vel sub obtentu alicuius consuetudinis ab eis, quos docet aliquid querat, nec docere quequam, (qui sit idoneus) petita licentia illis interdicit. Quia autē contra hoc venire præsumpsit, ab ecclesiastico fiat beneficio alienus. Dignū quippe videtur, vt in ecclesia fructus sui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, ecclesiasticum profectum nitrur impedire.

Alexander.iii. Vintonien.episcopo.

*Pro licentia docendi, nihil exigi debet vel promitti, & exactū restitui, & promissum remitti debet: & negligente inferiore præf. de glā. lato, ad magistrum constituendū supplebit hoc superior. Cap.ii.*

**P**rohibeas ne in parœcia tua pro licentia docendi exigatur aliquid, aut etiam promittatur. Si quid verò postea solutū fuerit vel promissum, remitte promissum faciās, & restitui ad-

pel. cessante solutum, sciens quod scriptum est: *Gratis accepistis, gratis date.* Sanē si quis distulerit magistros in locis congruis instituire, tibi liceat adp. postposita, ibi aliorum instructioni præficere viros prouidos, honestos, & discretos. *Matt. 10.*

Idem.

*Pro licentia docendi pecunia exigi non debet, etiam si hoc habeat consuetudo.* Capitulum.iii.

**Q**uanto Gallicana ecclesia: & infra. Dignos esse animaduersione censemus, qui nomen magistri scholarium, & dignitatem adsumunt, & sine certo precio ecclesiasticis viris docendi alios licentiam non impendunt. Cum autem hæc praua consuetudo à cupiditatis radice processerit, & decorem admodum ecclesiasticæ honestatis confundat, mandamus, quatenus (consuetudine ipsa de vestris ecclesiis extirpata) sub anathematis interminatione hoc inhibere curetis: districte præcipientes, vt quicūque viri idonei & literati uoluerint regere studia literarū, sine molestia & exactioe qualibet scholas regere permittantur. Si qui verò huiusmodi prohibitionis vel præcepti extiterint transgressores, eos officii, & dignitatibus spoliatis.

Innocen. iij. in concilio generali.

*In qualibet cathedrali ecclesia, vel alia in facultatibus sufficienti, debet à præf. vel capitulo vnus magister eligi, cui redditus vnus præbende debet assignari. in metropolitana verò ecclesia etiam eligi debet theologus: & si ad grammaticum & theologum non sufficit, prouideat ipsi theologo ex redditibus sue ecclesie, & grammatico faciat prouideri in aliqua ecclesiarum suæ ciuitatis vel diœcesis.* Capitulum.iiii.

**Q**uia nonnullis propter inopiam & legendi studium, & opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranen. concilio pia fuit constitutione prouisum, vt per vnāquāque cathedralem ecclesiam magistro, qui eiusdem ecclesie clericos aliosq; scholares pauperes gratis institueret, aliquod competentis beneficium præberetur, quo & docetis releuaretur necessitas, & via pateret discipulis ad doctrinam. Verū quoniam in multis ecclesiis, id minimè obseruatur: nos prædictum roborantes statutum adiuicimus, vt non solum in qualibet cathedrali ecclesia, sed etiam in aliis, quarū sufficere poterunt facultates, constituatur magister idoneus, à præf. cum capitulo, seu maiori & ianiori parte capituli, eligendus, qui clericos ecclesiarum ipsarū gratis in grammatica facultate, & alios in-

\* Adde quod hoc verbū, legendi, ad præf. etiā ad scholares, & de eiꝰ a quo catioe vide not. in l. qui pendēt. ff. de act. empt. & in l. i. ff. de glā. le.

struat iuxta posse. Sanè metropolis ecclesia theologū nihilomi-  
nus habeat, qui sacerdotes & alios in sacra pagina doceat, & in  
his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare no-  
scentur. Adsignetur autem cuilibet magistrorum à capitulo  
vnius præbendæ prouentus, & pro theologo à metropolitano  
tantundem, nõ quodd propter hoc efficiatur canonicus, sed tã-  
diu reditus ipsos percipiat, quamdiu perliterit in docendo.  
Quod si fortè de duobus magistris ecclesia metropolis graue-  
tur, theologo iuxta modum prædictū ipsa prouideat, gramma-  
tico verò in alia ecclesia suæ ciuitatis, siue diocesis, quæ suffi-  
cere valeat, faciat prouideri.

Honorius tertius.

*Prælati & capitula ad studia theologiae scholares docentes trās-  
mittere tenentur, qui in absentia reditus præbendarum suarū &  
beneficiorum per quinquennium integraliter percipient: & si pro-  
prios reditus ad sustentationem studij eis non sufficiunt, debet præ-  
latus cū capitulo eis prouidere. magistri verò donec docuerint, in-  
tegrè percipiunt fructus beneficiorum suorum.* Cap.v.

**S**uper specula: & infra. Volumus & mandamus, vt statu-  
tum in concilio generali de magistris theologis per singu-  
las metropoles statuendis, inuolabiliter obseruetur: Statuē-  
tes, vt quia super hoc propter raritatem magistrorum se pos-  
sunt forsitan aliqui excusare, ab ecclesiarum prælatis & capitu-  
lis ad theologica professionis studium aliqui docibiles desti-  
nentur: qui cū docti fuerint, in dei ecclesia velut splendor ful-  
geant firmamenti, \* ex quibus postmodum copia possit haberi  
doctorum, qui velut stella in perpetuas æternitates mansu-  
ri ad iustitiam valeant plurimos erudire: quibus si proprij pro-  
uentus ecclesiastici non sufficiunt, prædicti necessaria submi-  
nistrent. Docentes verò in theologica facultate, dum in scholis  
docuerint, & studentes in ipsa, integrè per annos quinque  
percipiant de licentia sedis apost. prouentus præbendarum &  
beneficiorum suorum, non obstantè aliqua contraria consue-  
tudine vel statuto, cum denario fraudari non debeant, in vinea  
domini operantes.

De Iudæis, Sarracenis, & eorum seruis.

Titulus.vj.

Ex concilio Macen.

*Si seruis à Iudæo capitis causa mercimonij factus est, vel fori  
desiderat Christianus, pro omni solidis redimatur.* Cap.v.

Prælati

**R**esenti cõcilio sancimus, vt nullum Christianum  
mancipium Iudæo seruiat, sed datis.xij. solid. pro  
quolibet bono mancipio ipsum quicumque Chri-  
stianorum, seu ad ingenuitatem, seu ad seruitium li-  
centiam habeat redimendi: & si Christianus scri-  
desiderat, & non permittitur, idem fiat: Quia nefas est quem  
Christus redemit, blasphemum Christi, in seruitutis vinculis  
denere.\*

Gregorius episcopo Lucen.

*Iudæus Christianum in seruum habere non potest, in adscripti-  
oim vero potest.* Capitulum.ii.

**M**ltorum ad nos: & infra. Nulli Iudæo liceat Christianū  
mancipium in suo dominio retinere: sed si qui apud eos  
inueniuntur, libertas eis seruetur. Hi vero, qui in possessioni-  
bus eorum sunt, licet legum districtione sint liberi: tamen quia  
colendis terris eorum diutius adhæserunt, vt pote conditione  
loci debentes, ad colenda rura remaneant, conductas pensiones  
prædictis viris præbentes. Cuncta etiam, quæ de colonis vel ori-  
ginariis iura præcipiunt peragant, & nihil eis extra hoc oneris  
indicetur. Quod si quisquam Iudæorum aliquem de his, vel ad  
alium transferre locum, vel ad aliud obsequium retinere volue-  
rit, ipse sibi impuet, qui ius colonarum, & ius dominij sibi iu-  
ris seueritate damnauit.

Idem Genuensi episcopo.

*Iudæi antiquas synagogas retinere possunt, nonas erigere non  
possunt.* Capitulum.iii.

**I**udæi de ciuitate: & infra. Sicut legalis definitio Iudæos nõ  
uas non patitur erigere synagogas, ita eos sine inquietudine  
veteres habere permittit.

Alexander tertius.

*In die Venens sancta non licet Iudæis tenere ostia, vel fen-  
stras apertas.* Capitulum.iiii.

**Q**uia super his: & infra. Generaliter interdicas, vt Iudæi  
ostia vel fenestras in die Parasceues apertas non habeant,  
sed clausas teneant tota die.

Idem ex concilio Lateranensi.

*Excommunicari debent Christiani, qui in domo seruiunt Iu-  
dæo vel Sarraceno, siue Paganis. Et principes seculares excom-  
municari debent, qui Iudæos baptizatos suis bonis spoliare præ-  
sumunt.* Capitulum.v.

**I**udæi siue Sarraceni, neque sub alendorum puerorum suorum  
obtentu, nec pro seruitio, vel alia qualibet causa Christiana  
mancipia

V iij

mancipia

\* Vide  
tex. & no.  
54. distin.  
mancipia.

\* Vide  
auth. habi  
ta. C. ne fi  
u. p. par.

mancia in domibus suis permittātur habere excommunicentur autem, qui cum eis præsumpserint habitare: & infra. Si qui præterea deo inspirante ad fidem se conuerterint Christianam, à possessionibus suis nullatenus excludantur, cum melioris conditionis ad fidem conuersos esse oporteat, quàm ante, quàm fidem susceperint, habeantur. Si autem secus fuerit factum, principibus seu potestatibus eorumdem locorū iniungimus, sub pena excommunicationis, vt portionem hereditatis suæ & bonorum suorum ex integro eis faciant exhiberi.

Idem in eodem.

*Christiani deferentes Sarracenis merces prohibitas, vel in ipsorum nauibus nauigantes excommunicandi sunt, & rebus eorum priuandi, & efficiuntur capientium serui.* Capitulum.vi.

**I**Ta quorundam animos occupauit seua cupiditas, vt qui gloriari nomine Christiano Sarracenis arma, ferrum, & ligamina deferant galearum, & pates aut etiam superiores in militia fiant illis, dum ad impugnandos Christianos arma eis, & necessaria subministrant. Sunt etiā qui pro cupiditate sua in galeis & piraticis Sarracenorum nauibus regimen & curam gubernationis exercent. Tales igitur ab ecclesiastica cōmunionē precisus, & excommunicationi subiectos, rerum suarum per principes catholicos & consules ciuitatum priuatione multari, & capientium fieri seruos censemus. Præcipimus etiam, vt per te civili ecclesias maritimarum vrbiū crebra & solennis in eos excommunicatio proferatur.

Idem.

*Iudei veteres synagogas in priorem statum reformare possunt: de nouo erigere non possunt.* Capitulum.vii.

**C**onsuluit: & infra. Iudeos de nouo construere synagogas, vbi non habuerunt, pati non debes. Verum si antiquæ corruerint, vel ruinam minantur, vt eas reedificent, potest æquanimitèr tolerari: non autem, vt eas exalcent, aut ampliores, aut preciosiores faciant, quàm antea fuisse noscuntur: \* qui vique hoc pro magno debent habere, quòd in veteribus synagogis, & suis obseruantis tolerantur.

Idem.

*In familiari seruitio Iudeorum, Christiani esse non debent.* Capitulum.viii.

**A**D hæc omnibus Christianis, qui sunt in iurisdictione nostra penitus interdicanis, & si necesse fuerit, distinctione ecclesiastica compellatis eosdem ne Iudeorum seruitio se adducè pro aliqua mercede exponant: quod etiam obstetricibus & nutricibus

nutricibus eorum prohibere curetis: ne infantes Iudeorum in eorumdem domibus nutrire præsumat. Quoniam Iudeorum mores, & nostri in nullo concordant, & ipsi de facili ob conuinuam conuersationem, & adiuuam familiaritatem ad suam superstitionem, & perfidiam simplicium animos inclinarent.

Clemeas tertius.

*Iudei inuiti non sunt baptizandi, nec ad hoc cogendi, nec sine iudicio puniendi, aut rebus suis spoliandi, vel in suis festiuitatibus molestandi, nec ipsorum cœmeteria violanda, aut eorum corpora exhumanda.* Capitulum.ix.

**S**icut Iudæi: & infra. Statuimus, vt nullus inuitos vel nolentes Iudeos ad baptismum venire compellat. Si quis autem ad Christianos causa fidei confugerit: postquam voluntas eius fuerit patefacta, Christianus absque calumnia efficiatur, quippe Christi fidem habere non creditur, qui ad Christianorum baptismum non spontaneus, sed inuitus cogitur peruenire.

Nullus etiam Christianus eorum quemlibet sine iudicio certæ potestatis vel occidere, vel vulnerare, vel suas pecunias auferre præsumat, aut bonas, quas hæctenus habuerint consuetudines, immutare: præsertim in festiuitatum suarum celebratione quisquam fustibus vel lapidibus eos nullatenus perturbet, neque aliquis ab eis coacta seruitia exigat, nisi quæ ipsi tempore præterito facere consueuerunt. Ad hoc malorum hominum prauitati & auaritiæ obuiantes, decernimus, vt nemo cœmeterium Iudeorum mutilare aut inuadere audeat, siue obtentu pecuniæ corpora humata effodere. Si quis autem huiusmodi decreti tenore cognito (quod abut) contraire præsumpserit, honoris & officij sui periculum patiat, aut excommunicationis sententia plectatur, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Idem.

*Ponit duas indulgentias illorum, qui paganis prædicant.* Capitulum.x.

**Q**uam sit laudabile: & infra. Tuis frater episcopo petitionibus adnuentes, tibi iuisque sociis cum ad prædicandam Christi fidem paganis exhibitis: apost. autoritate concedimus, vt vobis his cibis cum modestia & gratiarum actione, seruata temporum qualitate iuxta canonicas sanctiones, vt liceat, qui vobis ab ipsis inñidelibus adponuntur.

Insuper indulgemus, vt quicumque religiosi, seu clerici idonei ad annuciandam gentibus euangelicam veritatem, requisita & habita prælatorum suorum licentia tibi voluerint adherere,

re, id absque contradictione qualibet liberam exequendi habeant auctoritate apostolice facultatem.

Idem.

*Pro redimendis captiuis licet ire Alexandriam, iurantibus, quod nihil deferent auxilii, seu subsidii extra redemptionis articulum. portans vel mittens etiam post treugas merces prohibitas, excommunicatus est. Et pacis adpellatione non veniunt treuga. Capitulum.xi.*

**S**ignificavit nobis tua fra. quomodo aliqui civium tuorum in Alexandriam valeant proficisci pro recuperandis concivibus suis, qui illic in captivitate tenentur. hoc arbitramur licite posse fieri, dummodo nihil in mercibus suis, vel alio modo secum illuc deferat, vnde posset Sarracenis (excepto redemptionis articulo) aliquod comodum aut subsidium provenire: quod etiam coram te prius iuramento firmabunt. Illi quoque, qui post treugam in transmarinis partibus factam, cum commercio Alexandriam adiuverint, si detulerint merces prohibitas causa lucrandi, excommunicationis vinculum non evadunt: sicut nec illi, qui in personis propriis non euntes, merces eis per nuncios destinant. Ad ultimum illos, qui iuraverunt se amplius in terram Sarracenorum cum mercibus non ituros, nisi pax esset inter Christianos & ipsos, & post treugam factam venerint illuc: conditio illa de pace, aut treuga habenda ab excommunicationis vinculo non absoluit. Idem.

*Excommunicati sunt, qui cum Sarracenis tempore guerra aliquod habent commercium, vel eis prestant subsidium. Capitulum.xii.*

**Q**uod olim præceptum fuit: & infra. Sane licet hoc fuerit in concilio Lateran. districte inhibendum, nos tamen omnes illos excommunicationi subponimus, qui iam amplius cum Sarracenis mercionium habuerunt, vel per se, vel per alios navibus, seu quocunque alio ingenio eis aliqua rerum subsidia, seu cõsilia, quando in inter nos & illos guerra duraverit, duxerint impendenda. Vestra igitur discretioni mandamus, quatenus nec per vos nec per vestras naves, nec alio quocunque modo aut ingenio eis mercionia, cõsilia, vel alia subsidia transmittatis: ne si aliqui in sua malitia indurati, secus agere præsumperint, non solum ipso iure incidant in excommunicationem illam, verum etiam iram dei viventis incurrant.

Innocentius tertius archiepiscopo Sæponen.

& episcopo Parisiensi.

*Judai nutrices, vel servientes Christianos habere non debent, cõtra facientibus interdicitur Christianorũ commercium. Cap.xiii.*

Et si lu-

**E**t si Iudæos (quos propria culpa submisit perpetua servituti) pietas Christiana receperet, & sustineat cohabitationem illorum: ingrati tamen nobis esse nõ debent, vt reddat Christianis pro gratia contumeliã, & de familiaritate contemptum, qui tanquam misericorditer in nostram familiaritatem admisi, nobis illam retributionem impendunt, quam (iuxta vulgare proverbum) mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu, suis consueverunt hospitibus exhibere. Accepimus autem, quod Iudæi faciunt Christianas filiorum suorum nutrices, & (quod non tantum dicere, sed etiam nefandum est cogitare) cum in die resurrectionis dominicæ illas recipere corpus & sanguinem Iesu Christi contingit, per triduum antequam eos lactent, lac effundere faciunt in larrinam. Alia insuper contra fidem catholicam detestabilia & inaudita committunt, propter que fidelibus est verendum, ne diuinam indignationem incurrant: cum eos perpetrare patiuntur indigne, quæ fidei nostræ confusionem inducunt: & infra. Inhibemus ergo districte ne de cætero nutrices, vel servientes habeant Christianos, ne filii liberare filius famulentur ancillæ, sed tanquam serui à domino reprobat, in cuius mortem nequiter coniurarunt, se saltem per effectum operis recognoscant seruos illorum, quos Christi mors liberos, & illos seruos effecit: & infra. Si vero nutrices & servientes non dimiserint Christianos, sub excommunicationis pœna inhibeatis districte omnibus Christianis, ne cum eis commercium aliquod audeant exercere.

Idem.

*Iudæus, qui perusserit clericum, temporaliter punitur: & si de facto puniri non potest, interdicitur sibi Christianorum commercium, donec satisfecerit iniuriam passo. Capitulum.xiii.*

**P**ostulasti qualiter cõtra Iudæum procedere debeas, qui manus iniecit in quendam clericum violentas. Ad quod breuiter respondemus, quod si dictus Iudæus tuæ iurisdictionis existerit, ipsum pœna pecuniaria punias, vel alia (secundum quod convenit) temporali, faciens læso satisfactionem congruam exhiberi, \* alioquin eius dominum moneas & inducas, vt passo iniuriam, & ecclesiæ ab eo satisfieri faciat competenter: quod si dominus eius neglexerit adimplere, tu Christianis omnibus per cen. eccle. interdicas, ne cum ipso Iudæo antequam satisfaciatur, præsumant commercia exercere.

Idem in concilio generali.

*Iudæi & Sarraceni vtriusque sexus debent in terris Christianorum vni habitu, per quem à Christianis discernantur, & in die passionis*

\* Vide. l. interdum. §. qui si. ne. & qd ibi not. p. doc. ff. de



*passionis domini, non debent in publicum progredi, nec in contumeliam creatoris profilire.*

*Capitulum.xv.*

**I**N nonnullis prouincijs à Christianis Iudæos, seu Sarracenos habitus distinguit diuersitas: sed in quibusdam, sic quædam inoleuit confusio, vt nulla differentia discernantur. Vnde contingit interdum, quod per errorem Christiani Iudæorum, seu Sarracenorum, & Iudæi seu Sarraceni Christianorum mulieribus commiscantur. Ne igitur tam damnatæ commixtionis excessus per velamen huiusmodi vterioris excusationis possint habere diffugium, statuimus, vt tales vtriusque sexus in omni Christianorum prouincia, & omni tempore qualitate habitus publice ab alijs populis distinguantur. In diebus autem lamentationis dominicæ passionis in publicū minimè prodeat, eo quod nonnulli ex ipsis talibus diebus (sicut accepimus) & ornatus non crubescunt incedere, ac Christianis, qui sacrificia passionis memoriam exhibentes, lamentationis signa præterdunt, illudere non formidant. Illud autem districtissime inhibemus, ne in contumeliam creatoris profilire præsumant, Et quoniam illius dissimulare non debemus obprobrium, qui probra nostra deleuit: præcipimus præsumptores huiusmodi per principes seculares condignę animaduersionis adiectione compesci, ne Crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare præsumant.

Idem in eodem.

*Præponens Iudæum, vel paganum publicis officijs, per concilium prouinciale corripitur, & propositio denegatur Christianorū commercium, donec deposuerit officium, & in vsus Christianorum pauperum restituet inde quæstia, secundum episcopi prouidentiam.*

*Capitulum.xvi.*

**C**Um sit nimis absurdum, vt blasphemus Christi in Christianos, vim potestatis exerceat: quod super hoc Toletanum concilium prouide statuit, nos propter transgressorū audaciam in hoc generali concilio inuouamus, prohibentes, ne Iudæi publicis officijs præferantur: quoniam sub tali prætextu Christianis plurimum sunt infesti. Si quis autem eis officij tale cõmiserit: per prouinciale concilium, quod singulis annis præcipimus celebrari: monitione præmissa, distractione qua cõuenit, compescatur. Officiali vero huiusmodi, tamdiu Christianorum communio in commercijs & alijs denegetur, donec in vsus pauperum Christianorum, secundum prouidentia dices. episcopi conuertatur, qui quid fuerit à Christianis adeptus occasione officij sic suscepti: & officium cum pudore dimittat,

mittat, quod irreuerenter adsumpsit. Hoc idem extendim⁹ ad paganos.

Idem in eodem.

*Concilium generale repetit concilium Lateranense, supra eod. ita, & addit penam satisfactionis tempore absolutionis impendendam.*

*Capitulum.xvii.*

**A**D liberandam terram sanctam: & infra. Excommunicamus præterea & anathematizamus illos falsos & impios Christianos, qui contra ipsum Christum & populum Christianum Sarracenis arma, ferrum, & ligamina deferunt galearū: eos etiam, qui galeas eis vendunt vel naues, qui que in piraticis Sarracenorum nauibus curam gubernationis exercent, vel machinis, aut quibuslibet alijs aliquid eis impendunt consiliū vel auxilium in dispendium terræ sanctæ, ipsosque rerum suarum priuatione multari, & capientū seruos fore censemus: \* *Qui nō habet in arte, luat corpore.* & tunc de suo in subsidium terræ sanctæ transmiserint, vt æquo iudicio, in quo deliquerint, puniantur. Quod si forte soluendo non fuerint, sic aff. de in lijs reatus talium castigetur, quod in pœna ipsoꝝ alijs interius voca dicatur audacia similia præsumendi.

Gregorius.ix. Astorice.ñ. & Luce.ñ. episcopis.

*Iudæi vel pagani publicis officijs præficiendi non sunt: & si eis regalia iura vendantur, ad ea colligenda præficiendus est Christianus non suspectus.*

*Capitulum.xviii.*

**E**X speciali quem erga illustrem regem Portugallie gerim⁹ charitatis affectu: & infra. Mādamus, quatenus regem ipsum sollicitè inducat, ne in officijs publicis Iudæos Christianis præficiat, sicut in generali concilio cõtinetur: & si forte redditus suos Iudæis viderit vel paganis, Christianum tunc depuret de grauaminibus inferendis clericis & ecclesijs non suspectum, per quem Iudæi siue Sarraceni, sine Christianorū iniuria iura regalia consequantur.

Idem.

*Se summat. R.*

*Capitulum.xix.*

**N**ulli Iudæo baptizatum, vel baptizari volentem emere liceat, vel in suo seruitio retinere. Quod si quem nondum ad fidem conuersum causa mercimonij emerit, & postmodum factus sit, vel heri desideret Christianus: datus pro eo. xij. solidis ab illius seruitio procius subtrahatur. Si autem iura

tres

*Vn. notata ad h. 3. c. de fabrica. n. 6. b. u. =*

tres menses ipsum venalem non exposuerit, vel ad sibi scriuendum emerit eundem: nec ipse vendere, nec alius audeat comparare: sed nullo dato precio perducatur ad præmialiberratis.

De hæreticis. Titulus. vij.

Stephanus papa omnibus episcopis.

*Infidelis est, qui non habet certitudinem fidei, & infideli non est credendum in præiudicium alterius. Capitulum.i.*



**D**ubius in fide, infidelis est. Nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant.

Leo papa.

*Errare in fide conuincitur, qui alios errantes, cum potest ab errore non reuocat. Capitulum.ii.*

**Q**ui alios, cum potest, ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat.

Augustinus de fide catholica.

*Hæreticus perseverans, æternaliter damnatur: cui nec prodest baptismus, nec elemosyna, vel martyrium, vel aliud quodcumque bonum quò ad hoc, vt consequatur vitam æternam. Cap.iii.*

**F**irmisime tene, & nullatenus dubites, omnè hæreticū vel schismaticum cum diabolo & angelis eius, æterni ignis incendio participādum, nisi ante finem vitæ catholice fuerit incorporatus & redintegratus ecclesiæ. & post pauca: Omni homini, qui ecclesiæ catholica non tenet vnitatem, neque baptimus, neque elemosyna quamtumlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem.

Gregorius nonus Anastasio Antioche.

*Damnato auctore, damnantur eius scripture, & libri, & opera. Capitulum.iiii.*

**F**raternitatis tue: & infra. Cum Celestinus, atque Pelagius in Ephesina synodo sint damnati: quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores?

Ex concilio Africano.

*Episcopus instituens hæredem hæreticum consanguineum, vel extraneum, vel paganum, etiam post mortem excommunicatus nunciatur. hoc dicit secundum communem & veriore intellectionem. & vt faciat ad titu. potest intelligi, quòd ex hoc præsumatur hæreticus. Capitulum.v.*

**S**i quis episcopus hæredes instituerit extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut paganos perculerit, saltem post mortem ei anathema dicatur, atque

que eius nomen inter dei sacerdotes nullo modo recitetur.

Ex eodem.

*Loquitur de eadē materia cum precedenti, & extenditur quòd ibi dictū fuit de episcopis, ad presbyteros & alios clericos. Cap.vi.*

**I**N eos, qui catholici non sunt, etiam si consanguinei fuerint: episcopi, vel presbyteri nihil conferant. denique hoc quòd accipiscopi & presbyteris dictum est, debet de reliquis clericis exaudiri.

Alexand. iij. Remen. archiepiscopo.

*Christus fuit verus deus & verus homo. sentiens oppositum, hæreticus est, & excommunicatus. Capitulum.vii.*

**C**um Christus perfectus deus, & perfectus sic homo, mādamus, quatenus sub anathemate interdicās, ne quis de cetero audeat dicere Christum non esse aliquid secundum quòd homo: quia sicut Christus verus est deus, ita verus est homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

Ex concilio Lateranen.

*Hæretici, receptatores, & fautores eorum, excommunicati sunt: & decedentes in hoc peccato in cimiterio ecclesiæ sepeliri non debent, nec pro eis orari. Capitulum.viii.*

**S**icut ait beatus Leo: & infra. Quia in partibus Tholosanis, hæreticorum, quos alij Gazaros, alij Patarenos, & alij aliis nominibus vocant, inualuit damnanda perueritas: eos, & defensores & receptatores eorum anathemati decernimus subiacere, & sub anathemate prohibem⁹, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere vel fouere, aut negotiationem cum eis exercere præsumat. Si autem in hoc peccato decesserit, neque sub privilegiorum nostrorum quibuscunque indultorum obtentu, neque sub alia quacunque occasione oblatio pro eo fiat, aut inter Christianos accipiat sepulturam: \*

Lucius tertius.

*Hæreticus male sentiens, vel male docens, de sacramentis ecclesiæ excommunicatus est, & conuictus. nisi se correxerit, & errore abiurauerit: si clericus est, degradetur, & curia seculari tradatur: per quam etiam laicus punietur. Eadem etiam est pena suspectis de hæresi, si se non correxerint, & relapsis omnino audientia denegatur. seculares principes, qui iurare nolunt de ecclesia contra hæreticos defendenda, excommunicantur, & terra eorum subponuntur interdico: ciuitates vero ipsorum resistentes, allarum commertio, & episcopali dignitate priuantur, exempti vero subsunt ordinibus super his, qua contra hæreticos instituuntur. Cap. ix.*

Ad abo-

\*Vide nota. l. j. C. de sum. tri. & i. ab. then. Cre. dentes. & in. l. Axiā ni. C. eo.

**A**d abolendam: & infra. Vniuersos, qui de sacramento corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, vel de baptisate, seu de peccatorum confessione, matrimonio, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere nõ metuunt, quàm sacrosancta Ro. eccle. prædicat & obseruat: & generaliter quoscunque eadem Ro. eccle. vel singuli episcopi per dioc. suas cū consilio clericorū, vel clerici ipsi, sede vacante com consilio (si oportuerit) vicinorum episcoporum hæreticos iudicauerint: vinculo perpetui anathematis in nodamus: & infra. Præsenti nihilominus ordinatione sancimus, vt quicūque manifeste fuerit in hæresi deprehensus, si clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuscatus, totius ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur, & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiastico, secularis relinquatur arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendus: nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium episcopi regionis publicè confiteri abiurare, & satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem nisi (prout dictum est) abiurata hæresi, & satisfactione exhibita confestim ad fidem confugerit orthodoxam, secularis iudicis arbitrio relinquatur: debitam recepturam pro qualitate facinoris vltionem: & infra. Qui vero inuenti fuerint sola suspitione notabiles: nisi ad arbitrium episcopi iuxta considerationem suspitionis, qualitatemque personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, simili sententiæ subiacebunt. Illos quoque, qui post abiurationem præfati erroris, vel postquam se (vt diximus) proprii antistitis examinatione purgauerint, deprehensi fuerint in abiuratam heresim recidisse, seculari iudicio sine vlla penitus audientia decernimus relinquendos: & infra. Statuimus insuper, vt comites, barones, rectores, & consules ciuitatum & aliorum locorū, iuxta commonitionem episcoporum præstito corporaliter iuramento promittant, quod fideliter & efficaciter cum ab eis fuerint requisiti, ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices, adiuuabunt bona fide iuxta officinam & posse suum. Si vero id obseruare noluerint, honore, quem obtinent, spolientur, & ad alios nullatenus adsumantur, eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipsorum interdicto ecclesiæ supponendis. Ciuitas autem, quæ his institutis duxerit resistendum, vel contra commonitionem episcopi punire neglexerit resistentes: aliarum careat commercio ciuitatum, & episcopalis noverit dignitate priuandam: & infra. Si qui vero fuerint, qui à lege diocæsanæ iurisdictionis exempti soli subiaceant sedis apostolicæ

apostolicæ potestati, nihilominus in his, quæ sunt contra hæreticos instituta, episcoporum subeant iudiciū, & eis in hac parte tanquam à sedis aposto. delegatis (non obstantibus libertatibus suæ priuilegiis) obsequantur.

Innocentius tertius.

*Bona hæreticorum confiscantur. & in terris ecclesiæ, ad piscationem ecclesiæ in terris imperii, iudicis secularis fisco. & procedit etiam si catholicos habent filios. Capitulum. x.*

**V**ergentis in senium seculi corruptelam: & infra. In terris vero temporalibus nostræ iurisdictioni subiectis bona hæreticorum statuimus publicari: & in aliis id præcipimus fieri per potestates & principes seculares, quos ad id exequendum (si forte negligentes extiterint) per cen. eccle. adpell. re. com. pelli volumus & mandamus, vt nec ad eos bona eorum vltius reuertantur, nisi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum consortium, misereri aliquis voluerit, vt temporalis saltem pœna corripiat, quem spiritualis non corrigat disciplina. Cum enim secundum legitimas sanctiones reis læsæ maiestatis punitis capite, bona confiscentur eorum, filiis suis vita solummodo ex misericordia conseruata, quanto magis, qui aberrantes in fide, domini dei filium Iesum offendunt, à capite nostro, quod est Christus, ecclesiastica debent distictione præcidi, & bonis temporalibus spoliari: cum longe sit grauius æternam, quàm temporalem lædere maiestatem.

*ad legant apud Rom. ad h. 40. n. 91. vult. l.*

**N**ec huiusmodi seueritatis cenfuram orthodoxorum exhereditatio filiorum, quasi cuiusdam miserationis pretextu debent vltatenus impedire, cum in multis casibus (etiam secundum diuinum iudicium) filij pro patribus temporaliter puniantur, & iuxta canonicas sanctiones quandoque feratur vltio non solum in autores scelerum, sed etiam in progenie damnatorū.

Idem.

*Aduocati vel notarii hæreticis vel eorum defensoribus fauentes, aut sub eis litigantibus patrocinantes, & pro eis instrumenta scribentes infames sunt, & ab illo officio suspensi. Capitulum. xi.*

**S**i aduersus nos terra confurgeret: & infra. Quia plus timeri solet, quod specialiter iniungitur, quàm quod generaliter imperatur: vobis aduocatis & scriuariis firmiter inhibemus, ne hæreticis, credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorundem in aliquo præstetis auxilium, consilium vel fauorem: nec eis in causis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus sub eorum examine vestrum patrocinium præbeat, & pro ipsis publica

blica instrumenta vel scripta facere nullatenus adtenteis.  
 Quod si contra præsumpseritis, ab officio vestro suspensio  
 perpetua vos decernimus infamiae subiaccere.

Idem vniuersis Christi fidelibus, tam in vrbe Meten.  
 quam in eius dioecesi constitutis.

*Laici non prædicent, nec occulta conuenticula faciant, nec sa-  
 cerdotes reprehendant.* *Capitulum. xxi.*

**C**um ex iniuncto: & infra. Licet autem desiderium intel-  
 ligendi diuinas scripturas, & secundum eas studium ad-  
 hortandi reprehendendum non sit, sed potius commendandū:  
 in eo tamen adparent quidam laici merito arguendi, & occul-  
 ta conuenticula celebrant, officium prædicationis Christi sibi  
 vsurpant; sacerdotum simplicitatem elidunt, & eorum confor-  
 tium aspernantur, qui talibus non inhaerent. Deus enim lux  
 vera, quæ omnem hominem venientē in hunc mundum illumi-  
 nat, in tantum odit opera tenebrarum, vt apostolos suos in mū-  
 dum vniuersum prædicatura euangelium omni creatura mis-  
 surus, eis præcepit aperte dicens: Quod dico vobis in tene-  
 bris, dicite in lucem: & quod in aure auditis, super tecta prædi-  
 cate: & infra. Sicut enim multa sunt membra corporis, om-  
 nia vero non eundem actum habent: ita multi sunt ordines in  
 ecclesia, sed nō omnes idem habent officium: quia secundū apo-  
 stolum, alios dominus dedit apostolos, alios prophetas, alios au-  
 tem doctores &c. Cum igitur doctorum ordo sit quasi præci-  
 pius in ecclesia, non debet sibi quisquis indifferenter prædi-  
 cationis officium vsurpare. Nam secundum apostolum, Quo-  
 modo prædicabunt nisi mittantur? Et veritas ipsa præcepit a-  
 postolis: Rogate dominum mectis, vt mittat operarios in mes-  
 sem suam. Quod si forte quis argute respondeat, quia tales in-  
 uisibiliter mittantur à deo, etsi non inuisibiliter mittantur ab  
 homine, cum inuisibilis missio multo sit dignior, q̄ visibilis: &  
 diuina lōge sit melior, quàm humana: potest rationabiliter re-  
 sponderi, & cum interior illa missio sit occulta, nō sufficit cui-  
 quam nude tantum adserere, quod ipse sit missus à deo, cū hoc  
 quilibet hæreticus adseueret: sed oportet, quod astruat illā in-  
 uisibilem missionem per operationem miraculi, vel scripturæ  
 testimonium speciale. Vnde cū dominus vellet mittere Moy-  
 sem in Aegyptum ad filios Israel, vt crederent ei, quod mitte-  
 retur ab ipso, dedit ei signū vt cōuerteret virgā in colubrū, &  
 virgam iterū reformaret. Ioannes quoq; Baptista speciale suæ  
 missionis testimonium protulit de scriptura dicens: Ego vox cla-

Joan. 1.

Mar. vii.

Mat. 10.

1. Cor. 12.

Ephes. 3.

Rom. 10.

Matth. 9.

Luca. 10.

Exod. 7.

Joan. 1.

Esa. 40.

mantis in deserto: dirigere viam domino, sicut ait Esaias pro-  
 pheta:

pheta: & infra; Licet autem scientia sit valde necessaria sa-  
 cerdotibus ad doctrinam, quia iuxta verbum propheticum: La-  
 bia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore  
 eius, non est tamen simplicibus sacerdotibus etiam scholasti-  
 cis detrahendum, cum in eis sacerdotale officium debeat hono-  
 rari: propter quod dominus in lege præcepit: Diis non de-  
 trahes, sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordi-  
 nis, & officij dignitatem deorū nomine nuncupantur: & infra.

Nec quisquam suæ præsumptionis audaciam illo defendat  
 exemplo, quod asina legitur reprehēdissē prophetā: vel quod  
 dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? Cum aliud  
 sit fratrem in se peccantem occulte corrigere, (quod quisque  
 tenetur efficere secundum regulam euangelicā, in quo casu  
 sane potest intelligi, quod Balaam fuit correptus ab asina) &  
 aliud est fratrem suum delinquentem reprehēdere manifeste:  
 quod vtique nulli licet, secundum euangelicā veritatem. nā  
 qui etiam dicit fratri, fatue, reus erit gehennæ ignis. Rursus a-  
 liud est, quod prælatus sponte de sua confusio innocentia, sub-  
 ditorum se adulationi subponit, (in quo casu præmissum do-  
 mini verbum debet intelligi) & aliud est, quod subditus non  
 tam animo reprehendendi, quàm retrahendi exurgit teme-  
 rarius in prælatum, cum ei potius incumbat necessitas obse-  
 quendi. Quod si forte necessitas postularet, vt sacerdos tan-  
 quam inutilis & indignus à cura gregis debeat remoueri, agē-  
 dum est ordinate apud episcopum, ad cuius officium, tam insti-  
 tutio, quàm destitutio sacerdotum noscitur pertinere.

Idem in concilio generali.

*Excommunicati sunt omnes heretici quibuscūque nominibus  
 nominentur. h. d. vsque ad. S. Damnati.* *Capitulum. xiii.*

**E**xcommunicamus itaque & anathematizamus omnem hæ-  
 resim extollentem se aduersus hanc sanctam orthodoxam  
 & catholicam fidem, quam superius exposuimus, condemnans  
 hæreticos vniuersos quibuscūq; nominibus censeantur, &  
 facies quidem diuersas habentes, sed caudas adinuicem colli-  
 gatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum.

*Damnati de hæresi, per secularem iudicem puniuntur, & bo-  
 na laicorum hæreticorum confiscantur, & clericorum bona adpli-  
 cantur ecclesis, vbi beneficiati erant. hoc dicit. vsque ad. S. Qui  
 autem. Abbas Siculus.*

Damnati vero præsentibus secularibus potestatibus, aut  
 eorum balliuis relinquuntur animaduersione debita puniendi,  
 clericis prius à suis ordinibus degradatis, ita quod bona huius

Matth. 3.  
 Mala. 2.

Exo. 22.  
 Ioan. 10.

Num. 22.  
 Ioan. 8.

Matth. 9.

\* Quæ sūt  
 eorum pe-  
 na, vide b  
 l. j. C. de  
 sum. trini.

& in au-  
 then. cre-  
 dentes. &

in. l. Ar-  
 riant. C. C.  
 de hære.

modi damnatorum, si laici fuerint, confiscentur: si vero clerici, adpicientur ecclesiis à quibus stipendia receperunt.

*Si suspectus de hæresi se non purgat, ad arbitrium superioris excommunicatur: & existens per annum in excommunicatione, ut hereticus damnatur. h. d. vsque ad. §. Moneantur. Abb. Siculus.*

Qui autem inuēti fuerint: sola suspitione notabiles: nisi iuxta considerationem suspitionis, qualitatemque persone, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriatur, & vsque ad satisfactionem conditionem ab omnibus euitentur, ita quod si per annū in excommunicatione perstiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur.

*Potestates seculares perpetua vel temporales iurare tenentur vniuersos hæreticos ab ecclesia damnatos pro viribus exterminare: & temporales dominus non purgans terram suam hæreticis, excommunicatur: & si perstiterit in excommunicatione per annum, nunciatur papæ, qui fideles eius à iuramento absoluet, & eius terram fidelibus exponet, saluo iure principalis domini, nisi & ipse sit in culpa. hoc dicit vsque ad. §. catholici. Abbas Siculus.*

Moneantur autem & inducantur, & si necesse fuerit, per ceteram ecclesiam compellantur seculi potestates quibuscunque fungantur officii, ut sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publicè iuramentum, quod de terris suæ iurisdictioni subiectis vniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod amodo quandocunque quis fuerit in potestatem suæ perpetuam siue temporalem adsumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. Si verò dominus temporalis requisitus & monitus ab ecclesia, suam terram purgare neglexerit ab hæretica hereditate, per metropolitanū & cæteros cōprouinciales episcopos excommunicationis vinculo innodetur: etsi satisfacere contempserit, intra annum significetur hoc summo pontifici, ut ex tunc ipse vasallos ab eius fidelitate denunciet absolutos, & terram exponat catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conferuet, saluo iure domini principalis, dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat. eadem nihilominus lege seruata circa eos, qui non habent dominos principales.

*Cruce signari ad exterminationem hæreticorum, gaudent priuilegio concesso cruce signatis in subsidium terræ sanctæ. hoc dicit vsque ad. §. Credentes. Abbas.*

Catho-

Catholici verò, qui crucis adsumpto caractere ad hereticorum exterminium se adinixerint, illa gaudeant indulgentia: illoque sancto priuilegio sint muniti, quæ accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceduntur.

*Ibi ponitur pena credentium, receptatorum, & defendentium hæreticos: primo laicorum: secundo clericorum: vsque ad. §. Quia. Ab.*

Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere, firmiter statuentes, ut postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit intra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis successiōem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem: ne causa aliqua ad eius audientiam perferatur. Si fuerit aduocatus, nullatenus eius patrocinium admittatur. si tabellio, instrumenta confecta per ipsum, nullius sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur. & in similibus idem præcipimus obseruari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur: ut in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta. Si qui autem tales postquam ab ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint: excommunicationis sententia vsque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec eos Christiana præsumat tradere sepultura, nec elemosynas aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis apostolicæ specialiter: similiter quilibet regulares, quibus etiã hoc infligatur, ut eorū priuilegia in illa diocesi non feruentur, in qua tales excessus præsumpserit perpetrare.

*Nullus debet sibi officium prædicandi adsumere, nisi super hoc sibi à iure vel à sede apostolica. vel à diocesano episcopo licentia concedatur: aliàs excommunicatur: & nisi resipuerit, alia pena impeditur. hoc dicit vsque ad. §. adicimus. Abbas.*

Quia verò nonnulli sub specie pietatis, virtutem eius (iuxta quod apostolus ait) abnegantes, auctoritatem sibi vindicant prædicandi, cum idem apostolus dicat: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? omnes, qui prohibiti, vel non missi, præter auctoritatem ab apostolo. sc. vel catholico episcopo loci susceptã, publicè vel priuatim prædicationis officium vsurpare præsumpserint,

x iij

sumpserint,

2. Tim. 3.  
Rom. 10.

## Decretalium Gregorij Lib.v. Tit.vij.

sumpserint, excommunicationis vinculo innodentur: & nisi citius resipuerint, alia competenti pœna plectantur.

*Archiepiscopi & episcopi inferiorū suorū prouincias & dioceses suspectas habentes de heresi, saltem semel in anno per se vel per alios idoneos videntur: qui etiam debent, si hoc expedire videbitur, exigere iuramentum ab illis de vicinia ad reuelandos hereticos, & occulta conuenticula celebrantes: quos reuelatos, relapsos canonicè punient: & renitentes iurare, ut heretici condemnentur. hoc dicit, vsque ad §. Volumus. Abbas.*

Adiciamus insuper vt quilibet archiepiscopus vel episcopus per se aut per archidiaconum suum, aut alias honestas idoneas per personas bis aut saltem semel in anno propriam parœciã, in qua fama fuerit hereticos habitare, circumeat: & ibi tres aut plures boni pœnitentij viros, vel etiam (si expedire videbitur) totam viciniam iurare compellat, quod si quos ibidem hereticos scierit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus disidentes, eos episcopos studeat indicare. Ipse autem episcopus ad pœnitentiam suam conuocet adfatos, qui nisi se ab obiecto reatu purgauerint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonicè puniantur. Si qui verò ex eis iuramenti religionem obstinatione damnabili respicientes, iurare forte noluerint, ex hoc ipso tanquam heretici reputentur.

*Episcopus negligens in heresi persequenda, à dignitate episcopali est remouendus, & alius idoneus est subrogandus. hoc dicit vsque ad finem. Abbas Siculus.*

Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ districte præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda episcopi per dioceses suas diligenter inuigilent, si canonicam velint effugere vltionem. Si quis enim episcopus super expurgando de sua diocesi hereticæ prauitatis fermento negligens fuerit vel remissus, cum id certis iudiciis adparuerit, & ab episcopali officio deponatur, & in locū ipsius alter substituatut idoneus, qui velit & possit hereticam confundere prauitatem.

Gregorius. ix. archiepiscopo Mediolan.

*Laici cuiuscunq; p̄fessionis sint, prædicare nõ debēt. Cap. xiiii.*

**S**icut in vno corpore: & infra. Cum igitur nonnulli laici prædicare præsumant, & verendum nimis existat ne vitia sub specie virtutū subintrent, nos attendentes, & doctorū ordo est in

## De schismaticis, & ordinatis ab eis. 348

est in ecclesia dei quasi præcipuus, mandamus, quatenus, cum alios dominus apostolos dederit, alios prophetas, alios verò doctores, interdicas laicis vniuersis, cuiuscunq; ordinis censcantur, vlturpare officium prædicandi.

Idem.

*Hoc cap. vsq; ad §. Si qui autem, habetur in c. excommunicamus. supra eo. tit. in princ. vnde summa & declarata prout ibi fuit dictum.*

*Capitulum. xv.*

**E**xcommunicamus & anathematizamus vniuersos hereticos, Catharos, Patharenos, pauperes de Lugduno, Passaginos, Tossepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscūque nominibus censcantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conuecti in idipsum. Damnati verò per ecclesiam, seculari iudicio relinquuntur, animaduersione debita puniendi: clericis prius à suis ordinibus degradatis.

*Si in heresi deprehensi, nolunt redire ad fidem, detrudendi sunt in perpetuo carcere ad pœnitentiam peragendam: & credentes erroribus hereticorum, heretici sunt. hoc dicit.*

Si qui autem de prædictis postquam fuerint deprehensi, redire noluerint ad agendam condignam pœnitentiam: in perpetuo carcere detrudantur: Credentes autem eorum erroribus, hereticos similiter iudicamus.

Idem.

*Liberantur ab omni obligatione, qui hereticis tenebantur adstricti.*

*Capitulum. xvi.*

**A**bsolutos se nouerint à debito fidelitatis dominoi, & totius obsequij, quicumque lapsus manifestè in hæresim aliquo pacto quacunque firmitate vallato tenebantur adstricti.

## De schismaticis, & ordinatis ab eis.

### Titulus. viij.

Ex concilio Lateranensi.

*Irrita sunt ordinationes, beneficiorum collationes, & ecclesiasticarum rerum alienationes per schismaticos factæ, & à dignitate & ordine suspenduntur, qui schisma tenere iurant. Cap. i.*



**Q**uod à predecessore nostro: & infra. Ordinationes ab Octauiano & Guidone heresiarchis factas, & ab ordinatis ab eis, irritas esse cœsemus: adiciētes, vt qui dignitates ecclesiasticas seu beneficia prædictos schismaticos acceperit, careat impetratis.

**X iij** Alienationes

## Decretaliū Gregorij Lib.v. Tit.ix.

Alienationes quoq; quæ per eosdem schismaticos, seu per laicos factæ sunt de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad ecclesias sine omni onere reuertantur. Si quis autem contraire præsumpserit, excommunicationi se nouerit subiacere. Illos verò qui sponte iuramentum de tenèdo schismate præstiterunt: à sacris ordinibus & dignitatibus decernimus manere suspensos.

Innocentius. iij. Bisune. archiepiscopo.

*Ordinatus a schismatico, ab officio est repellendus, nisi probet secum dispensatam per habentem potestatem.* Cap. ii.

**F**raternitati tuæ: & infra. Priorem què à schismatico adferis ordinatum, ab officio poteris repellere incunctanter, nisi legitimè probauerit secum fuisse misericorditer dispensatum, & ab ea persona, quæ super hoc potestatem habuerit dispensandi.

## De apostatis, & reiterantibus baptisma.

### Titulus. ix.

Alexander tertius.

*Clericus, qui dimisso habitu & tonsura immiscet se enormitatibus: perdit priuilegium canonis, si quis suadente. vnde eum deprehendentes non incidunt in canonem, scilicet excommunicationè.*

*Capitulum. i.*



**P**raterea clerici, qui relicto ordine clericali & habitu suo, in apostasia tanquam laici conuertantur: si in criminibus comprehensi teneantur, per censuram ecclesie non precipimus liberari.

Idem abbati sanctæ Genouexæ.

*Si crimen acolythi, qui rebaptizanti præbuit ministeriū, est occultum, promoueri potest: si publicum, non: nisi cum eo religionem intrante dispensetur.* Capitulum. ii.

**E**x literarum tuarum tenore perpendimus, quòd quidam ægritudine lōga confectus, in sano sortilegarum mulierum credens consilio, vt sanaretur, per iterationem fecit iniuriam baptismatis sacramēto: & infra. Quia ergo tua nos duxit prudentia consulendos, qualiter puniri debeat acolythus, què minor ætas & intentio fraternæ salutis excusare videtur; Discere tuæ præsentibus literis respond. quòd ad superiores ordines promoueri (si publicum est, quod proponitur) non valebit, nisi ad religionem transire voluerit, vt fauore religionis ipsius, circa eum valeat dispensari. Si verò occultum est, promoueri poterit,

## De apostatis, & reiterantibus baptisma. 349

terit, & excessum suum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

Innocentius tertius.

*Infamatus de apostasia, compellitur se purgare.* Cap. iij.

**T**uæ fraternitati: & infra. Super secundo articulo inquisitioni tuæ duximus respondendum, quòd clerici, qui sunt de apostasiæ crimine infamati, qui videlicet abiecerunt habitum clericalem, non sunt in seculari habitu tolerandi, sed per distributionem ecclesiasticam coercendi, donec deficiente probatione ad infamiam abolendam purgationem canonicamauerint exhibere.

Idem in concilio generali.

*Baptizati, alterius sectæ vel fidei ritus dimittere compelluntur.*

*Capitulum. iiii.*

**Q**uidam (sicut accepimus) qui ad sacri vndam baptismatis voluntariè accesserunt, veterem hominem omnino non exuunt, vt nouo perfectius induantur: cum prioris ritus reliquias retinentes, Christianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cum autem maledictus sit homo, qui terram duabus viis ingreditur, & indui veste non debeat lino lanaq; contexta: Statuimus vt per prælatos ecclesiarum talis obseruantia veteris ritus omnimodè compescatur: vt quos Christianæ religioni liberæ voluntatis arbitrium obtulit, salutariferæ coactionis necessitas in eius obseruatione conseruet: cum minus malum existat viam domini non agnoscere, 2. Pet. 2. quàm post agnitam retro ire.

Honorius. iij. archiepiscopo. Turonen.

*Apostata incarcerari & adligi possunt, vt habitum readsumant.* Capitulum. v.

**A** Nobis expetiit tua fra. edoceri quid de apostatis sit agendum cū\* in custodia detinentur, qui minis vel blāditiis nullatenus possunt induci, vt abiectum habitum readsumant. \* Aliis, qui.

Ad quod tibi breuiter respond. q̄ tales (si volueris) poteris sub graui custodia carcerare, ita q̄ solummodo vita sibi misera referretur, donec à suæ præsumptionis nequitia resipiscant.

Idem archiepiscopo Lugdunè.

*Monachus in apostasia ordinatus, non potest sine dispensatione papa in suscepto ordine ministrare.* Cap. vi.

**C**onsultationi tuæ breuiter respond. quòd monachus alique sacrum ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suo fuerit reconciliatus abbati, & receperit pœnitentiā, abque dispensatione Roma. pontifi. ministrare non poterit in ordine sic suscepto.

De his,

Decretaliū Gregorij Lib.v. Tit.x.  
De his, qui filios occiderunt. Tit.x.

Alexander. iij. Tornaceñ. episcopo.  
*Mulier occidens sponte filium, debet perpetuo in monasterio penitē-  
tere, si tamen timeatur de incontinentia, datur vel saltem non denegatur  
sibi licentia nubendi.* Cap. i.

**V**eniens ad pos M. mulier lachrymabili nobis confessione monstravit, quòd cum de quodam filium genuisset, & ille sibi sepe turgido vultu improperasset, quòd filius eius non esset, ipsa iracundia calore ducta eundem filium interfecit: & .j. Mandamus, quatenus cam labores inducere, vt ad aliquod monasterium transeat, in quo peccata sua, perpetua penitētia deploret. Si autem (repugnante carnis fragilitate) ad hoc induci noluerit, ei licentiam in domino nubendi tribuas: quia tutius nobis videtur, vt in domino nubat vni soli, quam inhonestē multos admittat.

Lucius. iij. Parisicū. episcopo.  
*Mulier occidens filium, propter hoc à viro separari non debet, sed alia penitētia sibi imponitur.* Cap. ii.

**I**ntelleximus, quòd M. mulier filiam paruam furore accensa diabolico iugulauit, propter quod dominus terrę maritum eius ipsam compulsi abiurare. Quia verò illam alios habere filios incitasti: mandamus, quatenus ita super hoc prouideas, & sui sceleris pœnam luat, & salutem eius ac filiorum per tuam prouidentiam consulatur: & non obstantē iuramento, quod à viro dictus dominus proponitur extorsisse, eam (sicut expedire videris) eidem viro restituas, ita quòd filios suos liberè possit & pacificè gubernare.

Idem.  
*Se summat, ponens penitētiā parentum, circa quos pueri ueneriunt oppressi.* Capitulum. iij.

**D**e infantibus autem, qui mortui reperiuntur cum patre & matre, & non adparet, vtrum à patre vel à matre oppressus sit ipse vel suffocatus, vel propria morte defunctus, nõ debent inde securi esse parentes, nec etiam sine pœna: sed tamen consideratio debet esse pietatis, vbi non voluntas, sed euentus mortis causa fuerit. Si autem eos non latet ipsos interfectores esse, scire debent se grauiter deliquisse. Quidam autem penitētiā trium annorum iudicant esse debere, quorum vnum peragant in pane & aqua.

De infantibus,

De infantibus, & c. De homi. volūt. & cas. 350

De infantibus, & languidis expositis.  
Titulus. xj.

Gregorius nonus.

*Infans expositus à patre vel alio eo consentiente vel ratum habente, hoc ipso à patria potestate liberatur. Idem in seruo & liberto, qui ab predictam causam liberantur à dominica potestate. Et idem iuris est in predictis languidis cuiuscumq; ætatis sic expositis, vel si eis alimenta denegauerint. hi tamen, qui predictis alimentis præstituerint, nullum ius in eis acquirunt.* Cap. i.

**S**i à patre siue alio sciēte ipso aut ratum habente (relegato pietatis officio) infans expositus extitit: hoc ipso à potestate fuit patria liberatus. Nam & hoc casu in ingenuitatem liberus, & seruus in libertatem eripitur. quod & de predictis cuiuscumq; ætatis languidis, si expositi fuerint, vel si alicui eorum alimenta impiè negari contigerit, est dicendum. Sanè qui hos suscipiunt, non possunt propter hoc in eorum personis ius aliquod vindicare.

De homicidio voluntario vel casuali.  
Titulus. xij.

In Exodo.

*Homicida incorrigibilis debet deponi, & tradi curia seculari, vt moriatur.* Capitulum. i.

**I** quis per industriã occiderit proximum suum, & per infidias: ab altari meo euelles eum vt moriatur. Exo. 21.  
Ex penitentiā Romano.

**P**onit penitētiā occidentis latronem, cum se poterat aliter liberare. si verò aliter liberare se non poterat, non tenetur agere penitētiā, nisi ad cautelam. Capitulum. ii.

**I**nterfecisti suprem aut latronem, vbi comprehendi poterat absq; occisione: quia ad imaginē dei creatus est. xl. dies non intres ecclesiam: & lanea veste indutus, ab elcis & potibus, qui interdicti sunt, & à toro, gladio & equitatu, illos supradictos dies abstineas. In tertia autem & quinta feria & sabbato, aliquo genere leguminum, vel oleibus, pomis, & paruis pisciculis, cum mediocri ceruisia veterē temperatē. Si autem sine odij meditatione, te tuaq; liberando huiusmodi diabolici membra interfecisti (secundū indulgentiam dico, propter imaginem dei) si aliquid



## Decretaliū Gregorij Lib.v. Tit.xij.

si aliquid ieiunare volueris, bonum est tibi: & elemosynam fac largiter. Si presbyter eadem fecerit, non deponatur: tamen quandiu viuit, pœnitentiam agat.

Augustinus super Exodum.

*Non occiditur fur diurnus sine culpa, sed nocturnus sic.*  
*Capitulum. iij.*

**S**I perfodiens inuentus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit, non est illi homicidium imputandum. Si autem oriatu sol super eum, reus erit. Intelligitur ergo non pertinere ad eum homicidium, si fur nocturnus occidatur: si autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinere. Hoc est enim quod ait: si oriatu super eum sol &c. quia poterat discernere, quod ad furandum, non ad occidendum venisset: & ideo non debet occidi. Hoc etiam in antiquis legibus secularibus (quibus ista est antiquior) inuenitur, impunè, scilicet occidi nocturnum furum quoquo modo: diurnum autem, si se telo defenderit: iam enim plus est quàm fur.

Hieronymus.

*Sub generali pollicitatione, seu promissione etiam iurata, non venit illicitum.*  
*Capitulum. iiii.*

**C**Vm iuramento pollicitus est Herodes salatrici dare quodcumque postulasset ab eo: si ob iusiurandum fecisse se dicat: si patris matrisve interitum postulasset, facturus esset, an non? quod ergo in suis repudiaturus fuit, contemnere debuit in Propheta.

Ex concilio Guarmaciën.

*Homicida est, qui facit vel dat sortilegia, vel venena sterilitati.*  
*Capitulum. v.*

**S**I aliquis causa explendæ libidinis, vel odij meditatione, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles, vt homicida tenetur.

Alexander. iij. episcopo Exoniën.

*In pœnitentia imponenda iudex debet attendere circumstantias, ex quibus augetur vel minuitur delictum, hoc dicit. vsque ad. §. Illi autem.*  
*Capitulum. vi.*

**S**Icut dignum: & infra. Sane cum vir discretus exiit: plenius nosti, quod in excessibus singulorum, non solum quantitas & qualitas delicti, sed ætas, scientia, sexus, atque conditio delinquentis sunt attendenda: & non solum secundum prædicta, sed secundum locum & tempus, quo delictum committitur, vnicuique pœnitentia debet indicari: cum idem excessus magis

## De homicidio voluntario vel casuali. 351

gis sic in vno, quàm in alio puniendus.

*Socias homicidam animo occidendi, licet non adponat manum, si tamen eius causa mors secuta est, tenetur ferè pari pœna cum homicida. h. d. vsque ad. §. Illi etiam. Abbas Sic.*

Illi autem, qui animo occidendi, aut capiendi illum sanctum & reuerendum virum quondam Cantuariën. archidiaconum manu iniectionem se fatentur venisse, si de illa captione mors eius secuta fuisset: pari pœnitentia vel ferè pari existerent puniendi.

*Qui sociat homicidam tantum animo prohibendi ne impediatur: tenetur paulo minori pœna. h. d. vsque ad. §. Qui vero.*

Illi etiam, qui non vt ferirèt, sed vt percussoribus opem ferrent, si fortè per aliorum violentiam impedirentur, paulo minori debent pœna multari: quia cum scriptum sit: Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberauit, eum occidit: constat ab homicidij reatu immunes nõ esse, qui occisoribus opem contra alios prestare venterunt: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori non desinit obuiare.

*Incitans alium ad homicidium, mitius punitur, quàm homicida: secus autem si incitauit ad certum homicidium: nam eo secuto, tenetur vt homicida. h. d. vsque ad. §. Hi quoque.*

Qui vero se adserunt animum regis inflammasse ad odium, vnde homicidium fuit secutum, durè & asperè, sed non ita seuerè sunt puniendi, nisi fortè regem ipsum, ad illud homicidium suis suggestionibus prouocassent.

*Custodientes sarcinas occidentium, scientes eos esse sicarios, non sunt immunes à pœna homicidii, hoc dicit. vsque ad. §. Eos insuper. Abbas.*

Hi quoque non sunt à culpa liberi, nec à pœna debent esse immunes, qui licet fuerint illius machinationis ignari, tamen eis, quos sicarios esse sciebant, in sarcinis custodiendis ministerium præbuerunt.

*Occupans bona occisi, non per hoc tenetur de homicidio: & non sufficit occupanti quod erogat illa pauperibus, cum poterit restituere eis, quorum constat fuisse, hoc dicit. vsque ad. §. Illis præterea. Abbas.*

Eos insuper, qui dicuntur illius sancti viri & suorum post mortem eius spolia occupasse, si nihil aliud in tanto facinore commiserunt, à pœna mortis eius arbitramur esse immunes: sed quæ occupant, eis, quorum fuerunt, tenentur in integrum restituere, si habet in facultatibus vnde possint ea reddere: & ipsis ex hoc moderatè

## Decretaliū Gregorij Lib.v. Tit.xij.

moderata est poenitentia iniungenda: quia licet quædam ex his, quæ occupauerunt, fateantur se pauperibus erogasse, non tamen aliena (cum ipsa potuissent eis, quorum fuerint restituerent) debuerunt pauperibus erogare.

*Participantes interfectoꝝ in excommunicatione, diuersimodè puniuntur, iuxta modum participationis. hoc dicit, vsque ad. S. Clericos. Abb.*

Illis præterea, qui sola excommunicatorum participatione se reos esse cognoscunt: considerata temporis mora, quo in eadem nequitia perdurarunt, & inquisito, si eis timore vel adfectione communicauerint scienter vel ignoranter, est eis poenitentia indicenda.

*In isto. S. vsque ad fi. ponitur poenitentia clericorum præstantium prædictæ morti auxilium, consilium, vel fauorem. hoc dicit, Abbas Sicu.*

Clericos autem, quos constat armatos interfuisse tanto facinori, & illos, qui consilium dederunt, vt sanctus vir caperetur, perpetuo non solum ab altaris ministerio deponendos esse censemus, sed etiam quod in ecclesiis nullo vnquam tempore lectiones legant, vel responsoria in choro separatim cantent: sed in psalmis apud deum de commisso fatagant veniam impetrare: insuper in districto claustro monachorum vel canonicorum regularium (si fieri potest) sunt recludendi, ita quod vsque ad septennium vel quinquennium debeant ab ecclesiarum introitu coerceri.

Idem.

*Homicidium casuale imputatur ei, qui dabit operam rei licite, si non adhibuit diligentiam, quam debuit. Capitulum.vii.*

**P**Resbyterum, qui quendam puerum intuitu discipline percussit in capite, cum post paucos dies expirasset, tam ab omni altaris ministerio debes perpetuo remouere, quam ab officio sacerdotali deponere, si ex ipsa percussione interit, vel aliam infirmitatem incurrerit, de qua noscitur expirasse.

Idem Cusentinen. archiepiscopo.

*Homicidium casuale imputatur ei, qui dabit operam rei illicitæ, vel etiam licitæ, secundum alium intellectum, si non adhibuit omnem diligentiam, quam debuit. Capitulum.viii.*

**C**ontinebatur in literis tuis, quod cum diaconus præsentium glator, & quidam alij clerici à vincis ecclesiæ opere consummato redirent, leuiandi laboris gratia, quendam ludum imitari viatorum, baculos suos studebant iacere in directum, & alterius fustem ferire. cuius ludi solet esse conditio, vt qui alterius

rius

## De homicidio voluntario vel casuali. 352

vlus baculum percuteret, quasi victor p. equo alio vteretur. sed præfati clerici equitandi licentia non vtentes, sola erant iactio- ne contenti. Quidam autem laicus, cum baculum eiusdem diaconi percussisset, incautus in eum equitaturus insiliit: & sic à face illius diaconi, qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo post dies octo expirauit. Ideoque mandamus, quatenus eundem diaconum sine licentia Romani pontificis ad superiorem gradum non ascendere, vel diaconatus officio nullo vnquam tempore ministrare permittas, sed eum dispensatiue ministrare in subdiaconatus officio patiaris.

Idem Exoneñ. episcopo.

*Homicidium casuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa.*

*Capitulum. ix.*

**L**ator præsentium P. clericus nobis proposuit, quod cum quadam die casu, cum quodam clerico luderet, contigit quod ille proiecit istum ad terram: cuius cultellus, quem ad latulsum habebat, in alterum incidit, & foruito casu occubito vulneratus. Ideoque mandamus, quatenus si ita res se habuit, & alia iusta causa non impedit, prædictum P. libere permittas ad sacros ordines promoueri.

Idem abbati sancti Benedicti de Vebia.

*Is, ex cuius opera illicita sequitur homicidium, irregularis efficitur. Capitulum. x.*

**S**uscipimus literas tuas, per quas cognouimus quod cum lator præsentium in custodia cuiusdam domus cum altero fratre maneret, ingredientes de nocte quidam latrones, ad eos turpiter ipsos in personis adstringere, & denudare vestimentis propriis præsumperunt: in quos isti resumptis viribus insurgentes, ligauerunt illos, & detinere vsque ad noticiam capituli voluerunt. Cum autem iste rem ad tuam audientiam perlaturus, ligatos eos in fratris sui custodia dimisisset, & fures se solucere niteretur, frater illos (ne ipse ab eis interimeretur) occidit. Verum quoniam expediebat potius post tunicam relinquere pallium, & rerum sustinere iacturam, quam pro conferendis vilibus rebus & transitoriis tam acriter in alios exardescere, abstinere iste humiliter ab altaris ministerio; & uterque peccatum suum ad arbitrium tuum studeat expiare. constat enim eos contra mansuetudinem ecclesiasticam ex vtriusque opere interemptos.

Idem Lucen. episcopo.

*Dans causam homicidio, irregularis est. Capitulum. xi.*

**D**ecetero noueris quod diaconus, qui homicidio causam dedit se videtur, non videtur ad sacerdotium promouendus.

Clemens



relictō: qui post dies aliquos expirauit: & infra. Quocirca mon-  
damus, quatenus si prēmīssa noueris ueritate subnixā, sapedi-  
cto diacono, non solum in diaconatus officio ministrare, sed et-  
iam ad ordinem presbyteratus ascendere (si aliud canonicum  
non obstitit) liberam concedas auctoritate apostolica facul-  
tatem: præsertim si super hoc nō fuerit resperus infamia: cum  
ei non debeat imputari, quod contra prohibitionem eius ex-  
pressam, eo causam uel occasionem non dante, ausu sacrilego  
fuit ab ipsis consanguineis adtentatum.

Idem abbati sanctę trinitatis de Meldemberg.

*Irregularis censetur, qui alium lethaliter percussit, licet ab aliis fuerit extinctus. idem si adparet an lethaliter, si etiam percussus ab aliis obiit, & non adparet ex cuius uulnere decesserit, idem est si percusserit non lethaliter, si animum occidendi habuit, & ex aliorum uulneribus percussus expirauit. hoc dicit notabiliter. Abbas.*

Capitulum. xviii.

**S**ignificasti nobis, quod cum quidam maleficus ingressus ec-  
clesiam, Eucharistiam cum altarium ornamentis & libris  
ecclesiasticis extra ecclesiam aspōrtasset: L. presbyter ecclesię  
canonicus regularis præfatum iniquitatis filium fossorio arcepto  
percussit: sed si ad mortem fuit ictus huiusmodi, tu & ipse peni-  
tus ignoratis: quem paręciani ecclesię uidentes ornamenta ec-  
clesię aspōrtantem, abreptis gladiis & fustibus in eodem loco  
protinus occiderunt: & infra. Nos in præmisso casu credimus  
distingueundum, utrum constare possit quod præfatus sacerdos  
non infixit percussione lethale, de qua si aliorū non fuissent  
uulnera subsecuta, percussus minime interisset, & si percussor  
uoluntatem non habuerit occidendi, neque ipsius studio, consi-  
lio uel mandato processerint alij contra illum. Et quidem si  
hoc ita se habet (quod forsā ex eo posset ostendi, si certa adpa-  
ruisset percussio ab eodem iniecta tam modica & tam leuis, in  
ea parte corporis, in qua quis de leui percusi non solet ad mor-  
tem, ut peritorum iudicio medicorum talis percussio adferere-  
tur non fuisse lethalis) cum de cæteris credendum sit ipsi, qui  
non adcuratur uel denunciatur ab aliquo, sed per seipsum consi-  
lium adpetit salutare, post pœnitentiam ad cautelam iniunctam,  
in sacerdotali poterit officio ministrare, maxime religionis ac-  
cedente fauore, cum sit canonicus regularis, & sine omni scan-  
dalo possit sacerdotale officium celebrare. Quod si discerni  
non possit, ex cuius ictu percussus interiit, in hoc dubio tanquā  
homicida debet haberi sacerdos: & si forte homicida non sit, a  
sacerdotali officio abstinere debet: cum in hoc casu cessare sit  
tutus;

tutius, quā temere celebrare, pro eo quod in altero nullum, in  
reliquo uerō magnum periculum timeatur: & infra. Si uerō  
(quemadmodum perhibetur) sacerdos iste prius ab illo percussus  
sacrilego, mox cum cū ligone in capite respercussit: quanuis  
uim ui repellere omnes leges & omnia iura permittant: quia ta-  
men id debet fieri cum moderamine inculpatę tutelę, non ad  
lumendam uindictam, sed ad iniuriam propulsandam: nō uide-  
ridem sacerdos a pœna homicidij penitus excusari: tum ra-  
tione instrumenti, cum quo ipse percussit, quod cum graue sit;  
non solet leuem plagam inferre: tum ratione partis, in qua fuit  
ille percussus, in qua de modico ictu quis lethaliter solet lædi.  
Idem.

*Religiosus chirurgiam exercens, si ex ea mors sequitur, irregularis est, etiam si sit peritus & diligens, & hoc fecerit causa pietatis: sed cum eo post satisfactionem misericorditer dispensari potest: hoc dicit, usque ad §. Ad ultimum. Capitulum. xix.*

**T**u nos duxit fraternitas consulendos: & infra. Quę ui-  
sti quid sit de quodam monacho sentiendum, qui credens  
se quandam mulierem a gutturis tumore curare, ut chirurgicus  
cum ferro tumorem illum aperuit, & cum tumor aliquantum  
residisset, ipse mulieri præcepit, ne se uerō exponeret uillo mo-  
do, ne forte uentus subintrās gutturis apertionem, sibi causam  
mortis inferret: sed mulier (cuius maritatio cōtempto) dum mes-  
ses colligeret, uento se exposuit incaute, & sic per apertionem  
gutturis sanguis multus effluxit, & mulier diem ultimum sic fi-  
niuit: utrum uidelicet cum prædictus monachus sit sacerdos, li-  
cet ei sacerdotale officium exercere? Nos igitur. f. t. r. quod  
licet ipse monachus multum deliquerit, officium alienum usur-  
pando, quod sibi minime congruebat: si tamen causa pietatis &  
non cupiditatis id egerit, & peritus erat in exercitio chirurgię,  
enimque studuit, quam debuit diligentiam adhibere, non est  
ex eo, quod per culpam mulieris contra consilium eius accidit,  
adeo reprobandus, quod non post satisfactionem condignam  
cū eo misericorditer agi possit, ut diuina ualeat celebrare: alio-  
qui interdicēda est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore.

*Qui iudici seculari dedit intersignia furis, a quo fuit vulneratus, irregularis non est, licet ille postmodum occidatur. Abb. Sien.*

Ad ultimum fuit ex parte tua propositū, quod quidam scho-  
laris metuens, ne latrones in hospitio suo essent, de strato cōsur-  
gens reperit ibi furem: qui non solum ipsum scholarem prostra-  
uit ad terram, sed pene ad mortem vulnerauit eundem: & infra:

Manc itaque scholares latronem quęsiuerunt eundem, quem  
Y ij vulneratum,

vulneratum inuentū, potestati Vincētiē tradiderūt: coram quo constanter negauit & præmissa minime perpetravit: vnde præfata potestas ad eundem scholarem nūcios destinauit, vt exponeret si qua sciret de fure prædicto, vel traderet inter signa: qui cultrum, quem ipsi latroni abstulerat, & fotulares ab eodem in ipsius domo dimissos, quos abstraxerat, ne pedum strepitus audiretur, nūcius tradidit memoratis, super eodē facto se nihil amplius intromittens. Potestas igitur receptis talibus inter signis, latronem ipsum ad paritoribus suis tradidit puniendum: qui sibi amputauerunt virilia, & oculos eruerūt: latro vero ira & dolore commotus, nec potum sumpsit, nec cibum: & sic de medio est sublatu. Vnde per nostrum oraculum postulas edoceri, vtrū præfatus scholaris, ad sacros valeat ordines promoueri? Nos igitur inquit. r. quod si præfatus scholaris dignis meritis adiuuatur, propter præscriptum cuētum, à susceptione sacrorum ordinum, nullatenus est arcendus.

Idem priori & fratribus Cartusien.

*Qui dat causam abortioni, homicida est si conceptū erat viuificatum animal rationale, alias secus.* Capitulum. xx.

**S**icut ex literarū vestrarū tenore accepimus, cum quidā presbyter vestri ordinis, qui prius fuerat niger monachus, quandam mulierem prægnantem, cum qua contraxerat consuetudinem inhonestam, & quæ adferebat se concepisse ex eo, per zonam adripuerit quasi ludens, ipsa per hoc sic se adseruit esse læsam, & occasione huiusmodi abortiuit: propter quod idem presbyter proborum virorum vsus consilio, seipsum duxit ab altaris ministerio sequestrandum: & infra. Nos vero deuotioni vestræ insinuatione præsentium respondemus, & si nondum erat viuificatus conceptus, ministrare poterit: alioquin debet ab altaris officio abstinere. Idem S. episcopo.

*Non imputatur clerico ciuilitate petenti de laico, si iudex in laicum exercet vindictam sanguinis.* Capitulum. xxi.

**P**ostulasti: & infra. Quæsiuisti præterea, vtrū contra quosdam cōtempta excommunicationis sententia debitas ecclesiis decimas subtrahentes, tibi regiam implorare liceat potestatis, cum ad solutionem ipsarum vix absque sanguinis effusione valeant coartari? Ad quod respō. quod si te huiusmodi querimoniam simpliciter deponere, rex (cui ad bonorum laudem, vindictam vero malorum, gladius est commissus) in eisdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatem, eorum erit duritiæ aut malitiæ imputandum.

Honorius. iij. episcopo Eboracē.

*Homicidium*

*Homicidium casuale non imputatur ei, qui non occidit, nec fuit in culpa etiam si ad cautelam veniam postulauerit.* Cap. xxv.

**E**xhibita nobis I. clerici confessio patefecit, quod cū in pugili esset constitutus ætate, cum quibusdam coætaneis suis Iudæis, & insequens vnus ex illis, lapidem post eum non animo lædendi, sed timorem incutiendi proiecit: qui licet eo proiecto lapide percussus non fuerit neque tactus, ad alium tamen lapidem corruens, & caput offendens, tum propter imperitiam medicantis, tum propter patris incuriam, qui laboribus & sudoribus ipsum exposuit, expirauit. Quia vero dictus clericus, vt mitigaretur dolor patris defuncti, veniam super hoc postulauit ab ipso, tu eum à sacrorum ordinum susceptione repellis: quanquā idem defuncti pater in extremis laborans, tibi & presbytero, cui suam aperuit conscientiam, confessus fuerit, & præstito firmauerit iuramento, nihil ipsum in morte filij sui (prout sibi constiterat) commississe. Quare idem clericus postulauit à nobis, vt cum de illius obitu lætiam non habeat conscientiam, dignemur agere misericorditer cum eodem. Quocirca mandamus, quatenus si constiterit ita esse, ipsum propter hoc à receptione sacrorum ordinum non repellas.

Idem episcopo & capitulo Venetē.

*Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei læcitæ, nec fuit in culpa.* Capitulum. xxvii.

**I**cum pulsaret campanas, vt signo dato conueniret populus si delium ad diuina, cadens tintinnabulum, percussit quandam puerum coram eo, qui (cum vulnus esset mortale) decessit.

Nos igitur adtendentes, quod dicto sacerdoti, qui dabat operam rei licitæ, nihil potuit imputari si casus omnes fortuitos non præuidit: discretioni vestræ mandamus, quatenus si constiterit ita esse, dictum sacerdotem sacerdotale officium exequi permittatis.

Idem P. presbytero.

*Clericus pugnando citā contra inimicos fidei catholicæ, si quemquam percussit, & de interfectione ipsum remordet conscientia, à ministerio altaris abstinere debet.* Capitulum. xxviii.

**P**etitione tua nobis exhibita continebat, quod cum inimici dominicæ Crucis, ac blasphemii nominis Christiani, castrum quoddam in quo morabaris, grauitate inuasissent: exeuntibus inde habitatoribus, tam clericis, quàm laicis cōtra eos, ac iniucem confingentibus, hincinde occisi quamplurimi exiterunt. Vnde cum pro eo quod aliquos percussisti, irregularitatem metuas

Y iij incurrisse.

## Decretalium Gregorij Lib.v. Tit.xiij.

incurrile: Mandamus, quatenus si de interfectione cuiusquē in illo conspectu tua conscientia te remordet, à ministerio altaris abstinere cogere: cum sit consultus in huiusmodi dubio abstinere, quàm temere celebrare.

Gregorius nonus.

*Idem dicit quod cap. Ioannes supra eo. & tantum ponit diuersitatem in facto.*

*Capitulum. xxv.*

**Q**uidam (vt adferis) ad ædificationem ecclesiæ in adiutorium à presbytero euocatus, ruens cum laqueari, quod idem presbyter soluere nicebatur, hac occasione rebus est humanis exemptus: & infra. Adtendens igitur, quod sacerdos ipse dabat operam licitæ rei, studuit etiam quam debuit diligentiam adhibere, circumstantibus (quibus periculum imminebat) ea tempestiue & alta voce præmonitis, quod & intelligere & fugere potuerunt: Inquisitioni tuæ taliter responsum, quod ob hanc causam, vel quia omnes casus fortuitos (qui præuideri non possunt) forsitan non præuidit: non debet, quo ad officium vel beneficium impediri.

## De torneamentis. Tit. xiij.

Ex concilio Lateranen.

*Torneamenta fieri non debent: & vulnerato in eis conceditur penitentia: sed si moritur, denegatur ei sepultura ecclesiastica, si accessit animo pugnandi: secus si accessit alia causa, reputata debita sibi exigeret. hoc dicit, cum cap. sequenti.*

*Capitulum. i.*

**E**licis memoriæ Innocentij & Eugenij prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, detestabiles illas nūdinas vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant in quibus milites ex conducto conueniunt solent, & ad ostentationem virium suarum, & audaciam temere congregari, vnde mortes hominum, & animarum pericula sæpe proueniunt, fieri prohibemus. Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, quanuis ei postea penitentia non negetur: ecclesiastica tamen careat sepultura.

Alexander. iij. Anathenens. episcopo.

*Idem dicit quod in superiori cap.*

*Capitulum. ii.*

**A**d audiētiam nostram noueris peruenisse, quod cum quidam ad locum deputatum torneamentis causa requirendi debita accessisset: & infra. Nos adtendentes, quod his tantum ecclesiastica sepultura debeat interdici, qui ad torneamenta animo id faciendi tantum accedentes decedunt ibidem: fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi constiterit, quod ad prædictum

## De clericis pugantibus in duello. 356

prædictum torneamentum non animo ludendi, sed percipiendi credita peruenisset, licet ibi fortuito casu obierit: corpus eius dispensatione ecclesiastica tradi facias sepulture, maxime si domesticum corpus susceperit, & sacri olei fuerit unctioe perunctus.

## De clericis pugnantibus in duello. Tit. xiij.

Alexander tertius.

*Clericus iniens duellum, siue obtulerit, siue susceperit, deponendus est: poterit tamen episcopus cum eo dispensare si mors vel mutilatio membri non sit inde secuta.*

*Capitulum. i.*



**O**rrò si clericus alicui sponte duellum obtulerit, vel oblatum susceperit: siue victor, siue victus fuerit, de rigore iuris est merito deponendus. Sed quantumcunque eius in hoc grauis sit & enormis excessus, euadere potest depositionis sententiam, si cum ipso suus episcopus duxerit misericorditer dispensandū, dummodo ex ipso duello homicidium vel membrorum demutatio non fuerit subsecuta.

Celestinus tertius.

*Irregularis est clericus non solum si ipse interficit per se, sed etiam si pugil ab eo datus aduersarium occidat: nec excusat consuetudo: poterit tamen cum eo circa beneficium habendum dispensari.*

*Capitulum. ii.*

**H**enicus presbyter nobis humiliter intimauit, quod cum laicum quendam super furto in seculari placito conuenisset: quia testes sui defecerunt, pugilem secundum prauam terret consuetudinē introduxit, qui eum vsque adeo ictibus vulnerauit, quod coactus est expirare. Quia igitur super hoc nos consulere voluisti, ambiguitatem tuam responsione huiusmodi remouemus, quod tales pugiles homicidæ vere existunt: nec prædictus sacerdos, licet non ipse, sed alius pro eo in duello pugnauit, debet in sacris ordinibus ministrare, sicut tradunt sacrorum canonum instituta. Homicidium autem, tam factum præcepto, siue consilio, aut defensione, non est dubium perpetrari: poterit tamen cum eo circa habendum beneficium misericorditer dispensari.

Innocentius tertius.

## De sagittariis. Tit. xv.

*Excommunicandus est sagittarius & ballistarius contra Christianos. hoc dicit.*

*Capitulum. i.*

x iij

Artem

Decretaliū Gregorij Lib.v. Tit.xv.& xvj.



Item illam mortiferam & odibilem ballistario- rum & sagittariorum aduersus Christianos, & catholicos exerceri decætero sub anathemate prohibemus.

De adulteriis, & stupro. Tit. xvj.

In exodo.

Stuprans virginem tenetur eam dotare, & ducere in uxorem: & si non vult cum ea contrahere, ultra dotem corporaliter castigabitur. h. d. cum cap. sequen. A Capitulum. i.



Si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem. Si vero pater virginis dare noluerit: reddet pecuniā iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt.

Gregorius Syponē. episcopo.

Summatum est supra. cap. proxii.

Capitulum. ii.

Peruenit ad nos, quod Felix quandam virginem stupro cepit: quod si verum est, quamuis esset de lege pœna plectēdus, nos aliquatenus legis duritiem mollientes, hoc modo disponimus, vt aut quam suprauit, uxorem habeat: aut si renūdum putauerit, corporaliter castigatus, excommunicatūsq; in monasterium, in quo agat pœnitentiā, retrudatur, de quo nulla sit egrediendi sine pœcepto licentiā.

Ex concilio Arelatē.

Maritus retinens adulteram coniugem non peracta pœnitentiā, particeps est delicti: secus si egerit pœnitentiā: non tamen debet eam sape recipere. Capitulum. iii.

Si vir sciens uxorem suam deliquisse, quæ non egerit pœnitentiā, sed permanet in fornicatione, vixerit cū illa: reus erit, & eius peccati particeps. Quod si mulier dimissa egerit pœnitentiā, & voluerit ad virum suum reuertī, debet, sed non sape recipere peccatricem.

Ex concilio Parisiē.

Maritus propter suspicionem potest aduersare uxorem de adulterio, & in aduersando pœfertur ceteris. Capitulum. iiii.

Maritis etiā ex suspitione uxores aduersare permissum est: & ipsi plus ceteris de adulterio accusare possunt & defendere.

Alexander tertius.

Ad solam mulieris confessionem aduentis se commississe adulterium

De adulteriis & stupro.

terium cum sacerdote, non debet sacerdos puniri, sed sibi infamato potest indici purgatio: quam si pœstiterit, absoluitur, deficiens vero suspenditur ab officio. Capitulum. v.

Significasti nobis quendam presbyterum cum alterius coniuge intra ecclesiam dormiuisse, quæ se & illum cuidam sacerdote huiusmodi delictum confessos fuisse publicè tibi detexit, & hoc ipsum idē sacerdos nomen adulteri calans in pœsentia tua dixit. Super quo quid fieri debeat, cum negante adultero mulier in confessione persistat, consiliū requisisti. Idcoque mandamus, quateus condignam pœnitentiā pœfate imponens adulteræ, ecclesiam per asperisionem aquæ benedictæ reconciliare procures. Pœdicto autem sacerdote, ne (contra apostolum) infirmorum corda mala fama ipsius percutiantur, & ne vituperetur ministerium nostrum, neque securiores presbyteri existentes in peccatum licentius prolabantur, cum vicinis. v. presbyteris, quos se nolle peierare cognoueris, iuxta arbitrium tuum purgationem indicas: quem, si purgare se poterit, in officio suo ministrare permittas: alioquin ab officio suo ipsum suspendere non postonas.

Innocentius. iij. Tulleñ. episcopo.

Coniunx coniugem de adulterio impetere non potest, si & ipse adulterium commississe conuincatur. Capitulum. vi.

Inscellimus, quod cum S. laicus H. uxorem suam à maritali consortio depulisset, diocesanus eorum audiens eandem cum quodam adultero fornicari, eam & illum vinculo excommunicationis adstrinxit: quæ tandem adulterum abiurās, absolute ne recepta, coram episcopo memorato pœdictum virum sibi restitui postulauit: at ille obiciens ei adulterium, & quod ab ipso non expulsa, sed spontanea recessisset, restitutionem sui proposuit minime faciendā: quod mulier inficians, replicauit in ipsum, quod fuerat fornicatus. & infra. Quocirca mādamus, quatenus (nisi tibi constiterit, vel per euidentiā rei vel per confessionem legitimam mulieris, quod adulterata sponte fuisset) adulterij etiā quod vir dicitur commississe, probatione cessante, ipsum recipere compellas eandē. Quod si pœdicto modo de mulieris fornicatione constiterit (nisi testes, per quos viri adulterium est probatum, fuerint reprobati, cū matrimonij ius in vtroque laicum consistat, & paria delicta mutua compensatione collantur) nihilominus eum cogas, vt eam recipiat, & maritali adfectione pertractet: alioquin mulieri silentium imponere non postonas. Idem episcopo Ambian.

Non debet separari matrimonium, quo ad sorū propter adulterium.

de delictis q  
cognoscenda  
adulterio d. s. b. b.  
lib. 2. in p. l. cap.  
l. 7. r. 64.

Exod. 3.  
ad v. 11. a  
p. 40. ad 45.  
in 6. d. 15.

*rium, quando ambo coniuges fuerunt adulterati. Capitulum.vii.*

**T**va fraternitas requisivit, vtrum aliquo denegante vxori suæ in adulterio deprehensæ debitum coniugale, si postmodum ipse cum alia perpetret adulterium manifeste, cogi debeat, vt eandem maritali adfectione pertractet: & infra.

Super quo ta. respon. quòd cum paria crimina compensatione mutua deleantur, vir huiusmodi fornicationis obtentu suæ vxoris nequit consortium declinare.

**De raptoribus, incendiariis & violatoribus ecclesiarum. Tit. xvij.**

Ex concilio Melden.

*Ratione rapinæ sortitur quis furum non sui iudicis, & ab eo poterit puniri, proprio iudice suffragante. Capitulum.i.*



**D**e illis autem, qui de loco ad locum iter faciunt, & ibi rapinas, & depraedationes peragunt: Placuit, vt ab illius loci prælato excommunicentur, nec ante ex parçcia illa exeant, q̄ digne, quæ perpetrarunt emendent: quorum excommunicationi proprio episcopo significanda est, ne eos recipiat antequam illuc redeant, vbi rapinam fecerint, & omnia plene emendent.

Eugenius tertius.

*Manifestus raptor, vel ecclesia violator si restituit, vel de restituendo cauet, in vita & in morte ad penitentiam, & ad sepulturam admittitur, si vero noluit cauere cum posset, & in morte nõ potest, clerici eius sepultura interesse non debent: & clerici interestes vel inungentes penitentiam contra hanc dispositionem, deponuntur ab officio & beneficio. Capitulum.ii.*

**S**uper eo verò: & infra. Statuimus, vt quicumque ex his, qui violenter surrexerint in rapinam, siue ecclesiarum violationes, manifeste fuerit deprehensus: nisi prius ablata restituat, si poterit, vel emendandi firmam & plenam securitatem fecerit, penitentia beneficii ei penitus denegetur. Si vero vsque ad obitum in contumacia sua durauerit, & in extremis positus remedium penitentia humiliter postulauerit, si emendationem, vel emendandi securitatem præstiterit, ei penitentia & sepultura ecclesiastica concedantur. Qui autò in sanitate obstinata mente non penituerit vel emendauerit, & in morte securitatem præstare nequiuert, solennitas penitentiarum prodesse videtur, sicut credimus: sed de peccato cõtrito corde viaticum non negetur, ita tamè, vt nullus clericorum sepultura illius intersit, nec eius elemosynam præsumat accipere.

accipere. Quod si qui presbyterorum vel clericorum contra hoc in vita vel morte poenitentias dare, aut sepultura interesse, vel eorum elemosynas accipere adtentauerint, seu huiusmodi rapinæ participes inuenti fuerint, ordinis sui damnù irrecuperabiliter patiantur, & ecclesiastico beneficio careant.

Ex concilio Lateranens.

*Excommunicari debent, qui capiunt vel spoliant fideles ex iusta causa nauigantes. h. d. primo. Excommunicati sunt spoliantes naufragium patientes, nisi ablata restituant. hoc secundo. Cap.iii.*

**E**xcommunicationi subdatur, qui Romanos, aut alios Christianos, pro negotiatione, vel aliis honestis causis nauigio vestos, aut capere, aut rebus suis spoliare præsumunt.

Illi etiam, qui Christianos naufragium patientes (quibus secundum regulam fidei auxilio esse tenentur) damnata cupiditate spoliant rebus suis: nisi ablata reddiderint: excommunicationi se nouerint subiaccere.

Alexand. iij. Panormi. archiepiscopo.

*Ex principis delegatione possunt prælati de rapto, & aliis criminibus iudicare, poenã tamen sanguinis infligere non possunt. Capitulum.iiii.*

**I**n archiepiscopatu tuo quandoque Sarraceni, mulieres Christianas & pueros rapiunt, & eis abuti præsumunt, & quosdam etiam interdum occidere non verentur: cum autem excessus huiusmodi rex Sicilia tibi, & aliis episcopis commiserit puniendo: Consult. p. r. quòd tales in iurisdictione tua existentes, pecuniaria poteris poena multare, & etiam flagellis adficere, eamoderatione adhibita, quòd flagella in vindictam sanguinis transire minimè videantur. **Si vero ita fuerit grauis excessus, quòd mortem vel detruncationem membrorum debeant sustinere, vindictam referes regia potestate.**

Idem Claremonten. episcopo.

*In incendiariis ecclesia in morte penitens & absolutus, in cœmeterio sepelietur: & heredes compelluntur ad satisfaciendum, iuxta facultates defuncti. h. d.*

**I**n literis tuis continebatur, quòd cum H. multis fuisset criminibus irretitus, qui ecclesiarum incendium diabolo instigante commiserat, tandè in ægritudine cõstitutus, accepta penitentia de commissis, per manũ capellani sui fuit à sententia anathematis absolutus: sed moriens ecclesiasticam sepulturam habere nequiuit. Quapropter, si ita res se habet, mandamus, vt corpus eiusdem ad pel. cessante facias in cœmeterio sepeliri, & heredes eius moncas & compellas, vt his, quibus ille per incendium,

*a = de hac intelligenda et castigata. b. b. d. lib. 2. cap. 27. n. 29.*



incendium, vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerat, iuxta facultates suas condignè satisfaciant, vt sic à peccato valeat liberari.

Lucius. iij. Burgeñ. episcopo.

*Raptus non dicitur vbi volens pro matrimonio abducitur: raptor tamen cum rapta matrimonium contrahere potest: & post consummationem matrimonii alter sine consensu alterius religionem ingredi non potest. h. d. cum cap. sequenti. Cap. vi.*

**C**um causa, quæ inter E. militem & vxorem eius vertitur: & infra. Respondemus, quod cum ibi raptus dicatur admitti, vbi nil antè de nuptiis agitur: iste raptor dici non debet, cum habuerit mulieris adfensum, & prius eam desponsauerit, quàm cognouerit, licet parentes reclamarent, à quibus eam dicitur rapuisse. Præterea cum post matrimonium carnis commixtione perfectum (teste A postolo) vxor sui corporis potestatem non habeat, sed maritus, & econuerso: si præcessisse matrimonium, vel ex probationibus viri, vel ex mulieris confessione clauerit, post matrimonium sine adfensu viri non potuit ipsa monasterium ingredi, aut aliter continentiam profiteri. Non ergo pro eo, quod post matrimonium consummatum, rapta per vim in monasterio fuerit, viri poterit consortium declinare, maxime si probari nequeat virum, vt mulier profiteretur continentiam adfensisse.

Innocen. iij. episcopo Saroñ.

*Rapta potest matrimonium contrahere cum raptore, vbi datur libera facultas in contrahendo. Cap. vii.*

**A**ccedens ad apo. sed. & infra. Rapta puella legitime contrahet cum raptore, si prior dissensio transeat postmodum in consensum: & quod antè displicuit, tandem incipiat complacere, dummodo ad contrahendum legitime sint personæ.

De furtis.

Titu. xviii.

*Breue est, & non summatur. Cap. i.*



*Vi furatur hominem & vendiderit, cõuictus morte moriatur.*

Ex concilio Triburien.

*Furibus & latronibus in peccato obuentibus sacramenta ecclesiastica deneganda sunt. secus si in morte eos penituit. Capitulum. ii.*

**F**ures & latrones, si in furando & deprædando occiduntur, visum est pro eis non esse orandum. Sed si comprehensi, aut

aut vulnerati presbytero, vel diacono confessi fuerint, communionem eis non negamus.

Ex pœnitentiali Theodori.

*Committens furtum ex necessitate non multum vigente peccato, sed non grauiter: vnde imponenda est ei leuis pœnitentia. h. d. secundum communem intellectum. Cap. iiii.*

**S**i quis propter necessitatē famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres: & si reddiderit, non cogatur ieiunare.

Hieronymus super Parabolam.

*Non indicans furem propter lucrum, quod ab eo consequitur, reus peccati est. Capitulum. iiii.*

**Q**ui cum fure partitur, occidit animam suam. Non fur solus, sed ille reus tenetur, qui furti conscius quarētē possessore non indicat.

Alexander. iij. Cremonen. episcopo.

*Fur oculus potest post restitutionem & pœnitentiam ad sacros ordines promoueri. Capitulum. v.*

**E**x literis tuis innotuit, quod B. calicem quandam in ecclesia minus cautè dimissum, rapicinis longo tempore detinere præsumpsit: & infra. Mandamus, quatenus si sponte confessus fuerit; & exinde ecclesiæ cuius calix fuerat satisfecerit; necesse super hoc nota, vel infamia manifesta resperfus: post peractam pœnitentiam, aut cõgruam partem pœnitentiæ (dummodo aliàs idoneum ipsum esse cognoscas) ad sacros ordines non dubites promouere.

De vsuris.

Titulus. xix.

Alexand. iij. in concilio Turonen.

*Vsura est lucrifacere fructus rei pignolata. fallit in casu hie excepto. Capitulum. i.*



**B**lures clericorum: & infra. Generalis cõcilij decreuit, authoritas, vt nullus constitutus in clero, vel hoc, vel aliud genus vsuræ exercere præsumat. Et si quis alicuius possessionem data pecunia sub hac specie, vel conditione in pignus acceperit, si sortem suam (deductis expensis) de fructibus iam percepit: absolute possessionem restituat debitori. Si autem aliquid minus habet, eo recepto possessio liberè ad dominum reuertatur. Quod si post huiusmodi constitutum in clero, quiquam extiterit, qui detestandis vsurarum lucris insistat, ecclesiastici officij periculum patiatur: Nisi fortè ecclesiæ beneficium fuerit, quod redimendum

*l. ad Corinthios. v. 7.*

*Exo. 21.*

dimendum ei hoc modo de manu laici videatur.

Idem Cantua. archi. & eius suffraga.

*Idem in effectu dicit cum precedenti cap. sed addit tacite idem esse in laicis, nam in precedenti cap. tantum fuit facta mentio de clericis.*

Capitulum. ii.

\* Vide auct. de ec. tit. in princ. col. ix. & auct. ad hoc

**Q**uoniam non solum viris ecclesiasticis, sed etiam quibuslibet aliis periculosum est usurarum lucris incendere: \* auctoritate presentium duximus incendum, ut eos, qui de possessionibus, vel arboribus, quas tenere in pigno non solentur, sortem (deductis expensis) receperunt: ad eadem pignora restituenda sine usurarum exactiōe ecclesiastica dictione compellat.

& glo. & Bart. C. eod.

Idem in concilio Lateranen.

*Manifesti usurarii ad communionem altaris & ecclesiasticam sepulturam, & oblationem offerendam admitti non possunt: & clerici contra hoc facientes, puniuntur, ut hic dicitur.* Cap. iii.

**Q**uia in omnibus ferè locis ita crimen usurarum inuoluit, ut multi (aliis negotiis prætermisiss) quasi licite usuras exercent, & qualiter vtriusq; testamenti pagina cōdemnentur, nequaquam attendant: Ideoq; constituimus, qd usurarij manifesti, nec ad cōmunionem admittantur altaris, nec Christianam (si in hoc peccato decesserint) accipiant sepulturam, sed nec oblationes eorum quisquam accipiat. Qui autem acceperit, vel Christianam tradiderit sepulture: & quæ acceperit, reddere compellatur: & donec ad arbitrium episcopi sui satisfaciatur, ab officij sui maneat executione suspensus.

Idem Panormitano archiepiscopo.

*Potest intelligi dupliciter, Primò in mutuante. Secundo, in recipiente usuras. & secundum primum intellectum, h. d. Etiam pro opere pio non licet usuras recipere, quando per receptionem datur causa usurae committenda, h. d. Vel sic & clarius. Non licet inducere quem ad exercendum usuras etiam pro pio opere. & ista loc. colligitur ex decisa.* Capitulum. iiii.

\* Vide Bal. in. l. executorem. C. de execut. re. in. & l. i. C. de te-

**S**uper eo verò: & infra. Respondemus, qd cum usurarum crimen vtriusque testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus: quia cum scriptura sacra prohibeat pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendum est quis, ne etiam pro redimenda vita captiui, usurarum crimine inuoluatur. \*

Idem Salernitano archiepiscopo.

*Usurarii, qui sunt soluendo, coguntur per penas Lateran. cōcilij*

*alii usuras restituere, etiam quas ante concilium receperunt: & facultatibus non extantibus debent possessiones empta ex pecunia sanebri vendi, & debentibus recipere satisfieri.* Cap. v.

**C**um tu manifestos vsurarios iuxta decretū nostrum, quod super in cōcilio promulgatum est, communionem altaris & ecclesiastica præceperis sepultura priuandos donec reddat, quod tam prauè receperant: quidam (ad excusandas excusationes in peccatis) impudētè adfirmant illas dūtaxat vsuras restituendas, quæ sunt post interdictū nostrum receptæ: & infra. Super his. fra. t. r. q. siue ante, siue post interdictū nostrum vsuras extorierint, cogendi sunt per pœnam, quā statui-mus in concilio, eas his, à quibus extorserunt, vel eorum heredi-bus restituere, vel (his non supersticijs) pauperibus erogare, dummodo in facultatibus habeat, unde ipsis possint eas restituere: cum iuxta verbum beati Augustini, Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Illi autem, qui non habent in facultatibus unde vsuras valeant restituere, non debent vltima pœna multari, cum eos nota paupertatis euidenter excuset. Possessiones verò, quæ de vsuris comparatæ sunt, debent vendi, & ipsarum precia his, à quibus vsurae sunt extortæ, restitui: ut sic non solum à pœna, sed etiam à peccato possint (quod per vsurarum extortionem incurrerant) liberari.

Idem Genuen. archiepiscopo:

*Vendens rem plus quam valeat, quia solutionem differt, peccat: nisi dubium sit an tempore solutionis erit valor rei variatus, & venditor non erat venditurus tempore, quo vendidit, h. d. secundū communem intellectum.* Capitulum. vi.

**I**n ciuitate tua dicitur saepe contingere, qd cum quidam piper, seu cinamomum, seu alias merces comparant, quæ tūc ultra quinque libras non valent, & promittunt se illis, à quibus illas merces accipiunt, sex libras statuto termino soluturos. Licet autem contractus huiusmodi ex tali forma non possit censeri nomine vsurarum, nihilominus tamen venditores peccatum incur-runt, nisi dubium sit merces illas plus minusve solutionis tē-pore valituras: & ideo ciues tui salutis suæ bene consularent, si à tali contractu cessarent: cum cogitationes hominum omnipotenti deo nequeunt occurrari.

Idem.

*Usurarius monitus non desistens, si clericus est, ab officio & beneficio suspenditur: si laicus excommunicatur.* Cap. vii.

**P**osterea, parocianus tuus vsuras recipere interdicas, qui si parère contempserint, si clerici sint, eos ab officio benefi-cioq;

*Cap. i. Ra. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

cioq; suspendas: Si laici, vsq; ad dignam satisfactionem ipsos vinculo excommunicationis adstringas.

Idem abbati & fratribus sancti Laurentij.

*Fructus rei pignoratæ computari debent in sortem. & excipit vnum casum.* Capitulum.viii.

**C**onquestus est nobis C. clericus: & infra. Dif. v. mandamus, quatenus si terrā ipsam titulo pignoris detinetis, & de fructibus eius sortem recepistis, prædictā terrā clerico memorato reddatis: Nisi terra ipsa de feudo sit monasterij vestri.

Idem episcopo Placentino.

*Hæres vsurarii filius, vel extraneus vsuras extortas per defunctum restituere compellitur.* Capitulum.ix.

**T**va nos duxit fra. cōsulendos, quid sit de vsurariorum filijs obseruandum, qui eis in crimine vsurarum defunctis succedunt, aut de extraneis, ad quos bona vsurariorum adscris deuoluta? Tuæ igitur quæstioni literis præsentibus respondemus, q̄ filij ad reitucendas vsuras ea sunt districtione cogendi, qua parentes sui si viuerent, cogentur. Id ipsum etiam cōtra hæredes extraneos credimus exercendum.

Vrbanus tertius.

*Mutans ea mente, vt vsura sortem aliquid recipiat, tenetur in foro anime ad illud restituendum, si ex hoc aliquid consecutus est. Idem in non dante parabolam iuramenti, nisi aliquid inde recipiat. Et idem in vendente rem plus, quàm valeat, quia differt solutionem.* Capitulum.x.

**C**onfuluit nostua deuotio, an ille in iudicio animarū quæ vsurarius debeat iudicari, qui non aliās mutuo traditurus, eo proposito mutuam pecuniam credit, vt licet omni cōuentione cessante, plus tamen forse recipiat. Et vtrum eodem reata criminis inuoluatur, qui (vt vulgo dicitur) non aliter parabolam iuramenti concedit, donec, quamuis sine exactiōe, emolumentum aliquod inde percipiat. Et an negociator pœna cōsimilii debeat condēnari, qui merces suas longe maiori precio distrahit, si ad solutionem faciendam proluxioris temporis dilatio prorogetur, q̄ si ei incontinens precium perfoluatur. Verūm quia, quid in his casibus tenendum sit, ex euangelio Luca manifestè cognoscitur, in quo dicitur: Date mutuum, nihil inde sperantes: huiusmodi homines pro intentione lucri, quam habent (cūm omnis vsura & superabundantia prohibeatur in lege) \*iudicandi sunt malè agere, & ad ea, quæ taliter sunt accepta restituenda, in animarum iudicio efficaciter inducendi.

Innocentius

Innocentius tertius prælatis in regno Franciæ constitutis.

*Manifestus vsurarius adpellans ad subterfugiendum restitutionem, audiendus non est.* Capitulum.xi.

**Q**uam perniciosum: & infra. Mandamus, quatenus manifestos vsurarios (maximè quos vsuris publicè renunciasse constiterit) cūm aliquis eos cōuenierit de vsuris, nullius permittatis adpellationis subterfugio se tueri.

Idem Narbone. archiepiscopo.

*Per subtractionem communionis Christianorum, & per principes seculares cogendi sunt iudæi, ad vsuras restituendas.*

Capitulum.xii.

**P**ost miserabilem: & infra. Iudæos ad remittendas Christianis vsuras, per principes & potestates compelli præcipimus seculares: Et donec eis remiserint, ab vniuersis Christi fidelibus tam in mercimoniis, quàm in aliis per excommunicationis sententiam, eis iubemus communionem omninodam denegari.

Idem Mutinensi episcopo.

*Non obstante iuramento de non repetendis vsuris, per debitorem præfesto, potest iudex ex officio suo vsurarium ad restituendas vsuras compellere.* Capitulum.xiii.

**T**vas dudum recepimus quæstiones, q̄ quidā vsurarij eos, quibus dant pecuniam ad vsuram, præitare faciunt iuramentum, q̄ vsuras nō repetant, & super his, quas soluerint, nullam moueāt quæstionem. Nos igitur respondemus, vt vsurarios ipsos mo. præ. per censu. eccle. adpel. remota compellas ante vsurarum solutionem ab earum exactiōe desistere, vel restituere ipsas, postquam fuerint perfolute, ne de dolo & frau de contingat eos commodum reportare.

Idem.

*Non auditur vsurarius repetēs vsuras, nisi prius restituat extortas.* Capitulum.xiiii.

**Q**uia frustra legis auxilium inuocat, qui committit in se: gem: Statuimus, vt si quis vsurarius a nobis literas impetrauerit super restituendis vsuris, vel fructibus cōputandis in sorte: nisi prius ipse restituerit vsuras, quas ab aliis noscitur recepisse, autoritate literarū ipsarū nullaten⁹ audiatur.

Idem Alciisiodorē. episcopo.

*Conuictus de vsuraria prauitate per famam & alia argumenta, potest manifestari vsurarius, & tanquam manifestus vsura-*

*Luc. 6.  
\* Quicquid accedis sorti, est vsura, vide. l. 1. C. de pig. ac.*

*ius compeſci, ſecundū diſpoſitionē Lateranēſis concilii. Cap.xv.*  
**C**um in diœceſi tua ſint quamplurimi uſurarij, de quibus minimè dubitatur, quia ſint uſurarij manifeſti, contra quos propter timorem potentum, qui timentur eodem, nullus aduſator apparet, nec iudem ſine per ſententiam cōdemnati.

Fr.a.t.r. quod licet contra eos non adpareat accuſator: ſi tamen alijs argumentis illos cōſiterit eſſe uſurarios manifeſtos, in eos pœnam in Lateran. concilio contra uſurarios editam liberè poteris exercere.

Idem.

*Martius recipiens pignus pro dote promiſſa, nō tenetur fructus in ſortem computare. hoc dicit. & eſt caſus ſingularis, & alibi nō probatur. a*

*Capitulum. xvi.*  
**S**alubriter: & infra. Sanè generum ad fructus poſſeſſionū, quæ ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in ſortem, non credimus compellendum: Cum frequenter dote fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda.

Idem epifcopo Bonon.

*Repetens uſuras non auditur, niſi reſtituat extortas per ſe, vel per alium, à quocunq; cauſam habeat. Cap. xvii.*

**M**ichael laicus ſuam nobis querimoniam deſtinauit, quod M. quidam alij Bonon. ciues multa extorſerunt ab eo, & à patre ſuo cuius hæres extitit, nomine uſurarum: & infra. Ad tentius prouifurus, ne authoritate noſtra in negotio procedas eodem, niſi dictus conquerens reſtituerit, vel adhuc reſtituat, ſi quas aliquando ipſe, vel pater eius extorſit uſuras.

Idem in concilio generali.

*Etiam Iudæi compellendi ſunt, ad reſtituendas uſuras extortas à Chriſtianis, & ad ſoluendas decimas, vel oblationes de eorū poſſeſſionibus. Capitulum. xviii.*

**Q**uanto amplius Chriſtiana religio ab exactiōe compeſcitur uſurarum, tanto grauius ſuper his Iudæorum perſidia inſoleſcit; ita q̄ breui tempore Chriſtianorum exhauriunt facultates. Volentes igitur in hac parte propicere Chriſtianis, ne à Iudæis immaniter adgrauentur, ſynodali decreto ſtatuiſmus, vt ſi decetero quocūq; prætextu Iudæi à Chriſtianis graues immoderatās uſuras extorſerint, Chriſtianorū eis participium ſubtrahatur, donec de immoderato grauamine ſatisfecerint compeſceter. vnde Chriſtiani (ſi opus fuerit) per cen. eccle. adp. poſt poſita compellantur ab eorum commercijs abſtinere. Principibus autem iniungimus, vt propter hæc nō

ſint

ſint Chriſtianis infelti, ſed potius à tanto grauamine ſtudeant cohibere Iudæos. Hac eadem pœna Iudæos decernimus compellendos, ad ſatisfaciendum eccleſiis pro decimis & oblationibus debitis, quas à Chriſtianis de domibus & poſſeſſionibus alijs percipere conſueuerant, antequam ad Iudæos quocūq; titulo deuenirent: ſic eccleſiæ conſeruentur indemnes.

Gregorius nonus fratri R.

*Uſurarius eſt, qui à debitore recipit aliquid ultra ſortem, etiā ſi ſuſcipiat in ſe periculum. hoc dicit primo. Nō eſt uſurarius emptor rei minus iuſto precio, ſi tunc verſimiliter dubietur an tempore ſolutionis plus vel minus ſit res ualitura. hoc ſecundo. Propter dubium excuſatur is, qui ex eo, quod differt ſolutionem pretii, vendit rem plus quam ualeat, ſi non erant eam alias uenditurus. hoc tertio. Capitulum. xix.*

**N**auiganti vel eunti ad nundinas certam mutuans pecunię quantitatem, eo quod ſuſcipit in ſe periculum recepturus aliquid ultra ſortem, uſurarius eſt cenſendus. Ille quoq;, qui dat. x. ſolidos vt alio tempore totidem ſibi grani, vini vel olei menſuræ reddantur: quæ licet tunc plus ualeant, utrū plus vel minus ſolutionis tempore fuerint ualituræ, verſimiliter dubietur: non debet ex hoc uſurarius reputari. Ratione huius du bij etiam excuſatur, qui pannos, granum, uinum, oleum, & alias merces vendit, vt amplius, quam tunc ualeant, in certo termino recipiat pro eiſdem, ſi tamen ea tempore contractus non fuerat uenditurus.

De crimine falſi.

Titu. xx.

Auguſtinus.

*Teſtis falſificus tres lædit, deum, iudicem, & partem: & falſus eſt non ſolum qui mendacium dicit, ſed etiam qui ueritatem occultat. Capitulum. i.*

**F**alſificus teſtis tribus perſonis eſt obnoxius: primum deo, cuius præſentiam contemnit: inde iudici, quem mentiendo fallit: poſtremo innocenti, quem falſo testimonio lædit. Uterque reus eſt, & qui ueritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodeſſe non uult, & iſte nocere deſiderat.

Lucius tertius Vigoriën. epifcopo.

*Sententia lata per falſas litteras, non debet executioni mandari. Capitulum. ii.*

2 ij Super

a = 5 diſtinctione  
 60m. 24 50. 230

112  
 116. 0. 230  
 28.

**S**uper eo, quod sententiam autoritate literarum falsarū la-  
tam noluit executi ni mandare, tuam prudentiam com-  
mendamus: Mandantes, vt quotiēs aliqua scripta, sub nomi-  
no nostro destinata, redarguenda videris falsitatis, nullam eis  
adhibeas fidem: & quod per ipsas mandatum fuerit, non obser-  
ues: sed eum, qui præsentauerit, retineri facias diligenter.

Urbanus tertius.

*Clericus falsans sigillum principis, deponitur. Item ei character  
imprimitur: & in exilium mittitur.* Cap. iiii.

**A**d audientiam nostram te significante peruenit, quod cū  
quosdam clericos, qui falsauerunt sigillum regis Franco-  
rum, carcerali custodia mancipaueris: & infra. Fra. t. r. vt eis  
nec membrum auferri, nec poenā infligi facias corporalem, per  
quam periculum mortis possint incurrere, sed eis a suis ordini-  
bus degradatis, in signum maleficij characterem aliquem impi-  
mi facias, quo inter alios cognoscantur: & prouinciā ipsam eos  
abiurare compellens, abire permittas.

Innocentius tertius.

*Existens in curia literas apostolicas non recipiat, nisi de ma-  
nibus papæ, vel officialium ab ipso deputatorum. persona tamē so-  
lennes per nuncios recipere poterunt, de manibus tamen predicto-  
rum. Contra faciens si laicus est, excommunicationi subiaceat: si cle-  
ricus, ab officio & beneficio deponitur. h. d. v. q. ad. §. adiicentes.  
Capitulum. iiii.*

**D**ivā sepe mandata: & infra. Statuimus & sub excommu-  
nicationis poena, & suspensionis ordinis & beneficij distri-  
ctius inhibemus, ne quis apud sed. apo. literas nostras nisi a no-  
bis, vel de manibus illorum recipiat, qui de mandato nostro ad  
illud sunt officium deputati. Si verō persona tantæ authorita-  
tis extiterit, vt ipsam deceat per nuncium literas nostras reci-  
pere: nuncium ad cancellariam nostram, vel ad nos ipsos mittat  
idoneum, per quem literas apost. iuxta formā præscriptam reci-  
piat. Si quis autem in hac parte mandati nostri transgressus  
extiterit: si laicus fuerit, excommunicationi subiaceat: si cler-  
icus, officij & beneficij suspensione damnetur: & infra.

*Per excommunicationis poenam prouidet, contra non reserua-  
tes nec destruentes literas falsas intra. xx. dies: & absoluto papa  
reseruat, & contra factum nun tenet. h. d. Abbas.*

Adiicentes statuimus, vt generalem excommunicationis sen-  
tentiam promulgetis, quam per singulas parçcias faciatis fre-  
quentius innouari, & si quis falsas literas se habere cognoscit,  
iutra

intra viginti dies literas illas aut destruat, aut resignet, si poe-  
nam excommunicationis voluerit euadere: quam (nisi forsitan in  
mortis articulo) sine speciali mandato nostro, a quoquam no-  
lumus relaxari: nec etiam (si præsumpta fuerit contra hoc) ab-  
solutio quicquam habeat firmitatis.

Idem archiepiscopo & canonicis Mediolañ.

*ponit nouem modos falsandi literas papales.* Cap. v.

**L**icet ad regimen: & infra. Vt autem varietates falsitatis  
circa nostras literas deprehendere valeatis: eas vobis præ-  
sentibus literis duximus exprimendas. Prima species falsita-  
tis hæc est, vt falsa bulla falsis literis adponatur. Secunda, vt  
filum de vera bulla extrahatur ex toto, & per aliud filū immis-  
sum falsis literis inseratur. Tertia, vt filū ab ea parte, in qua  
charta plicatur incisum, cū vera bulla falsis literis immittatur,  
sub eadem plicatura cum filo similis canabis restauratum.  
Quarta, cū a superiori parte bullæ, altera pars filii sub plum-  
bo rescinditur, & per idem filum literis falsis inserta reducitur  
intra plumbum. Quinta, cū literis bullatis & redditus in eis,  
aliquid per rasuram tenuem immutatur. Sexta, cū scriptura  
literarum, quibus fuerat adposita vera bulla, cum aqua vel vino  
vniuersaliter abolita seu delecta, eadem charta cū calce & alijs  
iuxta consuetum artificium dealbata de nouo rescribitur.  
Septima, cū charta, cui fuerat adposita vera bulla, totaliter  
abolita vel abraße, alia subtilissima charta eiusdem quantitatē  
scripta cum tenacissimo glutino coniungitur. Eos etiā a crimi-  
ne falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitu-  
tionē nostram scienter literas non de nostra vel bullatoris no-  
stri manu recipiunt. Illos quoque, qui accedentes ad bullam  
falsas literas cautē proiciunt, vt de vera bulla cum alijs sigil-  
lentur. Sed hæc duæ species, falsitatis non possunt facile cōpre-  
hendi, nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ, vel  
qualitate chartæ falsitas cognoscatur. In cæteris autem dili-  
genter indagator falsitatem poterit intueri, vel in adiunctione fi-  
lorum, vel in collatione bullæ, vel motione vel obtusione, præ-  
sertim si bulla non sit æqualis, sed alicubi magis tumida, & ali-  
bi magis depressa.

Idem Attinacē. episcopo.

*Falsæ sunt literæ papales, in quibus episcopus vocatur filius,  
vel inferior frater, vel vni scribitur in plurali.* Cap. vi.

**Q**uam graui poenæ subiaceat: & infra. Nos verō literas,  
quæ tibi sub nostro nomine præsentatæ fuerunt, diligen-  
tius intuentes, in eis tã in contentia, quam in dicta-

mine deprehēdimus falsitatē, hac in hoc sumus admirati, quia tu tales literas, à nobis credideras emanasse: Cum scire debeas apost. sed. consuetudinem in suis literis hanc tenere, vt patriarchas, archiepiscopos, episcopos, fratres: ceteros autē reges, principes, vel alios cuiuscūque ordinis, filios in nostris literis adpellemus. Et cum vni tantum persone nostræ literæ diriguntur, nunquam ei loquimur in plurali, vt vos siue vester, & his similia in ipsiis literis adponamus. In falsis autem literis tibi presentatis in salutatione dilecto in Christo filio vocabaris: cū in literis, quas aliquando tibi transmisiimus, te videre poteris à nobis fratrem venerabilem adpellatum. Propter quod sic literas apost. studeas intueri, tam in bulla, filo & charta, quam in stylo, quod veras pro falsis, vel falsas pro veris literis modo aliquo non admittas.

Idem.

*Qui per se vel per alios literas papæ falsant, excommunicati sunt cū suis fautoribus, & clerici officiiis & beneficiis privati sunt, & degradandi & tradendi curiæ seculari, per quam laicus legitime punitur. Qui verò falsis literis vtitur, si clericus est, officio & beneficio priuatur: si laicus, excommunicatus est. hoc dicit.*

Capitulum. vii.

**A**D falsariorum confundendam maliciā: & infra. De cōmuni fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, vt qui literis nostris vtī voluerint, eas primò diligenter examinent: quoniam si falsis literis se vsos dixerint, ignoratē, eorum sera pœnitentia euitare nequibit pœnas inferri annotatum sera pœnitentia euitare nequibit pœnas inferri annotatum. Nos enim omnes falsarios literarum nostrarū, qui per se vel alios vitiū falsitatis exercent, cum fautoribus & defensoribus suis anathematis vinculo decernimus innodatos: statuetes vt clerici, qui falsarij fuerint deprehensi, omnibus officiiis & beneficiis ecclesiasticis perpetuò sint privati: ita quòd qui per se falsitatis vitiū exeruerint, postquam per ecclesiasticum iudicem fuerint degradati, seculari potestati tradantur, secundum constitutiones legitimas puniendi: per quam & laici, qui fuerint de falsitate conuicti, legitime puniantur. Qui verò sub nomine nostro literis falsis vtuntur, si clerici fuerint, officiiis & beneficiis ecclesiasticis spolientur. si laici, tam diu maneat excommunicationi subiecti donec satisfaciant cōpōtenter, ita tamen, vt in istis & in illis maliciā grauius, quàm negligentia puniatur. quod & de his, qui falsas literas impetrant, statuimus obseruandum.

Idem.

Non

*Non presumitur, quis falsare literas de simplici iustitia: nec punitur, si hoc comperto destiterit illi vti. Capitulum. viii.*

**A**ccedens: & infra. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si literæ apostolicæ, in quibus falsitas fuerit deprehensa, de simplici iustitia formam habeant (cum præsumi non debeat, quòd pro talibus literis, quæ possunt facile obtineri, fraudem quis commiserit falsitatis) nec literis vti est, postquam eas falsas esse cognouit, tu ei officium beneficiumque restitues, ipsum super hoc ulterius non molestes.

Idem.

*Propter paucarum literarum rasuram in loco non suspecto, rescriptum non probatur falsum. Capitulum. ixa.*

**E**x conscientia: & infra. Verum literas ipsas, quæ redarguæ fuerant falsitatis, diligentius intuentes, nullum in eis falsitatis signum, vel suspicionis inuenimus, nisi paucarum literarū rasuras, quæ nequaquam sapientis animum in dubitationem vertere debuerunt: vnde si vobis constiterit prædictum R. obligaf se se sub periculo causæ, quòd literas illas falsas esse probaret (cum quilibet ad renuncian dum iuri suo liberam habeat facultatem) ipsi R. super dicta ecclesia silentium imponatis.

## De sortilegiis. Tit. xxj.

Ex pœnitentiali Theodori.

*Sortilegia pro furvis inueniendis, vel diuinationibus faciendis prohibentur, & contra facientibus pœna imponitur. Cap. i.*



**T**abulis vel coscibus, aut aliis sorte furta non sunt requirenda, nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus, quis obseruare presumat. Qui autem contra fecerit, quadraginta dies pœniteat.

Alexander. iij. Granden. patriarche.

*Presbyter, qui per inspectionē astrolabii furta requirit, ad tempus suspenditur ab altaris ministerio. Ita communiter summatur: sed in veritate hæc summatio non est indistincte vera, quia acrius potest puniri. Capitulum. iij.*

**E**x tuarum tenore literarum accepimus, quòd V. presbyter cum quodam infami ad priuatum locum accessit, non ea intentione, vt vocaret dæmonium, sed vt inspectione astrolabij furtum cuiusdam ecclesiæ posset recuperari. Verum licet hoc ex bono zelo & simplicitate se fecisse proponat, id tamen grauisimum fuit, & non modicam inde maculam peccati contraxit: & infra. Mandamus, quatenus talem ei pro expiatione

Z iij tione

tione illius delicti poenitentiam imponas, quod per annum & amplius, si tibi visum fuerit, eū ab altaris ministerio præcipias abstinere, & extunc liberum sit ei exercere officium sacerdotis.

Honorius tertius capitulo Lucen.

*Non solum electio per sortes fieri non debet, sed etiam electiones compromissariorum per sortes adsumi non debent. Cap.iii.*

**E**cclēsia vestrā episcopo destituta, vos cōuenientes in vnū, vt de futuri tractaretis electione pontificis, vnum elegeritis ex vobis per sortem, qui tres autoritate vestra elegerit, per quos vice omniū Lucañ prouideretur ecclesie de pastore: quorum duo tertium magistrum R. scilicet elegerunt: quod expresse licebat eisdem secundum traditam à vobis omnibus potestatem. Procuratoribus igitur vestris super his, in nostra presentia constitutis, nos tali examinato processu, licet nota non careat, quinimmo multa reprehensione sit dignum, quod fors in talibus interuenit: & infra. Electionem celebratam de ipso ad gratiam confirmationis admittimus, sortis vsum in electionibus perpetua prohibitione damnantes.

De collusionione detegenda. Tit.xxij.

Gregorius vniuersis episcopis de Corin.

*Adcusatore desistente ab adcusatione, potest index ex officio suo inquirere super crimine illato. Capitulum.i.*



**S**cripta. f. v. relegendes, agnouimus, quod hi, qui cōtra Hadrianum episcopum aliqua dixerant, modo cum eodem in amicitiam conuenissent: & infra.

Quia vero nunciati facinoris qualitas nos vehementer impellit, vt ea quæ audiuius, dissimulare nullatenus debeamus, præsertim cū adcusatores & adcusatū inter se fecisse gratiam indicaueritis: hoc necesse est subtilius perscrutari, ne forte non ex charitate, sed ex præmio eorum sit concordia comparata.

Idem.

*Desistente adcusatore & adcusato index prosequitur.*

*Capitulum.ii.*

**C**rimina semel audita Gregorius indiscussa nullo modo præteribat, etiam si adcusatus cum adcusatore in gratiam rediisset.

Alexander. iij. Noruicē. episcopo.

*Colludens in causa beneficalis, priuari debet beneficio. Cap. iij.*

**A**viduimus vsque adeo clericorum malitiam excreuisse, vt interdum inter se collusionione facta super beneficiis, quæ possident,

possident se sustineant ab aliis molestari, & postea, vt quaestioni cedatur: & iidem clerici, qui beneficia quietè possident, quasi nomine trāsfactionis soluunt aliis de ipsis beneficiis annuā pensionem, vt post mortem eorum in beneficiis illis, super quibus est collusio facta, ius sibi valeant vindicare. Vnde tibi mandamus, quatenus si quos clericos tuæ iurisdictionis per collusionem huiusmodi fraudem legitime tibi constiterit commississe, eos beneficiis, super quibus collusum fuerit, nō differas perpetuo spoliare: quia satis esset indignum, si fraus & dolus, quæ in præiudicium tui iuris, & aliorum nituntur committere, in eorum noa redundarent in commodum & iacturam.

Gregorius nonus Bareñ. archiepiscopo, & fratri Ioseph monacho Floren.

*Absolutio de criminibus illatis per collusionem facta, non impedit facultatem iterum adcusandi & inquirendi de illis criminibus. Capitulum. iiii.*

**I**n tantum clamor, qui ascendit contra Acherontinum archiepiscopum, inualefcit, quod dissimulare ipsum vlterius sine scandalo non valemus, nec sine periculo tolerare: & infra. Licet autem sed. aposto. frequentibus clamoribus excitata, inquisitionem quorundam excessuum suorum duxerit committendam, propter tergiversationes tamen ipsius (vt dicitur) eodem cum inquisitoribus & examinatoribus colludente, nec non corruptis testibus & inquisitoribus, ac examinatoribus supradictis, non solum prædicti excessus remanserunt hæctenus incorrupti, verum etiam peiora prioribus committere non exipauit: & infra. Discre. v. mandamus, quatenus si de huiusmodi collusionione ac corruptione constiterit: ex integro super præmissis & aliis, alioquin. uper nouis duntaxat inquireatis, quæ videritis inquirenda.

De delictis puerorum. Tit. xxij.

Gregorius nonus.

*Impuberes præter vicium carnis delinquere possunt, puniuntur tamen mitius, quàm adulti. Capitulum. i.*



**P**eris grandiusculis peccatum nolunt adtribuere quidam, nisi ab annis. xiii. cum pubescere cæperint. Quod merito crederem? si nulla essent peccata, nisi quæ membris genitalibus admittuntur. Quis vero audeat adfirmare furta, mendacia, & pueria, non esse peccata? At his plena est puerilis ætas: quanuis in eis non ita vt in maioribus punienda videantur.

Alexander.

Decretaliū Gregorij Lib.v. Tit.xxiiij.

Alexander.iiij.Hermon.episcopo.

*Puer non debet ita seuerè puniri sicut maior,nec pater ex delicto filii impuberis tenetur.*

Capitulum.ii.

**R**Eferente nobis H. intelleximus, quòd cum N. filius eius decennis cum alijs pueris fagittaret, quidam nepos eiusdē H. fagitta percussus interit: quòd idem filius eius cum inter alios luderet, fortuito casu dicitur peregrisse, propter quòd abbas sancti Remigij à prafato H. secundum consuetudinem illius ter ræ. c. solidos instantius requirebat: & infra. Vnde quoniam in pueris relinqui solet inultum quòd in alijs prouectioris ætatis humana leges dicunt seuerius corrigendum: mandamus, quatenus si conitorit filium prædicti H. intra. xiiij. ætatis suæ annum eundem excessum commississe, memoratum abbatem mon eas & compellas, vt ab eodem H. prædictos. c. solidos propter illam consuepudinem non exigat, nec ab ipso pro tempore pœna requirat.

De clerico venatore. Tit.xxiiij.

Ex concilio Aurelianen.

*Clerico prohibetur venatio, & contra facienti pœna imponitur. hoc dicit, cum sequens.*

Capitulum.i.



**E**Piscopum, presbyterum aut diaconum, canes, aut accipitres, aut huiusmodi ad venandum habere non licet. Quòd si quis talium personarum in hac voluptate sæpius decens fuerit, si episcopus est, tribus mensib⁹ à communione: si presbyter, duobus: si diaconus, ab omni officio suspendatur.

Ex eodem.

*Summatum est supra cap. proximi.*

Cap. ii.

\* Alias, pagatio- nes.

**O**Mnibus seruis dei, venationes & syluaticas fatigationes \* cū canibus, & accipitres aut falcones habere interdicitur.

De clerico percussore. Tit.xxv.

Ex concilio Agathen.

*Clericus sæpe alium percussiens, & monitus non desistens, deponendus est.*

Capitulum.i.



**S**I quis in aliquo gradu sacro percussor extiterit, corripatur à crimine: & si non emendauerit, deponatur.

Gregorius Carentinen. episcopo.

*Duobus mensibus à missarum administratione suspenditur episcopus, qui crudeliter aliquē sustigari facit.*

Cap. ii. Præterea

De maledicis.

**P**Ræterea quoniam mulierem propter delictum suum cōtra ordinē sacerdotij cædi crudeliter fustibus deputasti. Quā licet exinde (cum post octo menses decesteris) minime arbitramur fuisse defunctam: Tamen quia ad ordinem tuum noluisi habere respectum, duobus te mensibus ab administratione missarum statuimus abstinere.

Alexander. iij. Luceñ. episcopo.

*Non punitur clericus vt homicida, si fuit ipse in cōsistū pro parte violentiam repellentium, licet ibi aliqui mortui sint, & ipse lapides proiecit, ex quo nullum ipse percussit.*

Cap. iij.

**P**Ræsentium lator, in quòdam consistū adserit se fuisse, pro parte tamen illorum, qui violentiam repellabant: in quo lapides ipse proiecit, sed aliquē non percussit. Quem nos (quia per alios illic aliqui dicuntur occisi) à celebratione missarum per biennium præcipimus abstinere. Mandamus itaque, vt si alia non impederint: decurso huiusmodi temporis spacio, ad suam officij executionem eum admittas.

Celestinus tertius.

*Clericus, qui fuit in consistū ubi aliqui fuerunt occisi, sine eius facto vel consilio, de iure communi promoueri potest, hoc dicit, secundum intellectum, qui plus placet Panormi.*

Cap. iiii.

**C**ontinentiam \* literarum: & infra. Cum P. acolythus cum quibusdam ad resistendum prædonibus arma sumpsisset, in consistū illo tres fuerunt ab alijs vulnerati ad mortem, ita tamen, quòd illa homicidia neque facto eius neque consilio perpetrata fuerunt: & infra. Coasul. t. r. q. c. prædictū acolythum ad frugē melioris vitæ transiisse dicatis, poterit ipse ad subdiaconat⁹ ordinē promoueri, & altaris ministeriū exercere.

\* Alias, Continentia.

De maledicis. Tit.xxvj.

Clemens tertius.

*Maledicens papa puniendus est, vt alij deinceps deterreantur, & ipse arceatur.*

Capitulum. i.



**N**notuit nobis: & infra. Quia nobis per literas retulisti, quòd cum I. clericus multis coram adstantibus verba quædam in depressionem officij & beneficij nostri protulit. Ipsum à temeritate sua cōpescas. Vt pœna illius alijs terrorem inculciat, ne decætero contra Ro. ec. in talia verba prorumpant.

Gregorius nonus. *Hic ponitur pœna blasphemantis deum, vel aliquem sanctum, & maxime virginem gloriosissimam.*

Capitulum. ii. Inl. repe.

Statuimus,

\* vide. l. ant facta. S. si ff. de pa. & l. i. C. ad legē



a = hic notat p[ro]p[ri]etate s[er]u[m] q[ui]a intelligentia s[er]u[m] apud ep[iscopu]m ad p[ro]p[ri]etate  
 3 p. 4. 2. 4. dicitur ut r[ati]o dicitur Rom. in p[ro]p[ri]etate, et in r[ati]o dicitur  
 Ecclesiasticus p[ro]p[ri]etate excommunicari, sed in r[ati]o dicitur s[er]u[m] s[er]u[m] s[er]u[m]  
 execut[us] p[ro]p[ri]etate  
 r[ati]o mandare ita  
 couer[tere] p[ro]p[ri]etate  
 cap[itu]l[um] r[ati]o. 6. 5. 6.  
 Et A. 1. 164. recop[er]at

Decretaliū Gregorij Lib. v. Tit. xxvij,

**S**tatuimus, vt si quis contra deum vel aliquem sanctorum suorum, & maxime beatam virginem, lingua in blasphemiam publicè relaxare p[re]sumperit, per episcopum suū p[œ]nā subdatur inferius adnotatā, videlicet, quod in septem diebus dominicis p[re]foribus ecclesiæ in manifesto (dum aguntur missarum solennia) blasphemus existens, vltimo illorum die dominico palliū & calceamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum, septemque p[re]cedentibus sex feruis in pane & aqua ieiunet, ecclesiā nullatenus ingressurus. Quolibet quoque p[re]dictorum dierum tres si poterit, alioquin duos reficiat pauperes, siue vnum. Et si nec ad hoc eius suppetant facultates: id in p[œ]nam aliam commutetur. cui etiam si renuerit recipere ac peragere p[œ]nitentiam supradictam, ecclesiā interdicitur ingressus, & in obitu ecclesiastica careat sepultura. Per temporalem p[re]terea potestatem coactione (si necesse fuerit) episcopi dioc[es]e. adhibita contra eum, blasphemus si diues fuerit, quadraginta solidorum, alioquin triginta siue viginti, & si ad id non sufficiat, quinque solidorum vsualis monetæ p[œ]na mulctetur, nullam in hoc misericordiam habiturus, quod etiam inter alia communitatum statuta ponatur.

De clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante. Tit. xxvij.

Ex canone apostolorum.

Clericus depositus celebrans excommunicatur. Capitulum. i.



**S**i quis episcopus, presbyter vel diaconus depositus iuste pro certis criminibus ausus fuerit ad tractare ministerium sibi dudum commissum, hic ab ecclesia abscindatur.

Ex concilio Antiocheū.

Degradatus vel suspensus celebrans, & monitus non desistit, excommunicatur: & si nec sic desistat, per secularem potestatem ad requisitionem ecclesiæ exilio damnatur. Capitulum. ii.

\* Vide. l. per exact. lib. x. c. 1. Papi- nianus. S. meminisse ff. de inof. fi. test.

**S**i quis presbyter aut alius clericus fuerit degradatus, aut ab officio pro certis criminibus suspensus, & ipse per contemp- tum & superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere p[re]sumperit, & postea ab episcopo suo correptus, in incepta p[re]sumptione perdurauerit, modis omnibus excommunicetur: & quicumque cum eo communicauerit, similiter se sciat esse excommunicatum. Similiter de clericis, laicis, vel fœ- minis excommunicatis obseruandum est. Quod si aliquis ista omnia contempserit, & episcopus minimè emendare poterit,

regis

De clerico excommu. vel deposito. 367

regis iudicio ad requisitionem ecclesiæ exilio damnatur. Alexand. iij. London. episcopo.

Interdictus & excommunicatus celebrans monitus non desistens, deponitur. Capitulum. iiii.

**C**lerici autem, si qui à suis, aut etiam de mandato Romani pontificis ab aliis episcopis interdicti vel excommunicati ante absolutionem diuina officia celebrauerint, nisi mo- niti sine dilacione redierint, perpetuæ depositionis sententiā, pro ausu tantæ temeritatis incurrant.

Idem Toletano archiepiscopo.

Excommunicati vel interdicti celebrans deponi debent, nisi propter multitudinem mitigetur p[œ]na. Capitulum. iiii.

**L**atores p[re]sentium nobis incimarunt, quod tam ipsi, quam multi alij postquam interdicti vel excommunicati fuerint, diuina p[re]sumperint officia celebrare: & infra. Fraternalit[er] tuæ mandamus, quatenus si. xl. solummodo vel pauciores in his deliquisse constiterit, omnes in perpetuum ab officio sacerdotali deponas. Si verò multitudinem magnam in hoc peccasse, cognoueris, eos, quos magis causam delicti esse constiterit, perpetua depositione condemnes, & alios, qui non tantum deliquerint, ab officio ad tempus suspendas, & omnibus p[œ]nitentiam secundum discretionem tibi à deo datam iniungas.

Innocentius tertius Herbipolē. capitulo.

Si habens notitiam excommunicationis, per solam famam, celebrat, debet de rigore deponi, licet cum eo possit misericorditer dispensari. h. d. & est casus notabilis. Capitulum. v.

**I**llud dominus in beato Petro: & infra. Venerabilis fra. no. Iquondam Hildesemen. episcopus licentia non solum nō ob- tenta, sed nec etiam postulata (ecclesia Hildesemen. relicta) Herbipolē. ecclesiā occupauit: & infra. Vnde Magdeburgen. episcopo dedimus in mandatis, vt cum factum ipsum non posset in partibus illis non esse notorium nisi dictus episcopus intra. xx. dies ab Herbipolē. ecclesiæ administratione cessaret, cum excommunicatum publicè nunciaret. quod idem Magdeburgen. studuit adimplere: & infra. Ipse verò episcopus, in nostra postmodum p[re]sencia constitutus, et si suum recognosceret & conuiteretur excessum, & non iudicium, sed misericordiam postulareret: hoc tamē inter alia in sua excusatione proposuit, quod cum dictus Magdeburgen. non esset ordinarius iudex eius, non crederat, quod monitione non p[re]missa auctoritate delegata posset procedere contra ipsum, aut sententiam

tiam

tiam in eum aliquam promulgare. Vnde cum nec ante factum monitorias, nec post literas ab eo aliquas accepisset, peccare non credidit si diuina officia quantumcunque solenniter celebravit, præsertim cum ei noā nisi per famam de sententia contra eum prolata constaret: & infra. Licet autem in hoc nō videatur omnino culpabilis extitisse: quia tamen in dubiis via est eligenda tutior, et si delata in eum sententia dubitaret, debuerat tamen potius se abstinere, quā sacramenta ecclesiastica pertractare. Illud autē quod sub spe veniē diuina sibi fecit (postquam se à nobis excommunicatum nouerat) celebrari, & communioni fidelium ingressi se, potius contra eum facere credimus, quā pro eo, cum sub fiducia pœnitentiæ non debuerat deliquisse, & excommunicato non vitare, multo magis, q̄ non vitari periculum existat. non vitare siquidem, cum in eo sit, excommunicatus sine delicto non potest: sed cum ex alii pendeat, sine suo delicto poterit nō vitari: & infra. Cum eo misericordiam facientes, pœnam, quam canon minatur his, qui post excommunicationem diuina præsumperint officia celebrare, vel se celebrationi ingesserint diuinorum, ei non duximus infligendam.

Idem Bisuntin. archiepiscopo.

*Excommunicatus celebrans, à beneficio deponitur. Cap. vi.*

**F**raternitati tuæ: & infra. Presbyteros autem & alios clericos, qui pro suis excessibus, à te nexibus anathematis canonice innodati præsumperunt vel præsumunt officia celebrare diuina, rationabiliter poteris omnibus beneficiis ecclesiasticis spoliare.

Idem decano & priori Coloñ.

*Collatio beneficii excommunicato facta non tenet, & scienter talibus conferens, à beneficio collatione suspenditur. Cap. vii.*

\* Vide. l. si fugitiui. in glos. in ver. amputato. ff. de ser. fugi. & auiliē. omnes peregrini. C. comm. de suc.

**P**ostulatis per sedē apost. edoceri. & infra. Consul. vestre respon. quod cū excommunicatis cōmunicari nō debeat: & clericis excommunicationis vinculo innodatis ecclesiastica beneficia conferri nō possunt, nec illi valēt ea retinere licite, nisi forsitan cum eis fuerit misericorditer dispensatum, cum ea nō fuerint canonice consecuti. Illi vero, qui scienter illa beneficia talibus contulerunt, tam diu debent à beneficiorum collatione suspendi, donec super hoc veniā consequi mereantur, vt puniantur in hoc, in quo delinquere præsumperunt.\*

*Celebrans in loco interdicto si est clericus secularis, beneficii priuatur: si monachus, in arctius monasterium detruditur. h. d.*

Quasiuis præterea qualiter puniri debeant clerici, monach

chi vel moniales ecclesiarum conuentualium, qui post latam interditi sententiam in locis suppositis interdicto præsumpserunt hæcenus, & adhuc etiam non verentur diuina officia celebrare, quamuis propter hoc sint excommunicationis vinculo innodati. Ad hoc breuiter respondemus, quod clerici, qui talia præsumperunt, sunt ecclesiasticis beneficiis spoliandi: monachi vero vel moniales in arctoribus monasteriis ad peragendam pœnitentiam detrudendi.

Idem decano & subdiacono Pietauē. & magistro P. cano. Petragoricē.

*Vallet collatio beneficii ei facta, qui prius fuit excommunicatus, sed absolutus tempore collationis. Capitulum. viii.*

**P**roposuit coram nobis magister P. clericus episcopi Tusculanē. quod G. sanctæ Mariæ in porticu diaco. cardin. in partibus illis aposto. sed. legationis fungēte officio: quidam de Lemouicinio ei humiliter supplicauerit, vt eorum ecclesiā, que debito fraudabatur clericorum seruitio, ordinaret: pro se ac magistro eodem preces specialiter porrigentes. Ipse vero Lemouicē. ciuitatem ingressus, canonicos monuit, vt illos reciperent in socios & in fratres: maxime cū præbēdæ. v. vel. iiii. ab vltima ipsius ecclesiæ ordinatione vacassent. quibus post petitas & concessas deliberationis inducias non curantibus respondere, de præbēda Lemouicē. cardin. prædictus eosdem clericos inuestiuit. & infra. Cum autem dictus magister & Lemouicē. pœnitentiarius in nostra fuissent presentia constituti, & acta iudicij inspici fecerimus diligenter, per pœnitentiarij testes intelliximus, quod Lemouicē. episcopus pluribus annis antequam idem magister inuestitus fuerit, clericos Burgen. castri Lemouicē. & eundem P. nominatim (quem eorum dicebant consiliarium & fautorem) vinculo excommunicationis adstrinxit. Per testes vero magistri P. probatur, quod etiam dictus episcopus in Burgen. & eorum fautores tam clericos, q̄ laicos Lemouicē. excommunicationis sententiam protulisset, eos tamen per tres annos absoluit antequam dictus magister fuerit inuestitus: & infra. Et quia idem episcopus dicto magistro communicauit postea in ecclesia & in mensa: & infra.

Quia vero saepe dictum magistrum inuestitura sua tempore à præfato episcopo extitisse excommunicatum dictus pœnitentiarius (sicut obtulerat) non probauit, cum ex aduerso de absolutione & communiōe dicti episcopi fuerit facta fides: quod per dictum legatum de memorato magistro factum est; per definitiuam sententiam duximus ad probandum.

Grego.

## Decretaliū Gregorij Lib.v. Tit.xxviiij.

Gregorius.viiij.canonicis Pragensibus.

*Suspensus vel excommunicatus ignoranter celebrando nulla indiget dispensatione respectu irregularitatis, alias secus. Ca.ix.*

**A**postolica sed. & infra. Verum quia tempore suspensionis ignari celebrastis diuina, vos reddit ignorantia probabilis excusatos. Ceterum si forte ignorantia crassa & supina aut erronea fuerit, propter quod ad dispensationis gratia egeatis, eam vobis de benignitate apostoli. iudicemus.

Idem.

*Excommunicatus minori celebrans non est irregularis, sed peccat, & potest eligere, & ea, quæ sunt iurisdictionis exercere, licet non eligi: sic confert sacramenta, licet peccet, tamen collatio tenet, & suum habet effectum.*

Capitulum. x.

**S**i celebrat minori excommunicatione ligatus: licet grauius peccet, nullius tamē notam irregularitatis incurrit, nec eligere prohibetur, vel ea, quæ ratione iurisdictionis sibi competunt exercere. Sitamen scienter talis electus fuerit, eius electio est irritanda, pro eo, quod ad susceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione à sanctis patribus est priuatus.

Peccat autem conferendo ecclesiastica sacramenta: sed ab eo collata, virtutis non carent effectu, cum non videatur à collatione, sed participatione sacramentorum (quæ in sola conficitur perceptione) remouus. Dummodo non in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ, videlicet contra prohibitionem superioris, communioni excommunicatorum pertinaciter se ingerit: in quo casu est anathemate feriendus.

## De clerico non ordinato ministrante.

Titulus. xxviiij.

Hormisda papa.

*Clericus ministrans in pertinentibus ad ordinem, quem non habet, deponendus est, & amplius non ordinandus. Capitulum. i.*



**S**i quis baptizauerit aut aliquod diuinum officium exercuerit, non ordinatus, propter temeritatem abiciatur de ecclesia, & nunquam ordinetur.

Vrbanus. iij. Legion. episcopo.

*Diaconus missam celebrans, ad sacerdotium non promouetur: & à diaconatu suspenditur ad tempus: sed in beneficio poterit ad tempus dispensari.*

Capitulum. ii.

**E**x literis tuæ fraternitatis innotuit nobis, quod I. diaconus cum non imposuisses ei manum, missarum celebrationem vsurpare

## De clero. p. sal. prom. De eo qui ordinē &c. 369

vsurpare præsumpsit: & infra. Consulcioni tuæ taliter respondemus, quod ad sacerdotis officium non poterit promoueri, à diaconatu quoque biennio vel triennio pro tua maneat prouisione suspensus. De beneficio autem misericorditer agatur cum eo: ne sustentatione priuatus, ad seculi negotia reuertatur. Vt autem securius ei possis hanc misericordiam facere, de agenda pœnitentia diligenter circa eum curam non desinas exhibere. salubrius autē sibi absque dubio prouidebit, si ad regularem vitam se duxerit transferendum.

## De clerico per saltum promotio. Tit. xxix.

Innocentius. iij. Bonon. episcopo.

*Qui ignoranter per saltum de subdiacono fit presbyter, post pœnitentiam in diaconum ordinatur, & postea potest secum in sacerdotio dispensari.*

Capitulum. i.



**V**æ literæ continebant, quod (sicut ex relatione quorundam receperas) P. presbyter diaconum ordine prætermisso, se fecit ad sacerdotij ordinem promoueri. Ipse tibi quoque secreto confessus est, se pro certo nescire si res taliter se haberet, sed ex quo boni viri hoc adferebant, inter quos fuerat cōuersatus: credebat adfertioni eorum, eo quod tempore, quo ordines inferiores susceperat, intra annos discretionis fuerat cōstitutus: & infra. Mandamus, quatenus condignam pœnitentiā pro huiusmodi negligentia iniungas eidem: qua peracta (quia non intelligitur iteratum, quod factum esse nescitur) ipsum in diaconum ordinare procures, & sic de misericordia eundem ministrare permittas, in ordine sacerdotis.

## De eo qui ordinē furtiue suscepit. Tit. xxx.

Alexander. iij. Lincoln. episcopo.

*Qui furtiue recipit ordinem, si contra hoc facientes lata erat excommunicatio, sine dispensatione papa, in sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere non potest: sed si excommunicatio lata non erat, episcopus & abbas poterunt dispensare. hoc dicit, cum duobus sequentibus.*

Capitulum. i.



**V**eniens ad nos P. nobis exposuit se furtiue ordinē diacon. suscepisse. Vnde. f. r. respō. quod si non fuit à te vel ab aliquo archidiaconorū, vel prælatorum tuorū sub anathematis interminatione prohibitus, tu ipse in promotione ipsius ad sacerdotale officium condigna satisfatione imposita (nisi alta impediant) pro arbitrio tuo dispenses. Si vero interminatio ana-

Aa

*Diaconatus*

thematis sup hoc facta est, moneas eū, vt in aliquo monasterio seu canonia habitū suscipiat regulare: cui, ex quo in habitu illo aliquanto tempore fuerit laudabiliter conuersatus, poteris misericorditer providere: alioquin nulla ratione concedimus eū ad sacerdotalem ordinem promoueri.

Celestinus tertius.

*Summatum est supra cap. proximo.*

*Capitulum.ii.*

**C**um H. lator presentium, sicut nobis sua questione monstrauit, ad tuam (ordinationis causa) presentiam accessisset, iuxta consuetudinem patrie sibi quatuor minores ordines contulisti: quibus non contentus, subdiaconatū temerario ausu recepit. Quia vero idē clericus in hoc facto multum excessit: Mandamus, quatenus cum in minoribus dumtaxat ordinibus celebrare permittas. Si vero domum religionis intrauerit, & vita & mores eius exegerint, abbas (si voluerit) in aliis poterit ordinibus dispensare.

Idem.

*Summatum est supra cap.i.*

*Capitulum.iii.*

**I**nnotuit nobis, q̄ G. clericus & alij duo de dioecesi tua ad G. quondā Segunt. episcopum, vt ordines reciperēt ab eo, accesserunt. Cūq; ab eodem episcopo sub excommunicationis sententia fuisset inhibitu, ne quis se ad duos ordines suscipiendos ingereret, predicti clerici nihilominus subdiaconatus & diaconatus ordinem clandestinē susceperunt: & infra. Consul. tua taliter respon. q̄ ordinati in susceptis ordinibus de iuris rigore ministrare nō debent. Verūtamen si ad religionē aliquam voluerint se transferre, & perfecta pœnitentia pro arbitrio tuo eis iniuncta, ibidem laudabiliter fuerint conuersati, processu tēporis cum eis poteris de nostra licentia dispensare, vt postmodum susceptorum ordinum executione lætentur.

De excessibus p̄latorum & subditorum. Tit. xxxj.

Alexander tertius.

*Monet p̄latos abstinere a grauaminibus subditorum, & aliquam enumerat, & geminatā penā imponit cōtra faciētibz. Ca. i.*



**R**euēnit ad audientiam nostram: & infra. Cū autem presbyteros quasi filios & fratres benigne ac fraternam debeatis charitate fouere: Mandamus, quatenus in eos callias & exactiōnes indebitas exercere nullatenus p̄sumatis, nec de cetero irrationabiliter grauetis, vel inhoneste tractetis eosdē, aut sine iudicio capituli suspendere, vel eorum ecclesias interdictione sub-

licere

licere adtentetis, neque duas ecclesias, quarum vtriusq; sufficere videbitis, permittatis illos tenere, nec aliquem excommunicare sine ordine iudiciario p̄sumatis. Scituri pro certo, q̄ si huiusmodi rumores de vobis iterum ad aures nostras peruenirent, pro tantis excessibus vos taliter puniemus, quod timore pœnæ vestra ceteri a similibus abstinebunt. \*

Idem Cantua. archiepiscopo.

*Non potest episcopus sine causa ecclesiam alteri subiectam ab illius subiectione & obsequio liberare. Capitulum.ii.*

**A**d hæc, quoniā episcopus plures ecclesias a consuetudine & obsequio archidiaconorum liberas constituit & immunes, per quod reditus deminuit eorundē. Mandamus, quatenus factum episcopi super hoc corrigas & emendes, & ita prohibeas, quōd p̄fatis archidiaconis consuetudines, quas presbyteri in ecclesiis suorum archidiaconatum debent, plenariē conferentur: & illis debitā reuerentiā exhibeant & honorē.

Idem Exoniē. episcopo.

*Habens subiectionem seu collationem beneficii, illud pro suo vti se retinere non potest, seu sibi conferre. Capitulum.iii.*

**A**d aures nostras peruenit, q̄ quidā archidiaconi tui in ecclesias, quæ in suis archidiaconatibz vacat, autoritate propria intrudere nō verentur: & infra. Mandamus, quatenus eos, qui tali modo ecclesias occupat vel occupatas detinet, ad easdē dimittendas censura ecclesiastica cōpellas, & easdē ecclesias de personis idoneis ordinans, p̄fatos archidiaconos, pro tanta p̄sumptione debita cures animaduersione punire.

Idem in concilio Lateranen.

*Contra naturam incontinentes, si sunt clerici, deponuntur, & in monasterio detruduntur: si laici, excommunicantur. Cap. iiii.*

**C**lerici: & infra. Quicumq; illa incontinentia, quæ contra naturam est (propter quam ira dei venit in filios discedit), & quinque ciuitates igne consumpsit) deprehens fuerint laborare, si clerici fuerint, deiciantur a clero, vel ad agendam pœnitentiam in monasteriis detrudantur. Si laici, excommunicationi subdantur, & a cœtu fidelium sicut penitus alieni.

Idem.

*Subditus non tenetur parere superiori aliquid exigenti vel p̄cipienti, contra tenorem sui privilegij. Capitulum.v.*

**S**ane si episcopi aliquid ab abbatibus, p̄ter debitā obedientiam contra libertatem ordinis a p̄. no. & a nobis indultam exigunt, liberum sit abbatibus autoritate aposto. quod petitur denegare.

Aa ij

Idem

\* Vide. li

2. in prin.

C. ad. l. 1a

lia. repe.

& ista. de

excep. S.

hodie au.

ten. in fi.

a. d. nota ad h. l. c. ad h. jul. de adulterij

Idem Noruicē. episcopo.

*Vicarius ecclesie vsurpans, sibi ipsius ecclesie personatum contra prestitum iuramentum, ad officij sui executionem admitti non debet.* *Capitulum. vii.*

**I**llud etiam de vicariis, qui personis fide & sacramento obligati sunt, duximus statuendam, quod si personatum sibi falso adsumentes, contra personas se erexerint, & super hoc in iure confessi fuerint vel conuicti, de cætero in eodē episcopatus ad officij sui executionem nullatenus admittantur.

Clemens tertius.

*Excommunicatio lata, contra subditum: quia non paret contra priuilegium sibi à superiori concessum non tenet.* *Cap. vii.*

**C**um ad quorundam: & infra. Ideoq; di. v. apost. auctoritate concedimus, vt si ecclesiarum prælati numerū eutionis & personarum in Lateranē. concilio constitutū, cum ecclesiis visitant excedere fortē præsumperint, & pro illis procurationem exegerint, liberum sit vobis auctoritate apost. denegare: & si propter hoc in ecclesiis vestras vel clericos aliquā sententiam promulgauerint: ipsam decernimus non tenere.

Celestinus. iij. Faustino episcopo.

*Prælati inferior citra episcopum, non potest suam ecclesiam, vel sibi subiectum alteri vnire sine episcopi consensu, etiam metropolitani auctoritate interueniente. hoc dicit. & est casus multum allegabilis.* *Capitulum. viii.*

**S**icut vnire episcopatus, atq; potestati subiicere aliena, ad summū pontificē pertinere dignoscitur: ita episcopi est ecclesiarum suā diocesis vnio, & subiectio earundē. Cum itaque prior Granden. monasteriū suū, quod est in tua diocesi & de tuo debet ordinari cōsensu, monasterio de Accato (tuo ad sensu minime requisito) subiicere sine vnire: quod fecit te incōsulto, tibi liceat, auctoritate nostra (sicut iustū fuerit) in mare. Non obstāte ad sensu vel cōfirmatione, quā metropolitani interposuisse proponitur, cum in diocesi sui suffraganei absq; ipsius ad sensu non debeat aliquid contra constitutiones canonicas adtentare, nos quoque id decernimus irritandum.

Innocen. iij. archipresbytero sancti Andree de Pal.

*Suspendi debet clericus, qui de suo crimine publicē gloriatur.*

*Capitulum. ix.*

**Q**uam sit graue crimen in clericis cum malefecerint gloriari, nullus sana mentis ignorat. Accepimus sane, & cum R. Deserien. P. filiam suam cui dā s. nomine tra diderit

diderit in vxorem, P. diaconus non erubuit publicē confiteri se mulierem prædictam carnaliter cognouisse: vnde factū est, quod vir ad propria eam remitteret, cui fuerat matrimoniali- ter copulata. Ideoq; mandamus, quatenus si tibi confiterit de præmissis, app. ces. præfatum clericum ab officio & beneficio suspendere non postponas, compellans virum, vt vxorem suam recipiat, eiq; (sicut iustum est) officij exhibeat maritale.

Idem episcopo Hipponē. & abbati de Toletō,  
visitatoribus Lombardiæ.

*Clericus auctoritatem vel consilium directē vel indirectē homicidio præstans, irregularis efficitur.* *Capitulum. x.*

**E**x literis vestris accepimus, quod cum ad Albiganēscam ecclesiam vnā cum Pisano archiepiscopo tunc episcopo Ven- cellen. accessissetis, visitationis officium impleturi: Albiganē. episcopus inter cætera, quæ proposita fuerant contra ipsum, ore proprio est confessus, quod cum quidam in villa quadam ad eius iurisdictionem spectante insamaretur de furto, & idem illud inficiaretur omnino, offerens, quod candentis ferri iudicio se purgaret, & vt suspendio puniretur si deficeret in eodem, dictus episcopus requisitū à iudice, quid super hoc videretur eidem: & cum iudex respondisset, vt fieret sicut vir ipse dixerat, ferrum candens in ipsius præsentia episcopi est allatum: quod cum accepisset fur ille, cōbuitus est: vnde iudex pauēfactus, quid sibi super hoc videretur, consuluit episcopum memoratum. Qui respondit, quod si fur sic euaderet, malum esset: quanquam adfirmit se verbis talibus vsū fuisse. Auditis quantus est clamor populi, omnes dicunt malum est, si sic euaserit impunitus. & sic episcopus & iudex villam ipsam cum multitudine sunt egressi, in quorum præsentia prædictus fur est suspensus: propter quod ipsum cum literis vestris ad sedem apostolicam destinatis: sed idem nihil super his proposuit coram nobis, nec literas vestras vidimus, licet idem se nobis illas adferat præsentasse. quinimo cum dictus archiepiscopus ad sedem apostolicam accessit, qui nobis huiusmodi rei seriem plenarie indicauit, idem episcopus à nostra discessit præsentia, & perquisitus non potuit inueniri. Nos autem quia idem episcopus non solum in iudicio candentis ferri, verum etiam in furis suspendio grauitèr deliquisse, cum his non tantum auctoritatem præstiterit, verum etiam præsentiam exhibuerit corporalem, ipsum indignum altaris ministerio reputamus. Cum igitur pontificale officium sine altaris ministerio non valeat adimpleri: mandamus, quatenus vt episco-

patui cedat moneatis eundem, alioquin ipsum ab Albigan. ecclesia amouēs, faciatis eidem per electionem canonicam de persona idonea prouideri.

Idem archiepiscopo, & maioris monasterij & sancti Iuliani abbatibus Turonen.

*Collatio beneficij facta indigno occulta cassari debet, & confessorum secundo ante cassationem prima collationis prouari debet ea vice potestate conferendi.* *Capitulum. xi.*

**I**nter dilectos filios B. & P. canonicos Pictauen. super succentoria Pictauen. ecclesie quaestione suborta, utroque adferente succentoria ipsam se per Pictauen. cantore (ad que eius donatio pertinebat) canonicis adsecutum: & infra. Nos igitur adtestationibus utriusque partis inspectis, inuenimus esse probatum eundem P. publicum aleatorem esse, ac usurarium manifestum, utpote, qui undecim denarios pro duodecim mutauerat in ludo. vnde licet ad palliandum tantæ presumptionis excessum proposuerit, quod hoc fecerit iuxta consuetudinem Gallicorum clericorum, qua fere vniuersi clerici mutuati sic frequenter & ludunt: nos tamen, qui ex officij nostri debito pestes huiusmodi extirpare proponimus, atque ludos voluptuosos (occasione quorum sub quadam curialitatis imagine ad dissolutionis materiam deuenitur) penitus improbamus, excusationem prædictam, quæ per prauam consuetudinem (quæ corruptela dicenda est) \* palliatur, friuolam reputantes, cum in illis magis plebilis sit offensa, per quos ad excusandas excusationes in culpis, delinquendi autoritas usurpatur: quod circa eundem P. de succentoria factum esse dignoscitur, propter indignitatem & vilitatem ipsius duximus irritandum. cum personis vilibus & indignis portæ dignitatis patere non debeant, iuxta legitimas sanctiones. Præterea contra præfatum B. fuit manifeste per testes probatum, quod de conscientia iudicum vltima clausula inserta non fuerat in literis coruadem, sicut in ipsorum depositionibus exprimitur euidenter. & infra. Vnde pars altera proponebat, quod cum prædictus B. scienter vsus fuerit literis sic falsatis, debeat tanquam falsarius omnino repelli. Verum nos adtendentes, quod etsi constaret, quod dicta clausula literis illis fuisset adposita, præter conscientiam iudicum prædictorum, quia tamen fides facta nobis non fuit, quod dictus B. illam clausulam adposuerit, vel procurauerit, ut ab alio poneretur: vel etiam, quod scienter vsus fuerit literis sic falsatis, ab huiusmodi falsitatis obiectu eundem duximus absolendum, maxime cum postquam

\* *Vide. l. ones iudic. c. 1. glo. j. C. de decur. lib. x. c. 1. not. in auth. habit. C. de fil. p. pat.*

postquam sibi hoc obiectum fuit, prætermiserit uti eis: & infra. Cum igitur per depositiones duorum testium nobis constiterit, \* & concessio P. facta præcesserit, quamquam propter indignitatem eiusdem meruit reprobari, concessionem postmodum B. factam irritam decernimus & inanem. Quia verò cantor adeo inhonestus se habuit in hoc facto, ut prima donatione non reprobata, secundam facere adtentauerit, & dignum sit, ut in eo quis puniatur, in quo visus est deliquisse, in hoc eius duximus varietatis inconstantiam puniendam, ut concedendi succentoria ipsam hac vice nullam habeat facultatem: presentium vobis auctoritate mandantes, concedimus, quatenus eadem auctoritate nostra suffulti, personæ idoneæ adsignetis.

\* *Vide. l. ubi numerus. C. de testi.*

Idem in concilio generali.

*Cognoscere de causa matrimoniali, item penitentias publicas & indulgentias concedere, spectat ad dignitatem episcopalem. vnde inferior prælatus: de his se intromittere non debet, nisi ei competat de iure speciali.* *Capitulum. xis.*

**A**ccedentibus ad nos de diuersis mundi partibus, episcoporum querelis intelleximus, graues & grandes quorundam abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea, quæ sunt episcopalis dignitatis extendunt, de causis matrimonialibus cognoscendo, iniungendo publicas penitentias, concedendo etiam indulgentiarum literas, & similia præsumendo, vnde contingit in eorum, quod vilescit episcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur in his & episcoporum dignitati, & abbatum prouideri salutem, presentium decreto firmiter prohibemus, ne quis abbatum ad talia se præsumat extendere, si proprium voluerit periculum euitare, nisi forsitan quinquæ eorum speciali concessione, vel alia legitima causa super humilimos valeat se tueri.

Honorius tertius P. ti. sanctæ Prudentianæ presbytero Cardinali.

*Ad reuelandum peccatorem, sius peccatum in penitentia confessum, sacerdos compelli non potest.* *Cap. xiiii.*

**D**ilectus filius Ioannes presbyter exposuit conquerendo, quod rectores fraternitatis vrbis ipsum ad reuelandum fures, & super quodam furto, sibi tanquam sacerdoti fuerat reuelatum, vel ad satisfaciendum exinde damnum passo arctare nitentes, in eum (nisi alterum præmissorum efficeret) tulerit sententiam interdicti. Quia igitur perniciosum esset prædictum presbyterum sibi taliter credita reuelare, ac cogi ad id quod

Aa iiii non

non rapuit exoluendum. Dicit. mandamus, quatenus prefatos rectores coram te conueniens iniungas eisdem, vt à memorati presbyteri grauamine penitus conuiescant.

Idem præposito R. & I. archidia. Suesfione.

*Priuari homines regulariter nequeunt cōstituire collegium, & habere signa collegij, nisi eis aliter concedatur. Cap. xiiii.*

**D**ilecta in Christo filia abbatissa Iortrenē. nobis in iuuare curauit, quòd cūm presbyteri & clerici Iortrenē. ecclesie Meldensis diocesis, non consueuerint proprium habere sigillum, nec sint vnum corpus ita, quod capitulum adpellaretur, nihilominus contra voluntatem ipsius (quæ ipsorum caput est & patrona) sigillum habere contendunt: & infra. Dis. v. mandamus, quatenus si vobis constiterit ita esse, dictis presbyteris & clericis auctoritate nostra inhibeat is expresse, ne præsumant vel de nouo fabricare sigillum, vel vti eo si fortè nouiter fuerit fabricatum.

Idem sancti Auberthi archidia. abbati de Annona, & præposito Cameracē.

*Qui contra iuramentum negat prælatum dominum suum, vel coram iudice seculari de ipso conqueritur, vel ipsum innadit, deponi debet. Capitulum. xv.*

**G**rauem & dolore non vacuam: & infra. Dis. v. mandamus, quatenus si vobis constiterit archidiaconum semel, & secundo contra fidem homagij præstiti ac debitam reuerentiam, episcopum suum esse dominum negasse, vel in foro seculari deposuisse, contra cum super rebus spiritalibus questionem, aut tam inuasori episcopi & fociorū eius, quàm fratri eius vel complicibus suis causam vel cōsiliū præbuisse: ipsum tamen membrum putridum ab Ambian. ecclesia perpetuò abscindatis, beneficia sua facientes personis idoneis per illos, ad quos donatio pertinet assignari.

Gregorius. ix. vniuersis ecclesiarum prælati.

*Ponit. xv. grauamina illata religiosis, à quibus præcipit prælatos abstinere. Capitulum. xvi.*

**N**imis iniqua: & infra. Cūm religiosi viri abnegantes salubriter semetipsos, elegerint in paupertate Christo pauperi ad placitum famulari, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes: non desunt plerique: tam ecclesiarum prælati, quàm alij, qui cæca cupiditate seducti propriæ auiditati subtrahi reputantes, quicquid prædictis fidelium pietas elargitur, quietem ipsorum multipliciter inquietant. Volunt nāque contra regulam à sede apo. approbatam, & sui ordinis instituta, ipsi in-

uitis eorum confessiones audire, ac eis iniungere pœnitentias, & eucharistiam exhibere: nec volunt, vt corpus Christi in eorum oratoriis referuetur: & fratres ipsorum defunctos, apud ecclesias suas compellunt sepeliri, & eorum exequias celebrari: & si quis decedentium fratrum alibi, quàm in suis ecclesiis eligat sepulturam, funus primo ad ecclesias suas deferri cogit, vt oblatio suis vñibus cedat. Nec sustinent eos habere campanā, vel cœmeterium benedictum, certis tantum temporibus permittunt ipsos celebrare diuina. Volunt quoque in domibus eorum certum numerum fratrum, sacerdotum, clericorum, & laicorum, nec non cæreorum, lampadarum, & ornamentorum, pro voluntate sua taxare, ac residuum cæreorum, quando nouiter apponuntur, exigim ab eisdem. Nec permittunt, quòd noui sacerdotes eorum alibi, quàm in ecclesiis suis celebrent primas missas, eos nihilominus compellentes, vt in quotidianis missis, quas in suis locis & altaribus celebrant, oblationes ad opus eorum recipiant & reseruent. quicquid etiam eis dum celebrant missarum solennia, intra domorum suarum ambitum pia fidei deuotione donatur, ab ipsis extorquere oblationis nomine contententes, quòd eisdem tam in ornamentis altaris, quàm in libris ecclesiasticis absolute conferunt, vindicant perperam iuri suo. Quocirca mandamus, quatenus vniuersi & singuli à prænotatis grauaminibus desistatis, subditos vestros ab huiusmodi arctius compescendo.

Idem vniuersis ecclesiarum prælati.

*Ponit. xii. grauamina prædicatorum & minorum, à quibus præcipit prælatos abstinere. Cap. xvii.*

**N**imis praua: & infra. Cūm quidam viri religiosi, vtputa fratres prædicatorum & minores (quorum ordinem & regulam sed. apost. noscitur adprobasse) in artissima paupertate Christo pauperi famulantur, plerique prælati & alij eos ad synodos suas cogunt accedere, ac suis constitutionibus subiaccere: nec his cōtenti, capitula & scrutinia in locis fratrum pro his corrigendis facturos se comminaunt, fidelitatem iuramento firmatam ab eorum ministris & custodibus exigentes. eis quoque, vt tam extra ciuitates, quàm intra cum eis processionaliter veniant, ex leui causa mandantes, excommunicationis sententiam fulminant in benefactores ipsorum: & id ipsum fratribus comminantes, eos de locis, in quibus domino famulantur, fatagunt amouere, nisi eis obediant in omnibus supradictis.

Ad hoc ne fratres ad honorabiliores ciuitates & villas, vbi religiosi ac honestè valeant commorari, à populis deuotè vocati

cati accedere audeant inhihentes, tam in accedentes fratres, quam in receptatores eorum præsunt excommunicationis sententiam promulgare. Ab eis etiam de horum fructibus decimas, necnon de habitaculis fratrum (sicut de Iudæorū domibus) contendunt reditus extorquere: adserendo, quod nisi fratres morarentur ibidem, ab aliis habitatoribus proventus aliqui soluerentur. & ut ipsos sue subdant totaliter ditioni, eisdem ministros & custodes volunt præficere pro sua arbitrio voluntatis. Quocirca mandamus, quatenus vniuersi & singuli à prænotatis grauaminibus desistatis, subditos vestros ab huiusmodi arctius compescendo.

Idem archiepiscopo Bracharen.

*Non seruans interdictum, suspensus est ab officio & beneficio, & omni iurisdictione. hoc dicit, secundum unum intellectum. Capitulum. xviiij.*

**T**anta est clavis Petri: & infra. Ad confusionem P. episcopi quondam Colubrien. non potest in memoriā non venire, quantum in nos & ecclesiam Romanā deliquerit, despererit Petri clauis, & ecclesiasticam laeserit potestatem, cum nō solum interdicti sententiam (quam seruauerat ab initio) temere violauit, verum etiam induxit alios, imō compulsi nō seruare: & quos inducere monitis, & flectere minis ac terroribus ad violandam interdicti sententiā nulla potuit ratione, post atroces iniurias, amissionem bonorum, spoliationem parentum, dignitatibus, præbendis, & beneficiis spoliatis coegit miserabiliter exulare, ea suis in hac parte fautoribus non absque presumptione temeraria conferendo, quæ omnia idem episcopus in nostra & fratrum nostrorum presentia publicè recognouit. Licet autem memoratus episcopus in manibus nostris spontanea cesserit voluntate, nolentes tamen, ut hi qui huiusmodi sententiam interdicti non sunt veriti temeritate propria violare, ac recipere dignitates, præbendas, ac beneficia aliorum, qui absque culpa & sine causa rationabili eis fuerant spoliati, seu iritatem effugiant canonice ultionis, ne facti peruersitas transeat presumptoribus in exemplum: auctoritate dei omnipotentis omnem institutionem, destitutionem, collationem præbendarum, beneficiorum ac dignitatum præsumptas per eundem episcopum, & excommunicationis seu interdicti sententias, in quoscunq; hac occasione prolatas ab eo post interdicti violationem eiusdem, decernimus irritas & inanes.

Quia vero ubi magis exceditur, ibi est seuerius vindicandum: mandamus,

*Handwritten notes in the left margin:*  
 non potest in memoriā non venire  
 deliquerit  
 despererit  
 ecclesiasticam laeserit  
 potestatem  
 cum nō solum  
 interdicti sententiam  
 quam seruauerat  
 ab initio  
 temere violauit  
 verum etiam  
 induxit alios  
 imō compulsi  
 nō seruare  
 & quos inducere  
 monitis  
 & flectere  
 minis ac terroribus  
 ad violandam  
 interdicti sententiā  
 nulla potuit  
 ratione  
 post atroces  
 iniurias  
 amissionem  
 bonorum  
 spoliationem  
 parentum  
 dignitatibus  
 præbendis  
 & beneficiis  
 spoliatis  
 coegit  
 miserabiliter  
 exulare  
 ea suis  
 in hac parte  
 fautoribus  
 non absque  
 presumptione  
 temeraria  
 conferendo  
 quæ omnia  
 idem episcopus  
 in nostra  
 & fratrum  
 nostrorum  
 presentia  
 publicè  
 recognouit  
 Licet autem  
 memoratus  
 episcopus  
 in manibus  
 nostris  
 spontanea  
 cesserit  
 voluntate  
 nolentes  
 tamen  
 ut hi qui  
 huiusmodi  
 sententiam  
 interdicti  
 non sunt  
 veriti  
 temeritate  
 propria  
 violare  
 ac recipere  
 dignitates  
 præbendas  
 ac beneficia  
 aliorum  
 qui absque  
 culpa  
 & sine  
 causa  
 rationabili  
 eis fuerant  
 spoliati  
 seu iritatem  
 effugiant  
 canonice  
 ultionis  
 ne facti  
 peruersitas  
 transeat  
 presumptoribus  
 in exemplum  
 auctoritate  
 dei  
 omnipotentis  
 omnem  
 institutionem  
 destitutionem  
 collationem  
 præbendarum  
 beneficiorum  
 ac dignitatum  
 præsumptas  
 per eundem  
 episcopum  
 & excommunicationis  
 seu interdicti  
 sententias  
 in quoscunq;  
 hac occasione  
 prolatas  
 ab eo  
 post  
 interdicti  
 violationem  
 eiusdem  
 decernimus  
 irritas  
 & inanes  
 Quia vero  
 ubi magis  
 exceditur  
 ibi est  
 seuerius  
 vindicandum  
 mandamus

mandamus, quatenus omnibus, quos prædictus episcopus in su prædicta beneficia præbendas & dignitates intruserit, non solū à beneficiis ipsi, præbendis & dignitatibus, verum etiam ab aliis beneficiis (si qua obtinent) & ecclesiis prorsus amotis, tam præsumptores eosdem, quam omnes alios, qui præfatum interdictum damnabiliter violauerunt, suspendas auctoritate apo. ab officio & beneficio. Illos quoque, quos in personas & res prædictorum canonicorum prælatorum & clericorum manus temerarias cōstitit extendisse, ad nostram venire compellas præsentiam, pro meritis sententiam recepturos, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis.

De noui operis nunciacione.

Titulus. xxxij.

Lucius. iij. Paduano episcopo.

*Etiam ecclesia edificata post nunciacionē noui operis, destruetur, & expensis constructis. l. d. cum seq. Cap. i.*



**I**ntelleximus ex literis tuis, quod cum causa, quæ vertitur inter priorē sancti Cypriani, & clericos de Rodigio super capella, quæ in præiudicium baptismalis ecclesiæ de Costa, ab eisdem clericis est constructa, f. t. delegata fuisset: & infra. Quia verò sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, ita & sacrorum statuta canonum, principum constitutionibus adiuuantur: Et. mandamus, quatenus diligenter consideras, quod post denunciationem noui operis, siue iure, siue iniuria aliquid cōstruat, legalibus debet constitutionibus demoliri: & quia nulla ecclesia in præiudicium est alterius construenda, negotium ipsum secundum legum & canonum statuta non differas terminare.

Innocentius. iij. Cantuarien. archiepiscopo.

*Summat. ut supra ca. proxi.*

*Capitulum. ii.*

**Q**uoniam ex iniuncto: & infra. Et. mandamus, quatenus quicquid edificatum est in ecclesia de Lamech, post noui operis nunciacionem, expensis tuis facias penitus demoliri, eo non obstante si etiam absens extiteris, cum cautum sit legitima sententia, ut si is, cui opus nouum fuerat nunciatum, ante remissionem edificauerit, deinde agere cœperit ius sibi esse ita edificatum habere, sibi debeat actio denegari, reducens prorsus in irritum, quicquid de instituendis ibi canonicis & aliis, ad ipsam ecclesiam pertinentibus, à te vel prædecessore tuo cognoscitur.



cognoscitur ordinatum, eorum re dicitibus ad statum pristinum reuocatis, quos ab obligatione præstiti iuramenti, pro eo quod ibidem instituti fuerunt, autoritate nostra per te denunciari præcipimus absolutos. cum enim amodo non teneat principale, quicquid ex eo, vel ob id securus est, sub præmissa districtio- ne decernimus irritandum: & infra. Super eo quoq; non suffi- cimus admirari, quod cum viri religiosi monachi Cantuarien- si qui omnia dimiserunt pro Christo, tot laboribus & periculis personas & res non dubitauerunt frequenter exponere (quod non fecissent, nisi cognoscerent præmissa respicere in graue Cantuarien- ecclesie detrimentum) tu saltem pro vitando tam graui scandalo proximorum, ab huiusmodi etiam tibi prohibi- tis non cessasti: cum sacra scripturæ testimonio debueras didi- cisse, quod licet operari illa, quæ sine mortali peccato omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda, nec ea de- beant pro scandalo vitando committi, quæ sine mortali pecca- to committi non possunt: ab his tamen, quæ sine mortali pecca- to committi possunt pariter & dimitti, sit pro scandalo tol- lendo cessandum, & eis etiam pro vitando scandalo insistendū, vnde apostolus: Si scandalizatur frater, non comedam carnes in æternum. Et dominus in euangelio contra eos, qui scandali præ- stant materiam: Væ, inquit, homini illi, per quem scandalum ve- nit, &c. Et licet maiorum scandalum sit vitandum, vitandum est etiam scandalum pusillorum, iuxta testimonium veritatis: Qui scandalizauerit, inquit, vnum de pusillis istis, qui in me credunt, &c. Finis ergo his taliter te imponatur, quod præteritæ con- tradictionis rebellio per virtutem sequentis obedientiæ valeat expiari.

Honorius tertius.

In optione est nunciantis nouum opus, an intra tres menses de præiudicio suo debeat ostendere, & interim cessetur ab opere: an vero recepta cautione de opere demoliendo, statim ædificari permissat. hoc dicit, cum sequen.

Capitulum. iiii.

Significantibus canonicis sanctæ Oportunæ innotuit nobis, quod cum super eo, quod N. ciuis Parisien. in quadam pla- tea ecclesie suæ, eis prohibentibus in suum ædificabat præiudicium & grauamen, deposuerunt coram officiali Parisien. archi- diacono. questionem, eis offerentibus incontinenti probare præiudicium & plateam, ad suam ecclesiam pertinere, ac petentibus vt non obstante, quod dictus N. cautione de demoliendo ope- re offererebat, ædificium prohiberi. Et quia idem officialis inter- rogando decreuit probationes eorum admittendas esse, ac ab opere

opere interim quiescendum, idem N. ad Senoñ. ecclesiam pro- uocauit. Sed cum Senoñ. officialis eadem interlocutoria reuoca- ta decreuerit, ad opus sub cautione de demoliedo ipso non ad- missis eorum probationibus procedendū, prædicti canonici no- stram audientiā appellarunt: & infra. Ideoq; mandamus, qua- tenus si est ita, reuocato in irritum, quicquid post adpellatione huiusmodi inueneritis adtentatum, &c.

Gregorius nonus.

Summatum est, supra cap. proxi.

Capitulum. iiii.

Is cui opus nouum te nunciaste proponis, non obstante cau- tionem, quæ offertur ab ipso de opere destruendo, si non iure ædificatum existat, tenetur te per trium mensium spacium ex- pectare, iuris tui præiudicium probare volentem.

De priuilegiis, & excessibus priuile- giatorum. Tit. xxxiiij.

Leo papa.

Episcopalis dignitas non debet tribui, nisi locis insignibus, & populosis. Capitulum. i.



Episcopalia gubernacula non nisi maioribus popu- lis, & frequentioribus ciuitatibus præfidere oportet, ne honor, cui debent excellentiora committi, sui numerasitate vilescat.

Gregorius. ix. P. subdiacono.

Non obstante priuilegio fori, potest laicus ecclesia malefactor per ecclesiam puniri. Capitulum. ii.

Sicut in iudiciis laicorum priuilegia turbare nolumus, ita eis præiudicantibus nobis moderata volumus autoritate resi- stere. Volentes itaque laicos coercere, non contra legē est age- re, sed legi facere subsidium.

Alexander. iij. in concilio Lateranen.

Religiosi etiam exempti ecclesias & decimas non debent à lai- cis recipere, sine consensu diæcesanorum. hoc dicit vsque ad. S. Excommunicatos. Capitulum. iiii.

CVm & plantare sacram religionem, & plantatam fouere cmodis omnibus debeamus, nusquam hoc melius exequi- mur, si nutrire ea, quæ recta sunt, & corrigere quæ profectum virtutis impediunt, commissa nobis autoritate curemus. Fra- trum autem & coepiscoporum nostrorum confectione con- trarium autem & coepiscoporum nostrorum confectione con- perimus, quod fratres templi, & hospitalis, & alij religiosi indus- ta sibi ab aposto. sed. priuilegia excedentes, contra episcopalem auctoritatem

1. Cor. 8.

Matth. 18

Ibidem.

ad 2. reg. 2. k. urd  
in Code. dt. 907.  
ad 4. ad 2. 35. 36.

authoritatem multa præsumunt, quæ & scandalum faciunt, & graue p̄rilit periculum animarum: & infra. Ecclesias igitur & decimas de manu laicorum sine consensu episcoporum tam illos, quàm etiam quoscunque alios religiosos recipere prohibemus, dimissis quoscunque contra tenorem istum aliquo tempore receperunt.

*Excommunicati & interdicti omnino non debent admitti ad diuina, etiam per religiosos exemptos. hoc dicit. vsque ad. §. in ecclesijs. Abb. Siculus.*

Excommunicatos quoque & nominatim interdictos tam ab illis, quàm ab aliis omnibus iuxta episcoporum sententiam statimus euitandos.

*Religiosi etiam exempti in ecclesijs non pertinentibus ad eos, pleno iure non insitunt, nec desistunt inconsultis episcopis, sed rationem exigunt in temporalibus ab institutis. hoc dicit. vsque ad. §. Quod si.*

In ecclesijs vero suis, quæ ad eos pleno iure non pertinent, instituendos presbyteros episcopis representent: vt eis de plebis cura respondeant. Ipsi vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Institutos etiam inconsultis episcopis non audeant remouere.

*Hospitalarii & templarii semel in anno celebrant in ecclesia posita in loco interdicto, ibi tamen non sepeliuntur corpora mortuorum. hoc dicit, vsque ad. §. De confratribus Abbas.*

Quod si templarii vel hospitalarii ad ecclesiam venerint interdictam, non nisi semel in anno ad ecclesiasticū officium admittantur, nec tunc ibi sepeliantur corpora defunctorum.

*Confratres exemptorum, seu ipsorum oblato, qui in istum non se transtulerunt, indicari possunt ab ordinarijs locorum. hoc dicit, vsque ad finem. Abbas Sicus.*

De confratribus hoc constituimus, vt si non se prædictis fratribus omnino reddiderint, sed in proprijs statibus suis omnimodo duxerint remanendum: propter hoc ab episcoporum suorum sententia nullatenus eximantur, sed potestatem suam in eos sicut in alios paræcianos suos exercent, cum pro suis fuerint excessibus corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum est, ab alijs quoque religiosis, qui præsumptione sua episcoporum percipiunt iura, & contra canonicas eorum sententias, & tenorem priuilegiorum nostrorum venire præsumunt, præcipimus obseruari. Si enim contra institutum hoc venerint, & ecclesiam, in quibus ista præsumperint, subiaceant interdicto: & quod

quod egerint, irritum habeatur.

Idem archiepiscopis, ad quos literæ istæ peruenerint.

*Suis priuilegijs priuandus est, qui alienis derogat. Cap. iiii.*

**D**ilecti filij fratres hospitalis Hierosolymitani transmissa nobis conuestione monstrarunt, quod vos eis de malefactoribus suis iustitiam facere non vultis, priuilegia ipsorum recipere contemnentis: & infra. Pro certo sciatis, quod nos concessa vobis priuilegia de curtabimus, cum eccle. Roma. scriptis authenticis obuiare minime timeatis.

Idem Cantuarien. archiepiscopo.

*Etiam priuilegiati non possunt admittere excommunicatos ad sepulturam: & si admiserint, debent inde eos eicere: & si non fecerint, episcopus supplebit. Capitulum. v.*

**A**d hæc: & infra. Mandamus, quatenus hospitalarijs præcipias, vt si quos in excommunicatione defunctos in cœmeterijs ecclesiarum sepelierint, eos extra cœmeteria eiciant: quod si facere noluerint, tu hoc de his, quos in excommunicatione defunctos esse constiterit, exquiras.

Idem abbati & monachis sancti Andreæ Cisterciens. ordinis.

*Contra priuilegium ecclesie præscriptum spacio. xxx. annorum. hodie vero. xl. vt infra eodem accedentibus. Cap. vi.*

**S**ide terra, quàm habetis in parœcia canonicorum de Plautio, per. xxx. annos eis decimas persoluistis, eas sibi decetèro integre persoluatis. Licet enim priuilegiorum Roma. eccle. beneficium fratribus Cisterciens. ordinis indultum fuerit, quod de laboribus suis nullas decimas persoluere debeant, de priuilegio tamen indulto tanto tempore vobis detrahere voluistis. \* cum liberum sit vnicuique suo iuri renunciare, eoque modo non potestis vos in hac parte tueri.

Idem Ambian. episcopo.

*De priuilegijs non est indicandum, nisi eorum tenore inspecto, & secundum continentiam eorum ab omnibus subditis sunt seruanda. Capitulum. vii.*

**P**orro quanuis templarii & hospitalarii multa sine libertatis prærogatiua donati, non dubitamus quin aliam libertatè habeant in locis, in quibus anteq̄ peruenerint ad eos, fuerant habitatores: quod totū ex inspectione priuilegiorum plenius admittere potes, & secundum quod inueneris, ita obserues. Sic enim eos volumus priuilegiorum suorum seruare tenorè, quod eorum metas transgredi minime videantur.

Idem I. aposto. sed. leg.

\* Vide. l. nō est ignōtum. l. de admi. tur. & l. quicquid. l. abbi. tut.



## Decretaliū Gregorij Lib.v. Tit.xxxiij.

uerſa repellent: in iudicia poſtularunt: quas ſub eo tenore illis duximus concedendā, vt apud ſedem apoſtolicam probarent, quæ vellent, vbi onus probationis pars altera fuiſſet: & infra.

Nos verò tam per deſiſſiones teſtium, quàm adſerſiones quorundā fratrum noſtrorum liquido cognoſcentes, talem diſtinctionem fuiſſe tenorem, & videlicet cœnobium veſtrum nullo mediante ad Roma. eccle. pertinere, & quòd non liceret alicui ep̄iſcopo eidem monaſterio & eius eccleſiis excommunicatiōnem indicere, vt fratres illic domino ſeruiētes, ab omni poteſtate liberi, Roma. eccle. libertatis gratia poterēt, & quòd nulla in eis mentio diœceſani ep̄iſcopi habebatur: illud etiam adtendentes, quòd cum tu ſili abbas tempore Celeftini prædeceſſoris noſtri ad ipſius præſentiam acceſſiſſes, ipſe inſpectis eccleſiæ tuæ priuilegiis te (licet excommunicatus ab Eugubien. ep̄iſcopo dicereris) tanquam non ligatū admittit ad oclum (quod præſumitur non feciſſe, niſi monaſterium veſtrum cognouiſſet ad Roma. eccle. ſpecialiter pertinere) decernimus priuilegiū illud Lucij p̄p̄æ, quòd ſine reprehēſione bullæ, chartæ vel literæ adparebat, quando fuit nobis oſtenſum, illius fuiſſe tenoris, cuius per deſiſſiones teſtium & adſerſiones fratrum noſtrorum noſcitur extiſſe.

Idem Cathalen. electo & abbati trium Fontium:

*In nouatio priuilegiorum nouum ius non tribuit, ſed antiquum conſeruat. hoc dicit, quo ad titulum. Capitulum. xlii.*

**E**X parte abbatiffæ ac ſororum Iotren. eccleſiæ extiſit intimatum, quòd Meldē. ep̄iſcopus commiſſionis occaſione cuiuſdam per literas ad iudices delegatos obtentæ, (in qua nulla mentio habebatur de ipſarum priuilegiis, quæ illas & earum eccleſias, clerum & populum Iotren. ad apoſt. ſed. nullo median te ſpectare declarant, quorum ipſe non erat ignarus) eos in cœperit grauiter moleſtare, obedientiam ab ipſis, ac à clero & populo Iotren. ſubiectiōnem omnimodam requirendo: & infra.

Verum cum iudices ipſas valde grauarent, ad adpellationis beneficiū conuolarunt: & infra. Sed iudices adpellationem non deferentes, nec fragilitati ſexus compatiētes earum, in abbatiffam excommunicatiōnis, & in clerum & in populum Iotren. interdīcti ſententias protulerunt. Sane cum iam nunciū Iotren. eccleſiæ prædictæ & alia in noſtra præſentia retuliſſent, priuilegium nobis apoſtolicum oſtenderunt, per quòd eccleſiam Iotren. conſtabat ad Romanam eccleſiam ſpecialiter pertinere.

Nos autem eisdem nunciis propter adpellationem prædictæ dautius detinentes, quia candē nullus adparuit idoneus reſpon-

ſalis,

## De priuilegiis, & exceſſibus priuilegiat. 378

ſalis, qui partem deſenſaret aduerſam, priuilegium apoſt. ſed. eccleſiæ Iotren. conſeſſum duximus innouandum, ita tamē, vt per innouationē ipſius eidē eccleſiæ non plus iuris accreſcat, quàm per priuilegia prædeceſſorum noſtrorum obtinuit: cum per hoc non nouū ei concedere, ſed antiquū ius conſeruare velimus. \*

*\* Videl. ex hui. cō.*

Idem Colubrien. ep̄iſcopo.

*Eccleſiæ vtiſ duplici priuilegio exceptiōnis, licet ſuccumbat ex ſua gl. & vno, poteſt nihilominus ex alio ſe innouare & obtinere: nec tenetur vti. per exemptum promittere obedientiam diœceſano: vigore tamen exempti. Cyn. C. de p̄ſonis non poteſt ſine licentia diœceſani eccleſiam conſtruere in lo. donat. in. cō. non exempto: & ſi exemptus de factō in loco non exempto con- ter. vtrum ſruit exceptio, cedit iuri ep̄iſcopi. Capitulum. xliiij. & 2207.*

**C**um olim propter quæſitiōnes, quas aduerſus priorem & canonicos monaſterij ſanctæ Crucis habebas, pro quibus ad audientiam noſtram fuerat adpellatum, moram feceris longiorem, quia pro parte altera nullius comparuit reſponſalis, eſſendū eorum terminum duximus præſcribendum, in quo venirent vel mittērent ſuper priuilegiis oibus & libertatibus, quæ à Romanis pontificibus vel ab M. quondam Colubrien. ep̄iſcopo ſe habere dicebant, & ſuper aliis quæſitiōibus aduerſus eos à Colubrien. eccleſiā interuentis definitiuam ſententiam recepturi: & infra. Interim autem vtrique parti liceret coram dilectis filiis tuis de Alcobatia, & de Sarra abbatibus, & fra. monacho Alcobatia, quibus cauſa prius fuerat delegata, pponere ac probare ſiquid aliud proponendū duceret ac probandum: & infra. Iudices autem ſufficienter actum eſſe de cauſa credentes, monaſterium ſanctæ Crucis in expenſis, quas per quadrienniū occaſione huiusmodi negocij iuraueras ſe feciſſe, damnarunt, inſirmantes ſua ſententia libertatem, quam dictus M. Colubrien. ep̄iſcopus contulerat monaſterio ſanctæ crucis, canonicorum adſenſu per portarium regis extorto. Præterea, quia idem M. prædeceſſor tuus fuerat canonicus regularis: & duo miſia marabatorum, quæ acquirerat, in ep̄iſcopum iam promotus monaſterio dederat memorato: ipſum ad reſtitutionem eorum iudices cōdemnarunt. Insuper eccleſias omnes, quas monaſterium præter ep̄iſcopi Colubrien. adſenſum propria authoritate fundarat (quia pars ſanctæ Crucis nec præſcriptione, nec deſenſione alia p̄bationibus contra ſe factis obſtiterat) iudicauerunt in ius Colubrienſis eccleſiæ, cum fructibus medi j temporis reuocari: & infra. Tandem procurator monaſterij propoſuit ſententiā non valere nec tenere. Quod ſi aliis etiam ſententia memorata receret, quia tamen monaſterium fuit in deſenſum, nec exhibita fuerant

Bb ij

fuerant coram eis priuilegialibertatis (ne delictum persona in  
damnum ecclesiæ redundaret) debebat ad exhibitionem priuilegiorum suorum admitti: quod sibi concedi de solita benignitate sedis aposto. postulauit. Nos igitur adtendentes, quod eadem priuilegia non solum modo pro libertate monasterij factiebant, sed etiam exprimebant ius nostrum, & eccle. Ro. iusticiam tuebantur: ne in nos monasterij læsio redundaret, ad priuilegia exhibenda partem eius de gratia duximus admittendā: & infra. Distinguentes itaq; inter libertatem per prædictum episcopum ecclesiæ ipsi concessam, & libertatem, quam ei longe ante tempus ipsius episcopi aposto. sedes indulgit, quia nobis constitit extortam fuisse in episcopi concessione canonicorum ad sensum, & concessionis paginam in aliquod lincis habuisse raturas, & subscriptiones singulas fuisse singulis subscribentium manibus adnotatas, scriptum autem, quod nobis exhibitum fuerat, nec raturam præterdere, nec esse variis subscriptionum manibus variatum, sed à primo ad vltimum eadem manu conscriptum, libertatem ab ipso episcopo concessam per extorsionem irritam decernimus & inanem, super hoc sententiam delegatorum iudicum confirmantes. Quia vero euidenter agnouimus ex priuilegiis antedictos prædecessores nostros ecclesiæ sanctæ Crucis libertatis priuilegium indulgisse, & quod in ea possessione tam diu fuerat libertatis, quod aliis etiam cessantibus præscripisset: libertatem ei à prædecessoribus nostris indultam, auctoritate aposto. confirmamus, tibi super hoc silentium imponentes. Super hoc autem in nullo sententiæ delegatorum iudicum derogamus, cum ipsi de hac non cognouerint libertate: & infra.

Cumq; libertate à prædecessoribus nostris indultam monasterio confirmamus, ad ius professionis (quod est contrarium libertati) monasterium decernimus non teneri, non derogantes iudicibus delegatis, quibus libertatis priuilegia nō fuerant presentata: in cæteris autem laram à prædictis iudicibus sententiā pro Colubrien. ecclesia confirmamus.

Idem episcopo & magistro G. Lemouicen.

*Contra priuilegia ecclesiæ minori spacio quadraginta annorū, non præscribitur. hoc dicit, secundum verum intellectum. Cap. xv.*

**A**ccedentibus ad presentiam nostram abbatis & cōuentus Nauiacen. ex vna parte, & templariorum de Tocen. ex altera procuratoribus, procurator monachorum proposuit, quod cum decimas terrarū de Sarcole diu quietè possederint antequam ad templariorū dominium peruenissent, & postquā templarij terras adquisire prædictas, decimas earūdem per. xl. annos &

nos & amplius pacifice possedissent, nunc eis ipsas subtrahere non verentur: & infra. Discretionem vestra mandamus, quatenus si abbas & monachi sufficienter ostenderint, q; à templariis decimas de terris prædictis per. xl. annos continuè perceperint sine lite, vos ad præstationem ipsarum templarios compellatis. Cum enim tanto tempore contra indulta priuilegia decimas soluerint, eis renunciaſſe tacite præsumuntur. Quod si in probatione defecerint, ab ipsorum impetitione templarios absoluitis: ipsi super hoc silentium perpetuum imponentes.

Idem episcopo Lingonenſi.

*Exemptus ratione certa rei vel certi loci, non censetur exemptus respectu alterius rei vel loci. hoc dicit. & est textus notabilis, & multum allegabilis. Capitulum. xvi.*

**C**um capella ducis Burgundiæ gaudere dicatur huiusmodi priuilegio, q; nullus archiepiscopus vel episcopus in personas canonicorum eiusdem capellæ suspensionis vel excommunicationis aut interdicti sententias audeat promulgare: quidam capellæ supradictæ canonici, qui parochiales ecclesias à te tenent, occasione priuilegij prælibati, in his etiā, quarum iurisdictione ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, vt quantumcunque grauitur interdum excedant, tuæ correctioni recusant & sententiæ subiacere. Quocirca mandamus, quatenus in quantum exempti sunt eiusdem ratione capellæ, aposto. priuilegiis deferens reuertetur: sed in quātum ratione parochialium ecclesiarum vel alias iurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officij tui debitum in eisdem libere prosequaris. \*

Idem abbati & fratribus Euasen. cœnobij.

*Per exemptionem concessam monasterio, capella sibi subiecta non censetur exempta. Capitulum. xvii. dat. cum*

**E**x ore sedentis in throno procedit gladius bis acutus, quoniam ex ore Roma. pōti. rectissima debet exire sententia: quæ cōtra iusticiam nulli parcat, sed reddat vniciq; quod suū est. Cum igitur inter vos & Vigor. episcopum, super monasterij vestri subiectione ac libertate cōtrouersia verteretur, monasterij vestri pposuit procurator q; idem monasterij ad ipsa sui fundatione liberum extitit & exemptū: & ad hoc probandum priuilegia prædecessorū nostrorum inducens, vnū Constantini, & alterum Alexādri, necnon indulgentias Cle. & Celest. quorū vsum continuum à longis retro tēporibus per depositiones testium ostendere nitebatur: & infra. Porro in priuilegio Constant. quiddam contineri perspicitur, per quod idem cœnobium videtur ad iurisdictionē episcopi pertinere: videlicet, q; abbas

Bb iij eiusdem

\* vide. l. fi. c. vbi i

re act. non

not.

eiusdem primū locum post Vigoriē. præfulē semper obtineat. Vnde cum locum ipsum obtinere nō possit in generali cōcilio, neq; in provinciali: quoniā absōnū esset, vt abbas primus post illum super alios episcopos resideret: relinquatur ergo, q̄ locum illū in episcopali synodo intelligatur habere: quare tenetur ad synodum episcopale accedere, ac per hoc ip̄s ius statuta recipere ac seruare. In priuilegio vero Alexandri papæ quiddā aliud continetur, per quod diœcesanus ep̄s in eodem cōcilio iurisdictionē suā (etsi non in omnibus, in quibusdā tamē) retinuisse videtur: cum in illo dicatur, q̄ Vigor. ep̄s ab eiusdē loci fratrib⁹ aliquid iniuste nō exigat, sed his tantū cōtenti p̄maneat, quę prædecessores eorū antecessoribus suis cōstat rationabiliter impendisse: \* vnde constat, q̄ abbates episcopis aliqua de suis exhibere teneretur. Nos igitur his & aliis diligēter auditis: cum à neutra parte sit probata præscriptio, sententialiter definimus, q̄ Euasen. cōcilio liberum est in capite, tāquam ab episcopali iurisdictione prorsus exemptum, & solū Ro. ec. subiectū, tutela tamen ipsius Cantuar. archiepiscopo referuata. in membris autē, quæ non probantur exempta, diœce. episcopo ipsum subiaccere decernimus: propter quod abbas ad synodū eius debet accedere, primūq; locum post Vigor. episcopum obtinere: pro ip̄s quoq; membris nō exemptis, idem abbas tenetur Vigor. episcopo exhibere reuerentiā, obsequium & honorē: quibus Vigoriē. episcopus sibi competenter exhibitis debet manere cōtensus.

Idem Aufonē. episcopo.

*Receptus sub protectione papæ, per hos non censetur exemptus. hoc dicit.*

*Capitulum. xviii.*

**E**X parte tua fuit questum, vtrum clerici & laici, qui literas protectionis ostēdunt, in quibus personæ suæ expressio non mine cum omnibus rebus suis sub apostolica protectione consistere declarantur, à iurisdictione episcopi diœcesani sint exempti. Nos autē respondit, quod per literas huiusmodi ab episcoporum suorum potestate minime subtrahuntur.

Idem Eliden. episcopo.

*Religiosis, quibus à papa concessum est, vt ecclesias sibi subiectas possint in proprios vsus conuertere: non auctoritate propria, sed à diœcesano loci possessionem illarum ecclesiarum recipere debent: nisi in priuilegio aliud exprimat.*

*Capitulum. xix.*

**P**Astoralis officij: & infra. Interrogasti vtrum viris religiosis, quib⁹ à sede apost. est indultum, vt ecclesias suas in proprios vsus possint conuertere decedentibus personis earum, liceat auctoritate propria possessionē earundem intrare, vel per diœce.

diœce. episcopum in ipsa sint potius inducendi. Ad quod respon. nisi forte in indulgentia summi pontificis id contineatur expressum, suo episcopo in consulto, in possessionem ipsarum eis non est licitum introire: quia per indulgentiam huiusmodi episcopali iuri non credimus derogari.

Idem episcopo & capitulo Tripoli.

*Si is propter cuius delictum positum est interdictum, illud non seruat. alij nihilominus seruare tenentur: secus si ille nō seruatur, in cuius fauorem latum fuit.*

*Capitulum. xx.*

**P**eristis per se. aposto. edoceri, vtrum cum propter hospitalarios vel templarios ciuitas vestra generali supponitur interdicto, eisdem non seruantibus, vos illud teneamini obseruare? Ad quod duximus respondendum, quod illorum excessus vobis non præbet licentiam excedendi. Sed si præfati hospitalarij vel templarij priuilegiatorum suorum fines excesserint, violando temere interdictum, quod pro eis fuerat promulgatum: ne videantur de aliorum metu ridere, vos in penā præsumptionis eorum quamdiu ipsi violauerint interdictum, de nostra licentia celebretis.

Idem.

*Priuilegium concessum monasterio, vt eius monachi excommunicari non possint, intelligitur de monachis existentibus in monasterio, vel in ecclesiis sibi subiectis vtroque iure. hoc dicit. Et est eius quotidianus.*

*Capitulum. xxi.*

**Q**uoniam per confessionem constat partis aduersæ, quod Nephesinus episcopus, ius episcopale percipit in ecclesia sancti Basilij de Flage. credimus quod nō obstante illo capitulo priuilegij, quod monasterio est indultū, vt nullus episcopus ecclesias vtroq; iure illi subiectas interdicto supponere, vel monachum seu clericum eiusdem monasterij synodare vel excommunicare præsumat, præfatus episcopus possit interdicere dictam ecclesiam, & excommunicare monachum seu clericum vestrum ad eius regimen deputatum, cum alterutrum de iure fuerit faciendum: quoniam illud capitulum esse intelligendum videtur de monachis aut clericis in ipso monasterio permanentibus, vel ad ecclesias destinatis vtroque iure sibi subiectas.

Idem Londonē. archiepiscopo. apo. se. legato.

*Episcopus remittens alicui ecclesiæ decimas episcopales indennitate, remississe videtur, nō solum præteritas, sed & futuras. Et est casus notabilis.*

*Capitulum. xxii.*

Bb iiii Quia

**Q**uia circa: & infra. Quæsiuisti, vtrum monachi omnium sanctorum priuilegium prædecessoris tui super episcopaliibus decimis retinendis indultum, extendere valeant ad possessiones adquisitas & postmodum acquirendas?

Super quo tale damus responsum, quod si decimarū illarum remissio facta extitit secundū canonicas sanctiones, prædecessor tuus indefinitè decimas episcopales monasterio remittendo (cū nihil exceperit, & potuerit excepisse, ac in beneficiis plenissima sit interpretatio adhibenda, nec debeat vna eademque substantia diuerso iure censi) intellexisse videtur, nō solum de decimis possessionum illius temporis, sed futuri.

Idem in concilio generali.

*Ponit concilium, ordinem quatuor patriarchalium sedium vsq; ibi seruata. vbi ponit tria priuilegia ipsarum. Primum, quia dāt pallium. Secundum ibi, dominica. quia ante se Crucem deferri faciunt, præter quam in casibus hic exceptis. Tertiū ibi, in omnibus, quia ad ipsos adpellatur, & in hoc pteftatur: ibi, saluis. Ca. xxxiii.*

**A**ntiqua patriarchalium sedium priuilegia renouantes sancta vniuersali synodo approbante, sanimus, vt post Romanam ecclesiam (quæ disponente domino super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vt pote mater vniuersorum Christi fidelium & magistra) Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineat: Seruata cuilibet propria dignitate: ita quod postquam antistites eorum à Romano pontifice receperint pallium (quod est plenitudinis officij pontificalis insigne) præstito sibi fidelitatis & obedientiæ iuramento, licenter & ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, & pro Romana ecclesia sponsonem obedientiæ ab eisdem. \* Dominicæ vero Crucis vexillum ante se faciant vbique deferri, nisi in vrbe Romana, & vbicunq; summus pontifex præsens extiterit, aut eius legatus vtens insigniis apostolicæ dignitatis. In omnibus autem prouinciis eorundem iurisdictioni subiectis ad eos (cū necesse fuerit) prouocetur: Saluis adpellationibus ad sedem apostolicam interpositis: in quibus est ab omnibus humiliter deferendum.

Idem in eodem.

*Priuilegium religiosi concessum vt possint sepelire confratres suos tempore interdicti, intelligitur de illis confratribus, qui licet maneant in seculo, obtulerunt se tamen ordini mutato habitu seculari, vel de illis qui bona sua eis dederunt vsufructu retento. hoc primò.*

\* An poterit ista re iuramentū fidelitatis per procuratorem: vide Bal. in l. j. Si ne aurb. C. de cadu. tol.

*primò. Priuilegium religiosi concessum, quo eis remittitur ad locum interdictionum, semel in anno aperiantur ecclesia, vt celebrentur in eis diuina, intelligitur quod vna tantum sola ecclesia aperiantur in loco. hoc secundò. Capitulum. xxxiiii.*

**V**t priuilegia, quæ quibusdam religiosis Romana cōcessa ecclesia, permaneant inconcussa, quædam in eisdem duximus declaranda, ne minus sanè intellecta pertrahatur ad abusum, propter quem possint merito reuocari, quia priuilegiū meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Sanè quibusdam regularibus apostolicæ sedis indulgēt, vt his, qui fratritatem eorum adsumperint, si forsitan ecclesia, ad quam pertinent, à diuinis officiis fuerint interdicta, ipsosque mori contigerit, sepultura ecclesiastica non negetur, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti. Suos quoque confratres, quos ecclesiarum prælati apud ecclesias suas non permiserint sepeliri, nisi excommunicati vel interdicti fuerint nominatim, ipsi ad ecclesias suas deferant tumulandos, hoc autem de illis confratribus intelligimus, vel qui adhuc manentes in seculo eorū ordini sunt oblati, mutato habitu seculari: vel eis, qui bona sua dederāt inter viuos, retento sibi (quamdiu in hoc seculo vixerint) vsufructu: qui tamen sepeliantur apud ipsorū regularium vel aliorum non interdictas ecclesias, in quibus elegerint sepulturam: ne si de quibuslibet ipsorum fraternitatē adfumentibus fuerit intellectum, pro duobus aut tribus denariis annuatim sibi collatis dissoluatur pariter & vilescat ecclesiastica disciplina: certam tamen & ipsi remissionem obtineant ab apostolica sibi sede concessam. Illud etiam, quod huiusmodi regularibus est indultum, vt si qui fratrum suorum, qui ab eis missi fuerint ad recipiēdas fraternitates siue collectas, in quamlibet ciuitatem, castellum, vel vicum aduenerint, si fortè locus ille à diuinis officiis sit interdictus, in eorum iucundo aduentu semel in anno aperiantur ecclesia, vt exclusi excommunicatis diuina ibidem officia celebrentur: sic intelligi volumus, quod in eadē ciuitate, aut castro, aut villa vna tantum ecclesia eiusdem ordinis fratribus semel (vt dictum est) aperiatur in anno: quia licet pluraliter distum sit, quod in eorum iucundo aduentu ecclesia aperiantur, non tamen ad ecclesias eiusdē loci diuisim, sed prædictorū locorū coniunctim sano referendū est intellectu: ne si hoc modo singularis eiusdem loci visitarent ecclesias, nimium vilipendi contingerent sententiā interdicti. Qui vero cōtra declarationes prædictas quicquam sibi vsurpare præsumperint, graui subiaceant vltioni. \* Idem

\* Quæ potestatem puniatur: vide l. placet. C. l. iubeamus. C. de sacrosan. eccle.

Idem in eodem.

*Tēpore generalis interdicti, episcopi non prohibiti, qui non fuerunt culpabiles interdicti clam celebrare possunt. & hodie istud non est priuilegium episcoporum, sed ius commune: vt in ca. fi. de sen. excom. m. vi. & ibi plene habetur an & quando, & qualiter possit celebrari tempore interdicti.* Capitulum. xxv.

**Q**uod nonnullis est religiosis indultum, in fauorem pontificalis officij ad episcopos extendētes concedimus, vt cum commune terre interdictum fuerit, excommunicatis & interdictis exclusis possint quandoque ianuis clauis suppressa voce, & non pulsatis campanis diuina celebrare officia: Nisi & hęc ipsi eis expresse fuerit interdictum.

Verum hoc illis concedimus, qui causam aliquam non presterint interdicto, nec quicquā doli vel fraudis ingesserint, tale compendium ad iniquum dispēdium pertrahentes.

Hono. iij. archiepiscopi & episcopi, in quorum dioc. monasteria & prioratus Cluniacen. monasterio subiecta cōsistūt.

*Priuilegia non sunt violanda etiam iudicēte. hoc dicit generaliter.* Capitulum. xxvi.

**Q**uanto amplius. & infra. Sane dilecti filij abbas & conuentus Cluniacen. grauem nobis querimoniam obtulerunt, quōd quidam vestrum & vestrorum officiales, cum in eos & sui ordinis monachos non possint excommunicationis & interdicti proferre sententias, eo quōd super hoc apostolicę sedis priuilegijs sunt muniti, in eos, qui molunt in molendinis, vel coquunt in furnis eorum, quicquid vendendo seu emendo, aut alijs eis communicant, sententias ferunt memoratas: & sic apostolicorum priuilegiorum, non vim & potestatem, sed sola verba seruantes, dicti ordinis monachos quodammodo excommunicant, dum eis alios communicare possunt. Ex quo illud etiam euenit inconueniens, vt ipsi monachi quantum ad hoc iudicentur iudicio Iudæorum, & qui eis communicant in prædictis, maiore excommunicationē incurrant, & etiā excommunicari cōmunicando fuerint in cursuri. Nolentes igitur hæc crebris ad nos clamoribus iam perlata, vltierius sub dissimulatione transire, vobis vniuersis & singulis mandamus, quatenus huiusmodi sententias in fraudem priuilegiorum nostrorum decætero non feratis: quia si super hoc ad nos de quo clamor ascenderit, non poterimus cōnuentibus oculis pertransire, quin promulgatores taliam sententiarum seueritate debita castigemus.

Idem V. quondam Anglorum reginæ illustri.

*Qui*

*Qui in habitu, & tonsura, & ceteris vt laici cōuersantur, deprehensi in maleficijs se pro clericis non defendunt. ita cōmunitur summatur.* Capitulum. xxvii.

**E**x parte tua fuit propositum, quōd nonnulli literati, quos nec habitus, nec tonsura clericos profitentur, in terra tuę iurisdictioni subiecta degentes, cum deprehēduntur in aliquibus forisfactis, vt iurisdictionem tuam eludāt, & debitam pro delictis vltionem euadant, adsumunt seu etiam refumunt tonsuram abiectā: seu habitum clericalem, licet ante pro laicis ab omnibus haberentur. Ne igitur tonsura, vel habitu sic refumpto malitia foueatur, si tuam iurisdictionem exerceas in huiusmodi delinquentes, qui sine tonsura & habitu in delicto fuerint deprehēsi, æquanimiter duximus tolerandū: cum malitiam hominum indulgeri non debeat, sed potius obuiari. Idem.

*Parisijs & in locis vicinis ius civile legi nō debet. Ca. xxviii.*

**S**uper specula, & infra. Sane licet sancta ecclesia legū secularium non respuat famulatum, quæ æquitatis & iustitię vestigia imitantur: quia tamen in Francia & nonnullis prouincijs laici Romanorum imperatorum legibus nō vtuntur, & occurrunt raro ecclesiastica cause tales, quæ non possint statutis canonicis expediri: vt plenius sacrę paginæ insilitur, & infra.

Firmiter interdicimus, & districtius inhibemus, ne Parisijs, vel in ciuitatibus, seu alijs locis vicinis quiscumque docere vel audire ius civile præsumat. Et qui contra fecerit, non solum a causarum patrocinij interim excludatur, verum etiam per episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur.

Idem episcopo Baiocē.

*Innoatio priuilegij ius nouū non inducit, sed vetes cōseruat.* Capitulum. xxix.

**Q**uia intentionis nostrę & infra. Cum innoatio, nec ius nouum conferat, nec etiā tollat vetus, te in eo statu effectum volumus, in quo tēpore impetrata innoationis dignosceris extitisse. Cæterum nullum per hoc intendimus iuris aliaq̄ eidem monasterio competenti præiudicium generari.

Idem.

*Priuilegiati vt vbique possint cū altari viatico celebrare, hoc possunt sine licentia prelatorum.* Capitulum. xxx.

**I**n his, quæ ad cultum diuinum facere dignoscuntur, nō magna, sed benigna esset potius interpretario faciēda. Vnde mirari cōpellimur, quōd cum fratribus prædicatoribus & minoribus duximus indulgendum, vt vbicumq̄ fuerint, sine particularis iuris præiudicio, cum altari valeant viatico celebrare: quidam

*De hoc  
Cap. 27.  
V. de Cas.  
ad. 12. ad.  
De Cleric.  
Con. 2. in fin.*



quidam nimis stricte interpretando indulgentiam nostram nituntur adferere, quod per eam prædicti fratres præter prælatorum adfensum, facere hoc non possint: propter quod eos celebrare iuxta indulgentiam apostolicam non permittunt.

Cum autem eis nihil conferret memorata indulgentia, sine qua iudicis prælatis annuere liceret eidem, fraternitati tuæ mandamus, quatenus interpretatione huiusmodi reprobata, dum tamen ab aliis, quæ iure paræciali proueniunt prorsus ablineant, datam eis sic licentiam celebrandi autoritate nostra non differas publicare, ita quod dicti fratres aliquam ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consecuti.

Gregorius nonus maioris ecclesiæ & Christianitatis decano & archidia. Lincon.

*Præuilegium de decimis noualium non soluendis, non comprehendit decimas tempore præuilegij impetrati possessas ab aliis, nisi de possessione alterius in præuilegio fiat mentio. Cap. xxxi.*

**D**vdum inter priorem & conuentum de Buteñ. ex parte vna, & priorissam & moniales de Campesse ex alia, super decimis lite mota: & infra. De consilio fratrum nostrorum decernimus iuri prædictorum prioris & conuentus super decimis noualium, in quarum erant possessione tempore illo, quo indulgentiæ apostolicæ impetratæ fuerunt, à parte altera de decimis noualium non soluendis non debere per eas non facientes de hoc aliquam mentionem præiudicium generari.

Idem.

*Confratres præuilegiatorum, nisi se ad eos in totum transtulerint, ad episcopalia iura tenentur. Cap. xxxii.*

**Q**uidam (sicut adferis) in præuilegiatorum fraternitate recepti, nolunt tibi de iuribus episcopalibus respondere.

Verum quamdiu huiusmodi fratres moram in domibus suis fecerint, \* eos compellere poteris ad dicta iura tibi suis. quam integrè persoluenda.

*Bal. dicit*

*esse singu.*

*C. de iure est nouale.*

*ff.*

Idem Arelateñ. capitulo.

*Quo ad præuilegium retentionis decimæ, semel nouale semper Capitulū. xxxiii.*

**C**onsultationi vestræ. b. r. q. terra, de qua non extat memoria quod aliquando culta fuisset, redacta per religiosos viros nouiter ad culturam, perpetuò debet quo ad immunitatem de non soluendis decimis noualium iure censi. Cum aliàs nonnunquam contingeret indulgentiam de noualibus plus eis dispendij, quam vtilitatis adferre.

De purgatione

De purgatione canonica. Tit. xxxiiiij.

Ex concilio Triburiceñ.

*Infamatus fide dignus per iuramentum se purgat, aliàs secus: et censetur non idoneus enormiter peccans. Cap. i.*

**N**obilis homo, vel ingenuus, si in synodo adfensus crimen negauerit, si fidelem eum esse scierit, cum duodecim ingenuis se expurget. Si autem antea deprehensus fuerit in furto, aut periurio, aut falso testimonio, non admittatur ad iurandum: sed ei (sicut qui ingenuus non est) purgatio indicatur.

Ex concilio Agatheñ.

*Infamatus tertio monitus se non corrigens, usque ad purgationem ab officio suspenditur. Cap. ii.*

**S**i quis presbyter negligens vite suæ, prauis exemplis malæ de se suspicari permiserit, & populus ab episcopo iuramento, seu banno Christianitatis adstrictus infamiam eius patefecerit, certiq; adfultores criminis eius defuerint, admoveatur primo scorum ab episcopo, deinde sub duobus vel tribus testibus: & si non emendauerit, episcopus eum publica increpatione admoveat. Si verò nec sic se correxerit, ab officio suspēdatur usque ad cōdignam satisfactionem, ne populus fidelium in eo scandalum patiatur.

Ex concilio Meldeñ.

*Etiā regulares purgant se de delicto secundum regulam canonicam. Capitulū. iij.*

**M**oniales si libidinibus inferuire adfensur, & manifestè detegi non valuerint, erga regulam suæ opinionis malam famam canonicè purgare cogantur.

Ex eodem.

*Si delictum est probabile, non indicitur purgatio, aliàs secus. h. d. quo ad titulum. Cap. iij.*

**S**i quis de gradu ecclesiastico raptoribus alienarum sponsarum se consensorem vel interuentorem manifestè prodiderit, à proprio gradu repellatur. Et si verisimilibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, canonicè se expurget.

Innocentius papa. iij. A quilegiē. patriarchæ, & Mantua. episcopo.

*Infamatus contra quem crimen probari nō potest, debet se purgare iuramento de veritate: compurgatores verò de credulitate.*

*Capitulū. v.*

Quoties

**Q**uoties Tridentinus episcopus de simonia impeticus sit, vos latere non credimus: sed aduatores scriptum adferentes, testes secundum formam canonicam producere nequiverunt, scilicet quod ecclesiam sancti Petri presbytero P. dederit pro quatuor modis frumenti: & infra. Communi fratrum nostrorum consilio iudicamus, ut tertia manu sui ordinis, & quarta abbatum & religiosorum sacerdotum, de supradicta simonia debeat se purgare. Porro purgationis tenor erit huiusmodi. Episcopus iurabit primum super sancta dei euangelia, quod pro ecclesia sancti Petri presbytero P. dāda, nec ipse per se, nec per submissam personam, nec aliquis pro eo se sciente precium recepit: deinde purgatores super sancta dei euangelia iurabunt, quod ipsi credunt eum verum iurasse.

Alexander tertius.

*Episcopus parociam suam infamatum compellit ad se purgandum, nisi ab eo legitime adpellauerit.* Cap. vi.

**N**os inter alios: & infra. Quia nos t. f. consulere voluit, utrum episcopus parociam suam ad purgationem cogere possit: Consul. t. t. r. quod si de aliquo crimine publica laborat infamia, aduatore & testibus deficientibus, ad purgationem est per ipsum episcopum compellendus, nisi forte super ipso ad superiore iudicem duxerit adpellandum. Sanē si adpellauerit, eius parebit iudicio, ad cuius examen causam voluerit, per adpellationem transferre.

Idem Gaictanen. electo.

*Compurgatores debent esse honesti, & notum habere eum, quem purgant, nec debent à iudice vel alio impediri: & deficientes in purgatione puniuntur, ut conuictus.* Cap. vii.

**C**um P. māconella presbyter: & infra. Purgatores illius honestatis & opinionis esse volumus, quod verisimile sit eos nolle amore vel odio seu obtentu pecunie peierare. Ut autem idonei adpareant, necesse est ut eius, quem purgare debent, vitam & conuersationem agnoscant. Deficientem verò in purgatione, omni officio & beneficio ecclesiastico priuare procuret: Præcauens, quòd si qui purgando in sua voluerint purgatione adfiteri, nullam eis malcoulentiam vel indignationem ostendas, nec eos impediās, vel ab aliis quantum in te est, impediri permittas.

Lucius tertius.

*Absolutio facta secundum purgationem vulgarem non tenet, & ea non obstante potest iudici de nouo purgatio: & admittitur aduorsatio.* Capitulum. viii.

Ex euarum

**E**x tuarum intelleximus continentia literarum, quod cum H. presbyterum (quia infamabatur de homicidio) à sacerdotali officio suspendisses, prædecessoris tui literas tulit in medium, quibus apparuit eum iudicio aquæ frigidae suam innocentiam purgauisse, & episcopum suis eū literis absoluisse. Quia verò peregrina iudicia sunt inhibita, purgationem quam præstitit, sufficere non putantes: mandamus, quatenus si aduatores idonei non adparuerint, ut cum septima aut quinta manu sui ordinis (sicut expedire cognoueris) per purgationem canonicam innocentiam suam ostendat, sibi intungas. quam cum præstiterit, suspensionem sine difficultate relaxes, & eum tecti monij boni virum annuncians, ab infamia homicidij nullius cōtraditione vel adpellatione obstante, absoluas.

Idem Vintonien. episcopo.

*Sufficit quòd compurgator sit toleratus ab ecclesia bona fama, nec de crimine suspectus condemnatus.* Cap. ix.

**C**onstitutus in præsentia nostra P. diaconus: & infra. Præterea illud nobis non modicam admirationem inducit, quod purgationem oblatam recipere noluit, nisi prius commendasset nomina singulorum, qui dictū P. purgare volebant, & de nationibus & cæteris circumstantiis prius inquireret diligenter, tanquam esses ordinationes facturus: utinam sic discutes ordinandos. Sanē in purgationibus faciendis, cum satis sit illis, qui pro purgando exhibent iuramentum, quod purgatus à crimine sit immunis, vel quod bonum exhibuit iuramentum, si purgatores ab ecclesia tolerentur, & sint bonæ famæ in suis ordinibus ministrantes, nec in iudicio pro crimine cōdemnati, proculdubio sunt absque vilius indagine admittendi.

Innocentius. iij. Senon. archiepiscopo:

*Propter magnitudinem criminis infamatus suspēdi potest, nō dum ab officio, sed etiam à beneficio, donec se purgauerit. hoc primo. Et augetur propter hoc numerus compurgatorum. hoc secundo. Ex causa interdum post purgationem præstitam suspenditur quis ad tempus hoc tertio. Et deficientes in purgatione, puniuntur ut conuictus. hoc quarto.* Capitulum. x.

**I**nter sollicitudines nostras, illa debet esse præcipua, ut capiamus vulpeculas: & infra. Licet ergo ecclesiastica cōstitutio tales ab officio tantum vsque ad purgationem canonicam doceat suspendendos: quia tamen eū etiam à beneficio propter immanitatem criminis suspendisti, notumus improbare: Nec

illud etiam improbamus, & licet contra eum nullus adulator legitimus adpareret: ex officio tuo tamen ( fama publica deficiente) voluisti plenius inquirere veritatem. Adtendentes autem vulgatam infamiam, graue scandalum, & vehementem suspicionem ex testium dictis obortam, quæ contra decanum facere videbantur, cum propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicenda, & seruantes iustitiam, & mollietes rigorem, purgationem ei quatuordecim manus sui ordinis duximus indicendam. Ipsum igitur ad te remittentes, vt ibi purgetur, vbi noscitur infamatus: mandamus, quatenus accitis tecū Niuerni, & Parisien. episcopis, indictam ei purgationem accipias: ita tamen, vt qui ad eius purgationem processerint comprobandam, sint fide catholici, & vita probati, qui cōuersationem & vitam ipsius non tam moderno tempore nouerint, quàm transacto.

Purgatione verò recepta, beneficium ei restituere non postonas. In pœnam autem familiaritatis illius, quam cum hæreticis scienter habuisse dignoscitur, eum ab officio volumus manere suspensum, donec scandalum sopiatur: ita tamen vt publicè familiaritatem hæreticorum abiuret. Præcipias insuper ei di strictè, vt in prædicta & aliis villis circumpositis profiteatur, & prædicet fidem catholicam, ac confundat & detestetur hæreticam prauitatem: sic deinceps vitam suam bonis adornans operibus, vt infamia conuertatur in bonam famam, & omne scandalum & suspicio de catholicorum mentibus deleatur. Quod si forsân in purgatione defecerit: eum ecclesiasticæ disciplinæ mucrone percellas, & ab officio & beneficio depositū, ad agendam pœnitentiã in arctum monasteriū detrudere non omittas.

Idè abbati sancti Dionysij, & presbytero sancti Martini.

*Breue est, nec potest aliter summi.* Cap. xii.

**C**um dilectus: & infra. Illud autem vos attendere volumus & mandamus, vt tales ad purgationem admittantur personæ, quæ vicinæ sint & honestæ.

Idem.

*Si infamia ortum non habet ex probabilibus coniecturis, non est de necessitate indicenda purgatio, potest tamen iudici ad instantiam purgandi.* Cap. xii.

**C**um in iuuentute sua: & infra. Quia verò pater filium, quem diligit corripit, nos Quinlien. episcopo per literas nostras ad maiorem cautelam iniunximus, vt ab illius familiaritate cessando taliter se haberet, quod sinistra de ipso suspicio non possit haberi: sed inimicus homo rescriptum literarum subripiens, apud regem & regni magnates ipsum nequiter publicauit,

blicauit, vt sic deberet amplius infamari. Vnde nos tantam æmuloꝝ nequitia adtēdētes, licet pulsari fuerimus multoties contra eum, nunquam tamen aduersus ipsum potuimus cōmoueri, sciētes quòd dictum vnus facile sequitur multitudo. Vbi verò idem episcopus ad Strigonen. metropolim exiit postulat, quidam, qui super ipsa postulatione aduersabantur eidem, vt promotionem ipsius facilius impedirent, illius criminatio nis carbonēs reaccendere sunt moliti. vnde quidam procurator ipsius de consilio amicorum suorum, qui super hoc bonum zelum habebant, sed non secūndum scientiam: cœpit cū instantia postulare, quatenus eidem episcopo purgationem canonicam faceremus iudici, vt suam innocentiam demonstraret. Nos autem postulationem huiusmodi minus prouidam reputantes, procuratorem ipsum ab ea semper volumus reuocare: & infra. Caterum quia procurator instabat, compulsi fuimus (nō iuris necessitate, sed importunitate petentis) vt per vos ei purgationem canonicam cum duobus abbatibus mandarem iudici: quamuis fuerimus protestati, quòd ex alia causa talis petitio minus prouidè tunc sebat, quia Stringonen. ecclesiæ suffraganei vix eo tempore purgarent eundem, qui in facto postulationis contradicebant eidem: & suffraganei Colocen. ecclesiæ ipsum minimè tunc purgarent: quia inter eum & Colocen. archiepiscopū de Strigonen. metropoli contentio vertebatur: vnde cū non sint alij pontifices in Hūgaria, meritò videbatur, & per episcopos regni sui nō posset in illo articulo se purgare.

Idem Tyronen. archiepiscopo.

*Compurgator iuras de credulitate.*

*Cap. xiiii.*

**D**e testibus: & infra. Illi verò, qui ad purgandam alicuius infamiam inducuntur, id solum tenentur iuramento firmare, & veritatem credunt eum dicere, qui purgatur.

Idem Floren. episc.

*Infamatus super defectu natalium non debet promoueri, nisi prius se purget.* Capitulum. xiiii.

**A**ccedens ad præsentiam nostram T. diaco. humili nobis insinuatione monstrauit, & cū à suis æmulis diceretur, & esset filius sacerdotis, tu eum nec promouere voluisti: nec permisti ab alio promoueri: Quocirca mādamus, quatenus si publicè fuerit nota rescriptis, & de ipsa tibi legitime constare non poterit, purgatione ab ipso recepta, ipsum nō differas propter hoc ad sacerdotis officium promouere: quia & si non sit nota delicti, est tamen nota defectus impediens ad sacros ordines promouendum.

Cc Idem

Idem Eugen.abba.&amp; scholastico Murin.

*Super notorio crimine non est indicenda purgatio, & pendente causa super criminibus, coram papa delegato purgatio ab ordinario super eis recepta non tenet.* Cap.xv.

**C**um dilectis filiis H. presbytero, & G. procuratori O. clerici, T. capellanum nostrum concesserimus auditorem, idem procurator proposuit quod cum dictus presbyter super incestu crimine fuisset publice infamatus, Constan. episcopus ordinarius iudex ei purificationem indixit: qui cum se purgare nequiuisset, ab ipso fuit suis ecclesiis sententialiter destitutus: quas ipse nihilominus de iure per violentiam occupatas. Cumque idem presbyter cuiusdam consanguinei sui uxorem publice detineret, ad petitionem plebani de ponte, & quorundam aliorum clericorum Constan. dioc. iudicibus dicimus literas destinasse, ut si dictus presbyter super crimine adulterij & incestus contra ipsos se purgare non posset, ipsum pena debita castigaret: qui cum constitisset eisdem, & idem presbyter pro eo, & in purificatione defecerat, ab episcopo memorato fuerat condemnatus, ipsum utpote contumacem predictis ecclesiis per sententiam priuauerunt, maxime cum de incestu & adulterij crimine, tanquam de notorio liqueret eisdem, abbati sancti Galli (ad quem illarum ecclesiarum donatio pertinebat) potestate liberam concedentes ecclesias illas, personis aliis conferendi: qui eas postea predicto O. clerico assignauit: & 7. Dicitur vero presbyter inter cetera respondit, quod processus iudicum predictorum debebat merito retractari, cum lito non contestata procedere presumpserunt contra eum: adiiciens, quod purificationem indictam ab eisdem Constan. curauerit exhibere: & infra. His igitur, & aliis plenius intellectis, licet litera illa, quae ad predictos iudices impretata dicuntur, vel ipsarum transcriptum ostensum non fuerit coram nobis, quia tamen ex tenore relationis ipsorum, quam dictus procurator exhibuit, ac si litera ipse ostense fuissent, nobis constitit euidenter iudices ipsos praetermissio iuris ordine processisse: tam processum eorum, quam concessionem ecclesiarum a predicto abbate de mandato ipsorum factam, auctoritate apostolica retractamus, praesertim cum relationis ipsius series repugnantia contineat, & aduersa. Dicitur enim quod crimen eiusdem presbyteri, usque adeo publicum fuerat & notorium, quod nullus infamiationi locus penitus existeret, utpote cuius vnuerse viciniae populus testis erat: & tamen ibidem praemittitur, quod eidem presbytero terminum peremptorium praefixerunt, in quo (si posset) super infamia predictorum criminum canonicè se purgaret: cum nimirum,

nimirum, si crimen notorium existeret, non erat illi indicenda purgatio, sed in eum condemnationis sententia promulganda: & infra. Si vero nullus apparuerit legitimus adulator, & ipsum inueneritis apud bonos & graues super praedictis criminibus, vel ipsorum altero infamatum: purificationem ei canonicam indicatis, non obstante, quod coram praedicto electo dicitur se purgasse: cum iudicio pendente coram iudicibus delegatis, non debuerit ordinarius purificationem indicare infamato.

Idem.

*Non sufficit prelato de criminibus infamato iurare, cum se purgat quod sit immunis ab illis criminibus, sed iurare debet, quod post suam promotionem illa crimina non commisit.* Cap.xvi.

**A**ccepimus literas, quibus nobis intimare curastis, quod apostolico mandato super indicenda purificatione archiepiscopo Bisuntinensi recepto, ipsum citastis ut decuit: qui ad die praefixum comparuit coram vobis, iuramentum purificationis offerens sub hac forma, videlicet quod immunis erat ab illis criminibus, super quibus se purgare debebat: & infra. Ipse vero ad praesentiam nostram accedens, humiliter supplicauit, ut saltem super purificatione incontinentiae dignemur temperare rigorem, quia non deberet adferere, quod a natiuitate sua nunquam passus fuerit lapsum carnis. Porro cum ab eis non creditur exactum fuisse huiusmodi iuramentum, potius forte praesumimus, quod alia de causa volebat sub praescripta forma iurare: videlicet quod immunis erat ab illis criminibus de quibus fuerat infamatus, tanquam dimissis per poenitentiam iam esset immunis ab illis: sed hoc iurare, non parua temeritatis existeret: cum beatus Iob dicat. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorat anima mea: & infra. Ideoque praescriptam purificationis formam secundum quam idem archiepiscopus obtulit se purgare, reprobamus, utpote indiscretam, temerariam, & inceptam: iniungentes eidem, ut si voluerit & potuerit secundum hanc formam se purgare, secundum sanum intellectum, quem ei duximus exprimentum, videlicet quod illa crimina grauiora, id est, simoniam, venditionem iustitiae, atque incontinentiam, de quibus infamatus extitit, iuret se minime commississe, postquam ad archiepiscopalem promotus est dignitatem, & compurgatores sicutent, quod credunt eum verum iurasse: quo facto vos illum dimittatis in pace, alioquin &c.

De purgatione vulgari. Titu. xxxv.

Celestinus tertius.

Cc ij Duella.

Decretaliū Greg. Lib. v. Tit. xxxv. & xxxvj.

Duella, & alie purgationes vulgares prohibita sunt, quia per eas multoties condemnatur absolueudus, & deus tentari videtur. hoc dicit totus titulus.

Capitulum. i.



Vra suscepi regiminis: & .j. Cum. t. f. duxerit sedem apost. consulendam, vtrū super ecclesiarum possessionibus duella debeant sustineri. Tuq̄ diximus sollicitudini respondendū, q̄ in eo casu, vel aliis etiam hoc non debes aliquatenus tolerare. \* Innoc. iij. priori sancti Sergij Spoletan.

\* Adde quod not. Bal. in. l. x. C. de la. ti. li. tol. vbi vide.

Summatum est supra cap. proxi.

Cap. ii.

Significantibus V. laico, & fratribus eius ad nostram noueris audientiam peruenisse, q̄ cum quidam eos super furti crimine adularer, cum eo coacti sunt inire duellum in quo aliis peccatis suis præpeditibus ceciderunt: propter quod per cōsules Spoletanos bonis fuerint propriis spoliati: nunc verò furtum apud alios est inuentū, & q̄ ipsi fuerint innocentes, est (faciente domino) reuelatum. Vnde consulibus ipsi dedimus in mandatis, vt ablata restituant vniuersa.

Honorius tertius.

Summatum est supra cap. i.

Cap. iiii.

Dilecti filij nouiter in Liouonia baptizati, grauē ad nos querimoniam destinarūt, q̄ fratres templariorum, & alij, qui temporalem in eis potestatem exercent, si quando de aliquo alio crimine infamantur, eos ferri candentis iudiciū subire cōpellunt: quibus si qua exinde sequatur a dustio, ciuilem pœnam insigunt. Cum igitur huiusmodi iudiciū sit penitus interdictū, vt pote in quo deus tentari videtur: mādamus, quatenus dictos fratres, & alios, vt ab huiusmodi conuerforam grauamine omnino desistant, per cen. eccle. ad pel. remota compellas.

De iniuriis & damno dato.

Titulus. xxxvj.

In Exodo.

Propter eius breuitatem, non summatur.

Cap. i.

\* vide. l. f. cū gl. et concor. ff. de fida.



Irixati fuerint homines, & percussit alter proximum suum lapide, vel pugno, \* & ille mortuus nō fuerit, si iacuerit in lecto, qui percussit, operas eius, & impensas in medicos restituat.

In eodem.

Breue est, & ideo non summatur.

Cap. ii.

Exo. 21.

Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eā, cecideritq; bos vel asinus in eā, dominus cisternæ reddet precium

De iniuriis, & damno dato.

precium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.

Idem.

Breue est, & ideo non summatur.

Capitulum. iiii.

Si bos alienus cornupta fuerit ab heri, & nudius tertius, & non custodiuit eum dominus suus, reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

Idem.

Breue est, & non summatur.

Cap. iiii.

Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentū suum, vt depascat aliena, pro dāno æstimationē restituat,

Idem.

Breue est, & non summatur.

Cap. v.

Si regressus ignis comprehenderit acerosi frugum, siue stantes segetes in agris, reddet damnum, qui ignē succenderit.

Ex pœnentiali Romano.

Breue est, & quasi idem cum precedenti.

Cap. vi.

Si quis domum vel aream cuiusquam incenderit volūtariē, & sublata & incensa omnia restituat, & tres annos pœniteat.

Honorius. iij. episcopo Bonoñ.

Secularis potestas, qui clericum banniuit, cōdemnari debet per iudicem ecclesiasticum, secundum æstimationem iniuriæ in expēsis & damnis. Et hodie adde pœnam in Cle. i. de pœnis.

Cap. vii.

olim scribētibus nobis episcopo Mutinē. vt potestatem consiliarios & populū ciuitatis Florentiæ. ad satisfaciēdum de damnis & iniuriis irrogatis episcopo, & ecclesiis Fesulan. cen. eccle. coarctaret, idem testes lite non contestata recepit. Quare nos eius processu penitus reuocato cōmune Florentiū. quia banniuerat episcopum Fesulanum contra deum & ecclesiasticam libertatem, propter iniuriam banni, & expēsas, & damna tali occasione secuta, taxatione iuramento præmissa in mille libris vsualis moneta, prædicto episcopo sententialiter duximus cōdemnandum.

Gregorius nonus.

Qui iurat statutum super non repetendis damnis, hoc non obstante expensas repetere poterit. h. d. v. el sic. Statutum super damnis non repetendis, ad expensas non extenditur.

Cap. viii.

olim ciues Brixiciæ. pro restaurationibus damnorum illatorum ad inuicem, quæ propter multas ciuiles discordias incurrerant, plurimum aggrauati, statutum editum de non petendo vel recipiendo in posterum restaurationes huiusmodi a comuni

Cc iij muni

muni generaliter adprobarunt, & firmanunt etiam iuramento: & infra. Cùm igitur aliud sit damnorum restauratio, quàm satisfactio expensarum: & ideo in iuramento exhibito super damnorum articulo intelligi non debeat, quòd factum expensarum fuerit cõprehensum: mandamus, quatenus(iuramento non obstante, prædicto) auctoritate nostra provideas, quòd dictum cõmune pro bono concordia ad expensarum satisfactionem aliquid contribuat, iuxta tuã discretionis arbitrium, à te sicut expedit moderandum.

Idem.

*Habet plura dicta, & se summat.*

*Cap. ix.*

**S**I culpa tua datum est damnum, vel iniuria irrogata, seu aliis irrogantibus opem fortè tulisti, aut hæc imperitia tua, suo negligentia euenerit, iure super his satisfacere te oportet, nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere vel iacturam. Quòd si animalia tua nocuisse proponas, nihilominus ad satisfactionem teneris, nisi ea dando pãsis damnum velis liberare te ipsum: quod tamen ad liberationem non proficit, si fera animalia, vel que cõsueverunt nocere fuissent, & quam debueras non curasti diligentiam adhibere. Sanè licet, qui occasionem dãmni dat, dãmnum videatur dedisse: secus est tamen in illo dicendum, qui vñ non accideret, de contingentibus nil omisit.

De pœnis.

Titulus. xxxvij.

Ex concilio Toletano.

*Totiens puniendus est criminofus, quotiens delictum iterat.*

*Capitulum. i.*

**A**, quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequẽti sententia condemnentur.

Ex concilio Triburiensi.

*Interficiens presbyterum puniendus est: & pœna pars ecclesia, cui præfuit, alia pars pro eius anima distribuitur.*

*Capitulum. ii.*

**P**resbyteri interfecti compositio episcopo ad cuius partem pertinet soluat: ita vt medietatem utilitatibus ecclesie, cui præfuit tribuat, alteram in eius elemosynam iuste disperiat. Quia nullus eius hæres proximior videtur, quàm qui ipsum domino sociavit.

Alexan. iiii. Cantuarien. archiepiscopo.

*Non debent prelati pro criminofis sustinendis pecunia exigere, nec*

*re, nec etiam correctionis causa ex cupiditate pœnam pecuniariam imponere.*

*Capitulum. iiii.*

**L**icet iuxta apostolum: & infra. A accepimus, quod archidiaconi Conuentren. episcopatus: & ceteris, quod corrigendis excelsibus, & criminibus puniendis, à clericis & laicis pœnam pecuniariam exigunt, & pro annua exactione pecunie personas quandoque suspendunt, ecclesias interdicunt, à vicariis denarios, vt eos in ecclesiis cantare permittant, exigere non formidant, & alia agunt, quæ canonum obuiant institutis, & de radice cupiditatis & auaritiæ prodire videntur: & infra. Mandamus, quatenus archidiaconis prædicti episcopatus hoc districtius interdicas: si autem contrauenire presumpserint, eos ad pœ. cessan. eccle. compellas.

Idem in concilio Turonen.

*Victus condemnatur victori presenti in expensis, etiam in causis pecuniariis, & vñm casum excipit.*

*Cap. iiii.*

**C**alumniam & audaciam temere litigantium condemnando in expensis, & alio multiplici remedio sancto imperialis compescit. Quoniam igitur sacris institutis consolare dignoscitur, præcipimus, vt de cetero in causis pecuniariis victus, victori in expensis legitimis condemnetur: nisi sententia pro absente feratur.

Innocentius. iiii. Nidrosiensis archiepiscopo.

*Clericus causam seu operam præbens bello, deponendus est.*

*Capitulum. v.*

**Q**uod in dubiis: & infra. Quia vero tam sacerdotes, qui gubernant naues ad pugnam, quàm qui personaliter exercent conflictum, & hi, qui alios incitant ad pugnam, omnes enormiter peccant: de rigore canonico eos credimus deponendos.

Idem London. episcopo.

*Clericus pro magno scelere ab eo commisso deponi debet, & in monasterio detrudi ad agendam pœnitentiam.*

*Cap. vi.*

**T**uã discretionis prudentiam: & infra. Ad illud, quòd à nobis tertio requisisti, qualiter clerici in latrocinis, vel aliis magnis sceleribus deprehensi puniri debeant. Respondemus, quòd à suis ordinibus degradati, detrudi debeant in archiepiscopi monasteriis ad pœnitentiam peragendam.

Idem abb. & fratribus Cryptæ ferratæ.

*Si uterque contrahentium venit contra contractum, uterque potest exigere pœnam, ad inuicem promissam ex conventionibus.*

*Capitulum. vii.*

CC iiii Constituc.

**C**onstitutus in præsencia nostra: & infra. Licet autem in instrumento episcopi Lauitani expressa fuerit certa pœna quàm pars contractum non seruans solueret obseruanti: cum tamen utraque pars venisse contra illum, ex cõfessione propria conuincatur, cum & pars vestra subtraxerit episcopo pensionem, & episcopus procuracionem exegerit ab eadem ecclesia, sicut œconomus proposuit memoratus vtramque partem ab ea reddimus absolutam.

Idem priori sancti Fridriã. & magistro B. can. Pisano.

*Si testis propter vacillationem incarceration, infamiam non incurrit.*

*Capitulum.viii.*

**S**uper his, de quibus nos consulere voluistis: & infra. Clericus autem, qui pro eo quod variauerat & vacillauerat coram vobis, de mandato vestro captus est & detentus, infamiam non incurrit.

Idem Spoletano episcopo.

*Obligatus ad certam quantitatem, certa die sub pœna solutionis, si partem intra terminum soluit, ad pœnam integram non tenetur.*

*Capitulum.ix.*

**S**iam ad nos rectores clericorum sancti Fortunati querimoniam transmiserunt, & cum tibi essent in .xl. libris, per quoddam arbitrium condemnati, essetq; pœna .xxx. librarum adposita, nisi ea soluerent in termino constituto, tandẽ .xxxij. libris in termino perfolutis, occasione septem residuarum, per quasdam nostras literas veritate tacita impetratas obtinuisti eos in pœna .xxx. libris, tibi per delegatum iudicem condemnari. Quia igitur te non decet in rãtum pontificalis modestiã obliuisci, vt inhonestis quãstibus anhelando desideres cum aliena iactura dirtari, mandamus, quatenus septem librarum solutione cõtentus, super pœna .xxx. librarum, memoratos rectores decetere non molestes.

Idem.

*Occidentes pralatum priuantur beneficio & feudis, quæ habent ab ecclesia, cui præerat pralatus ille, nec eis vel hæredibus restituentur, nec alia de nouo concedi debent. Et hodie in occidente capiuntur, vel banniente episcopo aucta sunt similes pœnæ: de quibus in ele. si quis suadente, eo. ti.*

*Capitulum.x.*

**A**ures nostri apostolatus peruenit, quòd cum quidam patriciani tui ausu diabolico bonæ memoriæ I. Vicentinum episcopum, prædecessorem tuum nequiter permisissent, feuda & beneficia, quæ illi à Vicentina ecclesia obtinebant, ipsi per sententiam fuerant cum multa deliberatione sublata. Quia igitur maiori sunt animaduersione plectendi, nos tam tibi quàm successoribus tuis autoritate apost. prohibemus, ne ipsi, aut hæredibus

hæredibus eorum beneficia prædicta restituantur, seu de nouo eis alia quolibet conferantur.

Idem.

*Prorumpēs contra iudicē, arbitrio superioris punitur. Cap.xi.*

**D**ilectus filius electus sancti P. ad montes: & infra. Ne iudicialis euanescat autoritas, cum de litigatoris improbitate constiterit aduersus adfercionem iudicis temere prorumpētis, iuxta superioris arbitrium digna poterit animaduersione puniri.

Idem in concilio generali.

*Patroni, aduocati, vel vicedomini vindicantes sibi in ecclesiis plusquam iura permittant, per censuram ecclesiasticam compescuntur: & si occidunt pralatum vel clericum ecclesia per se, vel per alios, perdunt quod habent ab ecclesia, & eorum posteri vsque ad quartam generationem non admittuntur ad clerum, nec in religionibus præficiuntur.*

*Capitulum.xii.*

**I**n quibusdã prouinciis ecclesiarum patroni & aduocati, seu vicedomini se in tantam insolentiam erexerunt, quòd non solum cum vacantibus debet ecclesiis de pastoribus idoneis prouideri, difficultates ingerunt & malitias, verumetiam de possessionibus, aliisque bonis ecclesiasticis, pro sua voluntate ordinare præsumunt: & (quòd horrendum est dicere) in necem prælatorum prorumpere non formidant. Cum igitur, quòd ad defensionis subsidium est inuentum, ad depressionis dispensationem non debeat retorqueri: prohibemus expresse, ne patroni vel aduocati, seu vicedomini super præmissis, decetere plus usurpent, quàm reperiatur in iure permillum: & si cõtra præsumpserint, per seueritatem canonicam districtissimè compescantur. Sacri nihilo minus concilij adprobatione statuimus, quatenus si patroni, vel aduocati, aut feudatarij, seu vicedomini, aut alij beneficiati alicuius ecclesiæ, rectorem vel clericum alium ipsius ecclesiæ, per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausu nefando præsumpserint: patroni ius patronatus, aduocati aduocatum, feudatarij feudum, vicedomini vicedominatum, & beneficiati beneficium profus amittant. Et ne minus vindictæ quàm excessus memoria prorogetur, non solum de præmissis nihil perueniat ad hæredes, sed etiam vsque ad quartam generationem posteritates talium in clericorum collegium nullatenus admittantur, neque in domibus regularibus alicuius prælationis assequantur honorem, nisi cum eis fuerit misericorditè dispensatum.

Honorius tertius præposito archidiacon. & H.

canonico Suesioni.

*Domina*

Decretaliū Gregorij Lib.v. Tit.xxxviij.

*Domino excommunicato manente, subditi fidelitatem non debent: & si longo tempore in ea persisterit, & monitus non paruerit ecclesia, ab eius debito absoluntur.*

*Capitulum.xiii.*

**G**rauem capituli Lund.recepimus questionē, quod cum comes Registreū. pro multis iniuriis, quas irrogat eidem, per iudices à sede apost. dele. excommunicationis vinculo fuerit innodatus, idem per duos annos & amplius in excommunicatione persistens, iuri parere pertinaciter renuit, claus ecclesie contemnendo. Licet igitur huiusmodi pernicia non careat scrupulo hæreticæ prauitatis: volentes tamē nobilitati parere comitis supradicti. Di.v. mandamus, quatenus si comes supradictus post commonitionem vestram non paruerit plenè iuri, vos ecclesias, in quibus aliquid ius habere dignoscitur, ab eius debito absoluentes, fideles ipsius (quandiu in excommunicatione persisterit) ab eius fidelitatis iuramento denunciatis penitus absolutos.

De pœnitentiis, & remissionibus.

Titulus.xxxviij.

Alexander papa.

*Pro manifesto peccato pœnitentia publica imponi debet. Cap.i.*



**M**anifesta peccata non sunt occulta correctione purganda.

Ex concilio Maguntinensi.  
*Pœnitentiam occidentis presbyterum.*  
*Capitulum.ii.*

**Q**ui presbyterum occiderit. xii. annorum pœnitentia ei secundum canones imponatur: & infra. Coniuctus, vsque ad vltimum tempus vitæ suæ militiæ coniungulo careat, & absque spe coniugij maneat.

Alexan.iiij. Mediolan. archiep. & suffraganeis.

*l. 14. n. 2. p. 4*  
*\* vide. l. ii. s. miles. ff. de his q not. infra. c. l. Crimat. c. de prof. ff. li. 12.*

*Consideratis circumstantiis arbitraria pœnitentia indicenda est ei, qui modum excessit se defendendo.*

*Cap.iii.*

**S**ignificauit nobis vir nobilis P. quod F. dicto imperatori, cū solim rediret ab vrbe, castrum Vernicæ negauit: & infra. Vnde contigit, quod.iiij. castris destructis plusquam duo milia domorum destructa fuerunt, multi homines interfecti, & alia mala ibi commissa, quæ longum esset per singula enarrare. Quoniam igitur præfatus P. deo exinde reconciliari desiderat, mandamus, quatenus ipsi pœnitentiam (secundum quod vsum fuerit) miserè corditer imponatis, adrendentes, quod pro libertate suâ, & ecclesie deuotione hoc fecit. Quare in his debetis talem discretionem

De pœnitentiis, & remissionibus. 390

discretionem habere, vt alij & ipse idem pro austeritate pœnitentiæ à seruitio ecclesie nullatenus retardentur, nec aliquod salutis periculum debeant formidare.

Idem archiepiscopo Cantua.

*Indulgentia, qua concedantur per prelatos non subditi, non profunt, nisi proprii iudices hæc concedant.*

*Cap.iiii.*

**Q**uod autem consuluisti, vt rum remissiones, quæ sunt in dedicationibus ecclesiarum, aut conferentibus ad adificationem pontium, aliis profiat quam his, qui remittentibus subsunt: Hoc volumus tuam fraternitatem tenere, quod cum à non suo iudice ligari nullus valeat vel absolui, remissiones prædictas prodesse illis tantummodo arbitramur, quibus vt profiat proprii iudices specialiter indulerunt.

Idem Beluacen. episcopo.

*Non est verè pœnitens, qui peccandi animum non deponit, tamen recipitur eius confessio.*

*Capitulum.v.*

**Q**uod quidam ad confessionem de criminibus veniunt, & quanuis confiteri velint, se tamen adserunt abstinere non posse. Con. t. r. r. q. eorum confessionem recipere debet, & eis de criminibus consilium exhibere: quia licet non sit vera huiusmodi pœnitentia, admittenda tamen est eorum confessio, & crebris & salubribus monitis pœnitentia indicenda.

Idem Triburien. archiepiscopo.

*Qui, ex pœnitentia debet certa die in pane & aqua ieiunare, potest deficiente pane aliis cibariis vti.*

*Cap. vi.*

**L**icet tam veteris, quam noui testamenti pagina: & infra. Si autem illi, qui aliquos dies in pane & aqua ex iniuncta sibi pœnitentia tenentur peragere, panem, quo vescantur non habeant leguminibus, aut piscibus, aut aliis cibariis resciantur, si necessitas id exposcat. Discretionem tamen adhibita, quod his non ad delicias, sed ad sustentationem vtantur.

Clemens tertius.

*Sacerdoti Græco procuranti, vel studiose negligenti oppressiorum, non imponitur pœnitentia publica sed debet abstinere ab altaris officio, & aliter in secreto agere pœnitentiam: sed si delictum est publicum, debet publice agere pœnitentiam.*

*Cap. vii.*

**Q**uod situm est, vt rum sacerdotibus Græcis, quibus legitimum matrimonio licet vt, pœnitentia publica sit imponenda, si eam sibi postuleret pro filijs oppressis iungi. Huic igitur consul. t. r. respond. quod si ipsi procurantibus, vel studiose negligētibus filij in lectis reperiantur oppressi, ab officio altaris debent perpetuo abstinere, & eis grauior quam laicis, non



Decretaliū Gregorij Lib.v. Tit. xxxviii.

non tamen publica (nisi in publicum id veniat) pœnitentia debet imponi. verum si ex incuria ipsorum mortui inueniatur in cunis & illud fuerit occultum, eis pœnitentia pro arbitrio pœnitentiarij imponatur, & in terrorem aliorum \* ad tēpus abstineant à celebratione missarum.

\* Vide. l. aut facta. S. ff. de pœ. & l. eū qui. ff. de iniur.

Innocentius tertius Lioñ. episcopo, & eis qui cum ipso sunt fratribus.

Sacerdos pœnitentiam arbitrari debet, secundum quantitatem excessus pœnitentis, & contritionem, & alias circumstantias. hoc dicit quod ad titulum.

Capitulum. viii.

Deus qui ecclesiam suam: & infra. Ceterum cum pœnitentia non tam secundum quantitatem excessus, quàm pœnitentis contritionem, per discreti sacerdotis arbitrium sit moderanda, pensata qualitate personarum, super fornicatione, adulterio, homicidio, periurio, & aliis criminibus, consideratis circumstantiis omnibus, & præsertim nouitate Lioñien. ecclesie, competentem pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout salutem eorum videritis expedire. Apostoli autē vestigiis inhaerentes, dicentis, Lac vobis potum dedi, non escam: paulatim eos instruat in fide, confessionis formā, orationem dominicam, & symbolum illos sollicitè edocentes. \* Interim tamen corporis & sanguinis domini sacramentū renatis fonte baptismatis consuetis festiuitatibus & in mortis articulo tribuat.

1. Cor. 3.

\* Que de bent scire Christiani ad salutē

Idem sancti Lau. in Lucina presbytero car. apo. se. leg.

suam. vide. Auditur mulieris cōfessio, quæ sibi partū alienū subposuit, vel Bal. super priuū ex adulterio suscepit, nec illud marito vult detegere. Ca. ix.

rub. C. de sum. trini.

Officij: & infra. Significasti quandam mulierem in pœnitentia tibi fuisse confessam, quod timens ne viri possessio deuolueretur ad alios, quarundam herbarum succum potauit, & sic venter eius intumuit, & inde gravidam se ostendens, sibi partum subposuit alienum: timensque maritum, non vult facinus ipsi detegere, qui prolem credit sine dubitatione qualibet esse suam. Quoniam igitur postulas edoceri, vtrum ei hac fraude durante sit pœnitentia iniungenda: respondemus, quod sicut mulieri, quæ ignorante marito de adulterio prolem suscipit, quamuis id viro suo timeat confiteri, non est pœnitentia deneganda: ita nec illa debet pœnitentia denegari, maxime si per alios intelligas alienos, ad quos timeat possessionē viri deuolui: sed competens satisfactio per discretum sacerdotem eā debet iniungi.

Idem Valent. & Bur. episcopis, & abbatibus de N. Cisterciē. ordinis.

Abbatissa

De pœnitentiis, & remissionibus. 391

Abbatissa moniales benedicere, confessiones audire, & publicè prædicare non potest. Capitulum. x.

Noua quædam nostris sunt aurbus intimata, quod abbatissa moniales proprias benedicunt, ipsarum quoque confessiones in criminibus audiunt, & legentes euangeliū præsumunt publicè prædicare. Cum igitur id absonum sit, pariter & absurdum: mandamus, quatenus ne id decætero fiat, curetis firmiter inhibere: Quia licet beatissima virgo Maria dignior & excellentior fuerit apostolis vniuersis, non tamē illi, sed istis dominus clausas regni cælorum commisit.

Idem.

Tempore generalis interdicti conceditur pœnitentia & viaticum morientibus. hoc primò. Clerici, qui seruauerint interdictū, possunt cum silentio in cœmeterio sepeliri. hoc secundò. In conuenticibus ecclesie clerici bini vel trini possunt horas submissa voce dicere. hoc tertio. Cruce signatis & peregrinis tempore interdicti pœnitentia concedi potest. hoc quarto. Capitulum. xi.

Quod in te: & infra. In illo verbo per quod pœnitentia morientibus non negamus, viaticū etiam, quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus, vt nec ipsum decedentibus denegetur. Licet autem per generale interdictum denegetur omnibus, tam vnctio, quæ ecclesiastica sepultura, concedimus tamen ex gratia, vt clerici decedentes, qui tamē seruauerint interdictum, in cœmeterio ecclesie sine campanarum pulsatione cessantibus solēnitatibus omnibus & silentio tumulentur. Et in conuenticibus ecclesie bini & trini, vel simul tres horas canonicas valeant legere, non cantare, ianuis clausis, interdictis & excommunicatis exclusis, & voce ita remissa, quod exterius audiri non possit: cum & regulariis secundum priuilegium se. aposto. sit indultum, vt cum generalè interdictum terræ fuerit, liceat eis ianuis clausis excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis cāpanis, suppressa voce celebrare diuina. Recipientibus autem signum crucis non negamus, quo minus eis ob reuerentiam crucifixi pœnitentia cum postulauerint, iniungatur: quod & aliis peregrinis potest misericorditer indulgeri.

Idem in concilio generali.

Famosum est & multum allegabile: h. d. Quilibet doli capax tenetur saltem semel in anno cōfiteri proprio sacerdoti, vel de eius licentia alteri, & eucharistia sacramentum ad minus in pascua recipere. Et sacerdos reuelans confessionem deponendus est, & in

*in monasterio ad agendum perpetuam pœnitentiam detrudendum.*

*Capitulum. xii.*

**O**mnis vtriusq; sexus fidelis, postquā ad annos discretio- nis peruenit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiēs reuerenter ad minus in Pascha Eucharistia sacramentum: nisi forte de proprii sacerdotis consilio: ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinē- dum: alioquin & viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Vnde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne quisquam ignorantē cecitate velamen excusationis adsumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat à proprio sacerdote, cum aliter ipse illum non possit absolueri vel ligare. Sacerdos autē sit discretus & cautus, vt more periti medici superfundat vinum & o- kum vulneribus sauciati, diligenter inquirēs & peccatoris cir- cūstantias, & peccati: ex quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibe- re diuersis experimentis vtendo ad saluandum ægrotum. Ca- ueat autem omnino ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodatur peccatorem: sed si prudentiori consilio in- diguerit, illud absq; vlla expressione personæ, caute requirat quoniam qui peccatum in pœnitentiā iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solū à sacerdotali officio deponē- dum decernimus, verum etiā ad agendū perpetuā pœnitentiā in arctum monasteriū detrudendum. Idem in eodem.

*Medici vocati ad infirmos debent ante omnia inducere infirmū ad confessionem, nec quicquam persuadere pro salute corporis ten- dens in animarum periculum.*

*Capitulum. xiiii.*

**C**um infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato pro- ueniat, dicente domino languido, quem sanauerat: Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.

Præsenti decreto statuimus, & districte præcipimus medi- cis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, vt medicos aduocēt animarum: vt postq̄ fuerit infirmo de spiritali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur, cū causa cessante cesset effectus. Hoc quidem inter alia huic causam dedit edicto, & quidam in agritudinis lecto iacentes, cum eis à medicis suaderetur, vt de animarum salute disponant, in despe- rationis

rationis articulum incidunt, vnde facilius mortis periculū in- currunt. Si quis autem medicorū huius nostræ constitutio- nis, postq̄ per prælatos locorū fuerit publicata, transgressor ex- iterit, tandiu ab ingressu ecclesiæ arceatur, donec pro trans- gressione huiusmodi satisfecerit cōpeterent. Ceterum cum anima sit multo preciosior corpore, sub interminatione ana- thematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroti suadeat, quod in periculū animæ conuertatur.

Idem in eodem.

*Elemosynarum quasores sine apostolicis vel diacesanorū li- teris admitti non debent, nec tunc proponat vltra id, quod in ipsis literis continetur. hoc primo. Et debent esse modesti: & à locis & expensis incongruis abstinere. hoc secundo. In dedicatione basilicæ vltra annum, & in anniuersario dedicationis, & in literis indul- gentiarum concessis ab alio, quam à papa, vltra. xl. dies remissio excedere non debet. hoc dicit. vsque ad finem. Capitulum. xiiii.*

**C**um ex eo. & infra. Elemosynarum quoq; quasores, quorum quidam se alios inueniēdo, abusionēs nonnullas in prædicatione proponunt, admittū (nisi apostolicis vel die- cesani episcopi literas veras exhibeāt) prohibemus: & tūc præ- ter id; quod in ipsis continebitur literis, nihil populo propo- nere permittantur. Formam vero, quam communiter talibus aposto. se. indulget duximus exprimendam, vt secundum eam diocesani episcopi suas literas moderentur. Ea siquidem talis est, Quoniam (vt ait apostolus) omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus siue bonum fue- rit, siue malum: oportet nos dicem misericordis extremæ miseri- cordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu seminare iū- ceteris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recol- ligere debeamus in cœlis, firmam spem, fiduciamq; rectam ten- nentes: quoniam qui parce seminat, parce & metet: & qui se- 2. Cor. 9. minat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur ad sustentationē fratrum & egērorum ad tale confluentium hospitalē, propria nō subpetant facultates; vniuersitatem vestram mouemus & exhortamur in domino; atque in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus de bonis vobis à deo collatis pias elemosynas, & grata eis cha- ritatis subsidia erogetis: vt per subventionem vestrā ipsorum inopia consulatur, & vos per hæc bona & alia, quæ domino in- spirante feceritis, ad æterna. possitis gaudia peruenire. Qui autē ad quæredas elemosynas destituerit, modesti sint & dis- creti, nec in tabernis aut in aliis locis incongruis hospitentur, nec

*Rom. 14.*

*2. Cor. 9.*

*6. 26. 4. 9. 1*

*Ioan. 5.*



mentum: & si hoc præstare recusat: pro excommunicato haberi debet.

Capitulum. iiii.

2 Si verò aliquis in clericum nutrientem comam manus iniecerit violentas, propter hoc non debet apostolico presentari conspectui, nec etiam excommunicatione notari, dummodo ipsum esse clericum ignorauerit. Vel si hoc dubium fuerit, propria manu dimittat præstitit iuramentum, quòd cum esse clericum ignorasset. Ab illo autem (si præstare noluerit iuramentum) quia violentas manus constat eum in clericum iniectisse, sicut ab excommunicato, donec de mandato summi pontificis absoluat, conuenit abstinere.

Idem.

\* Vide. l. si qua p. ca. l. i. m. a. Bar. C. de epi. & cle. l. de in. l.

apud La-beonem. S. si quis vir gines. ff. de iuri.

Percutens clericum vel religiosum, excommunicatus est, nec ab alio, quàm à papa absoluitur, præterquàm in mortis articulo. Ca. r.

On dubium est, quòd hi, qui violentas manus in clericos vel canonicos, aut cuiuslibet religionis cõuersos iniiciunt, ex constitutione concilij sententiam excommunicationis incurrun, nec nisi in articulo mortis sine Rom. pò. abolutionis possunt beneficium impetrare.

Idem.

Mulieres, que inciderunt in canone, si quis suadente, absoluitur ab episcopo. Idem in personis, que non sunt sui iuris, vel sunt delicata, de quibus dubitabatur, quòd non possent commode accedere ad curiam, & h. d. vsque ad. §. Illi.

Capitulum. vi.

Mulieres vel alia personæ, quæ sui iuris nõ sunt, ab episcopo dioc. absolui possunt, si manus in clericum iniecerint violentas. De his verò, qui magnæ non sunt potentia, & ita delicati, quòd laborem veniendi ad se. apo. nequeunt sustinere, respondemus, quòd status personæ prius & veritas negocij est intimanda Rom. pont. & secundum consiliũ eius tales erunt de commissio scelere corrigendi.

Mandans clericum percusi, excommunicatus est sicut percussus. hoc dicit.

Illi verò, qui non per seipso, sed eorũ autoritate vel mandato, alij violentè iniiciunt manus in clericos, ad se. apost. sunt mittendi: cum is committat vere, cõtus autoritate vel mandato delictum committi probatur.

Idem.

Excommunicatus per iniectionem manuum in clericum, licet occultus, absoluitur per solum papam.

Capitulum. vii.

Porrò si aliqui violentas manus in fratres suos iniiciunt, & ducti pœnitentia non conuicti, sed priuatim à te veniã postulant,

stulant, eos monere debes & inducere, vt his, quos læserit congreue satisfaciant, & apostolico se conspectui representent, cũ à te vel alio sine speciali mandato Ro. pon. absolui nõ possint. Idem.

Etiam privilegiati tenentur vitare excommunicatum, & per iniectionem manuum in clericum excommunicati sunt. Cap. viii. Nihil se possunt priuilegio apo. se tueri, quo minus excommunicatos vitare debeant, & pro violenta manuum iniectioe in clericos, sicut excommunicati vitari.

Idem episcopis & aliis prælatis per Galliam constitutis. Percutens monachum, vel conuersum religiosum, debet denunciari excommunicatus, & vitari, donec fuerit per papam absolutus. Capitulum. ix.

Paaræcios vestros, si qui in monachos vel conuersos præfati ordinis violentas manus iniecerint: sublato adpellationis remedio secundum tenorem generalis decreti excommunicatos publicè nunciatis, ipsosque faciatis sicut excommunicatos arctius euitari, donec lætis congrue satisfaciant, & cum literis vestris apostolico se conspectui representent.

Idem Genueñ. archiepiscopo.

Ponitur forma præcepti, quod sub virtute iuramenti fieri debet illi, qui pro violenta manuum iniectioe in clericum excommunicatus absoluitur. Capitulum. x.

Ex tenore literarum tuarum nobis innotuit, quòd B. canonicus in quendam subdiaconum manus iniicit violentas: & infra. Mandamus itaque, quatenus recepto ab eo iuramento, quòd tuo debeat mandato parere, ipsum vice nostra à sententia, qua tenetur absolvas: sibi que in virtute iuramenti præcipias ne decetero in clericũ, monachum, vel alicuius religionis conuersum, manus iniiciat violentas, nisi se defendendo, aut de mandato suorum fecerit prælatorum, vel nisi super eũ prælationis ministerium aut magistrerium habeat, aut cum ipso in eadem ecclesia socius esse noiscatur. \*

Idem Cœnomanen. episcopo.

Excommunicatũ pro percussione clerici absoluit episcopus, si sine periculo papam adire nequit: debet tamen sibi mandare, quòd adeat papam impedimento cessante. Capitulum. xi.

Decetero noueris, quòd si quis pro violẽta manuum iniectioe in clericum est vinculo excommunicationis adstrictus, si habes capitales inimicitias, vel alias iustas exaltationes, quibus ab itinere rationabiliter excusetur, ita & sine periculo, Dd ij apostolico

\* = n. 4 pri  
in legio non  
si p. i. n. o.  
p. i. m. u. n. i. c. a. r. e.  
i. y. e. x. c. o. m. u. n. i.  
c. a. t. o. i. t. a. C. o. r.  
c. a. p. a. l. o. m. a. t. u. r.  
p. s. f. l. 62. s. i.  
2.

\* Quare  
soli min  
puniatur.  
vide. l. cũ  
pator. §.  
dulcissimi.  
m. &  
not. ff. de  
leg. ii.

apostolico se nequeat conspectui presentare: licet diocesane episcopo, recepto iuramento secundum more ecclesie sibi absolutionis gratiam impetiri. Sed est illi sub iuramento debito iniungendum, ut quam citius obportunitatem habuerit, Ro. pont. adeat, mandatum apostolicum suscepturus.

Vrbanus iij. Senonen. archiepiscopo.

*Cum papa absolutionem excommunicati delegat: mandat recipi cautionem de pavendo mandatis ecclesie.* Capitulum. xii.

**A**D hæc cum inter parochianos tuos: & infra. Romana ecclesia absolutionem sententiae delegatorum iudicum nequaquam consuevit aliis delegare: nisi in literis commissiois contineatur expresse, de sufficienti cautione præstanda ab his, qui absolui debent, quod iudicio ecclesie debeant obedire.

Clemens tertius.

*Excommunicatus per canonem, Si quis suadente, sit dives vel pauper, per papam absolendus est, vel eius legatum. fallit in muliere, senes, infirmo, vel mutilato, qui per episcopum absolui possunt.*

Capitulum. xiii.

**E**A noscitur: & infra. Consul. t. t. duximus respondendi, & mulieres, senes, & valetudinarij, seu membrorum destitutionibus impediti, licet ad apo. sed. non veniant: ab episcopis valeant fidelium communioni restitui, satisfacto iuxta facultates his, quibus per eos cõstitit in iurias irrogatas. Alios autem siue pauperes siue divites sedi apo. vel legato eius, ut beneficiū absolutionis obtineant, necesse est presentari. Si vero infirmitatis tempore timore mortis beneficium fuerit absolutionis indultum, iuramento præstito iniungatur eisde, ut postquam sanitati fuerint restituti, ad Rom. ecclesiam vel eius legatum accedant, mandatum apo. super talibus recepturi.

Idem.

*Ante denunciationem vitandus est excommunicatus, pro violenta manuum iniiectione in clericos, nisi sit occultus, hoc primo. Interficiens clericum, qui contempto clericali habitu se enormitatibus immiscuit, excommunicatus non est, hoc secundo. Capitulum. xiiii.*

**C**um non ab homine: & infra. Consul. t. t. respõ. quod à communionē illius, qui pro sacrilega manuum iniiectione in clericum, in edictum excommunicationis incidit: licet denunciatus nõ sit, debes abstinere: nisi forte id tibi soli pateret: in quo casu ipsum tantummodo vitabis, quãdiu ab ecclesia toleratur: ut saltē verecundie robore suffusus, pro latentis excessu satisfacere cõpellatur. In articulo vero secunda quæstionis respondemus, quod occisores clericorum aut presbyte-

presbyterorum, qui contempto clericali habitu tyrannidi & enormitati se inuerecundè immiscerent: in odium clericalis excessus, & terrorem atq; correctionem similium, canone late sententia minime coercentur, iniungatur tamē eis penitentia cõpetens, aliquantulū asperior, quàm si in laicos talia commisissent.

Idem.

*Ante absolutionem communicandum non est excommunicato, licet iuraverit parere mandatis ecclesie, vel composuerit cum offensa. h. d. Infamato de excommunicatione communicandum non est, nisi se purget, vel ad cautelam absoluat. h. d. secundo. Cap. xv.*

**C**um desideres: & infra. Fuit autem prime quæstionis tenor huiusmodi, utrum alicui excõmunicato, qui mandato ecclesie stare iuravit, & ante absolutionem episcopus ei communionem reddidit, sit communicandum ab aliis: & an episcopus id facere debeat? Cui quæstioni. t. respon. quod cum cautio iuratoria, quam hodie, qui excõmunicati sunt præstant, potius ad cautelam ex consuetudine ecclesie, quam rigore canonum sit inducta, neque momēti tam validi reputetur, quod nisi absolutionis beneficium subsequatur, ille, qui excõmunicatus debeat communioni aliorum restitui, præsertim cum ex eo iuramento absolutionem consecutus non sit, & constet eum excõmunicatum fuisse, & verum sit absolutum non esse: nec episcopus, nec alij debent communicare eidem, nisi fuerit secundo formam ecclesie, post iuramentum præstitum absolutus: quia qui cum excõmunicato scienter communicaverit, excommunicationis pœnam contrahit cum eodem. Secunda quæstioni hunc finem duximus imponendum, quod si publica fama est aliquem verberasse clericum, nec episcopus nec alius communicare sibi debet, nisi ad arbitrium episcopi de hoc se purgauerit, vel ad cautelam absolutionis beneficium cõsequatur. Tertio loco tua discretio requisivit: si clericus verberatus episcopo mediante cum suo verberatore composuerit, & ille reconciliatus sibi fuerit, an per hoc is debeat ad aliorum communionem admitti? Super quo tibi breviter respondemus, quod licet ille, qui violentas manus iniiecit ei, quem læsit, satisfecisse taliter videatur: ecclesie tamen, quam offendit, ex hoc non satisfecisse dignoscitur: & nisi forma ecclesie, que pro absolutione talium inducta est observetur, non est communicandum eidem.

Idem.

*Sacerdos eiciens regularem de ecclesia, officia divina turbantem excommunicatus non est.* Capitulum. xvi.

Di iij Veniens

**V**eniens ad fe.apo.I.lator præsentium, sua nobis adsertione monstravit, quòd cum matutina officia celebraret: quaedam monialis ecclesiam ingrediens, cum alio clerico ludèdo impedimentum præstabat, quo minus deo divinum posset obsequium exhibere. vnde memoratus sacerdos commotus, vt liberius posset circa diuinorum celebrationem vacare, manib9 in eam adpositis, vt extra ecclesiam poneret, cum nollet exire, in trahèdo ipsam, coegit eandem extra ecclesiam residere: sed tu illum propter hoc tanquam excommunicatum euitasti: & facis ab aliis cuitari. Ideoque mandamus, quatenus si res ita se habet: eum decætero non euites: cum ex hoc ipsum excommunicatum nullatenus videamus,

Idem.

*Excommunicati pro leui manuum iniectioe in clericum, pos sunt per episcopum absolui. h. d. secundum communem lecturam. Et est textus singularis.* *Capitulum xvii.*

**P**ervenit ad nos: & infra. De his absoluedis, qui clericis non enormè sed modicam & leuem iniuriam irrogarunt, tua fraternitatis arbitrio duximus commitendum.

Idem.

*Clericus, qui scienter & sponte participat excommunicato in diuinis officiis, excommunicatus est maiori, & tantum absoluedus* *Capitulum xviii.*

**S**ignificauit nobis: & infra. *Verum* clericos, qui scienter & sponte participauerunt excommunicatis à nobis, & ipsos in officiis receperunt, eadem excommunicationis sententia cum ipsis nõ dubitamus inuolui: \* quos etiam pro beneficio absolutionis habendo ad nos volumus cum literarum tuarum insinuatione remitti.

Idem.

*Excommunicatus pro iniectioe manuum in clericum, vel incendiarius post publicationem à solo papa absoluitur.* *Cap. xix.*

**T**ua nos duxit fraternitas consulèdos: & infra. Fraternitati tuae taliter respondemus, quòd non solum qui in clericos temporarias manus iniiciunt, sed etiam incendiarii, ex quo sunt per. ecclesie sententiam publicati, pro absolutionis beneficio ad apo. sed. sunt mittendi.

Idem.

*Legati de latere absoluedere possunt excommunicatos pro iniectioe manuum in clericos.* *Capitulum xx.*

**A**d eminentiam sedis apostolicæ: & infra. Sicut ex parte tua nostris est auribus intumatum, tibi exitit dubiū vtrū absolutionis beneficiū adsequatur, qui p. iniectioe manuum in clericos

clericos vel alias religiosas personas excommunicatione incurrerunt, & à legatis cardinalibus, qui à latere Romani pōificis destinātur, pro tempore absolueduntur, cū iidem legati mandatū super hoc nõ ostēdant expressum. Super quo id à te volum9 obseruari, vt eos habeas absq; omni hæsitationis scrupulo absolutos, quos cōstitērit à talibus beneficiū absolutionis adeptos.

Idem.

*Generalis excommunicatio non ligat, nisi subditos presentis.* *Capitulum XXI.*

**A**nobis fuit ex parte tua quæsitum, vtrem si quis ita pronūciauerit quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit: hæc generalis clausula ad ipsius excommunicatoris subditos referatur, an generaliter extendatur ad omnes, qui non sunt de iurisdictione illius? Ad quod dicimus, quòd hac sententia nõ nisi subditi obligantur, nisi fortè plus contulerit maior & largior autoritas delegantis.

Idem.

*Qui cum effractione spoliant ecclesias, excommunicati sunt, & per papam tantū post denunciationē absolueduntur.* *Cap. xxii.*

**C**onquesti sunt nobis Regiū. canonicis, q. I. de Malafrena & eius sequaces quosdā ecclesias Regiū. episcopatus vto lentè confregerunt, easq; spoliare minime dubitarūt. Quoniām igitur grauiā sunt, nec clausi debent oculis præteriri: mādamus, quarēnus si est ita, memoratos sacrilegos excommunicatos nūncietis; & faciatis sicut excommunicatos arctius cuitari, donec passis iniuriam congrue satisfaciant, & damna, pro eis data refarciant, & cum literis vestris rei veritatem continentibus apostolico se conspectui repræsentent.

Idem.

*Percutens vel etiam interficiens clericum se dimisso clericali habitu scuis enormitatibus immiscens, non tenetur ire pro absolutione ad sedem apostolicam. Ita generaliter summari potest.*

*Capitulum xxiii.*

**P**erpendimus ex literis tuis, q. quidam sacerdos pro eo, q. se filiiū regis falso nominare præsumpit, & armis acceptis seditionem fecit & guerram, à B. Comite iussus est sustigari: qui postea eius mādato traditus patibulo expirauit: & infra. Fratua duximus respondendum, quòd si memoratus sacerdos tali modo excessit, & non propulsando sed in seipso iniuriam fuit occisus, non videtur nobis quòd interfectores eius propter hoc ad obtinendam absolutionem apost. sed. adire cogantur.

Ad iij tu vero,

*Explicit. h. d. in 7. l. c. u. ad cap. l. m. n. q. 3. an. 4. fol. 686. per papam. hoc dicit. secundum Panon.*

\* Vide. l. j. & glo. C. fi. rec. pronis. & l. quomā liberi. & vtrobique Bav. C. de testi.

tu verò, qui merita personarum bene nosti, pœnitentiam eis competentem iniungas.

Idem.

*Iudex ecclesiasticus faciens percursi clericum per laicum, etiam causa disciplina, excommunicatus est, & ipse & verberans pro absolute tenentur ire ad papam. Cap. xxiii.*

**V**Niuerſitatis vestre consulatōne accepimus, qua nos requisitis vtrum laicus incidat in excommunicationis edictum, qui ad iusionem abbatis, in cuius seruitio cōmoratur, in clericum, monachum, aut cōuersum, temerarias manus præsumit iniicere, maxime vbi causa non subest, propter quā debeat verberari. Nobis autē videtur, q̄ nisi causa regularis discipline hoc faciat, abbas in propria persona, vel (si necessitas vrget) per clericū vel monachū fieri iubeat, tam qui tales verberari præcipit, q̄ illi, qui verberant, (etiā si causa subesset) ex cōmuni cōmuni sententiā donec ad apo. se. veniant nequaquā euadunt.

Idem.

*Clericus vt laicus incedens tertio monitus non respiciens, perdit priuilegium clericale. Capitulum. xxv.*

**I**N audientia nostra talis fuit ex parte tua proposita consultatio, vtrum clerici, qui arma militaria (relictō habitu clericali) gestare nullatenus erubescunt: si eis fuerit iniuria corporalis illata, vel se à captione redemerint: illa clericorū debeant immunitate gaudere, qua pro temeraria manuum iniectiōe facta in clericum, excommunicatus quis ipso iure notatur.\* Ad hæc tibi breuiter respondemus, q̄ cū frustra ecclesia imploret auxiliū, qui committit in ipsam, & lex seculariū principum huic responso satis efficax adferat argumentum, qua manifestè cautum habetur, matronam, cuius pudicitia adtentata fuerit non posse iniuriarum agere, si in veste meretricali fuerit deprehensa: huiusmodi clerici si à prælatis suis tertio cōmoniti militaria noluerint arma deponere, de priuilegio clericorū subsidium aliquod habere non debent.

Idem.

*Excommunicatus propter iniectiōem manū in clericum, impeditus ire ad curiam, potest ab inferiore absolui: sed impedimento cessante, tenetur curiam vſitare suscepturus mādatum apostolicū. Capitulum. xxvi.*

**Q**Uod de his: & infra. Fra. r. taliter duximus respondendum, q̄ is, qui adferit se in canonem latæ sententiæ incidisse, non aliter quam per se. apo. vel eius legatū absoluteionis potest beneficiū obtinere: Nisi forte in mortis articulo.

iculo, vel paupertate, aut infirmitate, vel senectute tāta grauaretur,\* q̄ ad ecclē. Roma. laborē subire nō valeat veniendi, vel ab hoc alio impedimento canonico retrahatur. Ceterūm dicatur se ab his in forma sacramenti exigi consuevit, vt resumptis viribus, & opportunitate concessa, Roma. ecclē. in propria persona debeant visitare.

Inno. iij. archiepiscopo decano & præcentori Lugduñ.

*Ligatus pluribus excommunicationibus, licet ex eodem facto, obtinens absoluteionem, expressa vna causa seu vna excommunicatione: non habetur pro absoluto quo ad aliam. Cap. xxvii.*

**C**VM pro causa, quæ inter G. & F. Cabilonē. ecclesiæ archidia. vertebatur, eis concesserimus auditorem, procurator G. allegauit, q̄ cū archidiaconus in succentorem in cōmuni dormitorio manus iniectisset temere violētis, & eum traxisset verberando per claustrum, tu frater archiepiscopus eū ob violentam manuum iniectiōem, & violatōne immunitatis ecclesiæ, fecisti excommunicatum publicè nunciari: & infra. Dif. v. mandamus, quatenus si vobis constiterit dictum F. archid. ob duplicem causam ex cōmunicatum fuisse, & expressisse tantum alteram in literis, quas super absoluteione sua impetrauit: ipsum tanquam excommunicatum satisfacere ecclesiæ suæ pro altera monitione præmissa cogatis.

Idem abbati sancti Andree.

*Excommunicato decedenti in excommunicatione, quantumque contritus decesserit, non est cōmunicandum ante absoluteionē, nec pro eo orandum, licet sit quo ad deum absolutus. sed si constat ecclesia de cōuisione præcedenti, absoluetur etiam post mortem ab eo, a quo viuus fuerat absolendus: & heredes eius compelluntur per ecclesiam ad satisfaciendum pro eo. Cap. xxviii.*

**A**Nobis est sæpe quæsitum, vtrum si aliquis excommunicatus, in quo indicia fuerint pœnitentiæ manifesta, nec per eum steterit, quo minus recōciliareur ecclesiæ vnitati, nō suscepro beneficio absoluteionis decesserit, pro absoluto ab ecclesia sit habendus? & vtrum pro tali recipienda sit eleemosyna, & à fidelibus sit orandum? & infra. Nos igitur consultatū breuiter respon. q̄ iudicium dei veritati, que non fallit nec fallitur, semper innititur: iudicium autem ecclesiæ nonnunq̄ opinionem sequitur, quā & fallere sæpe contingit & falli: propter quod contingit interdum, vt qui ligatus est apud deū, apud ecclesiam sit solutus: & qui liber est apud deū, ecclesiastica sit sententiā inno. datus. Vinculum ergo, quo peccator ligatus est apud deum,

\* Vide. l. cū clericis. l. c. de epis. c. de elec. & au. the. statuti. m. eo. tit.

\* Quis dicatur se nex vt possit excusari. vide. l. si paterfamilias. ff. de adop. l. 2. in gl. i. c. de his, qui nō imple. stip. l. x.

Joan. II.

deum, in culpæ remissione dissoluitur: illud autem quo ligatus est apud ecclesiam, cum sententiā remittitur, relaxatur: quod in suscitacione Lazari sermo euangelicus manifestat, quem prius dominus suscitauit, & apostolis præcepit postmodum soluere suscitatum. Unde quantumcunque se quis iuramento præstito, quod ecclesiæ mandato pareret, humiliare curauerit: quantumcunque penitentis signa præcesserint, si tamen morte præuentus absoluionis non potuerit beneficium obtinere, quamuis absolutus apud deum fuisse credatur, nodum tamen habendus est apud ecclesiam absolutus. Porcit tamen & debet ei ecclesiæ beneficio subueniri, vt si de ipsius uiuentis penitentia per euidencia signa constiterit, defuncto etiam absoluionis beneficium impendatur. Nec obstat, quod ecclesiæ legitur adhibita potestas ligandi atque soluendi homines super terram, tãquam non possit soluere & ligare sub terra sepultos: & quod legitur, non communicetur mortuo, cui non est communicatum & uiuo: cum etsi communicatum non fuerit, communicadum tamen illi fuisset, quem non contemptus religionis, sed necessitatis articulus impediuit: & in certis casibus à canonibus denotatis ligasse legatur ecclesiæ mortuos & soluisse. Vt autem in vno pariter & eodem negocio & seruemus rigorem, & mansuetudinem ostendamus, itauimus vt illius mortui absolutio à se. apost. requiratur, qui cum uiueret, ab ea fuerat absoluendus: aliorum autem absoluionem ex præmissa causa ceteris indulgemus, à quibus dum uiuerent, fuerant absoluendi. Absoluionis autem forma seruetur, vt fiat cum penitentiali psalmo, & tam oratione dominica, quam alia cõsuetã. Hæredes quoque ipsius ad satisfaciendū pro ipso si monitione præmissa noluerint, per dist. eccle. compellantur.

Idem Vratistauien. episcopo.

Detinens clericum in custodia vel vinculis sine læsione, excommunicatus est. h. d. primo. Communicans excommunicato scienter in crimine, excommunicatus est: & nisi difficultas impediatur, absolui debet ab excommunicatore cum iuramento. Communicans uero extra crimen reconciliari potest per simplicem sacerdotem sine iuramento. h. d. vsq. ad finem. Cap. xxix.

**N**Vper à nobis tua discretio requisit, quid de illis laicis sit faciendum, qui clericos (sine læsione tamen) in custodia detinent publica vel priuata, vel etiam detrudunt in vincula? Et verum, qui nominatim excommunicatis scienter cõmunicant, absolui ab excommunicacione possint per confessio-nem à simplici sacerdote, vel episcopi seu archiepiscopi sit ab eis

eis absolutio expetenda? Nos igitur inquisitioni tuæ ex ordine respõ. q. in primo consultacionis articulo non credimus laicos pœnam excommunicacionis euadere, quãuis per eorū factum corporalis læsio non fuerit subsecuta, citra quam violentia læpius circa clericos nequiter perpetratur. In secūda uero quæstione credimus distinguendū, an is, qui nominatim excommunicato cõmunicat, scienter in crimine communicet criminoso, ei consiliū impendendo, auxiliū vel fauorem: aut aliàs in oratione vel osculo, aut orando secū, aut etiam comedendo.

In primo quidem articulo, cū talis communicet crimini, & participet criminoso, ac per hoc ratione dānati criminis uideatur in eum delinquere, qui damnauit: ab eo uel eius superiore merito delicti, tūc erit absolutio requirenda: cū facientem & cõsentientem par pœna cõstringat. In secūdo uero casu à suo episcopo, uel à proprio sacerdote poterit absoluionis beneficium obtinere. Quis enim & tunc nõ iudicis sed iuris sententia excommunicato cõmunicans sit ligatus, quia tamen cõditor canonis eius absoluionē sibi specialiter nõ retinuit, eo ipso cõcessisse uidetur facultatē alius relaxandi. Is autē, qui iuxta primum modū excommunicato cõmunicat, cum iuramento debet absolui, qui uero iuxta secūdū modū, reconciliari poterit sine iuratoria cautione. Verū si difficile sit ex aliqua iusta causa, q. ad ipsum excommunicatorem absoluendus accedat, cõcedimus indulgendo vt (præstita iuxta formã ecclesiæ cautione, & excõmunicatoris mandato parebit) à suo absoluatur episcopo, vel proprio sacerdote. Idem Strigonen. archiepiscopo.

Iuramentum excommunicati de stando mandatis ecclesiæ non habet vim absoluionis. hoc primo. Excommunicato nullus cõmunicare tenetur: præter personas exceptas: alias communicans excommunicato incurrit minorem, & est excommunicandus maiori, nisi ille esset excommunicatus, cura participibus, quia tunc esset excommunicatus maiori. Capitulum. xxx.

**Q**uod in dubiis: & infra. Respondemus, quod excommunicato, licet q. stet mandato ecclesiæ iuramento firmauerit, cõmunicari non debet, donec per ecclesiam fuerit absolutus, alioquin post iuramentum nõ esset absolutio necessaria. Nullus autem scienter nominatim excommunicato cõmunicare tenetur, nisi quadam persona, quæ per illud Greg. papæ capitulū, Quoniam multos specialiter exculantur. Hi autē, qui nominatim excommunicatis præsumptuose participat, præter psonas dicto canone adnotatas, nisi ab eorū participacione cõmuniti fortē destiterint, excommunicacionis vinculo sit innotandi:



innodandi:secus autem si scienter cōmunicant ei, qui cum participibus suis est vinculo excommunicationis sententia liter innodatus. tūc enim & ipsi sententiā excommunicationis incurrūt.

Idem doctoribus decretorum Bonon.

*Excommunicato cōmunicare tenentur, qui prius erant ei obligati ad obsequium familiare: alii vero non tenentur de necessitate, licet interdum possint de necessitate vrgente. Capitulum. xxxi.*

**I**Nter alia, quæ Strigo. archiepiscopus proponi fecit, nos recolimus respondisse, quod nullus nominatim excommunicato scienter communicare tenetur, nisi quædam personæ, quæ per illud Grego. papæ. c. Quoniam multos. specialiter excusantur. verum ex hac responsione orta est occasio disputandi, aliis concedentibus, quod excommunicato cōmunicare tenentur personæ in prædicto. c. nominatæ, præsertim quæ prius ad communionem eorum ex debito tenebantur: aliis adferentibus eorum cōmunicare licite posse si velint: non tamen ad hoc ex necessitate teneri. Vt igitur vnde ius prodiit interpretatio quoque procedat, ambiguitatem huiusmodi taliter diximus absolventem, quod cum quædam personæ in præmissis capitulo denotatæ, illis, in quos lata fuerit excommunicationis sententia, ante prolationem ipsius obsequio tenerentur familiariter adhærere, neque postmodum ad contrarium teneantur (cum adhuc debitū duret) beneficio canonis id agente, à priore nō sunt obnoxietate solute, sed ad familiare tenentur obsequiū: & ita per consequens ad cōmunionē tenentur, sine qua illud nequeūt exhibere. Illud autē non ad oēs personas capituli credimus referendū: vt videlicet obnoxietati huiusmodi sint subiectæ, cum viatores peregrini & mercatores à cōmunionē talium personarum (nisi si articulus necessitatis imminet) debeant abstinere: vt in fine colligitur manifeste, sed ad illas duntaxat, quæ talibus arctiori tenentur obnoxietate constrictæ: quibus tamen in his, pro quibus sunt excommunicatione notatæ, vt in criminibus cōmunicare non debent, sed ab eis penitus abstinere. Idem.

*Si excommunicatus pro manuum iniectione, scienter recipit ordines, si est clericus secularis deponendus est: si regularis, ab executione ordinis est suspensus. Qui ignorans ius vel factum sic excommunicatus recipit ordines, si est clericus secularis, dispensat cum eo solus papa: si regularis, dispensat abbas, si ignorantia est probabilis, & factum non est graue. Capitulum. xxxii.*

**C**um illorum absolutio, qui pro violenta manuum iniectione in clericos labem excommunicationis incurrunt (quibusdam casibus à prædecessore nostro exceptis) sed duntaxat appropinquet,

referetur, nonnulli ecclesiasticam sententiam negligentes, in excommunicatione positi, ecclesiasticos ordines accipere non formidant. Quid autem de his fieri debeat, apostolicum sæpius oraculum imploratur. Circa quos credimus distinguendum, quod tales vel sciunt excommunicationis se vinculo irretitos, vel non recolunt factum, pro quo in lata sententia canonē incedunt, vel factum quidem scientes, iuris ignari nesciunt exinde se teneri. Primo si fuerint seculares clerici, à susceptis ordinibus censemus, in perpetuum deponēdos: in reliquis casibus tam archiepiscopi, quam episcopi absque mandato sedis apost. speciali dispensandi facultatem se nouerint non habere quibus etiam est absolutio talium interdicta: cum maiora intelligantur illis prohibita, quibus verita sunt minora. Poterunt tamen huiusmodi. Ro. ponti. auribus intimari, vt ab eo secundum rigorem vel equitatem responsum prodeat, prout discretio sua videris faciendum. Qui si claustrales huiusmodi fuerint, licet ab Alexandro papa fuerit constitutum, quod monachi & canonici regulares quocunque modo se in claustro percusserint, nō sunt ad apost. se mittendi, sed secundum prouidentiam sui abbatis disciplina subdantur, & si abbatis discretio ad eorum correctionem non sufficit, prouidentia est dioc. episcopi adhibenda, & alibi dicatur quod de seculo fugientes, qui religionis habitum in monasterio receperunt, & inter cætera postmodum constituta se tale commississe delictum, propter quod ipso actu excommunicationis sententiam incurrerunt, sine licentia Ro. pon. abbas non potest nec debet eos absolueri, quanuis presumptionem delicti quantum debita possit animaduersione punire: nos tamē in religionis fauorem, & vt euagandi materia subtrahatur, maiorem eis gratiam exhibere volentes eorum, prelati quod etiam talibus absolutionis beneficiū impertiri valeant indulgemus: nisi excelsus ipsorum extiterit difficilis & enormis, vt pote si ad mutilationem membri vel effusionem sanguinis est processum, aut in episcopum, aut abbatem violenta manus iniecta, cum excessus tales & similes nequeat sine scandalō præteriri. Si verò claustralis aliquis in religionem personam alterius claustri manus intulerit violentas, per abbatem proprium & eius, qui passus est iniuriam, absoluitur. Quod si clericum percusserit secularē, non nisi per apost. se. (vt scandalum euitetur) absolutionis gratiam poterit promereri. Si autem hos ad ordines promoueri contingat, iuxta præmissam distinctionem, qui scienter in cōtemptum ecclesiasticæ disciplinæ se fecerint ordinari, ab executione suscepti ordinis, & officij decernimus manere suspesos. Circa reliquos vero facti memoriam, vel iuris peritiam non habentes, monaste-

monasteriorum uilicite p̄sata, post iniunctam regularem p̄nitentiam & p̄ractam, abbates ipsorum poterunt dispensare, nisi graue fuerit, & notabile factum: aut is, qui fecit, adultus fuerit & discretus, ut uolenter contra obliuionem uel ignorantiam p̄sumatur. P̄cipimus autem abbatibus, ut formam istam diligenter obseruent, ne priuilegium increare amittere, qui sibi permissa abutitur potestate.

Idem Pistoriensis episcopo.

*Monialis percussus monialem seu conuersum, uel clericum secularem, incidit in excommunicationem, & ab episcopo loci absolui potest.* *Capitulum xxxiiii.*

**D**E monialibus tua à nobis fraternitas requisit, per quem eis sit beneficiū absolutionis impendendum, si uel in se inuicem, uel conuersos, uel conuersas suas aut clericos etiam manus iniecerint temere uolentas? Super hoc igitur tuę consul. taliter respond. ut per episcopum, in cuius dioeces. monasteria fuerint, absoluantur.

Idem vniuersis Cruce signatis.

*Contractus etiam, qui sine cōmunionem explicari non potest, non dissoluitur seu impeditur per excommunicationem superuenientē in eis, qui tenetur aliquid prestare non excommunicato.* *Cap. xxxiiii.*

**S**uere: & infra. Quod si Veneti forte nec satisfacere uoluerint, nec absolui, uobis permittimus ut cum ipsis in terram Sarracenorum uel prouinciam (iuxta quod inter uos conuenit & ipsos, uel honestē conuenierit) nauigio transiatis, quanto minus poteritis, cum dolore tamen & amaritudine cordis, & sub spe uenire communicantes eisdem. Cum enim iam à uobis maiorem nauis receperint quantitatem, nec ad eam possint restituendam in iudici, aut etiam coarctari: si aliter fieret, uideremini uos damnum ex p̄nitentia, ipsi uero p̄mium ex contumacia reponere: \* cum ad hoc debitum exoluendum ipsi uobis maneant obligati, & ab excommunicationis exigi possit & recipi, quod debetur. Est autem cautum in iure, quod si quisquā per terram hereticorum aut quorūlibet excommunicatorum transierit, necessaria emere ac recipere poterit ab eisdem. Præterea si paterfamilias domus excommunicationis sententia fuerit innodatus, à participatione illius familia excusatur. Licet ergo dux Venetorum dominus nauium tanquam paterfamilias domus in excommunicatione persistat, uos tamen tanquam ipsius familiam dum in nauibus eius fueritis, ipsius excommunicatio non continget: & excusabiles eritis apud deum, si in excommunicatorum nauibus existētes, cum dolore cordis sub spe p̄nitentię

\* Vide. l. sancimus. C. de p̄. l. si quis. §. legis. C. de inoffi. testa.

nitentię communicaueritis ipsis, in quibus eorum cōmunionem non poteritis euitare.

Idem Londonens. episcopo.

*P̄latus potest, & debet clericum subiectū incorrigibilē incarceratione, & laici citra metum excommunicationis de p̄latorum licentia capere possunt clericos & ad iudicium ducere.* *Cap. xxxv.*

**V**T fama tua: & infra. Sane consuluisti nos, utrum clerici grauiter excedentes, qui tute non possunt monasteriis ad agendum p̄nitentiam deputari, quoniam cum non p̄nitentiant de commissis opportunitate fugiendi captata, carcerem fugerent claustris, & prioribus se sceleribus scelerius immiscerent: aut te uel aliis p̄latis suis arresta possint custodiae mancipari? & infra. Respondemus, quod cum p̄latis excessus corrigere debeant subditorum, & publicę utilitatis intersit, ne crimina remaneant impunita, & per impunitatis audaciam fiant, qui nequā fuerant, nequiores: non solum possunt, sed debent etiam clericos postquam fuerint de crimine canonicē condemnati, sub arcta custodia detinere. qui cum sint incorrigibiles, nec monasteriis ualeant custodiri, ad similia uel peiora facile laberentur. Laici uero citra excommunicationis sententiā capere clericos, & ad iudicium trahere possunt, \* si oporteat etiam uolenter, dum tamen id de mandato faciant p̄latorum, quorum illi sunt iurisdictioni subiecti, & quorum est corrigere criminosos: cum hoc non ipsi, sed illi quorum autoritate id faciunt, facere uideantur: dum tamen non amplius eorum uolentia se extendat, suę debitam defensionem uel rebellio exigat clericorum.

\* quid de capiente clericum suę debitorum suspellū de fuga. uide Bar. in. l. si quis in seruitute. ff. de seruit.

*Excommunicatus est, qui in clericum etiam uolentem manus iniecerit uolentas, etiam si hoc faciat in satisfactionem precedenti in iniuria. hoc dicit. & est casus notabilis.* *Cap. xxxvi. si quis in*

**C**ontingit interdū, quod clerici si quem offendant, & satisfacere uelint offenso: secundum morem patrię, quem interie laici obseruant, corpora sua sponte supponūt. xxx. seu pluribus aut paucioribus percussionibus fustium: & infra. Nos autem frater. tua super hoc respond. quod huiusmodi manus iniectio etsi non uolentia, tamen iniuriōsa uideatur: cum ille canon non tam in fauorem clerici ordinari, quā in fauorem ordinis clericali fuerit promulgatus: ideo & uolumus & mandamus, ut id cæterō prohibeas adtentari. Si quis autem clericus post prohibitionem huiusmodi sponte se subiecerit, excommunicetur: prouiso ut clericus iniuriam passo sine iniuria clericali satisfaciatur competenter, quatenus inter eos pax ualeat rationabiliter

biliter reformari.

Idem Lugduñ. archiepiscopo.

*Seruus excommunicatus pro iniectiōe manuum in clericū, te-  
netur pro absolutione ire ad sed. apo. sed si ex hoc dominus, qui non  
fuit in culpa, graue damnum patiatur, vel seruus hoc faciat in eius  
fraudem, absolui potest ab episcopo, si lesio non fuit enormis.*

*Capitulum. xxxvii.*

**R**elatum est nobis, quòd cū aliqui serui propter iniectiōē  
manuū in clericum violentam, in canonem incidunt sen-  
tentia promulgata: allegantibus dominis eorundem, quòd car-  
ere mancipiis suis nolunt, venire ad sed. apo. absoluedi nō cu-  
rant, per occasionem huiusmodi eludentes ecclesiasticam disci-  
plinam. Quocirca mandamus, quatenus eos venire compellas  
ad sed. apo. absoluedos: cum plus sit deo, quàm homini defe-  
rendum: nisi fecerint hoc in fraudem, vt subtrahāt se obsequio  
dominorum, aut ipsi domini propter hoc sine culpa sua graue  
damnum incurrant. tunc enim in vtrolibet casu poteris eos ex  
indulgētia nostrā prouisionis absolue, cum nimis sint ab apo.  
sed. remoti: sed in recompensationē laboris, quē in itinere susti-  
nerent, alia eis satisfactio iniungatur: dummodo non sit tam gra-  
uis & enormis excessus, vt propter vitandum scandalum & tol-  
lendū exemplum, huiusmodi serui ad seruum seruorum dei  
venire debeant absoluedi.

Idem Strigonē. archiepiscopo.

*Excommunicatus propter participationem cum excommunicato,  
licet eum postea impugnet, ex hoc solo pro absoluto non est habendus.*

*Capitulum. xxxviii.*

**S**acris est canonibus institutum: & infra. Licet is, qui vo-  
luntarius excommunicatis illis comunicauerat, qui cū  
omnibus fautoribus & participibus suis excommunicatiōis sen-  
tentia sunt adstricti, ad cor rediens de mandato ecclesiā excom-  
municatos, quos prius fouerat expugnaret, non tamen priusquā  
absolutiōis gratiam perceperit, habendus est absolutus: nec si  
occumbat in huiusmodi bello, sunt absolutiōes vel oblationes  
recipiendā pro eo, vel orationes domino porrigendā, nisi cū  
de ipsius viuētis penitentia per euidentia signa cōstiterit, &  
iuxta cuiusdam constitutionis nostrā tenorem defuncto etiam  
absolutiōis beneficium impendatur.

Idem Assuntinē. episcopo.

*Semel excommunicatus, debet vitari semper vt excommunica-  
tus: nisi legitime probet se fuisse absolutum.*

*Cap. xxxix.*

Sicut

**S**icut nobis: & infra. Fraternitati tuā respondemus, quòd  
nisi excommunicati à te super absolutione sua literas nos-  
tras, vel illius, cui vices nostras in hac parte commissimus repo-  
tauerint, aut alio modo legitime de illorum absolutione tibi  
confiterit, tu ipsos pro excommunicatis vt prius habebas & fa-  
cias cuitari.

Idem Senonen. archiepiscopo.

*Si excommunicatus ab episcopo, ad metropolitanum appellatus,  
ab eo absolui potest: metropolitanus tamen volens suo suffraganeo  
deferre, potest illum sibi remittere absoluedum, & teneatur etiam  
remittere quando propter manifestum excessum fuit excommuni-  
catus: & ante absolutionem non auditur volens probare se iniu-  
stè excommunicatum: secus si probare vult sententiam esse nullam.*

*Capitulum. xl.*

**P**er tuas literas: & infra. Videtur aliquibus, quòd cū ad me-  
tropolitanum per adpellationem quæstio non defertur, ex-  
communicatus autem vocem non habeat adpellandi, vt pote ab  
ecclesia separatus, siue adpellauerit siue non, metropolitanus ei  
non debet absolutiōis beneficium exhibere. Verum ex verbis  
cuiusdam epistolæ, quam scholastici ab Alexandro papa emanasse  
proponunt, habetur quòd si ante adpellationem in aliquem  
excommunicatiōis sententia fuit promulgata, metropolitanus  
ante litis ingressum ab eo iuramento recepto secundum eccle-  
siæ consuetudinem, debet ipsum absolue, nisi voluerit episco-  
po diocesano deferre, ipsūque ad eum remittere absoluedum:  
vbi etiam consequenter inferitur, quòd nec excommuni-  
cati sunt audiēdi prius, quàm fuerint absolui, nec sunt ad illos,  
à quibus adpellauerant remittendi. In Sardicē. autem concilio  
reperitur, vt is, qui ab episcopo est abiectus, finitimos episco-  
pos interpellat, & causa eius audiatur, & diligentiū pertracte-  
tur: episcopus autem, qui iuste vel iniuste abiecit eundem, pa-  
tienter accipiat vt discutatur negocium, quatenus vel probe-  
tur eius à pluribus sententia, vel etiam emendetur: prius tamen  
quàm omnia diligenter examinata fuerint, nullus ante causæ co-  
gnitiōem communioni eum sociare præsumat, qui fuerat com-  
muniōe priuatus. Nos igitur credimus distinguendum, vtrū  
quis proponat se post adpellationem legitimam interpositam  
excommunicatiōe fuisse notatum, vel in forma excommunica-  
tiōis intolerabilem errorem fuisse patēter expressum: in qui-  
bus casibus ad probationem eorum etiam si absolutiōem non  
petat, debet admitti: sed donec de ipsis constiterit, in aliis cuitari  
debet, quanquam apo. se. etiam talem consueuerit absolue-

Et re ad

re ad cautelam. Verū in aliis, nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri, ne sententiam ecclesiasticam contempnere videatur, & per hoc amplius ex suo cōtempnū ligetur. Quōd si absolutionis beneficium humiliter postulauerit, metropolitanus eum debet absoluerē, nisi suo duxerit suffraganeo deferendum: cui tamē si suffraganeus absolutionis beneficium iuxta formam ecclesiæ noluerit exhibere, ipse nihilo minus illum absoluat, cautione recepta, quōd suo debeat parere mandato, ac dein de causam audiat, & quod canonicum fuerit (iustitia mediante) decernat. Quōd si forsan episcopus subditum suum, propter manifestum excommunicasset excessum, metropolitanus non debet ipsum absoluerē, nisi suffraganeus requisitus maliciose sibi absolutionis beneficium denegaret.

Idem.

*Si papa suis literis excommunicatum salutat, non propter hoc eum absoluit.* Capitulum.xli.

**S**I aliquando fortē contigerit, quōd eis, qui authoritate apostolica sunt excommunicationi subiecti, nostræ literæ cū salutationis alloquio desinentur, non propter hoc excommunicationis credatur sententia relaxata: Cū per ignorantiam vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel etiam subreptionem contingat huiusmodi literas impetrari.

Idem C. sancti Laurentij in Lucina presbytero cardinali apostolicæ sedis legato.

*Excommunicatus à pluribus prælatis ob plures causas, non est communioni restituendus; licet de vna causa velit satisfacere: & si impetratur absolutio tacitis aliis causis, non valet absolutio.*

Capitulum.xlii.

**O**fficij: & infra. Postremo quæsiuit vtrum is, qui propter plures excessus à pluribus prælatis ius in ipsum habentibus excommunicationis est vinculo innodatus, & vni prælatorum de vno tantum satisfacere vult excessu, ab eo sit absoluentus, de quo satisfacere vult eidem: & cū de alio non satisfecerit, alij absolutus valeat nunciari: & infra. Super hoc articulo respondemus, quōd supprementii veritatem absolutio subrepta non prodest: & veritatem intelligens, absolutionem huiusmodi exhibere non debet.

Idem Ferrariē episcopo.

*Excommunicatus & interdictus prædicari potest licite verbum dei, hoc primò. & tempore generalis interdicti concedi potest baptismus & chrismatio in fronte, & penitentia morientium, hoc dicit secundò.*

Capitulum.xliii.

Responsō

**R**esponso nostro postulas edoceri, an cū Ferrariē. ciuicæ excommunicationis & interdicti sententiæ sint ligati, liceat tibi viros & mulieres semel in hebdomada vel in mense apud aliquam ecclesiam conuocare, quibus prædices verbum dei, & eosdem ad correctionem inducas. Super quo respondeamus, quōd sine scrupulo conscientia hoc facere poteris, cū videris expedire: dummodo contra formam interdicti nullum eis diuinum officium celebretur. Præterea quæsiuit cū Ferrariē. ciuitas sit interdicto supposita, & ideo sint ibidem (præter baptismum paruulorum, & penitentias morientium) vniuersa sacramenta ecclesiastica interdicta, an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus consignare. Super quo respondemus, quōd sicut baptizari possunt pueri, sic & baptizati ad confirmationem in frontibus à te possunt sacro chrismate deliniri:

Idem.

*Si coniunx scit pro certo impedimentum matrimonii, non debet reddere debitum, sed potius excommunicationem pati, si autem hoc credat ex causa probabili & discreta, potest reddere debitum, non autem exigere, sed si ex leui & temeraria causa, deposita conscientia potest reddere & exigere.*

Capitulum.xliiii.

**I**nquisitioni tuæ respondentes, credimus distinguendum, vtrum alter coniugum pro certo sciat impedimentum coniugij, propter quod sine mortali peccato non valet carnale commercium exercere, quamvis illud apud ecclesiam probare non possit: an non sciat pro certo, sed credat.\*

In primo casu debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. In hoc recedendo, distinguimus vtrum habeat conscientiam huiusmodi ex credulitate leui & temeraria, an probabili & discreta, quidē ad sui pastoris consilium (conscientia leuis & temerarie credulitatis explosa) licite potest non solum reddere, sed exigere debitum coniugale. Verum cū conscientia pulsar animus, ex credulitate probabili & discreta, quamvis non euidenti & manifesta: debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet: ne in alterutro, vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conscientie committat offensam.

Idem.

*Per dimissionem habitus & tonsuræ, non perdit clericus ante trinam monitionem priuilegium clericale.* Capitulum.xlv.

**C**onjugiatus erdum: & infra. Sane sicut accepimus insequante comite Flandren, in dioecesi tua quidam existit, qui nec in modo tonsuræ, nec in vestimentorum forma, nec in

Et ij quæritare

\* Testis  
deponēs p  
bū, credo,  
aut simile  
in signifi  
cato, non  
pbat. vi  
de Bar. in  
Ladmonē  
di. ff. de in  
reint.

qualitate negociorum de clericatu quicquam ostendunt, ad pœnā subterfugium se clericis exhibentes. cum enim super excessibus, quos seculari luxu committunt, ad publica iudicia pertrahuntur, circumcisis crinibus, vt possint circūuenire vindictam, pro clericis se repræsentant, clericalis fori priuilegium labiis al legantes, qui factis paulo ante negauerant clericatum: & infra.

Verum, quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, ac frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem: volumus & mandamus, vt tales si tertio à te cōmoniti seiplos contempserint emendare, illius efficiantur immunitatis exortes, quæ pro clericorum tutela, & laicorum violentia coercenda dignoscitur instituta.

Idem.

*Ab excommunicati denunciatione repellitur, qui non promouit, & ei communicauit.* Capitulum. xlvii.

**I**N præsentia dilecti filij: & infra. Nec canonici suo decano excommunicationem possunt obiciere. Cum super hoc nec commonitus, nec impetitus fuerit: ne ipsi propter hoc eum duxerint euitandum, sed episcopus in mensa, & canonici communicauerint ei etiam in diuinis.

Idem.

*Excommunicatus est dolose permittens clericum percuti, ex quo poterat prohibere, & non prohibuit.* Capitulum. xlviii.

**Q**uanta præsumptionis & temeritatis existat in rectores ecclesiæ manus iniicere violentas: & infra. Ne autem solos violentias huiusmodi auctores aliquorum præsumptio existimet puniendos, facientes & consentientes pari pœna plectendos catholica condemnat auctoritas. Eos delinquentibus fauere interpretatur, qui cum possint, manifesto facinori dehaudent obuiare.

Idem in concilio generali.

*Prelatus excommunicare non debet subditum, nisi competentimonitione præmissa, & ex causa manifesta & rationabili: & contra facienti imponitur pœna hic expressa. Item punitur subditus, qui falso conuerterit se excommunicatum iniuste: & subiicit quid iuris si prelatus dicens se errasse uult excommunicatum absolueret. & aduersarius adpellat ne absoluat.* Capitulum. xlviii.

**S**acro adprobante concilio, prohibemus ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi cōpetenti admonitione præmissa, & personis presentibus idoneis, per quas (si necesse fuerit) possit probari monitio, promulgare præsumat: quod si cōtra præsumpserit, etiam si iusta fuerit excommunicationis sententia,

gentia, ingressum ecclesiæ per mensem vnum sibi nouerit interdixit, aliam nihilominus pœna mulctandus, si uisum fuerit expedire. Caueat etiam diligenter ne ad excommunicationem cuiusquam absque manifesta, & rationabili causa procedat: ad quam si aliter forte processerit, & requisitus humiliter processum huiusmodi non curauerit absque grauamine reuocare, grauatius a superiorem deponat de iniusta excommunicatione querelam: qui (si absque periculo moræ potest) ad excommunicationem illum cum suo mandato remittat, intra competentem terminum absolendum: alioquin ipse per se vel per alium (prout uiderit expedire) sufficienter cautione recepta munus ei absolutionis impendat. Cumque aduersus excommunicatorem de iniusta excommunicatione constiterit, excommunicator condemnatur ad interesse excommunicato, aliis nihilominus (si culpa qualitas postulerit) superioris arbitrio puniendus: cū non leuis sit culpa tantam infligere pœnā infonti: nisi forsitan errauerit ex causa probabili, maxime si laudabilis opinionis existerit.

Verum si contra excommunicationis sententiam nihil rationabile fuerit à conuertere probatum, idem super iusta excommunicationis molestia, per pœnam ad interesse, vel aliam secundum superioris arbitrium condemnatur: nisi forsitan & ipsum probabilis error excuset, & super eo, pro quo fuerit iusta excommunicatione ligatus: per cautionem receptam satisface-re compellatur, vel in pristinam reducat sententiam, usque ad satisfactionem condignam inuolabiliter obseruandam. Si uero iudex suum recognoscens errorem, paratus sit talem reuocare sententiam, & is, pro quo lata fuerat, ne absque satisfactione reuocaret illam, adpellat: adpellationi non deferat in hac parte, nisi talis sit error, de quo merito debeat dubitari: & tunc sufficienti cautione recepta quod coram eo, ad quem adpellatum extiterit, vel delegato ab ipso iure parebit, excommunicatum absoluat: sicque pœna præscripta minime subiacebit: cauens omnino ne uoluntate peruersa in alterius præiudicium mentiat errorum: si districtio canonica uult effugere ultionem.

Honorius. iij. episcopo Bononiæ.

*Excommunicat hæreticos & quoscumque uolutores ecclesiastica libertatis.* Capitulum. xlix.

**N**ouerit fraternitas tua: & infra. Excommunicamus omnes hæreticos utriusque sexus, quocumque nomine censeantur, & fautores & receptatores & defensores eorū: Necnon, & qui de cætero seruari fecerint statuta edita & consuetudines introductas, contra ecclesiæ libertatem, nisi ea de capi-

ularibus suis intra duos menses post huiusmodi publicationem fecerint amoveri. Item excommunicamus statuarios, & scriptores statutorum ipsorum, necnon potestates, consules, rectores & consiliarios locorum, ubi decetero huiusmodi statuta & consuetudines edita fuerint vel servata: necnon illos qui secundum ea præsumperint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata.

Idem magistro & fratribus hospitalis Hierosolymitani.

*Fratres hospitalis Hierosolymitani excommunicati pro iniectioe manuum in clericum seu confratrem, absolvi possunt per eorum priorem: nisi excessus fuerit difficilis & enormis. Cap. l.*

**C**irca regulares quæcunque modis se percusserint, non sunt ad apostolicam sedem mittendi, sed secundum discretionem & providentiam sui abbatis disciplina subdantur, quod si abbatis discretio ad eorum correctionem non sufficiat, providentia est dicere. episcopi abhibenda, nisi excessus difficilis fuerit & enormis, propter quem merito ad eccle. Ro. sit recursus habendus. Nos ergo ad vos statutum huiusmodi duximus extendendum auctoritate præstatuentes, ut in tali casu (nisi maioris sit providentia requirenda) per priorem vestrum, qui (sicut audivimus) presbyter esse debet, fratribus vestris absolutionis beneficium impendatur.

Idem titulo sanctæ Praxedis presbytero card. apost. sed. leg.

*Excommunicatus vel suspensus absolvi non debet, nisi prius iuramento prestito. si tamen sine scandalo iuramentum haberi non potest: poterit fieri absolutio per manualem promissionem. Cap. li.*

**S**uper eo quod monachi Greci & eremita propter inobedientiam sententia suspensionis & excommunicationis ligati, nolunt ad mandatum ecclesie nisi per manualem promissionem redire. Hoc tibi duximus respondendum, quod si nullatenus possunt induci ad præstandum iuxta formam ecclesie iuramentum, ipsos hac vice cum promissione poteris recipere manualementum interdum (consideratis locorum & temporum qualitatibus) severitati sit aliquid detrahendum.

Idem Bituricen. & Carnoten. decan. & subdiacono Arelaten.

*Cum de viribus sententia dubitatur, potest quis absolvi ad cautelam iuramento prestito. Capitulum. lii.*

**V**enerabili fratri nostro Cenomane. episcopo & procuratore Turonen. archiepiscopi, in nostra presentia constitutis

tutis pro quadam suspensionis sententia in præfatum episcopum ab eodem archiepiscopo promulgata: nos sententiam ipsam relaxavimus ad cautelam ipso episcopo in presentia dicti procuratoris præstante corporaliter iuramentum quod præbit mandatis, quæ idem archiepiscopus sibi propter hoc fecerit, si constiterit ipsum in eo, pro quo fuit lata prædicta sententia culpabilem extitisse.

Idem episcopo Senen.

*Excommunicantur officiales locorum, in quibus sunt statuta contra ecclesiasticam libertatem, nisi ea deleri fecerint: & statuta rii feudis ecclesie sunt privati. Capitulum. liii.*

**G**rauem venerabilis f. n. Pisani archiepiscopi recepimus questionem, quod quidam civis Pisani deputati a potestate ac populo ad statuta civitatis edenda, in derogationem apostolicæ sedis, & subversionem ecclesiasticæ libertatis edenda præsumperint, quod si quis clericus vel laicus contra quæcunque laicum Pisani districtus, ad iudicem ecclesiasticum literas apostolicas impetrauerit, in mille solidis (nisi renuciaverit licentia) condènetur, nec redditus possessionum suarum reddatur eidem, vel agri excolantur illius, sed bano potius subiaceant potestatis: & infra. Statuerunt illi præterea, ut clerici suis sumptibus castrum Ripæ fractæ faciant custodiri: quod si reuerint, contra eos potestas procedere teneatur: & infra. Ideoq; fraternitati tuæ mandamus, quatenus in consiliarios & officiales civitatis ipsius, nisi statuta ipsi de capitularibus suis deleri fecerint, & idoneæ sicut exigit res cauere, quod similia decetero non debeant adtentare, excommunicationis sententiam promulgare procuret. Caterum cum iudem statutarum multa de bonis ecclesiasticis tenere dicantur in feudum, ipsos fore nihilominus privatos feudis huiusmodi nunciare procuret. Greg. ix.

*Alloquens excommunicatum intendentibus ad salutem animæ, etiã si alia verba interponat, excommunicatus nõ est. Cap. liiii.*

**C**um voluntate ac proposito maleficia distinguantur: excommunicationis sententiam non incurrit, qui excommunicatus in his, quæ ad abolitionem, vel alias ad salutem animæ pertinent, in locutione participat, licet etiã alia verba incidant (ut apud eum imago proficiat) interponat.

*Predicadores præsertim, qui alias sustentari non possunt ab excommunicatis & detinentibus bona aliena elemosinam recipere possunt. hoc dicit.*

Predicadores quoq; qui pene excommunicatos vel alios alienarum rerum detentores, in prædicationibus & confessionibus

quasi gerunt causam vel curam eorum, ad quos res ipsa spectare noscuntur, elemosinas licite possunt ab illis recipere, preteritum si aliis non valeant in illo loco sustentationem habere.

*Ponit quosdam casus, in quibus percipiens clericum excommunicatus non est.*

Si qui verò ratione officij quod in ecclesia obtinent, aut etiam alij clerici seniores zelo deuotionis pueros vel adolētes in minoribus ordiūbus constitutos turbantes diuini officij, & hi qui obtentu praelationis vel magisterij subditos & scholares correctionis causa leuiter forte percusserint, excommunicationis sententiam non incurrunt. Quod & de his dicendum est, qui aliquos de familia sua vel propinquos inferiorum graduum simili modo vt cohibeantur à suis insolentis, & scientia bonisq; moribus informetur, duxerint corrigendos.

Idem Astoricē. episcopo.

*Communicans excommunicato in crimine damnabili, incidit in excommunicationem maiorem.* Capitulum. lvi.

*α=*  
*Communicatio in maiori ratione criminis incidit in excommunicationem maiorem.*  
*he sita couat. in iud. vltima mat. 4. 3. in s. fol. 63. d. absolutio perinet ad excommunicatione cap. nupta. 5. in primo. s. l. d.*

**S**ollicitudine publica clericorum ecclesiastica censura districtione notentur, eisdem concubinarios non est dubium sententia maioris excommunicationis inuolui, qui post latam sententiam communicant in eodem crimine criminosis.

Idem.

*Excommunicatus minori potest ab excommunicatione aliquē absoluerē.* Capitulum. lvi.

**V**obis collata potestas, vt à minori excommunicatione, si in ipsam incidēnt, inuicem se absolua, vtroque ligato vinculo excommunicationis, huiusmodi non expirat.

Idem.

*Permittitur ministris ecclesiarum semel in hebdomada celebrare in tempore interdicti, concurrentibus bis, qua exprimuntur in textu.* Capitulum lvii.

**P**ermittimus ecclesiarum ministris semel in hebdomada tempore interdicti, nō pulsatis campanis, voce submissa, ianuis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, missarum solennia celebrare causa conficiendi corpus domini, quod decedentibus in penitencia nō negatur.

Idem.

*Satisfaciens clerico, quem verberauit, nō potest propter hoc ab episcopo absolui, nisi in certis casibus hic expressis.* Cap. lviii.

Quamuis

**Q**uamuis incidens in canonem late sententię propter violentam manuum iniectiōem, iuxta proprias facultates eis satisfaciatur, quibus iniurias irrogauit, non tamē aliter, quā per sedem apostolicā vel eius legatum absolutionis potest beneficium obtinere: Nisi imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia, aut inopia, puerili vel senili ætate, fragilitate sexus, seu alia corporis impotentia, siue quolibet impedimento canonico retrahatur, quo minus Romanum pontificem possit adire: vel nisi iuris beneficio à labore huiusmodi excusetur. Cæterum quibusdam prædictorum, videlicet qui temporalis impedimento laborant (exceptis pueris) sub debito iuramenti (quod secundum ecclesię formam præstare tenentur) consuevit iniungi, vt impedimento cessante, ad apostolicam sedem accedant, mandatum ipsius humiliter suscipiendi.

Idem.

*Excommunicatio simpliciter lata, intelligitur de maiori. h. d. Et est textus notabilis, & quotidie allegatur. Capitulum. lix.*

**S**i quem sub hac forma verborum, illum excommunico, vel simili à iudice excommunicari contingat: dicendum est eum non tantum minori, quā à perceptione sacramentorum, sed etiam maiori excommunicatione (quæ à communione fidelium separat) esse ligatum.

Idem.

*Beneficium indultū ratione minoris ætatis, postquam cepit habere locum, nō extinguitur, licet minor peruenerit ad maiorem ætatem.* Capitulum. lxx.

**P**ueris, qui in canonem incidēnt sententię promulgatæ, siue ante, siue post pubertatem postulent se absolui, potest diocesanus episcopus absolutionis beneficium impertiri:

Cum propter defectum ætatis, in qua fuit commissus excessus, rigor sit mansuetudine temperandus.

De verborum significatione. Tit. xl.

Hieronymus super. Osee.

*Nonale, est terra nouiter ad culturam redacta.* Capitulum. i.



**N**ouate nouale. Nouale est ager nūc primū præcisus. \*

Idem super Daniele.

*Adpellatione patris veniunt in lata significatione nouale.* Capitulum. ii. Dan. 5.

*ue omnes ascendentes.*

Nam

*Osee. 10. \* Quid p nouale ff. eo. s. l. sylua 5.*

**N**am & rex Nabuchodonosor pater tuus. Id est proauus, more scripturæ, quæ auos & deinceps patres adpellat.

Idem in Parabolis.

*Non dicitur natus, qui statim decessit. Capitulum.iii.*

**P**ro.4. **N**am & ego vnigenitus fui coram matre mea. Quare vnigenitum se nominat, quem fratrem vterinum præcessisse scriptura testatur: nisi quia ille mox natus sine nomine quasi nunquam esset, de vita decessit.

Idem super Matthæum.

*Disto, antequam, non semper implicat. Capitulum.iiii.*

**M**ath.1. **Q**uod dicitur, antequam conuenirent, non sequitur vt postea conuenirent: sed scriptura quod factum non sit, ostendit.

Hieronymus super Matthæum.

*Primogenitus dicitur, qui primo nascitur, etiã si nullus sequatur eum. Capitulum.v.*

**I**bidem. **O**seph non cognouit Mariam, donec peperit filium suum primogenitum. Ex hoc loco quidam peruersissime suspicantur & alios filios Mariam habuisse: cum mos diuinam scripturarum sit, vt primogenitum non vocent, quem fratres sequuntur, sed eum, qui primo natus fuit.

Hilarius.

*Verba sunt intelligenda, non secundum quod sonant, sed secundum mentem proferentis. Capitulum.vi.*

**I**ntelligentia dicatorum ex causis est adsumenda dicendi: quia non testimoni res, sed rei est sermo subiectus.

Augustinus super Matthæum.

*Non viciatur factum vix modo narratum, vbi idem in substantia concluditur. Capitulum.vii.*

**N**ihil obstat narrandi diuersitas, vbi eadem dicuntur, maxime cum quisque euangelistarum eo ordine credat se dicere, quo deus voluit.

Gregorius.

*Sensum non verba considerare debemus. Capitulum.viii.*

**P**ropterea, si prolixam epistolam meam ad interpretandum accipere te fortasse contigerit: rogo non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferri: quia plerumque dum proprietates verborum ad tendimus, sensus veritatis amittitur.

Isidorus.

*Dicit, quis proprie sit propositus. Capitulum.ix.*  
Quamuis

**Q**uamuis omnes, qui præsunt, præpositi rite vocentur, \* *vide. l. vsus tamen obtinuit eos vocari præpositos, qui quandã prioratus curam super alios gerunt. ii. C. vbi*

Idem in lib. etymologiarum.

*Non recipit congruam summationem. Capitulum.x.*

**F**orus, est exercendarum litium locus à fando dictus, siue à foronco rege, qui primus Græcis legem dedit. Constat autem forus causa, lege, & iudicio. Causa, à casu quo venit, dicitur. est enim materia & origo negocij, nec dū discussionis examine patefacta: quæ dum proponitur, causa est: dū discutitur, iudicium: dum finitur, iustitia. Vocatur autem iudicium, quasi iurisdictio, & iustitia, quasi iuris status. Iudicium autē prius inquisitio vocabatur: vnde & authores iudiciorum, præpositos, quæstos, vel quæstos vocamus. Negocium multa signat, modo actum alicuius rei, cuius contrarium est peccatum: ad actionem causæ, quod est iurgium litis, & dictum est negocium, id est, sine ocio. Negocium autem in causis, negociatio in commercijs dicitur, vbi aliquid datur, vt maiora lucrentur. Iurgium dicitur quasi iuris garrum: eo quod hi, qui causam dicunt, iure disceptant. Lis autē à contentione limicis prius nomen sumpsit, de qua Virgilius, Limes erat positus litem, vt discerneret agris. Causa, aut argumento, aut probatione constat. Argumentum nunquam testibus, nunquam tabulis dat probationem, sed sola inuestigatione inuenit veritatem: vnde dictum est argumentum argute inuentum. Probatio autem testibus, & fide tabularum constat. In omni quoque negotio hæ personæ quaruntur. Iudex, accusator, reus, & tres testes. Iudex dicitur quasi ius dicens populo, siue quod iure disceptet. Iure autem disceptare, est iuste iudicare. Non est ergo iudex, si non est in eo iustitia. Adulator vocatus est quasi causator, quia ad causam vocat eum, quem adpellat. Reus à re, quæ petitur, nuncupatur: quia quamuis conscius sceleris non sit, reus tamen dicitur, quamdiu in iudicium pro re aliqua petitur. Testes antiquitus superstites dicebantur, eo quod super causæ statu præstebantur: nunc parte ablata nominis, testes vocantur. Testes autem considerantur condicione, natura, & vita. \* *vide. l. testis. & glos. C. de testi.*

*sen. vel cla. lxxx. 7 distin. fraternitate.*

*Causa.*

*Iudicium. Iustitia.*

*Negotiū.*

*\* vide. l. cam clericis. C. de episcopis & clericis.*

*Iurgium. Lis.*

*Vii. 12. Argumentum.*

*Iudex.*

*Iure disceptare.*

*Adulator.*

*Reus. Testes.*

*\* vide. l. testis. & glos. C. de testi.*

Idem.



Idem.

*Dicit quid sit pactum, & unde dicatur. Cap.xi.*

**P**actum dicitur inter partes, ex pace conueniens scripturā legibus ac moribus comprobata: dictum pactum, quasi ex pace factum.

Idem in eodem.

*Hic i fidorus ponit etymologiam iuris, prout habetur in re, nō prout est generale nomen. Cap.xii.*

**I**us unde dicitur. *Iuste possidere.* Ius dictum est, à iure possidendo. hoc enim iure possidetur, quod iuste, hoc iuste, quod bene: quod autem male possidetur, alienum est: male autem possidet, qui vel suis male utitur, vel aliena præsumit.

Paschalis canonicis sancti Martini.

*Quicquid fidelis offert ecclesie, oblationis nomine continetur, & à secularibus possideri non debet. Cap.xiii.*

**C**ausa Carpenſis plebis: & infra. Ceterū primitiæ, decimæ, & oblationes, in folis ecclesiarum bonis præcipue nūmerantur. Oblationes verò dicimus quæcūq; de propriis & licitis rebus ecclesie à fidelibus offeruntur. Quicunque igitur eas, per potestatem secularem obtinet, proculdubio contra deum, & sanctorum patrum nititur sanctiones: quin immo, & qui accipit, & qui tradit, raptor & sacrilegus iudicatur.

Alexander tertius.

*Solus sacerdos potest sacramentum extremæ unctionis infirmo conferre, hoc dicit. Capitulum.xiiii.*

**Q**uæritur frat. & infra. Nos itaque tibi. t. duximus respondendum, quòd sacerdos vno præſente clerico, & etiā solus potest infirmum vngere.

*In anno bissextili seruari debet loci consuetudo, circa diem sancti Mathie festandum, dum tamen vigilia continetur festo. h. d.*

Festum verò beati Mathie iuxta consuetudinem ecclesiasticam, vigilia eatenus præcedat, vt nec pro bissexto, nec pro quolibet alio modo inter se & solennitatem aliam diem admittat: in qua vtique vigilia (nisi venerit in dominica) ieiunium celebretur: ipsum autem festum, siue fiat in præcedenti die, siue in sequenti, (qui duo quasi pro vno reputantur) nullus error, sed consuetudo ecclesie teneatur.

Celestinus tertius.

*Per verbum statuo: & præcipio, definitiua sententia ferri potest. Capitulum.xv.*

In his,

**I**n his, quæ ambiguitatem continent: & infra. Innotuit apostolatu nostro, quod cum inter magistrum M. & conuersos hospitalis sancti Simpliciani super eodem hospitali in præſentia Mediolanenſis archiepiscopi quæſtio verteretur, ipse archiepiscopus post cognitionem causæ in prolatione sententiæ, his verbis non fuit vsus, talem partem condemnno, vel talem absoluo: sed pronunciauit, ita statuo & præcipio: & infra. Adtendentes igitur, quod hoc verbum, statuo, rem perfectam significat, & cum effectu non verbotenus accipitur. Item secundum Gregorium, quod præcipitur, imperatur: & quod imperatur, necesse est fieri: & aliquando si non fiat, pœnam habet. Considerantes nihilominus, quod non debet aliquis considerare verba, sed voluntatem, cum non intentio verbis, sed verba intentioni debeant deferuire; interpretamur procuratoribus vtriusq; partis præſentibus, & definimus, quod præfati archiepiscopi, verba tali formâ prolata, perpetuò valitura sententiæ obtineant firmitatem.

Innocentius. iij. patriarchæ Grandenſis.

*Beneficium principis latissimè interpretari debet. Cap.xvi.*

**O**lim tibi scripsisse recolimus, vt si canonici Paduani, magistro G. canonico Paduano, præbendam, quæ tantum residentibus de communi conferretur, sicut vni ex aliis de communibus prouentibus & manualia beneficia non cõferrent, tu eos ad id ap. censu. compellere procurares. Quia verò quidam mandatum nostrum interpretari aliter, quàm deceat moluntur, (cum beneficia principum sint interpretanda largissimè) nostrum aperiendum duximus intellectū, videlicet, quòd præbendam, quæ tantum residentibus in victu & vestitu de communi conferretur, ipsi magistro G. plenè sicut vni ex aliis residentibus iniunximus conferendam.

Idem Colubrienſis. & aliis episcopis in regno Portugallie constitutis.

*Generale dicitur interdictionum, quod fertur nedum in prouinciâ, sed in villam vel castrum. Cap.xvii.*

**C**um in partibus vestris, sæpe contingat diuerſa loca interdictioni supponi, quando generale, vel particulare dici debeat interdictionum, apud vos accepimus in dubium reuocari, cum illi, qui ab ecclesia Romana decorati priuilegio meruerunt, videlicet, vt cum generale interdictionum terræ fuerit, liceat eis ianuâ clausis, nō pulsatis campanis, exclusis excommunicatis & interdictionis, suppressa voce diuina officia celebrare: interdictioni particulari se adferant nō arctari, dicentes interdictionum generale, duntaxat cum regnum vel saltem prouincia tota subicitur

ctur interdicto: & infra. Cū autē in priuilegijs de regno, vel prouincia nil expresse dicatur, nomine terræ non solum regnum, vel prouinciam intelligi volumus, verū etiam villam & castrum, vt & in his locum habeat, quod de generali dicitur interdicto.

Idem Altissiodoren. episcopo.

*Præuilegium contra consuetudinem iuri communi obuiantē largē est interpretandum. h. d. secundum intellectum Abbatis antiqui. Et est casus not. secundum hunc intellectum. Cap. xviii.*

**C**um tibi de benignitate se. apost. sit indultum, quod ordinatio rerum clericorum ab intestato decedentium, in tua dispositione permaneat: nos consulere voluisti, an adpellatio vocabuli clericorum, tam ad canonicos, quam ad non canonicos extendatur: & infra. Consul. t. r. q. adpellatio clericorum, non solum alios, sed etiam canonicos comprehendit.

Idem præposito, & C. Placenti.

*Iurans obedire prælato, & ecclesie, non eleyo diocesano, sed capitulo ecclesie cathedralis obedire tenetur. Cap. xix.*

**C**um clerici Placentini iuramentum præstant sub hac forma verborum: Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero & obediens Placentinæ ecclesie, & domino meo episcopo Placentino: nos consulere voluisti, vtrum intelligi debeat clericus totius dioc. an capitalum tantum ecclesie cathedralis? Nos igitur taliter respondemus, q. per ecclesie Placen. vocabulum in forma iuramenti præscripti non debeat intelligi totius diocesis clericus: & si capitulum intelligatur ecclesie cathedralis, is tamen, qui præstat huiusmodi iuramentum episcopo, tanquam capiti principaliter obligatur.

Idem priori sancti Fridiani Lucañ.

*Adpellatione ecclesiastica censura comprehenditur excommunicatio, suspensio & interdictum. Cap. xx.*

**Q**uærenti quid per censuram eccle. debeat intelligi, cum huiusmodi clausula in nostris literis apponimus: respondemus, q. per eam non solum interdicti, sed suspensio nis & excommunicationis sententia valet intelligi, nisi iudex discretus (rerum & personarum circumstantiis indagatis) ferat, quam magis viderit expedire.

Idem Casaraug. episcopo.

*In priuilegijs, de decimis noualium non soluendis illud adpellatur nouale, de cuius cultura non est memoria, & quod prius mō dicitur vel nullum fructum adserbat. Cap. xxii.*

Quid

**Q**uid per nouale vocabulum intelligi debeat. t. f. requisit. Licet autē quidam dixerint, quod nouale sit terra præcisā, quæ anno cessat, alijs adserentibus, q. ex sylua, quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur, fieri nouale dicatur, quarum vtraq. interpretatio ex ciuilibus legibus colligitur. Nos igitur inquisitioni. t. r. q. eā credimus prædecessorum nostrorum intentionem fuisse, cum pijs locis indulgentiā de noualibus concesserunt, vt nouale intellexerint agrum de nouo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, q. aliquando cultus fuisset. Sed nec de quolibet tali nouali credimus eis indulgentiam fore concessam, nisi de illo duntaxat, cuius decimam religiosus potest conuenus absque graui detrimento parœcialis ecclesie detinere, cū talis sit sæpe locus incultus, de quo parœcialis ecclesia magnos percipit decimarum ratione prouentus.

Idem abbati P. & P. monachis Alcobatiæ.

*Si ecclesia subiecta episcopo vultur alteri, vel gubernanda committitur saluo iure matricis ecclesie: per matricem ecclesiam intelligitur cathedralis, & non Romana. Cap. xxii.*

**V**enerabili. s. n. Colubriën. episcopo didicimus cōquerente, q. cū fratres sanctæ Crucis monasteriū de Argariis, sub protectione sua nuper receperint, quod suis prædecessoribus episcopalia iura consueuerat ab antiquis temporibus exhibere, nunc quodam de canonicis suis sine suo cōsensu ibi factō priore, occasione cuiusdam priuilegij à C. papa veritate tacita impetrati, eidem episcopo obedientiam denegat exhibere, inde sumpta occasione, q. per matricem ecclesiam nō cathedralem intelligit, sed Romanam: & .j. Ideo q. mandamus, quatenus, si aliud vobis nō occurrerit, propter quod dictus prior nō debeat dioc. episcopo respondere, vos eum ad eam præstandam eidem sicut prædecessores sui prædecessoribus episcopi consueuerunt vel præstiterunt, per cēsuram ecclesiasticam cōpellatis, non obstante priuilegio in præiudicium Colubriën. ecclesie per surreptionem obtento: nos enim per matricem ecclesiam cathedralem intelligi volumus, non Romanam.

Idē abbati sanctæ Genouesæ, decano & cællario Parisiën.

*Excommunicatus, vel interdictus pro contumacia, vel offensa dubiā, absolutus cautione præstita de stando iuri. Si verò fuit excommunicatus, vel interdictus pro manifesta offensa, tūc prius debet satisfacere antequā absoluat. Et dicitur manifesta, de quā constat per confessionem, vel probationem legitimam, vel rei euidentiā. h. d. cum cap. sequenti. Cap. xxiii.*

Ex parte

**E**X parte in Christo dilectæ filiæ comitissæ Blesē. & infra. Proposuerunt nunciū comitissæ, quod cum ipsius præpositus quendam latronem ceperit, & iustitia fuerit inde facta, latro fuit per capitulum Carnoteñ. post factam iustitiā requisitus, quia eum in terra sua captum fuisse dicebant: & infra. Verum cum super hoc de parendo iuri comitissa cautionē offerret, canonici Carnoteñ. nihilominus terram eius fecerūt interdīcto supponi: quod relaxare noluerunt, nisi prius solueretur emenda: dicebant enim in Carnoteñ. ecclesiæ priuilegiis cōtineri, & nemini liceat excommunicatis, vel nominatim interdīctis pro canonicis Carnoteñ. absque congrua satisfactione absolutionis beneficium indulgere: & infra. Ad intelligendam autem clausulam priuilegij memorati credimus distinguendum, vtrum in aliquo interdīcti vel excommunicationis sententia sit prolata pro contumacia tantum, quia scilicet citatus stare noluit iuri: vel etiam pro offensa, quia videlicet iustus nolit maleficium emendare. In primo casu credimus congruē satisfieri, vt sententia relaxetur, si prius sufficiens standi iuri cautio tribuatur: in secundo verò si offensa est manifesta, non credimus satisfieri congruē, vt relaxetur sententia, nisi prius sufficiens præstetur emenda. Si verò dubia est offensa, sufficere credimus ad relaxandam eandem, si parendi mandato ecclesiæ cōpetens satisfactio præbeatur.

Idem comitissæ Blesē.

*Summatum est supra cap. proxi. vel dic: Manifestum dicitur, quod per confessionem, vel probationem legitimam, vel euidentiā rei constat.*

Capitulum. xxiii.

**C**um olim pro canonicis Carnoteñ. quoddam capitulum contra te fuit allegatum, quod dicebant in ecclesiæ suæ priuilegiis contineri, vt videlicet nemini liceat excommunicatis, vel nominatim interdīctis pro canonicis Carnoteñ. absque cōgrua satisfactione absolutionis beneficium indulgere: & infra. Quia verò dum ansam soluimus, nondum dicimur ligauisse, propter hoc, & eisdē canonicis (velut adferis) proponentibus illam offensam esse manifestam, non quæ iudici, nec quæ alij, sed quæ sibi tantummodo manifesta videtur: offensam illam nos rescribimus intelligere manifestā\*, quæ vel per confessionem, vel probationem legitimē nota fuerit, aut euidentiā rei, quæ nulla possit tergiversatione calari.

Idem episcopo & cantori Atrebatē.

*Verba priuilegiorum debent intelligi, vt aliquid adferant, & pen. ff. de sa. demi. non remaneat ambiguitas: & ideo verba, secundum & iuxta, videntur*

*dentur adposita causatiuè, non conditionaliter. l. d. Panormit.*

Capitulum. xxv.

**A**bbate sancti Siluani Alciateñ. viam vniuersæ carnis ingressu, cum eiusdem loci monachi elegissent quēdam de ipsius ecclesiæ gremio in abbatem, & confirmationem electionis à Morinensi episcopo nequiuissent aliquatenus obtinere, eam à sede apost. petierunt. Ceterum procurator monasterij sancti Bertini proposuit ex aduerso, quod cum secundū approbatam consuetudinē, & priuilegia Romani pontif. abbates Alciateñ. debeāt de monasterio sancti Bertini semper adsumi, huiusmodi electio erat nō immeritò reprobanda, vt pote cōtra consuetudinē diuturnam, & contra priuilegium sed. aposto. adtentata, & Alciateñ. monachi debeant iure compelli, vt de monasterio sancti Bertini personam idoneam sibi eligerent in abbatem: & infra. Nos igitur depositionibus testium diligenter inspectis, inuenimus esse probatum, quod à xl. annis, & infra: monachi Alciateñ. abbatem sibi de sancti Bertini monasterio elegerunt: & infra. Et cum quadam vice Guarinum Alciateñ. monachum elegissent, eius electio robur habere non potuit, donec apud monasteriū sancti Bertini professione facta, post aliquantum temporis, quando scilicet eiusdem loci abbati, & conuentui placuit, in Alciateñ. exiit abbatē adsumptus. Ex priuilegiis quoq; Roma. pontif. argui poterat Alciateñ. abbatem fore de sancti Bertini collegio eligendum: nam priuilegio Paschalis papæ huiusmodi capitulum adparet insertū, subrogationem abbatis penes monasteriū sancti Siluani apud Alciateñ. monachos, iuxta præteriti temporis morem, in vestrā semper cōcedimus dispositione persistere. In priuilegio etiam Calixti huiusmodi capitulum inuenitur. Porro iuxta Paschalis papæ decretum, abbatis subrogationem penes Alciateñ. non aliunde, quàm de vestro monasterio fieri apo. autoritate decernimus. Ad hoc autem pars aduersa respondit, & si etiam probaretur, quod infra prædicti temporis spaciū de monasterio sancti Bertini semper fuerit abbas Alciateñ. adsumptus: ex hoc dici non poterat, & consuetudo aliqua quasi cōtradictio iudicio fuerit introducta, cum in memorati Guarini electione, pro bono pacis extra iudicium processum taliter dignoscatur: & infra. Præterea cum Paschalis papa subrogationem abbatis sancti Siluani monasterio sancti Bertini iuxta morem præteriti temporis duxerit concedendam, nec more præteriti temporis fiat fides, per eius priuilegium & similia, nullū super hoc Alciateñ. monasterio poterat præiudicium generari. Contra

ff quod



Hono. iij. archiepiscopo Turonen.

*Si papa indulget reo, qui propter absentiam actoris possessione recuperare non potest, quod ei lapsus anni non noceat, intelligitur hac indulgentia secundum ius commune.* Cap. xxviii.

**D**ilecto filio Iacobo Barba. & infra. Quia te p̄ causa necessaria, tunc absente possessio tibi tradita causa custodie, restitui parti aduersę non potuit, eidę indulgimus, vt sibi lapsus temporis non obsisteret, quo minus possessionem ipsam recuperare valeret. Quoniam verō tantum temporis ante concessionem ipsius indulgentię dicitur effluxisse, quod tibi sufficere possit ad verę professionis effectum, secundum statuta concilij generalis: & .j. Autho. prę. declaramus, q̄ nostrę intentionis nō fuit per ipsam indulgentiã ius perimere, quod tibi cōpetit ex possessione pręterita, vel post redditum tuum cōpeteret ex futura: sibi enim imputare poterit pars aduersa si negligens fuerit in sua iustitia prosequenda, cum (absentię tuę impedimento cessante) conueniendi te habuit facultatem.

Idę priori & clericis sanctorū Ioannis & Pauli Tudcr.

*Oblationi nomine intelligitur quicquid offertur ecclesie, quocūq; modo in missa vel extra, & in ecclesia vel extra.* Ca. xxxix.

**C**um inter vos dudum ex parte vna, & abbatem sancti P. de monte Spole. diocę. ex altera, super tertia parte oblationū capellę sancti Hilarij, questio verteretur, & a vobis probatum fuerit per .xl. annos, & amplius tertiam partem oblationum eiusdem capellę vestram ecclesiã recepisse a clericis institutis, per abbatem de Monte, tuisq; filiis prior eandem tertiam te commississe aliquando colligendam, bonę memorię I. papa. prę. no. ipsam tertiam ecclesię vestrę adiudicans, statuit, vt tibi prior liceres per eosdem clericos (sicut fuerat consuetum) partem colligere memoratam. Verum quia postmodū sacerdos prędictę capellę adferens oblationum nomine minime contineri ea, quę ipsi capellę in festiuitate omnium sanctorum mittuntur, vel portantur ad illam seu ad domum sacerdotis eiusdem intuitu defunctorū, necnon, quę in ciminili ponuntur, quod de altari suscipit & facit per ecclesiam deportari, & quę ante crucem, & in missa trinitatis, & ea, quę pro despōsatis dantur, & lampades cū oleo, quę prędictę capellę ab aliis offeruntur, vel quę dantur nuncio, qui ad recipiendā taliā per pręfatę capellę parociam destinatur, de his omnibus vobis tertiam partem denegans exhibere, de aliis nomine tertię partis persoluendis per rata vestram ecclesiam contingenti retinere nitebatur ad expensas capellę ipsius necessarias faciendatę

ciendas: dictus prędecessor de omnibus supradictis absq; subtractione aliqua integrę persolui voluit & mandauit tertiã portionem. At capellani prędictę capellę dicentes primitias & decimas, vel ea, quę offeruntur pro missis mortuorum sacerdotibus, & quę pro septimis, & tricesimis, & anniuersariis, panes, & alia, quę intra hebdomadam offeruntur, & mortuorum iudicia, oblationum nomine minime contineri de his omnibus tertiam partem soluere vobis nolunt: & infra. Volumus igitur & mandamus, vt per vestrum clericum a vobis in eadę ecclesia institutum, de omnibus supradictis & aliis oblationibus quocūq; titulo ad ecclesiam peruenerint, sine deminutione aliqua integrę tertię vobis portio persoluatur.

Idem episcopo. f. P. Ber.

*Lis dicitur mota, cum fuerit contestata.*

Cap. xxx.

**E**x parte vestra fuit propositum, q̄ prępositus & canonici Aretinens. sententiam, quam I. papa prę. no. super molendino de Calianen. ac aliis articulis promulgauit, in recidiuę questionis scrupulum reducere molientes, adferunt capitulum illud eiusdem sententię quo dicitur, ne canonica ipsa impediatur, quo minus monasterium vestrum molendinum pręfatū de Calianen. reedificare valeat in eum statum, in quo fuisse dignoscitur tempore motę litis, esse referendum ad tempus quo lapsus in denunciatione noui operis iactus fuit, vobis e contrario adferentibus illud esse intelligendum de tempore, quo lis super hoc inter vos & pręfatam canonicam exitit contestata. Nos igitur considerata eadem sententia, quod in pręfato capitulo dicitur de tempore motę litis, interpretamur esse referendum ad tempus, quo litis contestatio facta fuit.

Idę pręlatis vniuersitatis Francigenarū Constanti.

*Constitutio legati de soluenda tertia mortuorum episcopo, intelligi debet, de his mortuariis, in quibus de iure communi debetur.* Capitulum. xxxxi.

**E**x parte vestra fuit propositum, q̄ patriarcha vester occasione constitutionis cuiusdam, quam Albinen. episcopus tunc legatus in partibus Romanę super legatis edidit defunctorum, & dil. f. l. ti. sanctę Praxedis presbyter car. dū ibidem legationis fungeretur officio innoauit; de quibusdam, quę vobis & ecclesiis vestris legantur, a decedentibus, tertiam a vobis exigit portionem. Cum igitur ipsi (sicut ex eorum interpretatione accepimus) non intellexerint, q̄ de his, quę in ornamentis ecclesiasticis, vel ad fabricę ecclesię reparatione indigentis, aut ecclesię luminaria, necnon de his, quę pro anni-

ff iij versario

versario, septimo, tricesimo ac vicefimo faciendis, vel de his, quæ personis specialiter, nisi forsan id fiat ecclesiæ ratione, à quocunque legantur, aliqua deberet solui portio ecclesiæ cathedrali. Nos interpretationem eorum ratam habentes, secundum ipsam constitutionem præfatam præcipimus obseruari: firmiter inhibentes, ne in prædictis aliquid fraudulenter in præiudicium cathedralis ecclesiæ procuretur.

Idem episcopo Tolonen.

*In privilegio de percipiendis fructibus beneficiorum, adpellatio beneficiorum etiam maiora beneficia comprehendit, quando privilegium est concessum episcopo pro honesta & favorabili causa. h.d. cum suppletione Panormitani. Cap. xxxii.*

**T**Va nobis fraternitas intimavit, & cum tibi pro relevatione oneris debitorum duxerimus indulgendum, ut fructus beneficiorum, quæ interim in diocesi tua vacare contigerit, tibi liceat biennio retinere: quidam apostolica gratiæ privilegium sinistra interpretatione restringere molientes, adferunt præbendas, & maiora beneficia nequaquam beneficiorum nomine contineri: & infra. Nos igitur auctoritate presentium declaramus, quod in hoc casu præbendæ ac alia beneficia generali beneficiorum nomine continentur.

Gregorius nonus decano & sacristæ Engo.

*Verbum moderationis deminutionem continet, non augmentum. Capitulum. xxxiii.*

**T**Ransmissæ nobis literæ continebant, & significatibus episcopo & capitulo Xanton. quod quadragenarius canonicorum numerus institutus in eorum ecclesia non poterat observari, pro eo quia non sufficiebant ecclesiæ facultates, vobis dedimus in mandatis, ut canonicorum & præbendarum numerum iuxta facultates ecclesiæ moderantes, statueretis eundem firmiter observari. vos vero inveniistis prædictæ ecclesiæ facultates, à tempore statuti numeris adeo excreuisse, quod absque mutilatione præbendarum maior haberi posset numerus in eadem: quare quæstis an per moderationis verbum literis nostris adpositum, eundem numerum augmentare vel minuere deberetis. Quocirca mandamus, quatenus si veteres non sunt minuta præbendæ, cum moderatio locum non habeat, ipsarum & canonicorum numerum dimittatis in eodem statu, in quo hactenus dignoscitur extitisse, in utilitatem eiusdem ecclesiæ convergentes augmentum suorum reddituum, donec duxerimus aliter disponendum.

De regulis

Ioannes Chrysostomus.

*Non potest brevis summar.*

*Capitulum. i.*



Minis res, per quascunque causas nascitur, per eandem dissolvitur.

Beda in homiliis.

*Dubia in meliorem partem interpretari debent.*

*Capitulum. ii.*

**E**store misericordes &c. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi ut ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretentur. Quod enim scriptum est, Ex fructibus eorum cognoscetis eos: de manifestis distum est, quæ non possunt bono animo fieri, ut stuprum, blasphemia, furta, ebrietates, & similia: de quibus nobis permittitur iudicare.

*Luce. 6.*

*Math. 7.*

Idem.

*Propter scandalum evitandum veritas non est omittenda.*

*Capitulum. iii.*

**Q**ui scandalizaverit &c. Ut illic scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. \*

*\* Vide. l.*

*decurionum*

Idem.

*Propter necessitatem illicitum efficitur licitum.*

*Cap. iiiii.*

*C. de pa.*

**Q**uod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. Nam & sabbatum custodiri præceptum est: Maccabæi tamen sine culpa sua in sabbato pugnant: sic & hodie si quis ieiunium fregerit agrotus, reus voti non habetur.

*1. Macc. 2.*

Gregorius septimus.

*Illicite factum, obligationem non inaudit.*

*Capitulum. v.*

**Q**uod latenter, aut per vim, vel aliis illicitè introductum est: nulla debet stabilitate subsistere.

Idem Varien. episcopo.

*Tormenta indicis non precedentibus inferenda non sunt.*

*Capitulum. vi.*

**C**um in contemplatione: & infra. In ipso causæ initio non est à quæstionibus in choandum.

Stephanus papa.

*Sacrilegus est offendens rem, vel personam ecclesiasticam.*

*Capitulum. vii.*

**Q**uæ multoties: & infra. Quicquid in sacris deo rebus & episcopis iniuste agitur, pro sacrilegio reputatur: \*

*\* Vide. l.*

*Ff. iiii*

*quia*

